JOSEPHI SORGE

J. C. NEAPOLITANI,
ET IN SUPREMIS REGNI TRIBUNALIBUS
CAUSARUM PATRONI

JURISPRUDENTIA FORENSIS

Universi propemodum juris materias, sivè civiles, sivè canonicas, sivè criminales, & maximè feudales, quæ frequentissimè ad forum deducuntur, tùm ex Romanorum legibus, & Pontificiis, patriisque constitutionibus, tùm ex melioris notæ Doctoribus depromptas, ac decisiones etiam recentiores complectens.

TOMUS DECIMUS.

COMPLECTENS MATERIAS

PRAXIS ECCLESIASTICÆ.

NEAPOLI MDCCXLIV.

SUPERIORUM PERMISSU.

Digitized by Google

Digitized by Google

INDEX TITULORUM

Hujus Tomi X. Jurisprudentiæ Forensis.

CAP. I. *De beneficiis Ecclesiasticis.* pag. 1
CAP. II. *De incompatibilitate beneficiorum.* 18
CAP. III. *De residentia beneficiatorum.* 20
CAP. IV. *De vacatione, & suppressione beneficiorum.* 22
CAP. V. *De jure Patronatus.* 27
CAP. VI. *De regiis Patronatibus.* 45
CAP. VII. *De jure Patronatus super feudis.* 53
CAP. VIII. *De pensionibus.* 56
CAP. IX. *De decimis.* 58
CAP. X. *De Conciliis, & Synodis.* 77
CAP. XI. *De Summo Pontifice.* 87
CAP. XII. *De Cardinalibus.* 93
CAP. XIII. *De Legatis Summi Pontificis.* 102
CAP. XIV. *De juribus Episcoporum.* 102
CAP. XV. *De Vicario Episcopi.* 129
CAP. XVI. *De Visitatione per Episcopum facienda.* 133
CAP. XVII. *De Prælatorum, ac Abbatum jure.* 145
CAP. XVIII. *De Capitulis, & Collegiis.* 147
CAP. XIX. *De officio Parochi, & jure Ecclesiæ Parochialis.* 149
CAP. XX. *De Coadjutore.* 151
CAP. XXI. *De Regularibus, eorumque juribus.* 152
CAP. XXII. *De nullitate, aut validitate professionis Regularium.* 169
CAP. XXIII. *De clausura Monialium.* 182
CAP. XXIII. 2. *De juribus Ecclesiarum.* 186
CAP. XXIV. *De juribus Ecclesiæ Cathedralis.* 212
CAP. XXV. *De Cappellis, & Sepulturis.* 216
CAP. XXVI. *De Monasteriorum constructione.* 241 248
CAP. XXVII. *De processionibus.* 254
CAP. XXVIII. *De Xenodochiis.* 261
CAP. XXIX. *De bullis, & earum observantia.* 281
CAP. XXX. *De brachii imploratione.* 283
CAP. XXXI. *De ordinibus sacris.* 306
CAP. XXXII. *De Sacrificio Missæ.* 332
CAP. XXXIII. *De jure personarum.* 350
CAP. XXXIV. *De votis.* 371
CAP. XXXV. *De jurejurando, illius speciebus, & effectibus.* 382
CAP. XXXVI. *De electione, & quinam eligendi, ac nominandi facultatem habeant.* 390
CAP. XXXVII. *De postulatione.* 400
CAP. XXXVIII. *De Confirmatione.* 400
CAP. XXXIX. *De receptione, & authoritate pallii.* 401
CAP. XL. *De Simonia.* 401
CAP. XLI. *De Censuris.* 405
CAP. XLII. *De irregularitate.* 418
CAP. XLIII. 1. *De suspensione.* 428
CAP. XLIII. 2. *De depositione, & degradatione.* 430
CAP. XLIV. *De interdicto, & cessatione a divinis.* 431
CAP. XLV. *De sponsalibus.* 437
CAP. XLVI. *De Matrimonio.* 445
CAP. XLVII. *De impedimentis matrimonii in genere, & præsertim de impedimento erroris.* 470
CAP. XLVIII. *De impedimento voti.* 476
CAP. XLIX. *De impedimento cognationis.* 476
CAP. L. *De impedimento publicæ honestatis.* 487
CAP. LI. *De impedimento criminis.* 488
CAP. LII. *De impedimento raptus.* 490
CAP. LIII. *De impedimento disparitatis cultus.* 490
CAP. LIV. *De impedimento impotentiæ.* 491
CAP. LV. *De impedimentis non dirimentibus, accusatione matrimonii, & nuptiarum benedictione.* 492
CAP. LVI. *De dispensatione.* 494
CAP. LVII. *De clandestinis nuptiis.* 504
CAP. LVIII. *De liberorum, servorumque conjugio, & assensu nuptiis præstando.* 507
CAP. LIX. *De religiosa Conjugum professione.* 511
CAP. LX. & ultimum. *De divortio.* 522

121782

Digitized by Google

Digitized by Google

JOSEPHI SORGE
JURECONSULTI NEAPOLITANI
JURISPRUDENTIA FORENSIS
Complectens Materias
PRAXIS ECCLESIASTICÆ
TOMUS DECIMUS

I. N. D. A.

CAPUT PRIMUM.

De Beneficiis Ecclesiasticis.

SUMMARIUM.

Beneficium quid sit, explicatur. num. 1. Dividitur inter laicale, & ecclesiasticum, & explicatur. num. 2. Ecclesiasticum in compatibile, et incompatibile, & explicantur n. 3. in curatum, & non curatum, & explicantur n. 4. Præstimonium quid sit, explicatur n. 5. Dividitur beneficium in reservatum, & non reservatum, & explicantur nu. 6. Dividitur etiam beneficium in affectum, et non affectum, & explicantur n. 7. in regulare, & seculare, & explicantur. n. 8.

Beneficium ad hoc ut constituatur, quæ requirantur, enucleatur. n. 9.

Beneficia quando conferantur a Summo Pontifice, quando ab Episcopo, & quando a Capitulo, enucleatur. n. 10.

Beneficia simplicia, & curata, infrà quod tempus debeant conferri, aliàs institutio devolvatur ad Papam. nu. 11. ubi quando a Papa devolvatur collatio ad Episcopum.

In beneficiis qualitèr duplex consideretur reservatio, explicatur num. 12. ubi qualiter fieri debeat eorum collatio ob vacantiam.

Ratione mensium quando Papa conferat, & quando Episcopus, explicatur. n. 13.

Beneficia quibus conferri debeant, & explicantur requisita. n. 14. ubi quænam ætas requiratur.

Institutio quid sit, explicatur num. 15. Si decretum institutionis sit nullum, an, & quando præsentatio evanescat. num. 16. ubi quando quis privetur beneficio.

Beneficium quotupliciter acquiri possit, enucleatur n. 17.

Resignatio beneficiorum quid, & quotuplex sit, explicatur. num. 18. Q aliter fieri debeat resignatio 19. & qualiter ob resignationem legitimè factam beneficium vacare dicatur, non per obitum resignantis. num. 20.

Renuncians cum juramento beneficium non impeditur, si ex nova causâ, & provisione illud obtinere velit. n. 21.

Resignatio quando possit publicari etiam post sex menses. num. 22. Cum immodica pensione non in totum vitiatur, sed solum quoad excessum. n. 23. Ab excommunicato vitando facta nulla est. n. 24.

Nulla est resignatio fraudulenta, & simoniaca, si resignans reservavit sibi omnes fructus beneficii, nihil remanente resignatario

tario pro ejus sustentatione, & celebrandis divinis officiis. n.25.

Resignatio non publicata juxta regulam cancellariæ ex quibus irrita, & nulla sit. num.26.

Unio plurium beneficiorum qualis, & quotuplex sit, explicatur nu. 27. Non est facienda sine causa. nu.28. ubi quando a Papa, & quando ab Episcopo fieri possit, cum enucleatione casuum. Ad unionem quæ requirantur. 29. Debet fieri, causa cognita. num.30.

Divisio beneficiorum qualiter sit prohibita, & quando fieri possit. n.31.

Concursus ad beneficia, præcipuè curata, qualiter sit faciendus, & concurrentes sint examinandi per synodales examinatores. num.32.

Nominatio in beneficio, si fuerit facta ab eo, qui reputatur patronus, sed non reperitur in possessione nominandi, ex quibus institutionem reddat nullã, et institui debeat nominatus a vero, & legitimo Patrono: & e contra, si reperiatur in quasi possessione nominandi, an hoc sufficiat ad obtinendum, latè enucleatur n. 33.

Cum agitur de pluribus patronatibus hæreditariis, aut ex jure universali pervenientibus, ex quibus possessio præsentandi in uno non extendatur ad cæteros, latè enucleatur. n. 34.

Ad acquirendam possessionem rei particularis ex quibus nihil prosit titulus universalis, cum res sint inter se divisæ, & distinctæ. n. 35.

In beneficiis si ex revolutione actorum aliquis justus, & validus titulus non fuerit deductus, remanet sufficienter probata negativa alicujus juris ejusdem. num. 36.

Contra eos, qui malitiosè impetrant collationem beneficiorum reservatorum S. Sedi Apostolicæ, aut aliter affectorum, quænam præscripserit Summus Pontifex Pius IV. recensentur num. 37. ubi quòd fructus sunt sequestrandi.

Beneficium an, & quando per matrimonium contractum vacet, & an per sponsalia, & quid, si nulliter contractum sit, & an requiratur declaratoria, an verò ipso jure vacet. Condemnatus propter delictum ad privationem beneficii, pendente appellatione, potest renunciare etiam ad favorem coram Sanctissimo. Clericus, qui renunciavit clericatui, potest illum assumere ad omnẽ sui voluntatem, etiamsi synodalis constitutio sit in contrarium. Quadrimestre tempus ad præsentandum quomodo, & qualiter currat Patrono laico, & parvitas temporis ex quibus in hoc minimè obstet, enucleatur n. 38. ubi ea assumitur authoris consultum.

Sententia declaratoria ex quibus requiratur, & quando non, ad hoc ut Clericus amittat beneficium per contractionem matrimonii. n.39.

Pater tenetur restituere filio fructus ab ejus beneficio perceptos: verùm sunt compensandi cum alimentis. n.40.

Fructus maturati, & non exacti, an, & quando spectent ad beneficiatum successorem. num.41.

Super fructibus beneficii sententia contra beneficiatum lata exequi non potest, nisi relinquantur salva alimenta eidem beneficiato. n.42.

Beneficia nationalibus sunt concedenda, & an super eis imponi possint pensiones ad beneficium exterorum. n.43.

Ad beneficia, & dignitates ecclesiasticas magis idoneus promoveri debet, nec sufficit, si idoneus promoveatur. n.44.

Super valida, vel invalida collatione beneficiorum, non potest habere notionem Judex laicus. n.45.

Ad esse beneficii non requiritur, quòd habeat magnam dotem. n.46.

Bullæ Ordinarii pro collatione beneficii consistorialis reservatæ Sedi Apostolicæ, concurrente triennali possessione, ex quibus sufficiant in judicio manutentionis. n.47.

Si quæstio sit de validitate collationis beneficii ab ordinario factæ, ex quibus pronunciandum sit pro ea. n.48.

BEneficium est jus percipiendi aliquid annuũ, honorificũ, utile, onerosum, legitima auctoritate constitutũ, *capit. extirpand. de præbendis, capit. beneficium de reg. jur. in 6.* diciturq; onerosum, quia datur propter officium, *capit. pastoralis de his qu. fiun. a Prælatis*, diciturque auctoritate legitima constitutum, quia requiritur auctoritas superioris ad constituendum beneficium: & in hoc differt beneficium à donatione, quæ fieri potest auctoritate privata. Beneficium est duplex, laicale, & ecclesiasticum. Laicale laicali fit auctoritate, sicq; est feudum à Rege concessum, *capit. primo de successione fratrum, capit. primo de fratribus de novo beneficio investitis*, de quo latissimè egimus in *tom. 5. de feudis*. Ecclesiasticum constituitur auctoritate legitima ecclesiastica, *capit. beneficium de reg. jur. in 6.*

Be-

Digitized by Google

Beneficium habet multas divisiones, quarum præcipuas tangemus. Primò dividitur in compatibile, & incompatibile. Incompatibile est, quod non potest cum alio beneficio consistere, puta duo beneficia curata, duo canonicatus simul: & tunc, adepto secundo, vacat primū *capit. de multa de præbendis*, *Garzias de beneficiis par. 11. cap. 5. num.* 282. Compatibilia sunt, quæ simul possunt esse. Dividitur secundò beneficium *in* curatum, & non curatum. Curatum habet curam
4 animarum, non curatum caret cura animarum, & dicitur beneficium simplex. Præbenda est species beneficii, & est jus percipiendi reditus ecclesiasticos canonica auctoritate institutum, & addit aliquod munus: Sic præbenda pœnitentiarii habet officium audiendi confessiones: theologalis, ut exponat clericis aliquid, *capit. relatum de præbebendis*, *capit. cum super de concess. præbend.*

Præstimonium dictum à præstando est
5 annuus proventus scissus à reditibus beneficii, & destinatus ad sustentandos aliquos subditos, etiam laicos, vel est subsidium contra infideles: & propriè non est beneficium, nec inducit incompatibilitatem, nec habet onus spirituale, *Pastor lib. 1. de beneficiis tit. 2. num. 5. Tolet. Baneus*, & alii ex *Trident. sess. 5. de ref. cap. 1.* agens de salario præstando lectori theologiæ. Dividitur etiam beneficium in reservatum, & non reservatum. Reser-
6 vatum confertur a Papa, qui sibi aliqua beneficia reservavit conferenda: & fuit primitus hoc introductū à Joanne XXII. Dividuntur etiam beneficia in affecta, & non affecta. Affecta sunt, in quibus Papa
7 realiter manus imponit ex certa scientia: & manus imponere est, si Papa provideat, vel det mandatum de providendo beneficio vacante, vel vacaturo, ad favorem alicujus, *extrav. ad Romanum §. Romani de præbendis*: & tale beneficium dicitur affectum per impositionem manus: quæ affectio cessat eo ipso, ac actus est consumatus per unam collationem. Nam, si iterum vacet beneficium, non remanet amplius affectum, sed recuperat pristinum statum, in quo differt affectio à reservatione: & dividitur etiam beneficium in regulare, & seculare. Regulare est, quod competit tantùm Regularibus: seculare est, quod competit Clericis, nec potest conferri Regularibus, *clem. 1. de elect.* & in dubio regulare præsumitur.

Beneficium est, si sit fundatum legitima auctoritate: ideoq; ut constituatur, exigit
9 plura: Primò consensum legitimi superioris, qui debet esse Prælatus ordinarius habens saltem Episcopalem jurisdictionem, *capit. litterarum de præbendis.* Unde Capellania perpetua erecta auctoritate Episcopi est beneficium, si adsint alia requisita, *Rota part. 3. recentiorum dec. 294. num.* 10. & deficiente consensu Episcopi Capellania non transit in beneficium, *Guidon Papa dec.* 182. Hinc Capellania perpetua ex dispositione testatoris erecta sine auctoritate Episcopi non est beneficium, *Navar. de prabendis cons. 5. n. 7. Felinus in cap. 1. de rescript.* licèt Capellania perpetua sufficiat, ut sit patrimonium, ad hoc ut possit quis ordinari in sacris, *Garzias part. 1. de benef. cap. 3. num.* 12. Secundum requisitum est, ut constituatur propter officium ecclesiasticum, *cap. fin. de rescriptis in 6.* & onus celebrandi missas non est de natura beneficii, sed de natura beneficii est onus celebrandi horas canonicas. Tertium requisitum est, ut conferatur ab Ecclesiastico Prælato, *capitulo si quis 16. quæst. 7.* Jus enim spirituale activè, & passivè competit Ecclesiasticis, *cap. 2. de judiciis.* Intelligas, nisi adsit specialis dispensatio Summi Pontificis, ut conferatur a laicis, *Felinus in cap. quis num. 3. de major. & obedientia.* Quartum est, ut conferatur Clericis saltem primæ tonsuræ, *capit. ex literis de transactionibus*: & est nulla collatio beneficii, si fiat non Clerico, licèt deinde fiat Clericus, *Parisius lib. 4. de resign. qu. 1. num. 1.* Clericus conjugatus nequit habere beneficium, *cap. sanè 2. cap. 8. de Clericis conjugatis*, nisi vivat ritu Græcorum ex constitutione Innocentii VIII. 40. Quintum requisitum est, ut beneficium sit perpetuum, *cap. postulasti 27. de rescriptis.* Et perpetuum est semper ac remanet, licèt transeat de uno in alium, licèt à patrono in fundatione possit fieri amovibile ad nutum beneficiatus, non beneficii, *Gonzalez ad regulam 8. Cancel. gl. 5. num.* 31. *Burattus dec.* 382. *n.* 4. Superior non potest conferre sibimet beneficium, *cap. final. de institutionibus.* In dubio de requisitis beneficium præsumitur tale, quale invenitur in ultimo statu cum effectu, hoc est cum collatione, & possessione à beneficiato legitimè capta, *cap. cum de beneficio 5. de præbendis in 6.* Tunc enim inspicimus ultimum statum, & fortius si effluxerint 40. anni, *Gregorius dec.* 77. Collegiata est dignior, quàm Parochialis, & ab Episcopo fundari posse docet *Garzias*, licèt neget *Guttierez*.

Collatio beneficiorum fit aut per Summum Pontificem, aut per Episcopum ordinarium proprium, aut per Car-

dinales. Summus Pontifex confert bene-
10 ficia in toto orbe triplici titulo. Primò jure proprio, secundò jure devolutionis, tertiò jure reservationis. Jure proprio confert beneficia in pertinentiis Romæ, & in mensibus certis, ut infra, & etiam in orbe, *cap. licet de præbendis*. Jure devolutionis confert, quæ ob negligentiam Ordinarii non conferuntur. Jure reservationis, quæ servata fuere, conferenda à Sede Apostolica, *cap. 2. de præbendis in 6.*

Si Episcopus ordinarius negligat conferre beneficium simplex intrà sex menses,
11 collatio devolvitur ad Papam, *cap. 2. cap. quià de concessione præbend. cap. dilecto* 5. ibi: *Sex mensium spatium; de supplenda negligentia Prælatorum*. Olim ab Episcopo devolvebatur ad Capitulum, *cap. 2. de concess. præbend.* Sex menses sunt utiles, adeòque non currunt impedito, nec ignoranti, *cap. licèt* 3. *de supplend. negl. Prælator.* & sex menses nec currunt Episcopo suspenso, vel excommunicato, *ca. capit. quia diversitatem de concessione præbend. Gabbassutius lib. 2. cap. 2. §. 18.* Si verò Summus Pontifex non conferat beneficia sibi vacantia citrà mensem, tunc Ordinarius illa conferre potest, adeòque devolvitur à Papa ad Episcopum collatio secundùm *Masobrium requisito septimo dubio* 48. *Barbos. de potestate Episcopi allegat.* 57. *Tondutum* dicentè id currere in vacantibus in Curia, *Ant. Fabrum, Novarium*, & alios fundates in *cap. statuto* 3. *de præbendis in 6.* Oppositum docent *Tholosanus, Garzias*, & alii. Beneficia curata post præsentationem sunt conferenda intrà bimestre, aliàs institutio devolvitur ad Papam cum suis qualitatibus, *Pilaia lib. 3. decis. 1. num. 92.* Collativa verò curata intra quantum tempus conferenda sint, ut aliàs devolvatur ad Papam docet, *Pilaia d. num.* 58. post *Fagnanum, Iordanum*, & alios, probatque, intra sex menses ea esse conferenda.

In beneficiis duplex consideratur reservatio, una vigore regulæ cancellariæ,
12 quando beneficia vacant in curia, altera, quando beneficia sunt affecta per injectionem manus Summi Pontificis, *Mandosius ad regulas cancellariæ in proœmio part. 5. num. 6.* Vigore regulæ cancellariæ vacant in curia omnia beneficia illorum, qui promoventur ad dignitates, & Prælaturas, Episcopatus, Archiepiscopatus &c. *extravag. ad regimen de concessione præbendæ*. Quod non currit in Episcopo titulari, *Tondutus par. 2. cap. 3. num. 20.* Secundò reservantur, quæ vacant ob mortem Cardinalis, & cujuslibet officialis Curiæ Collectoris, subcollectoris, scriptoris, commensalis, Capellani, Thesaurarii, *extrav. ad regimen de præbendis*. Reservantur etiam beneficia ob mortem familiaris Cardinalis ex regula *quarta cancellariæ*, quæ conferuntur ab eodem Cardinali, cujus erat familiaris mortuus, *clement. unic. de supplen. neglig. Prælatorum*. Reservantur etiam, quæ vacant ob consecutionem alterius beneficii obtenti à S. Sede, *extrav. ad regimen §. quæ omnia de præbendis*. Vacant etiam in Curia collata ab Episcopo contra formam Tridentini, puta sine concursu ante annū vigesimum quintum, ut statuit Pius V. in bulla, quæ incipit *in conferendis*. Vacant etiam in Curia beneficia vacantia ex depositione, translatione, privatione, susceptione alterius muneris, authoritate Papæ, *d. extr. ad regimen*. Sede vacante, vacant in curia omnia beneficia ex bulla Pii V. incipiens *sanctissimè licet*. Semper ac beneficiatus moritur in Curia, vacat in Curia, *cap. licet de præbendis*. Vacant etiam in Curia omnes dignitates majores Chathedrares, & principales in collegiatis, quæ excedunt quendam valorem *ex regula 3. cancell.* Vacantia ob simoniam vacant in curia. Vacant etiam in curia beneficia illius, qui offendit litigantes in Curia, & similiter vacant in Curia, quæ vacant ob non factam publicationem resignationis, & vacant in curia duo beneficia incompatibilia eodem tempore obtenta, *cap. obsecrabilis §. quæ omnia de præbendis*.

Ratione mensium Papa confert certis mensibus ex *regula 8. cancell.* cum distinctione. Nam vel Episcopus residet, vel
13 non residet. Si Episcopus non residet, Papa habet 8. menses, & sunt Januarius, Februarius, Aprilis, Majus, Julius, Augustus, October, November: Episcopus quatuor menses, Martium, Junium, Septembrem, & Decembrem: si verò Episcopus resideat, tunc habet alternativam, & ad Papam spectat mensis Januarii, ad Episcopum Februarii, & sic deinceps: & collatio facta non evanescit, quamvis Episcopus in aliqua parte mensis non resideat, *Tondutus*, & alii. Cardinales habent indultum, ob quod sunt exempti à regula mensium.

Beneficia conferri debent idoneis, *cap. 29. de præbendis*, adeoque debent esse legiti-
14 mi, & naturales, *cap. cum in cunctis de elect.* Secundò debent esse Clerici saltem primæ tonsuræ, *cap. 2. de institutionibus*. Tertiò non debent esse illiterati, *cap. illiteratos distinct. 36.* Quartò non debent esse neophitæ, *prim. ad Timotheum*. Quintò non debent esse criminosi, infames, malè

malè moderati, *cap. grave de præb. cap. cum in cunctis de elect.* Sextò non debent esse excommunicati, interdicti, suspensi, *cap. postulastis de Cler. excom.* Septimò non debent esse hæretici, schismatici, nec filii hæreticorum, schismaticorum, *cap. 2. de hæreticis in 6.* Octavò debent esse ætatis legitimæ, *cap. cum in cunctis de electione*: & ætas in Episcopo est trigesimus completus, in Abbate annus 25. & etiam in aliis dignitatibus, *cap. cum in cunctis de electione.* Canonicatus autem exigit annum requisitum ad ordinem, in quo est Canonicus, puta subdiaconatum, diaconatum &c. *Trid. sess. 24. cap. 12.* Olim impubes poterat esse Canonicus, *cap. ex eodem de electione.* Hodiè requiritur saltem annus 14. si non sit Canonicatus requirens ordinem sacrum. *Lara in compendio vitæ humanæ cap. 22. num. 14. Trid. sess. 23. de refor. cap. 6.* & vide *regulam 8. cancellariæ.* Qui intrà annum non recipit ordinem annexum Canonicatui, caret voce in Capitulo, & perdit medietatem distributionum quotidianarum, *Trid. sess. 22. cap. 4.* nec habet vocem in Capitulo carens ordine sacro, *Narbona anno 14. qu. 55. num. 8.* Pœnitentiarius major debet habere annum saltem 40. *Trid. sess. 24. cap. 8.* Beneficium curatum exigit annum 25. saltem inceptum, *cap. cum in cunctis §. inferiora de electione.* Prioratus etiam exigit annum 25. *clem. ne in agro §. cæterum de statu Monachor.* Beneficium simplex primam tonsuram, & hodiè exigit annum 14. saltem inceptum, *cap. cum decorum de ætate, & qualitate, Monet. Tholosanus, Erriq. Lexius, Narbona*, ajentes, nec Episcopum in hoc posse dispensare, *Riccius, Thesaurus, Maceratensis*, id requirentes etiam in præsentato ad jus patronatus tēporè saltē institutionis, si jus patronatus sit beneficii simplex, non verò curatum: quod non placet *Navarro*, & aliis non exigentibus annum 14. in præsentatis à patrono.

Institutio est decretum necessarium, legitimum transferens jus beneficii in præsentatum, *cap. decernimus 16 quæst. 7.*

15 Dicitur decretum necessarium ad differentiam collationis liberæ, quià Ordinarius cogitur ad instituendum præsentatū idoneum, ità ut repelli non possit, *c. pastoralis 24. de jure patr.* & si repellatur, potest recurrere ad superiorē se gravando de denegata, vel retardata justitia, *cap. pastoralis de jure patronatus*: & tunc Judex ad quem præfigit terminum Judici à quo ad instituendum, quo elapso, Judex ad quem instituit præsentatum, *Seraph. dec. 145. q. 3.*

Si decretum institutionis sit nullum, præ-

16 sentatio non evanescit, *Seraph. decis. 238.* Si Patronus *in termino edicti* non fuit auditus, absque sua culpa, etiam facta institutione debet audiri: nam sua interest manuteneri in quasi possessione præsentandi, *Riccius in par. 4. prax. resol. 400.* Si plures sint præsentati ad *idem beneficium*, tunc præfertur præsentatus à majori numero patronorum, *cap. quoniam 3. de jure patronatus.* Si verò præsententur duo æquè idonei ab *æquali* numero patronorum, tunc Episcopus potest uni ex istis æquè idoneis gratificari, & illum instituere, *cap. cum autem de jure patronatus, clem. plures de jure patronatus, Lara lib. 2. de Cappellan. cap. 2. num. 3. nu. 22.* Verùm si unus tunc recurrat ad Papam, obtinebit beneficium cum clausula: Dummodo tempore collationis non fuerit beneficium alteri quæsitum, *additio ad Burattum decis. 691.* Semper autem est instituendus magis idoneus, *cap. quoniam de jure patr.* & magis idoneus censetur, qui melius potest exercere officium, & civis præfertur extraneo, præsentatus de familia, ceteris paribus, præfertur alteri, qui non est de familia: pendente autem appellatione non potest Episcopus instituere secundum præsentatum cumulativè: sed si de facto instituatur, & acquirat possessionem, tenet institutio, & Episcopus tenetur providere appellantem de competenti beneficio, *cap. pastoralis de jure patronatus.* Si quis ante institutionem immisceat se beneficio, tunc in pœnam amittit jus sibi quæsitum per præsentationem, *cap. transmissa 15. de electione, Marescott. 2. variarum, cap. 35. n. 47. Abbas in cap. qualiter num. 4. de electione.* Similiter privatur beneficio etiam simplici, qui ante collationem se intrusit administrationi, *cap. avaritiæ de electione in 6.* Habens jus patronatus nō potest illud gravare aliqua pensione, nec alteri beneficium renunciare, ignorante, vel contradicente Patrono, *cap. in lateranensi de præbendis.*

Ut autem differamus de aliis modis, quibus valet Beneficium acquiri, denuò

17 dicimus, acquiri electione legitimè confirmata, secundò postulatione, tertiò præsentatione ad jus patronatus, quartò collatione, quintò permutatione, sextò resignatione, septimò unione. Collatio est actus legitimus, quo Superior liberè confert Beneficium idoneo, *capit. relatum de præbendis.* Collator Beneficii est Ordinarius. Permutatio Beneficiorum, fit, quando beneficiati ad invicem reciprocè mutant Beneficium authoritate legitima, *cap. quæsitum de rerum permut.* Permutatio absoluta sine aliquo pacto potest fieri sine authoritate Episcopi, *cap. quæsitum*

Digitized by Google

rum de rerum permutatione, *Rebuffus in praxi beneficiali de permutatione*. Si verò permutatio fiat cum aliquo pacto, puta cum retentione pensionis, vel ut unus, & non alter faciat expensas, tunc requiritur authoritas Summi Pontificis, *Bonac. de simonia disputatione 2. qu. 4.* Resignatio
18 beneficiorum ad favorem alicujus est idem ac renunciare Beneficium coram legitimo Superiore, *cap. ex literis 10. de excessib. Prælator.* Resignatio est duplex, una expressa, altera tacita. Expressa fit verbis, scripto, vel aliter. Tacita fit ex dispositione legis, *cap. tua nos de simonia*, puta si beneficiatus nubat: nam illico beneficiis caret, *cap. 2. & 3. de Clericis conjug.* qua de re infra latior sermo erit. Resignatio est duplex, una pura, altera conditionalis. Pura est, si fiat liberè in manu legitimi Superioris, & hæc dicitur renunciatio beneficii, *cap. 3. & 4. de renunciatione*, quæ fieri valet coram proprio Ordinario *cap. tua 34. de simonia*. Et beneficium purè renunciatum non vacat, antequam renunciatio acceptetur à legitimo Superiore, *cap. admonet de renunciation. Cassadorus dec. 2. de renunciatione*. Conditionalis est, quæ fit sub aliqua conditione, puta reservatæ pensionis, vel ad favorem tertii cum clausula: Non aliàs aliter, nec alio modo, *cap. dilectus de præbendis*, & fit tantùm coram Summo Pontifice *cap. ex par. de offic. delegati*, *cap. nisi de præbendis*. Et solet fieri cum regressu, ingressu, & accessu. Regressus est, ut resignans repetat Beneficium, si pensio non solvatur. Infirmus ad favorem tertii non potest resignare, & nulla est resignatio, si moriatur intrà 20. dies: tunc enim Beneficium dicitur vacare per obitum ex *regul. 18. cancell. de infirmis resignantibus*. Literæ autem resignationis debent expediri vivente resignante. Verùm ex *regul. 18. cancell. de infirmis resignantibus* id cessat in sene resignante, licèt deindè casu moriatur intra 20. dies, puta naufra-
19 gio, vel occidatur ab inimicis. Facta resignatione sunt publicandæ bullæ ex *regul. 34. cancel.* Et si fiat resignatio in Curia, dantur sex menses intrà montes, novem extrà montes, sivè ultrà montes. Si resignatio fiat extrà Curiam, publicatio fieri debet intrà mensem *can. pastorali qu. 2.* Publicatio fit in loco beneficii, & in Ecclesia, præsente populo, & literæ Apostolicæ leguntur inter missarum sollemnia, & affigitur copia authentica in januis Ecclesiæ, aliàs resignatio est nulla ex *regula 34. cancel.* de qua praxi etiam infra disseremus.

Beneficium ab aliquo resignatum ad commodum, & favorem alicujus ita, mani-
20 bus Pontificis, statim, publicata resignatione per capturam possessionis beneficii per resignatarium factam per celebrationem, & decantationem missæ, nomine illius vacare dicitur, non per obitum resignantis, etiamsi resignatio fuerit publicata post sex menses, dummodo non per tres, aut quatuor dies ante mortem resignantis. Quod procedit, etiamsi resignans ratione perceptionis fructuum super beneficio loco pensionis sibi reservatæ permanserit in possessione beneficii, & ejus nomine fuerint missæ celebratæ, quia possessio consistit in spiritualibus, & præterea dicitur resignatario, non sibi possidere. Et quamvis resignans fecerit etiam resistentiam, in beneficio fuerit pro rectore habitus, & comparuerit ut Rector in
21 synodo; debent credi hæc omnia ex errore processisse, cum nullatenus potuisset possidere, translata in Resignatarium possessione, *Gizzarell. dec. 77. n. 1. & seq. usque ad 14.* & quòd renuncians cum juramento beneficio non impediatur, si ex nova
22 causa, & provisione illud obtinere velit, *Staib. 1. forens. 32. num. 9.* Resignatio beneficii potest publicari etiam post sex menses per capturam possessionis resignata-
22 rii, dummodo sit per tres, aut quatuor dies ante mortem resignatarii, *Gizzarell. dec. 77. num. 4.* Resignatio beneficii cum immodica pensione ultra summam per-
23 missam non in totum vitiatur, sed solùm quoad pensionem: resignatio autem sustinetur, *Gizzarell. dec. 77. num. 5.* & quòd
24 resignatio beneficii ab excommunicato vitando facta nulla sit, *Didacus de Mar. ad Gizzarell. dec. 77. n. 11.*

Nulla est resignatio fraudulenta, & simoniaca, si resignans reservavit sibi om-
25 nes fructus beneficii, ita quòd nihil remaneat resignatario pro ejus sustentatione, & celebrandis divinis officiis, contra regulam textus in *cap. cum secundum de præbendis*: *Qui altari servit de altari vivere debet*; cum ad hoc fuerint inventa beneficia, & præbendæ, *cap. ult. de rescript. lib. 6.* & fraus deducitur, si resignatarius fuit possessor puri nominis contra constitutiones Pontificum *S. Pii V. & Gregor. XIII.* quæ requirunt veram, & actualem possessionem in Resignatario beneficii, & cum effectu, non simulatè: *Ista autem possessio*, inquit *Franciscus Sanleger. in tract. de pension. cap. 5. sub num. 10. non est vera, & realis, imo est ficta, & simulata, quæ tendit in præjudicium tertii, nempè ejus, ad quem alioquin, adveniente casu vacationis, collatio spectaret: & possessio, si quæ sit, dicitur ventosa, & in nube: & sicut cor-*

pus

Digitized by Google

pus sine anima non est homo, ità & beneficium sine reditu non est beneficium: cumque sit nulla resignatio, debet dici vacare beneficium, *Rot. Rom.* apud *Boer. dec. 1. nu. 56.* & *Papon. lib. 2. tit. 4. arrest. 16.* Præscribitur enim in constitutionibus *S. Pii V.* & *Gregorii XIII.* & in regulis Cancellariæ, Resignatarium esse semper debere in possessione beneficii, quod idem est ac dicere in continuato, & actuali exercitio: *Aliud enim est possidere, aliud in possessione esse*, inquit *Rebuff. in praxi benefic. ad regulas Cancell. regul. 37. vers. possessione, & vers. item quando*: atque ideò, subdit postea, *colonus dicitur esse in possessione, licèt non possideat, & qui mittuntur in possessionem causa rei servandæ, dicuntur esse in possessione, quamvis non possideant, l. 3. §. creditores ff. uti possid. l. cum legatum ff. ex quib. causis in possess. eatur*: Quapropter concludit, quòd, si resignans exigeret fructus beneficii, & postea in hoc statu moreretur, diceretur fuisse in possessione beneficii, & non resignatarius, & propterea deberet dici vacàs ob ejus mortem, etiamsi percepisset non suo nomine, sed tanquam procurator, & nomine resignatarii: *Unde per hoc verbum* (sunt ejus verba) *si resignans post resignationem semper receperit fructus, & alios actus sicut verus curatus fecerit, & sic moriatur, diceretur in possessione mori, & beneficium vacabit per ipsius obitum, etiamsi resignans tanquam conductor fructus recipiat, quià adhuc dicitur in possessione mori, si sic moriatur, & quià fieret huic Regulæ fraus: nam Resignatarius permitteret, Resignantem uti fructibus beneficii, sic locando beneficii fructus: Sed ista regula obviat illius fraudibus, volens, ut vacet per obitum, & sic consuluit Corneus in cons. 137. 3. volum. alioqui verus Rector ignoraretur, vel duo essent sic uno instanti beneficii Curati, & Rectores, contra text. in cap. cum non ignores de præbend.* & possessionem captam per Resignatarium, docet, reputari debere hoc casu nullius momenti, tanquam inutilem, & absque effectu. *Item si resignatarius accepit possessionem* (inquit *loc. cit.*) *sed tamen Resignans est semper in possessione, dico, quòd per ipsius obitum vacat, quia non dicitur accepisse possessionem, quando non durat: nam versum non dicitur, quando non durat versum, l. si pro parte §. versi ff. de in rem vers. text. & ibi glos. in cap. 3. de verb. sign. ubi non videtur fuisse posse, quod non duravit, sic nec possessio capta, quæ non duravit, l. 2. §. si quib. ex quib. caus. in possess. plenè Hippolyt. in l. qui falsam num. 5. cum seqq. ff. ad l. Cornel. de fals. Facit, quod dicunt DD. in clem. final. in princ. de vita, & honest. cleric. de eo, qui momento fert vestes bipartitas, ut puniri pœna illius text. non debeat*: & concludit *Rebuff. loc. cit. verb. & sequutæ fol. 380.* ibi: *Et sic possessio capta per Resignatarium non valet, nec potest manuteneri in possessione, cum hìc annullentur & titulus, & inde sequuta scil. possessio capta, & alia*, &c.

Resignatio si non fuerit publicata in be-
26 neficiis citra montes infra sex menses, & intra novem in beneficiis ultra montes, nulla est ex regula Cancellariæ, ibi: *Nullius roboris, vel momenti*; ex *constit. 182. S. Pii V.* ibi: *Nullas, & invalidas, nulliusque roboris fore, ac fuisse, & esse statuimus*: & irrita, & inanis dicitur ex *constit. 87. Gregorii XIII.* ibi: *Cum omnibus inde sequutis, sivè de pacificis, sivè de litigiosis, sint irritæ, & inanes*: sicque pluries fuisse decisum per Rotam Romanam refert *Flamin. Paris. in tract. de resignat. benefic. lib. 11. tom. 2. qu. 7. num. 1.* ibi: *Non habet igitur dubium, cum sit data certa forma, & ità pluries judicavit Rota, & ità practicatur, & servatur indistinctè*: estque tam efficax hæc nullitas, quòd non solùm tollit titulum, sed etiam possessionem resignatario, & semper intelligitur vacare beneficium, ut subdit idem *Paris. num. 20.* ibi: *Et fuit pluries resolutum in Rota ante, & post dictam constit. Pii V. in una Ovetens. die 2. Maij 1554. coràm Fanuccio, in qua fuit dictum, quòd, non facta publicatione, beneficium remaneat Resignanti, & vacet per ejus obitum, Caputaquens. decis. 80. par. 3. & in una Pamphilon. 15. Martii 1573. coràm Aldobrand.* & postea rationem adducit *num. 23. Cùm dicta constit. Pii V. annullet resignationes ab initio, & dicit fuisse, & esse nullas, & annullat consensum, quo consensu sublato, impossibile est dicere jus fuisse abdicatum a Resignante: & hæc ratio movit Dominos in una Pamphil. Parochialis Veneris 15. Martii 1573. coram R. P. Aldobrand.* & hoc adimplementum debet plenè probari ab eo, qui petit executionem resignationis, *Innocent. in cap. ex insinuat. col. 2. sub num. 3. de procurat. Rebuff. in praxi benefic. tit. de rescript. ad benefic. vacant. num. 17.*

Unio est plurium beneficiorum legiti-
27 ma conjunctio, *cap. sicuti de concess. præbend.* Dividitur in perpetuam, & temporalem *cap. 1. ne Sede vacante*. Perpetua durat perpetuò, vel ad arbitrium S. Sedis, *cap. si gratiosè de rescriptis in 6.* Temporalis durat ad tempus, puta ad vitam alicujus, *cap. 1. ne sede vacante*. Secundò dividitur in subjectivam, & incorporativam, & quoad Pastorem. Subjectiva est, quando unum subjicitur alteri tanquam prin-

principaliori, Incorporativa est, quando mutuò æquè principaliter communicantur jura, actiones, & privilegia, & debet fieri inventarium, ut, si fortè dissolvatur unio, retineat quælibet Ecclesia jura sua, *glossin cap. 1. ne sede vacante*. Quoad Pastorem est, si Ecclesia invicem non uniatur, sed unus Prælatus utriquè præsi, & repræsentet duplicem personam, *cap. quia, & cap. 2. de religiosis domibus.* Unio non est facienda sine causa, & potest
28 fieri a Papa in toto mundo, *cap. licèt de præbendis in 6.* Ab Episcopo in sua Diœcesi, *cap. sicut 8. de excessibus Prælatorum, Trid. sess. 21. c. 5.* ilque potest unire beneficia, etiam devoluta ad Summum Pontificem, quià devolvitur collatio, non unio, *Pax Jordanus, Palaja, Barbosa.* Unire valet beneficia simplicia, non dignitates, & patronatus, *Trid sess. 24. cap. 13.* Similiter non unit Ecclesias Parochiales Monasteriis, Abbatiis, dignitatibus, præbendis,
29 Cathedrali, vel Collegiatæ, *Trid. d. loc.* Hodie non unit vacantia in mense Papæ, nec reservata Papæ, ut statuit Urbanus VIII. in bulla, quæ incipit *quamvis* nec beneficia curata, licèt curatis possit unire alia beneficia simplicia, *Trid. loco citato*. Non potest unire omnia beneficia simplicia suæ Diœcesis, immo nec decem simul, nam præjudicaret graviter collationi, *Pax Jordanus*, & alii. Non potest unire Parochialem Parochiali, nec fructus unius alteri, *Garzias de beneficiis par. 12. cap. 2. num. 87.* Episcopus potest unire perpetuò, non ad tempus. *Trid. sess. 24. de refor. cap. 13. & 15.* nec potest unire beneficia juris patronatus laici sine consensu Patroni, *Gabbasutius lib. 4. cap. 9.* Ad unionem requiritur causa
30 publica, evidens, & necessaria, puta si aliter nequeat sustentari Minister, *cap. exposuistis de præbendis, cap. eam te de ætate*, & debet fieri, causa cognita, suntque citandi, & audiendi interesse habentes, *clem. 1. §. ad hoc de statu Monachorum*, estque exprimendus valor beneficii. Plura autem in materia unionis beneficiorum præscripsit S. Conc. Trid. quæ videri possunt *sess. 7. cap. 6. de reform. sess. 14. cap. 9. sess. 21. cap. 5. sess. 24. cap. 15. & sess. 25. cap. 13. de reform.*

Divisio beneficiorum est prohibita, *cap. vacante de præbendis*: fit tamen ex causa,
31 puta aucto Populo: nam tunc possunt augeri Parochiæ, *cap. ad audientiam de Ecclesia ædificanda, Trid sess. 24. cap. 4.*

Concursus ad beneficia præcipuè curata requirit, ut affigatur edictum in Ec-
32 clesia Cathedrali, & in Ecclesia vacante, & debet fieri concursus coram legitimis Examinatoribus, elapso tempore edicti, *Triden. sess. 24. cap. 18.* Examinatores debent esse saltem tres, *Garzias de beneficiis par. 6. cap. 2. num. 224.* & si deficiat aliquis, subrogandus est alius ex antiquioribus, & non fit concursus. Quòd si Episcopus fecit Synodum infra annum, & deficiant Examinatores Synodales, potest cum consensu Capituli subrogare non Synodales: si verò ex negligentia non fuit facta Synodus, tunc alii non subrogantur, sed devolvitur collatio ad Summum Pontificem, si desint Examinatores saltem tres Synodales, ex *constitutione 32.* S. Pii V. At, si Episcopus a Sacra Congregatione obtineat, ut possit extra Synodum nominare Examinatores, tunc *illi* validè admittuntur, ut statuit Sacra Congregatio apud *Pignatell. tom. 1. consult. 118.*

Nominatio in beneficio si reperitur peracta ab eo, qui reputatur Patronus, sed non reperitur in possessione nominandi, institutio est nulla, & invalida, nec ulla ratio ejus haberi potest, & institui debet nominatus à vero, & legitimo Patrono. E contra verò si reperitur in quasi possessione nominandi; hoc sufficit ad obtinendum. En verba textus in *c. consultationibus 19. de jur. patr.* ibi: *Si aliquis Clericus ab ordinario judice in Ecclesia fuerit institutus ad præsentationem illius, qui ejusdem Ecclesiæ credebatur esse patronus, & postea jus patronatus alius evicerit in judicio, institutus non debet ab ipsa propter hoc removeri, si tempore præsentationis suæ ille, qui eum præsentavit, jus patronatus Ecclesiæ possidebat, cum ex hoc ei, qui de jure debet habere, nullum in posterum præjudicium generetur. Si verò non possidebat, sed tantùm credebatur esse patronus, cum non esset, poterit ab eadem Ecclesia removeri.* Tractant de hac re canonistæ, inter quos *Abb. Panormitan. in dict. cap. consultationibus, & in cap. 2. de in integr. restit.* & alii relati per *Jo: de Silv. de benefic. p. 2. quæst. 7. quandò quis dicatur esse in quasi possessione juris conferendi, aut præsentandi*: & nonnulli docent judicari debere constitutum in quasi possessione eum, qui semel saltem præsentasset, aut bona fide elegisset, si electio fuit à superiore confirmata. Alii in terminis juris patronatus concludunt, ad acquirendam quasi possessionem nec unam, nec duas præsentationes sufficere, quantumvis bona fide peractas, & à superiore confirmatas, nec aliquod præjudicium ingerere posse vero Patrono, nisi concurreret præscriptio legitima. Hanc sententiam acriter sustinuit *Jo: Cabassutius jur. canon. theor. & prax. lib. 2. c. 7. de jur. patr. nu. 14.* ibi: *Possessio juris patronatus acquiritur cum titu-*

lo

lo colorato, & bona fide possessoris per præscriptionem, quam multæ præsentationes effectum sortitæ roborarunt, Neque verò sufficit una & altera præsentatio, etiam bona fide subnixa, quidquid in oppositum scribant Lovet. lit. P. num. 20. & ex illo Pastor lib. 1. tit. 19. num. 17. si ante legitimam præscriptionem completam constet de vero alterius titulo. Quod enim nostrum est, sine facto nostro ad alium transferri non potest, l. id quod nostrum D. de regul. jur. Sic enim inferretur injuria vero Patrono aut absenti, aut proprium jus ignoranti, & deterreventur homines ab Ecclesiarum fundationibus, si tam facilè Patronorum jura præripi possent. Sed si præsentator jus illud non possidebat, verùm per errorem existimabatur Patronus, debet is, qui ad ejus præsentationem institutus fuit, beneficio privari, ut sancitur cap. consultationibus de jure patr. & post tres continuatas electiones excluduntur à jure eligendi illi Clerici, qui tempore sufficienti non probant se præscripsisse, cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess & propriet. Idemque censendum est de collationibus beneficiorum sine præsentatione factis, quæ nullatenus Patronorum juribus officiunt, quando superveniens Patronus jus suum ac titulum exhibet: atque ita sæpius Aquisextiensis Senatus judicavit. Anno enim 1652. Martii 18. ad petitionem Patronorum nomine Pellencorum Richardus Assius spoliatus fuit beneficio sibi ab Episcopo Rhegiensi collato, qui bis illud idem aliis non præsentatis contulerat, remotoque Assio suffectus est Longius à Patronis præsentatus. Idemque Senatus anno 1632. Virollium ab Episcopo Cistariensi provisum depulit beneficio, instante Marchione Camilliaco Patrono, idque adjudicavit Cassagnio, tametsi hoc ipsum beneficium diversis vicibus fuisset ab Antistitibus Cistariensibus collatum, nullo præsentante. Concilium item Tridentinum præclarè statuit sess. 25. de reform. cap. 9. ubi de titulo non liquet, nullum sufficere ad stabilienda jura patronatus temporũ decursum, præterquam illius, quod omnem hominum memoriam excedit, & cui præterea suffragentur multæ indubitatæ præsentationes, quæ ab annis saltem quinquaginta fuerint effectum sortitæ. At verò illud forense axioma, in beneficiis ultimum statum esse attendendum, nihil juvat Loveti opinionem juribus allegatis & æquitati planè repugnantem. Ultimus enim ille beneficiorum attendendus status supponit jus ambiguum, sed nullatenus præjudicat, ubicumque titulus evidens ostenditur, ut constat ex cap. consulationibus de jure patronat. quod utique in causa ista est decisivum.

Primam sententiam secutus fuit *Calderinus conf. 12. tit. de jur. patronat.* ubi dicit plura requiri, ad hoc ut aliquis possit dici in quasi possessione conferendi, eligendi, aut præsentandi. Primò enim dicit, requiri bonam fidem ex *Gloss.* ad idem *cap. consultationibus vers. possidebat*, ibi: *Bona fide, ut dixi, & non vi, argum. C. de præscript. 30. vel. 40. annor. l. si quis emptionis §. sed hoc, & 16. qu. 3. cap. licet in regulis.* Hujus rei ratio est manifesta, quia nominatio est fructus juris patronatus, & fructus pertinent dumtaxat possessori bonæ fidei, §. *si quis à non domino instit. de rer. divis.* & not. *in c. gravis de restit. spoliator.* Secundò requirit semel saltem fuisse factam aliam præsentationem, & confirmatam a superiore per medium institutionis, ex *Cardinal. in cap. ex literis oppos. 2. de jure patr. Abb. cons. 54.* incip. *casus contingentiæ circà princip. vol. 1. & cons. 106.* incip. *casus col. pen. vol. 2.* Ulterius requirit *Calderinus* eum, contra quem prætenditur acquisitam quasi possessio præsentandi, sciviſſe, & toleraſſe alterius præsentatione, *Jo: Andr. in c. bonæ il 2. de postulat. Prælator. in c. conquerẽte de offi. Ord. & in c. 2. de in integr. restit.* Inhæret sententiæ *Calderini Franciscus de Roya in suo commentar. ad* idem *cap. consultationibus* 19. *de jure patr.* dicens: *Rescribit Summus Pontifex, videndum esse, an Petrus suæ præsentationis tempore fuerit in quasi possessione juris patronatus, an non: Primo casu præsentationem illam omninò valere, nec eam esse rescindendam, quamvis postmodùm appareat, re vera Petrum non fuisse Patronum: Secundo casu omninò inutilem esse præsentationem à Petro factam, licèt palam & publicè habeatur Patronus, quo tempore præsentavit:* & paulò post: *Licèt verò nostrum illud caput generaliter loquatur de quolibet possessore; semper tamen illud restringendum est ad bonæ fidei possessorem: Nam si sit malæ fidei, ejus præsentatio nullius est momenti, ut proinde Clericus ad ejus præsentationem institutus, ab Ecclesia removendus sit, cap. 1. hoc tit. in col. 2. & in cap. 2. hoc etiam tit. in appendic. Lateranen. Concil. part. 47. quia malæ fidei possessor omnes fructus, etiam consumptos, restituere tenetur, l. certum 22. C. de rei vendic. & cap. gravis 11. extr. de restit. spoliator. Exemplum Patronorum malæ fidei possessorum extat in chronic. S. Vulturni lib. 2. apud Quercenatum tom. 3. histor. Franc. pag. 683. ubi agitur de Normannis, qui cum per vim usurpassent quasdam villas, quibus annexum erat jus patronatus, illud etiam usurparunt, & quidem*

dem ea sola ratione, quòd eas villas mutassent in Castella. Subjicit adhuc Summus Pontifex, si Petrus præsentationis tempore non possederit jus patronatus, Jacobum ab eo præsentatum posse ab Ecclesiæ removeri, quamvis Petrus vulgò crederetur Patronus: quia publica fama, vel opinio, titulum non tribuit, & solus dominus, aut utique bonæ fidei possessor fructus eapere potest. & in fine concludit: *Sed si quis semper fuerit malæ fidei possessor, vel etiam ab initio, Clericus ab eo præsentatus, & ab Ordinario ad eam præsentationem institutus, ab Ecclesia ejiciendus est, tanquam intrusus.* Concordat *Melchior Pastor in tract. de benefic. Eccles. lib. 1. tit. 19. de jure patr. num. 19.* dicens: *Eodem jure* loquitur *de c. consultationibus 19.) Patronus non excluditur à possessione per violentum, & malæ fidei possessorem, & præsentatio facta à tali possessore, cui jus commune resistit, & institutio Ordinarii decepti, non obstat patroni querimoniæ, & præsentationi alterius Rectoris: nam mala fides nemini debet patrocinari, & possessor malæ fidei non facit fructus suos, l. certum est C. de rei vindic. ut de præsentatione facta à malæ fidei possessore dicitur in decis. Rotæ 268. in novis.* Nec aliter sensit *Janus Acosta ad cap. 7. & 19. de jure patron.* ibi: *Nam in cap. consultationibus infr. hoc tit. nominatim definitum est, non sufficere, ut credatur aliquis Patronus, sed debere eum esse in possessione juris patronatus, id est, debet Presbyter institutus probare eum, à quo præsentatus est, usum fuisse hoc jure, ut in d. c. cum Bertholdus, ubi similis species huic nostræ proponitur.* Abis non recedit *Pax Jordan. elucubrat. diverss. vol. 2. de re benefic. lib. 10. tit. 7. de jure patr. nu. 421.* *Bene verum est* (sunt ejus verba) *quòd, si quis non esset in quasi possessione præsentandi, sed tantùm crederetur Patronus, & præsentaret, ejusque præsentatus institueretur, constito de vero Patrono, poterit provisus removeri, & institui præsentatus ab ipso Patrono vero, cap. consultationibus, in fin. hoc tit. ubi Glos. reddit rationem, quòd removeatur tamquam non præsentatus à Patrono, 16. qu. 7. c. decernimus:* & *sic credulitas sine possessione non valet, vel non prodest. Ità Glossa.* Et denique, aliis omissis, *Andreas del Vaulx de benefic. lib. 1. tit. 13. num. 4. & seqq.* commentans supra relatum *cons. 12. Calderini*, quod est synodale in hac materia, adducit hæc verba: *Ad acquirendam tamen hanc quasi possessionem, saltem in ordine ad validitatem collationis, aut præsentationis, intervenire debent requisita per Calderin. cons. 12. de jure patronat. Quorum primum est bona fides, quæ omninò necessaria est, quia malæ fidei possessor non facit fructus suos, cap. gravis extr. de restitut. spoliator. ubi Abb. & alii, & in cap. conquerente eod. tit. l. si fundum, l. certum C. de rei vindicat. §. si quis à non domino instit. de rer. divis. Ideòque præsentatio, collatio, vel electio ab eo facta non subsistit, Innocent. Abb. & alii in cap. consultation. extr. de jur. patronat. & in cap. Cumana extr. de elect. & in cap. 2. extr: de in integr. restit. ad eamq; faciendam admitti debet verus patronus, collator, aut habens jus eligendi, ut docet Covarr. practic. quæst. cap. 36. num. 6. in fin. ex Lambertino.*

Cum autem agitur de pluribus patronatibus hæreditariis, aut ex jure quasi universali pervenientibus, quasi possessio præsentandi in uno extenditur ad alios omnes, *ad text. in l. 1. §. veteres 16. D. de acquir. vel. amittend. possess.* ibique *Cujac. commentar. lib. 54. Paul. ad edict. oper. postum. tom. 2. & l. prædia. 48. D. eod.* ibique etiam *Cujac. commentar. in lib. 19. resp. Papinian. oper. postum. tom. 1.* Sed celebre est hac in re *consil. 368. Ludovici Romani.* Agebatur in specie prædicti consilii, quòd in hæreditate cujusdam Patris familias inter alia bona hæreditaria remanserant multa jura patronatus. Existimabat primogenitus contra alios fratres secundogenitos, quòd ex eo quia acquisiverat quasi possessionem ipse solus præsentandi in quibusdam, ea extenderetur ad cætera, nec dubitari jure poterat, hæreditatem, cujus erant partes jura patronatus, fuisse titulum universalem, *leg. 20. §. item non solum D. de petit. heredit. Cujac. ad l. 26. eod. commentar. in l. 20. Paul. ad edict. oper. postum. tom. 2.* &, hoc non obstante, *Lud. Romanus* resolvit contra illium primogenitum: *Dum autem quæritur, an ex eo quòd frater senior solus in aliquibus aliis Ecclesiis quæsivit jus præsentandi, ex præscriptione censeatur etiam per consequentiam in Ecclesia hujusmodi de Trucennato præsentandi jus quæsivisse. Breviter dicendum arbitror, quòd non:* &, relatis in ejus sententiæ comprobationem pluribus juribus, & Doctoribus, tandem *n. 16. in fin.* sic inquit: *Undè meritò consequens est, ut non extendatur præsupposita præscriptio ad effectum hunc, ut habens facultatem præsentandi solus ex præscriptione ad aliquas Ecclesias, ad Ecclesiam aliam pariter censeatur habere, in cujus præsentationis quasi possessione nunquam solus fuit, per suprà plenè demonstrata. Ex quibus clarè concluditur, quòd, quamvis probetur, hunc seniorem solum in aliquibus Ecclesiis præsentasse, seu jus præsentandi præscripsisse; non tamen ea præscriptio extenderetur ad Ecclesiam hanc, ad quam nunquam*

quam ſolus præſentavit, & ſic hujus præſentationis quaſi poſſeſſionem nunquàm ſolus quæſivit, &c. & ſententiam *Ludovici Romani* commendavit *Canoniſta Felin. ad cap. auditis 15. de præſcript. num. 17. in fin.* ubi alias addidit rationes dicens: *Quod notandum, ſi unus ex patronis præſcripſit, quòd ſolus præſentet in certis Eccleſiis patronalibus, non poteſt ſolus præſentare in aliis etiam patronalibus, in quibus nunquam ſolus præſentavit, Ludovic. conſ. 368. præſens conſultatio allegans pulchrè ad hoc ſeptem notabilia dicta, non autem præcedentia, quæ non puto te inventurum eſſe alibi aggregata:* ſicque eti à cæteri, præſertim *Lambertinus de jur. patronat. lib. 1. p. 2. quæſt. 11. art. 3. fol. 406. edit. Venetæ*, cujus verba, tamquam concluſionem prædict. fundantia, placet tranſcribere: *Sed dubitari poteſt tertio loco etiam, an ſi ſunt plures fratres, qui ex ſucceſſione eorum patris habent jus patronatus in pluribus Eccleſiis, & ſenior frater ſolus in omnibus illis effatis Eccleſiis præſentavit præter in una illarum, & ſic quæſivit jus præſentandi in illis ex præſcriptione, an cenſeatur acquiſiviſſe etiam in illa alia. Iſtam quæſtionem formavit Roman. in conſ. 368. præſens conſultatio in penult. column. in verſic. dum autem quæritur, & breviter arbitratur fore dicendum, quòd non, ea ratione, quia præſcriptio, velut odioſa, ad ſuos terminos reſtringi debet, adeo ut non ultrà extendatur, quàm quis reperitur poſſediſſe animo præſcribendi, text. eſt in l. 1. §. ſi quis D. de itiner. actuque privat. Undè videmus, præſcriptionem non extendi neque de re ad rem, neque de perſona ad perſonam, neque de loco ad locum, & hæc particularitèr probantur primò ex cap. cum olim, & cap. auditis de præſcript. ubi eſt expreſſum de præſcriptione, cum jus eſt contrarium, ut in caſu propoſito, cum de jure communi jus patronatus præſentandi ad omnes fratres æqualitèr tranſeat: unde ibi ſi præſcribat contra Epiſcopum aliquis aliqua jura ſub Epiſcopali juriſdictione comprehenſa, certè in loco diœceſ. non debet intelligi in eodem præſcripſiſſe jura Epiſcopalis juriſdictionis. Ad idem text. in c. dilectus de capell. monachor. Secundò idem probatur in cap. cum contingat, & in cap. cum in tua, de decim. ubi eſt expreſſum, præſcribentem in aliena parochia contra jus commune decimas antiquas non intelligi præſcripſiſſe decimas novas, neque etiam præſcribentem in parochia aliena decimas uſtius prædii, intelligi præſcripſiſſe decimas alterius prædii: ut enim dicit Innocent. in d. c. tua de decim. Præſcriptio eſt adeò ſtricti juris, quòd, licèt quis præſcripſerit jus decimandi totam parochiam, uno prædio excepto, in illo præſcripſiſſe non intelligitur, argum. dicti cap. cum contingat. Tertiò idem probatur ex eo, quod determinat Federic. conſ. 125. Epiſcopum præſcribentem in Hoſpitali aliquo, quod non conſtat eſſe religioſum, facultatem exercendi unum actum Epiſcopalem, non intelligi præſcripſiſſe exercitium aliorum Epiſcopalium jurium. Quartò idem probatur ex Gloſs. notabil. in c. odia de regul. jur. lib. 6. quam allegans Hoſtienſ. in c. cum ex officii determinat, Prælatum præſcribentem in uno loco viſitationem, non intelligi ibidem præſcripſiſſe procurationem, quamvis ſibi regulariter annexa ſit, cum hæc præſcriptio ſtricti juris ſit, & viſitatio ſine procuratione poteſt acquiri, quod ſi non poſſet, tunc viſitationi, tanquam neceſſariò acceſſoriæ, intelligitur præſcriptum fuiſſe, C. de uſur. l. eos D. de uſucapion. l. ſi aliena §. 1. Quintò probatur ex doctrina Innocent. in cap. cum dilecti de offic. Archidiac. cujus dictum ſequitur Ægidius in c. cum Eccleſia de elect. dicens oneroſam conſuetudinem, & præter vel contra jus præſcriptam, puta, quòd Archidiac. ab omnibus Monaſteriis in ſuo Archidiaconatu ſitis, excepto uno, conſueverat percipere decem ſolidos annuatim, non extendi ad Monaſterium illud, undè licèt conſuetudo foret laudabilis & rationi congrua, ac ſuper re de facili conceſſibili præſcripta quoad locum unum, non extenderetur ad alium qualitatis ejuſdem, ut eſt expreſſum in c. ſuper eo de cenſib. in c. ſopitæ, & d. c. dilecti ad fin. quem text. ſic intelligit Innocent. Ultimò idem probatur ex doctrina Innocent. in cap. dilectus de capell. monachor. dicentis, præſcriptionem juriſdictionis per ſuperiorem completam in unam perſonam non extendi ad aliam, eò quià illa ſtrictiſſimi juris eſt, & odioſa. Igitur cum iſte frater tantùm præſcripſerit in aliis Eccleſiis jus patronatus non extendetur, & intelligetur eſſe præſcriptum etiam in iſta, ex quo omnes iſti fratres ſucceſſerunt patri, & licèt in illis Eccleſiis ſit præſcriptum jus patronatus, in iſta ſola remanebit eis. Faciunt etiam, quæ dicentur proximè in ſeq. art. quæ omnia etiam ponit ibi Roman. ſcilicèt d. conſ. 368. præſens conſultatio. Ego conſidero, quomodo poſſit præſcribere hic frater ſenior jus patronatus contrà ſuos fratres, quin ipſe ſit in mala fide, ex quo omnes inſimul ſucceſſerunt patri: ſi in mala fide, ergò præſcribere non potuit contra ſuos fratres, etiam in illis Eccleſiis, in quibus dicitur præſcriptum, cum poſſeſſor malæ fidei nullo unquam tempore præſcribat, regul. poſſeſſor. de regul. jur. lib. 6. cap. ſi diligenti de præſcript. Hinc Gloſs. & DD. in c. cura hoc tit. præſupponunt ibi, prædeceſſorem incepiſſe poſſidere, ſucceſſorem exiſtentem in bona fide præſcripſiſſe, ut latè de intellectu illius text. diximus ſupra in 1. quæſt. princip.

cip. hujus partis in 11. artic. Hinc similiter dicit Gloss. in dict. cap. 2. de capell. monachor. quòd si etiam aliquis allegasset præscriptionem, non juvaretur, nisi allegaret eam in alterius persona, & allegat cap. cum ex officii de præscript. unde ego non possum cogitare, qualiter iste frater senior incœperit præscribere, & finiverit contra fratres, quin non sit in mala fide; Undè intelligerem potius dictum Romani, quòd ex præsentatione semper facta per fratrem seniorem, postquam mortuus fuerit pater, acquisiverit quasi possessionem solus, adeò quòd præsentatus per eum, & institutus non possit amoveri, juxtà notata per Doctores in cap. consultationibus hoc tit. & non quòd præscripserit in perpetuum, sed ad effectum, ut manuteneatur in sua quasi possessione præsentandi, donec constet de juribus fratrum, qui nunquam præsentaverunt propriè, juxtà materiam d. cap. consultationibus, & hoc modo intellecto consilio Ludovici Romani, dicendum est, benè concluisse, ut quasi possessio acquisita per fratrem seniorem juris præsentandi in pluribus Ecclesiis non se extendat ad illam, in qua non præsentavit. Et nota dictum intellectum ad dictum consilium, quia est pulchrum, & verum. Quamvis igitur patronatus dependeant ex eodem titulo universali, semper inter eos sunt res separatæ, & divisæ: unde præsentatio facta in uno non intelligitur pro cæteris: & facit auctoritas *Alexandri III. d. cap. consultationibus*, ubi ad hoc propositom notandæ sunt voces *ejusdem, eadem*, repetitè appositæ ibi: *Ejusdem Ecclesiæ credebatur esse patronus*: & postea: *Si verò non possidebat, sed tantùm credebatur esse patronus, cum non esset, poterit ab eadem Ecclesia removeri.*

Et ad acquirendam possessionem rei particularis nihil prodest titulus universalis, si res sint inter se divisæ, & distinctæ: & ad acquirendum titulum universalem prodest possessio rerum particularum. Sic magistraliter declarans *textum, & Glyss. in leg. restituta 37. D. ad S. C. Trebell.* distinguit *Rota Romana coram Bich. decis. 51. num. 6. & 7.* ubi de praxi ejusdem *Rotæ* judicandi testatur ibi. *Quia text. & Gloss. in d.l. restituta intelligenda est respectu acquisitionis ipsius juris universalis, ita ut apprehensa, seu restituta una re particulari, universum jus hæreditarium acquisitum dicatur. Cæterùm, quia possessio in ejus adeptione factum desiderat, l. quemadmodum D. de acquir. possess. propterea in singulis corporibus hæreditariis necessaria est particularis apprehensio, quamvis titulus sit universalis, ut benè distinguendo explicat dictum text. in l. restituta Bartol. ibid. sub num. 1. vers. quædam, Jas. in l. 3. num. 30. D. de acquir. possess. Alexand. ibid. num. 22. D. eod. Innocent. in cap. in præsentia num. 2. de probat. Gomez. in l. 45. Taur. sub num. 39. infr. med. ubi quòd pro hac opinione facit text. in l. 1. §. veteres, & in l. qui absenti §. final. D. de acquir. possess. Surd. cons. 135. num. 65. & cons. 160. num. 12. Peregrin. de fideicommiss. art. 48. num. 77. & seqq. ubi respondet omnibus contrariis, Guttierez practicar. qq. lib. 5. cap. 64. num. 3. & 5. Molina de primogen. lib. 4. cap. 2. num. 22. & 23. Gayll. observat. 129. num. 6. & 8. lib. 2. Menoch. de retinend. remed. 3. num. 281. qui loquitur in specie ad effectum manutentionis, Gratian. disceptat. 210. num. 43. & hanc opinionem continuò amplexa fuit Rota dec. 162. num. 11. decis. 403. num. 3. p. 4. divers. decis. 321. num. 30. in impress. post Modern. Perusin. de mandat. de manutenend.* Hæc *Rota Romana*: & esse hanc propositionem generalem scribit *Posthius de manutenend. observ. 73. num. 59. & seqq.* Ex possessione (inquit ipse) *unius rei singularis, & separatæ, non acquiritur possessio alterius, sed in eis requiritur adeptio possessionis omnium, & singulorum prædiorum, & corporum, leg. 3. post princip. ubi Gloss. Bart. & de communi Alexand. num. 21. D. de acquir. possess. Speculat. in tit. de primo, & secundo decret. §. jam de effectu in princip. Natta consil. 429. lib. 2. Mandell. cons. 78. nu. 12. Paris. cons. 37. num. 17. lib. 3. Cravett. consil. 258. num. 16. lib. 2. Menoch. de retin. remed. 3. num. 281. & 282. Boccat. de interdict. uti possid. cap. 2. num. 73. Tusch. in V. possessio concluf. 422. num. 10. & 11. Surd. cons. 135. num. 64. lib. 1. & consil. 160. num. 12. lib. 2. Scaccia de judic. lib. 2. cap. 9. num. 1247. Guttierez pract. qu. lib. 5. quæst. 64. num. 3. & 5. Cancer. variar. resol. cap. 14. num. 53. in fin. par. 3. Gratian. discept. forens. cap. 425. num. 17. Cyriac. contr. for. lib. 2. contr. 300. num. 36. Menoch. decis. Bonon. 28. num. 63. Put. decis. 310. num. 2. lib. 2. Mantica decis. 105. nu. 6. & decis. 277. nu. 8. Rot. post 2. vol. cons. Farinac. decis. 104. num. 4. Rota post tract. Julian. Vivian. de jure patr. dec. 43. in fin. Coccin. decis. 30. num. 3. Rotæ post addit. ad tract. Cenc. de censib. decis. 123. num. 10. in Craccvien. jur. legend. coram R. P. D. Queipo post tract. dec. 321. num. 39. Rotæ recent. decis. 222. num. 10. par. 3. ubi, quod possessio partis non infert ad totum, quià non est probatio certa, & in Auximana census coram R. P. D. Ghisleriо*

lerio post tract. decis. 647. num. 38. Nevizan. cons. 80. num. 31. Buratt. decis. 434. num. 10. etiam quòd fuerit capta possessio aliquorum bonorum animo apprehendendi possessionem omnium, Surd. consil. 135. sub num. 64. & 65. lib. 1. Rota divers. dec. 403. num. 3. p. 4. quæ est etiam post secundum vol. cons. Farinac. decis. 140. num. 4. quæ procedunt etiam quoad res, quæ sub eodem jure regantur, seu sub eadem universitate juris contineantur, ut quia omnes sint ejusdem hæreditatis, vel castri, quia nihilominus per possessionem unius non intelligitur comprehensa possessio aliorum, Bacat. de interd. uti possid. d. cap. 2. num. 73. Peregr. de fideic. art. 48. num. 72. & seqq. Gayll. pract. obs. lib. 2. obs. 129. num. 6. Surd. d. cons. 135. num. 65. lib. 1. & dict. cons. 160. num. 12. lib. 2. Scacc. de judic. d. lib. 2. cap. 9. num. 1241. Guttier. pract. qq. lib. 2. cap. 9. num. 1241. Rota diverse. lib. 5. quæst. 64. num. 3. & 5. Rota divers. decis. 162. num. 11. p. 4. Rota post secundum vol. cons. Farinac. d. decis. 140. num. 4. quæ est etiam inter divers. decis. 403. nu. 3. p. 4. Rota in d. Cracovien. jur. legendi coram R. P. D. Quiepo post tract. d. decis. 321. num. 30.

. Et rejicienda est fictio extensionis in hoc casu possessionis: nam lex illam non admittit pro valida, & rejicit illam fictionem, quæ non sit conformis naturæ actus, & veritati. *Quia fictiones quæ naturæ non congruunt, prorsus rejiciuntur*, ut inquit Cujacius in terminis possessionis ad l. prædia 48. D. de acquir. poss. commentar. in lib. 11. resp. Papinian. oper. postum. tom. 1. & ante ipsum S. Augustin. 2. quæst. Evangel. cap. 51. *Fictio igitur, quæ ad aliquam veritatem refertur, figura est: quæ non refertur, mendacium est.* Natura possessionis rei particularis requirit, quòd pro ejus acquisitione adsit factum particulare, Ludovicus Romanus ad leg. 1. D. de acquir. vel amitt. possess. per l. 1. §. si vir uxori 4. ibi: *Quoniam res facti l. possessionem 29. eod.* ibi: *Quod enim est facti*; l. denique 19. D. ex quib. caus. major. ibi: *Possessio autem plurimum facti habet*; l. in bello 12. §. facti D. de captiv. & post lim. Cujac. ad d. l. denique, commentar. in lib. 3. quæst. Papinian. oper. postum. tom. 1. ibi: *Quia possessio initium sumit à facto, vel à corpore, id est à naturali apprehensione, quæ duobus Digestorum locis detentatio dicitur. & hæc est propriè possessio naturalis. Facto, seu corpori postea accedit animus, opinio, jus dominii*: & *ita perficitur* possessio civilis, *quæ dicitur constare tum corpore, tum animo*: & in l. 1. §. 1. D. de acquir. vel omitend. possess. commentar. in lib. 34. Paul. ad ed. T. oper. postum. tom. 2. sic habet: *Hac ratione, quia possessio res est facti, non juris. Certe ita est: possessionis apprehensio magis est facti, quàm juris. Possessionis apprehensio res est facti, id est factum, ut apud Plautum res voluptatis, id est, voluptas.* Huic naturæ possessionis rei particularis incongrua est fictio extensionis quasi possessionis ab uno patronatu ad alium ex allatis juribus.

In beneficiis ex revolutione actorum, 36 etsi aliquis justus, & validus titulus non fuerit deductus, remanet sufficienter probata negativa alicujus juris ejusdem, ut in his terminis firmarunt Garz. de benef. p. 6. cap. 2. num. 219. Lotter. de benef. lib. 2. qu. 54. num. 161. Barbos. de clauf. clauf. 164. num. 18. Ros. de exequutione literarum Apostolicarum cap. 17. num. 27. vers. non jus pagin. mihi 430. Amayden. de stylo Datariæ cap. 23. num. 18. sub §. similiter apparet, & Rota decis. 287. sub num. 1. coram Mantic. decis. 50. num. 6. tom. 2, coram Uba l. decis. 205. num. 5. coram Eminentiss. Cerro decis. 266. num. 4. coram Merlin. decis. 43. num. 2. coram Dunozz. jun. decis. 84. nu. 5. coram Gregor. decis. 10. num 5. & dec. 455. sub num. 4. p. 2. recent.

Contra eos, qui malitiosè impetrant 37 collationem beneficiorum reservatorum Sanctæ Sedi Apostolicæ, aut aliter affectorum pleraq; præscripsit *Pius IV.* sub die 26. Oct. 1560. in bulla, quæ incipit *Sanctissimus*, commentata à Gonzalez super regul. 8. Cancell. Apostolic. §. 7. proœm. Sic se habent verba bullæ apud eundem auctorem: *Pius Divina providentia Papa IV. cupiens, prout suo pastorali incumbit officio, unicuique, quòd suum est, tribui, justitiamque inter omnes æqua lance ministrari, ac animarum periculis, & fraudibus eorum, qui passim beneficia Ecclesiastica in mensibus, in quibus illorum collatio, & provisio per constitutiones suas, seu Cancellariæ Apostolicæ regulas desuper editas, dispositioni suæ pro tempore reservata existunt, vacantia, seu aliàs eidem, & Sedis Apostolicæ dispositioni generaliter reservata, aut ex generali reservatione Apostolica, vel aliàs affecta, ordinaria, seu alia auctoritate contra dictarum constitutionum tenorem, aut aliàs indebitè sibi conferri, & de illis etiam provideri procurant, & in eis prætextu collationum, seu provisionum hujusmodi se intrudunt, ad hoc ut illorum fructus suos faciant, & ex eis impetrantes Apostolico, seu aliàs justo titulo provisos molestent, & interim lites adeò in longum protrahant, ut impetrantes, & justum titulum habentes, aut cum eis concordare, aut eorum juri cedere, & renunciare, aut in prosecutione litium omnes ferè eorum facultates dissipare, & tandem illarum prose-*

cu-

cutione mori cogantur: hæc sua perpetuò valituraconstitutioneſtatuit, & ordinavit, quòd quoties in antea aliquem ſuper quovis beneficio eccleſiaſtico, ut præfertur, reſervato, ſeu affecto, & dicta auctoritate, vel aliàs nulliter collato, tam in Curia, quàm extrà eam, litigare contigerit, & Judici ordinario, ſeu cui cauſa deſuper commiſſa fuerit, etiam ſummariè, & extrajudicialiter, quantum ſibi pro rei qualitate ſufficere, Parte legitimè citata, videbitur, conſtiterit beneficium ipſum in dictis menſibus vacaviſſe, aut aliàs, ut præfertur, reſervatum, ſeu affectum, & nihilominus ordinaria, ſeu alia auctoritate, nulliter collatum, & indebitè detentum exiſtere; idem, Judex, producta citatione, fructus, redditus, & proventus beneficiorum ſic nulliter collatorum, & indebitè detentorum, ſequeſtrari mandet, & faciat, ac alia exequatur in præmiſſis neceſſaria & opportuna, &c. Et quòd ſi detentor beneficii cauſæ expeditionem protelet animo interim percipiendi fructus, & perſona ſuſpecta ſit, ad ſequeſtrum deveniri debeat, docet in propriis terminis *P. Gregorius Tholoſanus inſtit. nov. rei beneficiar. cap. 40. num. 22. ex l. ſi fidejuſſor, 7. §. 2. D. qui ſatisdar. cogantur*, ibi: *Et perſona ſuſpecta ſit, ex qua ſatis deſideratur, apud officium deponi debebit*, addens *nu. 23.* ſequeſtrum tali caſu fructuum beneficiorum eſſe favorabile: *Favorabiles ſunt iſtæ ſequeſtrationes beneficiorum, nempè in favorem Eccleſiæ, ne prætextu tituli, qui non eſt verus, paſtor irrepat, nève lis majorem ambitum accipiat*: & concludit poſtea deſtinandum eſſe interim Oeconomum, pro qua re adducit deciſionem ſupremi Senatus Pariſienſis anni 1534. in Prioratum Longipontis ibi: *Interim enim datur ſequeſter, qui temporalia, & ſpiritualia ſedulò curare poſſit, qui maximè exigitur (ſi beneficio detur) ut ſit perſona Eccleſiaſtica, cap. 2. de ætat. & qualit. ordin. nd. lib. 1. tit. 14. jura enim beneficii & beneficiati exercebit ſequeſter, qui poſſidet, Gloſ. ad clem. unic. in verb. beneficium de ſequeſtr. poſſeſſ. & ad cap. examinata de judic. etſi forſan recipiatur fructuum ſequeſter laicus, ſi ſeparari poſſint à ſervitio, quod debetur ratione beneficii, non aliter; quare controverſia mota pro officio Eccleſiaſtico clauſtrali, committitur pro officio Divino monaſterii religioſis, vel monachis, pro perceptione rerum temporalium laicis: quòd ſi utrumque eſt inſeparabile menſæ conventuali adjunctum, & ſervitio Divino, committitur religioſo, qui ex authoritate ſui Prioris, vel Abbatis, ſubit onus reddendarum rationum perceptorum, ut cautum arreſto Senatus Pariſiensis in Prioratu Longipont. 29. Januarii 1534.*

Et *Hieronymus Gonzalez ad regulam 8. Cancellariæ gloſſ. 31. num. 18.* teſtatur de hac praxi ſequeſtri fructuum beneficialium in ſimilibus caſibus. Sic etiam in ſupremo Senatu Brabantiæ fuit ordinatum ſequeſtrum, ut teſtatur *Jo: Womeſius*, quamvis fuiſſet advocatus ejus, contra quem fuit prolatum decretum ſequeſtri, *reſp. de jure Pontificio tom. 1. conſ. 216. in princip.* dicens: *In ampliſſimo Concilio Brabantiæ ad ſupplicem libellum dicto Concilio pro parte D. Lamberti Boſſchuyſen præſentatum 1. menſis Julii an. 1577. noviſſimè præteriti ordinatum eſt, ut DD. Cameræ computorum oppidi Bredenſis curent, ſeu faciant decimas, & fructus dictæ Eccleſiæ colligi, & invehi, illoſque benè, & fideliter aſſervari ad opus jus habentis.*

38 Beneficium an, & quando per matrimonium contractum vacet, & quid per ſponſalia, & quid, ſi nulliter contractum ſit, & an requiratur declaratoria, an verò ipſo jure vacet, & an condemnatus propter delictum ad privationem beneficii, pendente appellatione, poſſit renunciare etiam ad favorem coram Sanctiſſimo, & an Clericus, qui renunciavit clericatui, poſſit illum aſſumere ad omnē ſui voluntatem, etiamſi ſynodalis conſtitutio ſit in contrarium, & quadrimeſtre tempus ad præſentandum quomodo, & qualiter currat Patrono laico, & parvitas materiæ qualiter in hoc detur; ex pluribus enucleavimus in quadam facti contingentia: pro qua re placet occaſione prædicta deducta, hìc recenſere. Agebatur, quòd quidam Clericus poſſidens beneficium de jure patronatus laicale ſuæ propriæ familiæ deſiderans matrimonium contrahere, renunciavit clericatui in manibus Epiſcopi, & deinde contraxit matrimonium per verba de præſenti juxta formam S. C. Trid. Deinde comparuit in Curia Epiſcopali, & præſentavit ad dictum beneficium alterum clericum, qui comparuit propterea in Curia Epiſcopali, dicens, qualiter fuerat præſentatus in dicto beneficio juris patronatus laicalis, & aſſeruit, ſe inſtitui debere: cum autem ad aures ejus perveniſſet, per Epiſcopum alteri collatum fuiſſe beneficium, inſtetit propterea pro inveſtitura, ſtante ſua legitima præſentatione à Patrono facta, nulla habita ratione alterius collationis factæ, & poſſeſſionis acceptæ, inſtetit, inquam ad inveſtituram admitti, ut poſſeſſionem corporalem capere poſſet, & expediri bullas in forma valida: e contra verò præſupponebat alter præſentatus, ſuam collationem fuiſſe legitimam, quaſi

quòd

quòd præsentatio facta per dictum Clericum, qui matrimonium contraxerat, fuisset facta post quadrimestre patronis laicis competens ad præsentandum coram Episcopo, & facto computo à die renunciationis Clericatus usque ad diem præsentationis ejusdem, erant elapsi quatuor menses cum undecim diebus. E contra verò pro eodem Clerico consulendo firmiter asserebamus, collationem factam ab Episcopo, spreto Patrono prædicto, nullam, & invalidam esse, ac proinde præsentatum a dicto Clerico fore, & esse instituendum, tamquam præsentatum à legitimo Patrono infra legitima tempora: quod probabamus primò, quia Clericus beneficiatus contrahens matrimonium, dubitari solet, num beneficio ipso jure privatus remaneat, vel requiratur sententia declaratoria; communiter tamen DD. sentiunt requiri sententiam declaratoriam, *c. pr.* ubi *glos. cap. diversitatem de Clericis conjugatis*, *Sanch. de matrim. lib. 7. cap. 42. nu. 9. Garz. de benefic. par. 4. c. 8.* cum allegatis *à Ricc. par. pr. prax. Ecclesiastica resol. 241.* quod etiam procedit, si matrimonium non fuerit carnali copula consumatum, ut dicunt DD. in *d. cap. pr.* & post alios *de Marin. tom. pr. cap. 60.* qui disputat, quid, si matrimonium esset nulliter contractum. Sufficit autem nobis dicere, quòd per sponsalia beneficium non vacat, sed per matrimonium: cum ergo clericatui renunciaverit ad finem contrahendi matrimonium, non erat tunc privatus beneficio, & per consequens non vacabat nec de facto, nec de jure, quando Clericatui renunciavit: igitur præsentatio facta valida fuit. Beneficium enim Ecclesiasticum vacat multiplicitèr: primò enim vacat per mortem naturalem beneficiati, *cap. susceptum de rescript. in 6.* adeo ut si miraculosè resurgeret, non recuperaret illud, *Gonzal. in reg. 8. Cancel. glos. 15. Garz. p. 11. c. 2.* Secundò vacat per mortem civilem, velut per ingressum Religionis, emissa jam professione, *cap. beneficium de regul. in 6. Garz. par. 11. cap. 9.* quod etiam procedit in pensione: hoc tamen limitatur in professione emissa in Societate Iesu, ubi non vacant beneficia, & pensiones post emissa vota simplicia, elapso biennio, sed durant usque ad professionem solemnem, *Sanch. lib. 7. Summæ cap. 7. num. 7. cap. 27. num. 32. & cap. 29. nu. 10.* Vacat tertiò per renunciationem, vel per mutationem, *c. unico de renunciat.* Vacat quartò, si beneficiatus in minoribus existens contrahat matrimonium, *cap. pr. & 3. de Cleric. conjug. & cap. unico eod. tit. in 6. & regul. Cancellar. 58. Ricciull. lib. 7. cap. 2. Vivian. par. pr. cap. 3. de jur. patron.* Non quidem inducitur ipso jure in hoc casu vacatio: sed licèt induceretur, possessio tamen non amittitur, nisi auferatur. Vacat quintò per assecutionem alterius incompatibilis, *cap. de multa de concess. præbend. & extravag. execrabilis §. si verò de præben. Trid. sess. 32. cap. 4. Tondut. cap. 27. tom. pr.* Sextò vacat, si Clericus Parochialem Ecclesiam habeat, dummodo infra annum fiat Sacerdos, *cap. committa de elect. in 6. Barbos. de potestate Paroch. cap. 5.* Vacat ultimò per promotionem ad Episcopatum, retenta tamen possessione, *cap. cum in cunctis §. cum una de elect. Trid. sess. 7. de reform. cap. 9. & sess. 23. cap. 2. Veralius decis. 303. & seq. & 401. p. 2. Ricc. collect. 1213.* Igitur cum evidenter appareat, quòd per matrimonium non amiserit beneficium, vel si amisit, non amisit possessionem, & consequenter potuit Clericus præsentare, & valuit sua præsentatio in personam dicti Clerici: Nulliter ergo processit Episcopus excludendo eum à fructibus possessionis beneficii de jure patronatus laicalis, cujus fructus principaliter est præsentationis, quod cum non vacaret, debebat admittere ad præsentandum. Probabamus id secundò, quia quando præfatus Clericus renunciavit clericatui ad finem contrahendi matrimonium, etsi ipsam renunciationem fecisset in manibus Episcopi; tamen poterat illum reassumere absque Ordinarii licentia, & gaudere privilegio Clericali, ita ut declinquendo deinde à Judice Ecclesiastico cognosci deberet, quia, ut benè *Reg. de Mar. tom. pr. cap. 49.* nulla lege, vel canone cavetur, quòd renuncians clericatui non possit denuò illum reassumere: & in Archiepiscopatu Neapolitano, licèt per synodum dicatur, non posse Clericum, qui renunciavit clericatui, illum reassumere, etiamsi daretur casus, ut de facto reassumeret, fuit pluries decisum reassumentem privilegiis gaudere clericalibus, *Ricc. decis. 167. par. pr. Squillan. de priv. Cleric. cap. 6. num. 19. Reg. de Mar.* ubi supra, *Vivius decis. 513.* post illos, quos allegat: Unde post factam renunciationem clericatui Clericus poterat reassumere: nec ideo vacavit beneficium, & potuit præsentare.

7 Quod adeò verum est, ut benè dixerit *Franciscus Severin.* apud *Novar. quæst. forens. lib. 2. qu. 6.* quòd, si Clericus, fuerit condemnatus ad privationem beneficii, & pendeat appellatio, beneficium non dicitur vacare, etiamsi per tres sen-

sententias conformes sit condemnatus: non enim beneficium vacat, nec potest impetrari, *Gonzal. in reg. 8. Cancellar. glos. 43. num. 28. Garz.* & alii, quos refert idem *Sever.* ubi supra, quia, pendente appellatione, non dicitur privatus quis, & sic post sententiam condemnatoriam privationis beneficii, appellatione tamen pendente, potest beneficiatus illud renunciare ad favorem alterius, ut post *Paris.* & alios, dicunt *Ricc. par. 3. in prax. ref. 402.* & *Sever.* apud *Novar.* ubi supra. Multò magis igitur potuit præsentare prædictus Clericus, prout fecit. Probabamus tertiò, quòd, quamvis beneficium vacet, si Clericus in minoribus constitutus illud possidens matrimonium contrahat, *dict. cap. pr.* & 3. *de Cler. conjug. cap. unic.* eodem *tit. in 6.* & *regul. cancellar. 58. Riccius. lib. 7. cap. pr. Ricc. par. pr. loco cit. Vivian. p. pr. c. 3.* tamen, ad hoc ut privetur possessione, requiritur, ut ab eo auferatur, ut benè DD. ubi supra: & quousque non auferatur, utpotè possessionem habens, poterit præsentare, quia tempus quadrimestre currit à die scientiæ vacationis, *cap. quia diversitatem de concess. præb.* & dictum tempus non currit impedito, nec potest currere per impedimentum juris, ut notat *Abbas in dict. cap. quia diversitatem num 38.* & notant DD. in *d. cap. unico §. verum de jure patron. in 6.* unde dictum tempus quadrimestre dicitur utile currens à die scientiæ, non verò à die vacationis, quia semper quòd à lege præfigitur aliquis terminus, necesse est, ut procedat contra non impeditum impedimento juris, vel facti, vel contra negligentem, ut benè *Vivian. lib. pr. cap. pr. num. 213.* Cum ergo Clericus statim contracto matrimonio præsentaverit credendo, illud tempus sibi prospicere ad præsentandum, quia habebat possessionem beneficii de sui propria familia; malè fecit Episcopus illud conferendo, spreto patrono.

Probabamus quartò, quòd per contractum sponsaliorum per verba de futuro non fit recessus ab ordine, & consequenter non inducitur vacatio beneficiorum, ut est communis sententia Canonistarum, de qua *Garz. par. 11. cap. 8. num. 19.* cujus ratio est, quia sponsalia per verba de futuro non inducunt statum incompatibilem, sed sunt via ad illum comparandum, adeo ut taliter contrahens æquiparetur acceptanti secundum beneficium curatum, qui quidem nunquam censetur dimittere primum, nisi sequatur possessio secundi, vel nisi ipse nihil aliud agere deberet, quàm possessionem apprehendere, *c. licet de præbend. in 6.* & ideò nisi sponsalia per verba de futuro transeant in verba de præsenti, non intelligitur recedere à suo ordine neque beneficii renunciatione. Hinc cauti debent esse Advocati, si aliquando contingat eos patrocinari impetrantes beneficia per contractum matrimonii, ut in articulis comprehendant matrimonium per verba de præsenti legitimè contractum, aliàs nihil probarent ad finem, de quo agunt, ut benè *Rota decis. 21. de probat.* & *decis. pr. de Clericis conjugat. Riccius. de jur. person. lib. 7. cap. 4.*

Probabamus ultimò, quòd, si non prodessent juridicæ rationes supra allatæ, cum undecim dies tantùm post quadrimestre essent elapsi; hoc obesse patrono minimè debebat. Et sanè parvitas materiæ requisita in ætate præscripta ad matrimonium conceditur per Doctores, *Hostiens. in cap. puberes num. 5. de desponsat. impub. Ledesm. de matrimonio par. 4. quæst. 60. art. pr.* & *Sanch. lib. 7. de matrimonio disput. 104. num. 2.* & etiam in materia recipiendi sacros ordines dari parvitatem materiæ docet *Dian. p. 5. tr. 5. res. 17.* ita ut sufficiat parvus excessus ad terminum præscriptum, ut quis possit ordinari. Item in ingressu, aut egressu clausuræ datur parvitas materiæ; unde ingredi, aut egredi per aliquos passus, erit levis materia, ut cum aliis tradit *Dian. ubi supra res. 22.* Sic pro termino celebrandi missam assignatur meridies, & aurora: datur autem unica hora pro parvitate materiæ, & sic anticipando per unam horam ante auroram, & postponendo per horam post meridiem, parvitas excusat materiæ, ut benè *Card. de Lugo de Eucharistia disput. 29. sect. 2. Pasqual. decis. 338. propè finem*: Illud enim tempus est modicum: & parvitas materiæ censentur undecim dies respectu quatuor mensium, ideoque non debebat Episcopus conferre alteri beneficium de jure patronatus laicali ad se non devolutum, sed firmum remanebat apud Patronum: unde immeritò denegavit institutionem jam præsentato. Ad cognoscendū autem, an in aliquo negotio materiæ detur parvitas, animadvertenda sunt, quæ tradit *Nicolaus Baldellus tom. pr. in theolog. mor. lib. 3. disput. 14. num.* [illegible] & quæ apud eum exemplificantur, & apud *Sanchez, Castrum Palaum*, & alios, quos refert *Dian. tom. 5. res. pr.* ut scilicet respectu unius mensis dentur saltim tres dies, ut in renunciatione facienda, servata forma Concilii per duos men-

Digitized by Google

menses ante professionem, si fiat per quatuor dies ante duos menses, fuit judicatum, hoc nihil obesse, *Reg. Capyc. Latr. dec.* 29. Sic in ætate requisita ad professionem
15 parvitas datur materiæ, ut si quis profiteatur per aliquod spatium temporis ante requisitum. Sic in patrimonio necessario ad assumendos ordines sacros datur parvitas materiæ, *Sanchez in opusc. tom. pr. lib. 7. cap. pr. Dian. ubi supr. resol.* 20. sic etiam in communicatione cum ex-
16 communicato parvitatem dari materiæ dicit *Bonac. de excom. disp.* 2. *qu.* 2. *punct.* 7. *num.* 10. unde dicunt *Hurtad.* & alii, practicantem una die cum Judæo in balneo per duas, aut tres horas, non esse peccatum mortale propter parvitatem materiæ. Sic omittens uno, aut altero die, horas Canonicas non tenetur ad restitutionem fructuum, ut dixit *Filiuc. tom. pr. tract.* 23. *num.* 10. *quæst.* 8. Sic in fructibus beneficii, ut detur parvitas materiæ, & ut non consurgat obligatio recitandi horas canonicas, dixerunt Doctores apud *Dian. resol.* 25.

Sed pro coronide dictum fuit hoc de parvitate materiæ ad improbandum, quod factum fuit de collatione beneficii, spreto patrono, ex quo præsentatio facta fuit per undecim dies post quadrimestre, accipiendo illud à die renunciationis Clericatus, quando debebat accipi à die contracti matrimonii, quia per renunciationem clericatus non vacavit beneficium, ut probavimus: nec per sponsalia, nec etiam per matrimonium per verba de præsenti contractum, vacavit beneficium, sed requirebatur sententia, vel dato, quòd vacasset sine sententia, non vacavit possessio, quæ nisi auferatur, non vacat, & ista erat sufficiens ad fructus producendos in beneficium dicti Clerici, inter quos fructus principalis est præsentatio.

Per matrimonium Clerici beneficiati, quamvis invalidum, vacat ipso jure beneficium, sive scienter invalidè fuerit contractum, sivè ignoranter. Verùm enim sententia declaratoria requiritur, nisi invaliditas, aut insolemnitas notoria sit. Hæc autem sententia est per Judicem Ecclesiasticum interponenda, & retrotrahitur ad tempus matrimonii, adeo ut resignatio postea facta, licèt ante sententiam, non teneat, latè Reg. *Sanfelic. dec.* 15. *per totam*, prout etiam si Clericus non incedat in habitu: nam tunc licèt ex bullis Sixti V. ipso jure, ipsoque facto, beneficium amittat; declaratoria tamen sententia requiritur, *Sanfelic. decis.* 220. *per totam*: & quòd si Clericus beneficiatus in minoribus constitutus contrahat matrimonium, possit cogi ad dimittendum beneficium, *de Franch. decis.* 48. *num.* 4.

Pater tenetur restituere filio fructus
40 ab ejus beneficio perceptos, cum beneficium Ecclesiasticum dicatur castrense peculium filii familias clerici, & proinde potest de ejus fructibus libere disponere, & pater non habet in eo usumfructum, *Afflict. decis.* 241. *nu.* 2. & 3. Verùm tenetur compensare filius cum alimentis eidem præstitis a patre, *Ursill. ad Afflict. decis.* 241. *num.* 1. Fru-
41 ctus maturati, & non exacti, etiamsi petiti fuissent a Beneficiato prædecessore, spectant ad successorem, & dum de successore providetur, integrè penes æconomum servantur: quamquam si Ecclesia indigeat ad ipsam pertinere debeant, *Thesaur. decis.* 143. ubi *Thesaur.* filius *in addit.* hoc modo respondet, quòd aut agitur de pensionibus, & pro rata temporis dividendæ sunt: aut agitur de fructibus per aliquem reservatis, & tunc, si sint a solo separati, remanent hæredibus reservantis, si verò non sint a solo separati, tunc pertinent ad Ecclesiam, & proprietarium: & vide ad rem *Ursill. ad Afflict. decis.* 390. *num.* 5. Fructus beneficii, inspecta Neapolitana consuetudine, spectant ad beneficiatum, si decedat a calendis Martii ad calendas Novembris ut alibi docuimus: & quòd super fructibus beneficii sententia contra beneficia-
42 tum lata exequi non possit, nisi relinquantur salva alimenta ipsi beneficiato *Ursil. ad Afflict. dec.* 240. *num.* 27.

Beneficia, & officia exteris non posse
43 concedi absque Principis licentia, cum hoc sit de reservatis Principi, latè enucleavimus juris dispositione, & praxi totius Orbis, & pluribus antiquis historiis *l. 4. c. 26. de privilegiis, concessionibus Regiis, beneficiis, &c. n.* 3. & 4. ubi etiam retulimus praxim usque ab antiquis temporibus Civitatis Neapolis, & gratias eidem concessas pro admissione exterorum inter naturales, ut obtinere possint honores, officia, & beneficia, *num.* 5. & quòd officia, prout beneficia, cum prælatione concedenda sint Nationalibus in concursu cum exteris juxta gratiæ huic fedelissimæ Civitati concessam ex plu-
44 ribus ibidem enucleavimus *num.* 6. ubi *num.* 7. ostensum, fuit in gratia prædicta comprehendi commendas, Bajulivatus, & Prioratus sacræ Religionis Hierosolymitanæ. Si autem beneficia debeant ex gratia, vel statuto concedi Regnicolis, non possunt super beneficiis

conceſsis Regnicolis exteris concedi penſiones, quamvis contrarium ſit probabilius, cum penſionarius non ſit beneficiatus, nec ullum acquirat titulum ſuper beneficio, & non teneatur ad reſidentiam in loco beneficii, latè *Reg. Tap. dec. Italiæ* 15. *per totam*. Et ad beneficia, & dignitates Eccleſiaſticas, poſt longas diſcuſsiones magis idoneus promoveri debet, nec ſufficit, ſi idoneus promoveatur, ſi magis idoneus privetur, *Staib. 1. forenſ.* 100. *num.* 254. & 255. Super valida, vel invalida collatione beneficiorum, non poteſt eſse notio ſecularis judicis, quia cognoſceret tunc de jure, & non de facto per *text. in l. quoties de judiciis, & in c. decernimus extra eod.* & per *Bart. & Alex. in l. Titia ff. ſol. matr.* & per text. *in c. lator qui filii ſint legitimi, & in cap. tuam de ordinat. cognit.* per quæ habetur, quòd judex laicus non poteſt cognoſcere de validitate collationis, nec ſufficit quoad cognitionem hanc, quòd clericus ſit in poſſeſſione beneficii, & *cap. quem progenitores* 20. *qu.* 1. *cap. ſi Romanorum* 19. *diſtinct. Archid. in cap. ordinarii de offic. ordinarii lib.* 6. ſicut dicimus de deſcripto in matricula, *Alex. in l. ſcriniarios C. de teſtam. milit.* & ſi clericus percipit fructus, hæc ſola perceptio, qualiſcunque ſit, conſtituit eum poſſeſſorem, *gloſ. in l. Titia ff. de ſolut. & gloſ. in l. Pomponius quib. mod. uſufruct. amitt.* & maximè quando exiguntur cenſus, quorum exactio conſtituit eum poſſeſſorem, *Bart. in l. pr. num.* 20. *ff. ſol. matr. Dec. conſ.* 400. *num.* 3. *Butrius in cap. accedentibus n.* 11. *de privil.* ubi dixit, quòd probatis extremis media præſumuntur, & idem *Bart. in l. Celſus ff. de uſucapionib.* Sed de hac relatior infra ſermo erit.

45

Ad eſſe beneficii non requiritur, quòd habeat magnam dotem, *Anania conſ.* 24. *c. conquerente extra de Cler. non reſiden.* ubi beneficium appellatur, quantumcunque modicæ æſtimationis ſit, & *cap. ſi motu proprio de præben. in* 6. ubi dicitur beneficium, quantumcunque modicum ſit. Undè ad eſſe beneficii non requiritur dos, ſicut dicimus in matrimonio, quod poteſt eſse ſine dote, licèt non e contra, *l.* 3. *ff. de jure dot.* Sufficit, quòd in beneficio concurrant ea, quæ habentur *in cap.* 1. *de regul. jur. in* 6. ubi *Philippus Francus*, ſcilicet quòd authoritate Epiſcopi ſit inſtitutum, & collatum: omnia enim, quæ in diœceſi ſunt, ad ordinationem Epiſcopi pertinent, *c. omnes baſilicæ* 16. *qu.* 17. *Innocent. in cap. cum venerabilis* per illum *tex. extra de excepti-nibus.* Omnis autè Eccleſia, ſeù Capella, præſumitur beneficium Eccleſiaſticum, *Bellamera in cap. ſuper hoc de renunc. Rebuffus in practica beneficiali fol.* 5. *in tit. quid ſit, & quot modis dicatur beneficium ſimplex.* Altare etiam dicitur beneficium, & venit appellatione beneficiorum, *gloſ. in clement.* 2. *de decimis*, *Sarnenſis in regula cancellariæ de annali poſſeſſore q.* 47. ubi concludit, quòd abſque aliqua perceptione fructuũ poſsidens gaudet immunitate, & idem probat ſub regula *de infirmis reſignantibus in qu.* 21. eique inhærent *Deci. in conſ.* 121. & *Calcaneus conſ.* 31.

Quamvis collatio beneficii conſiſtorialis ſit reſervata Sedi Apoſtolicæ, & proinde non ſufficiat ſupplicatio ſignata, ſed requiratur expeditio Bullarũ, neque ſufficiant Bullæ Ordinarii; ſufficiunt tamen hæ, ad hoc ut beneficiatus habeat titulum coloratum, &, concurrente triennali poſſeſsione, ſit manutenendus, *Gizzarelli deciſ.* 77. *num.* 16. & *ſequ.* 47

Si quæſtio ſit de validitate collationis beneficii ab Ordinario factæ, & de poteſtate conferendi, pro ea pronunciandum eſt, cum reſervationes ſint odioſæ, tanquam contra jus commune, & ſufficit, quòd aliàs ipſe talem collationem fecerit, *Gizzarelli deciſ.* 77. *num.* 20. 48

CAP. SECUNDUM.

De incompatibilitate beneficiorum.

SUMMARIUM.

Pluralitas beneficiorum, præſertim curam habentium animarum, ex quibus ſit prohibita nu. 1.

Compatibilia beneficia quænam ſint, explicatur nu. 2.

Cum duo beneficia ſunt incompatibilia, obtento ſecundo, vacat primum n. 3. *ubi quænam ſint beneficia, quæ ſic vacent. Non vacat primum, ſi non acquiratur poſſeſſio ſecundi nu.* 4.

Ex quibus capitibus naſcatur incompatibilitas beneficiorum n. 5. *Plura beneficia ſub eodem tecto quis obtinere nequit* 6. *ubi quænam hæc ſint, & explicatur, quænam ſint uniformia, quænam difformia.*

An quis poſſit habere plures Capellanias in eadem Eccleſia n. 7.

Epiſcopus valet diſpenſare, ut quis habeat plura beneficia ſub eodem tecto 8.

Plura beneficia quando poſſint uni conferri num. 9.

Beneficium quando dicatur tenue 10.

Diſpenſatio an requiratur in pluralitate beneficiorum.

beneficiorum tenuis reditus. 11.
Beneficiorum pluralitas non officit, si sit de jure patronatus laicorum 12.
Beneficia ex quibus non possint dici sub eodem tecto, si illorum unum sit distinctum ab alio ex fundatione, & etiam loco, & nomine 13.
Incompatibilitas beneficiorum an procedat etiam in habente plura beneficia de jure patronatus, disseritur num. 14. *& an, & quando Episcopi in hac materia dispensare valeant.* 15.

PLuralitas beneficiorum, præsertim habentium curam animarum, est omni jure prohibita tã naturali, quàm divino, & ecclesiastico, nisi aliùd vel beneficiorum qualitas, vel personæ, suadeat, quibus in casibus permissum est summo Pontifici dispensare, *Cacheran. decis.* 116. *num.* 8. & 9. *Joannes Bart. Ferrett. cons.* 32. *num.* 1. & *sequ. tom.* 1.

2 Compatibilia beneficia sunt, quæ simul obtineri valent: incompatibilia sunt, quæ simul possideri nequeunt, *cap. quia* 3. *de Clericis non residentibus.* Nascitur incompatibilitas primò ob curam animarum, & ideo duo Episcopatus, duæ Parochiæ sunt beneficia incompatibilia, & obtento secundo, vacat primum, *cap.*

3 *cum in cunctis de electione*: imo, obtento Episcopatu, vacat omne aliud beneficium, etiam simplex, etiam pensio, *d. cap. cum in cunctis* Secundò per Abbatiã vacãt & alia beneficia obtenta, *c. si quis de inceps* 16. *qu.* 7. *cap. unum* 21. *qu.* 1. Non vacat primum, si non acquiratur possessio secundi pacifica, *cap. commissa de electione in* 6. Nascitur etiam incompatibilitas ex triplici alio capite: Primò, si

5 beneficium exigat residentiam, *cap. Clericus* 21. *qu.* 1. Secundò nascitur, si unum sufficiat ad congruam substentationem, adeoque habens beneficium sufficiens substentationi non posset obtinere secundum, si non exprimeret sufficientiam primi, aliàs posset omnibus beneficiis privari, non obstante triennali possessione, quæ nihil operatur, *Trid. sess.* 24. *cap.* 17. *de refor.* 3. Nascitur tertiò incompatibilitas ex eodem tecto.

Plura beneficia sub eodem tecto quis ob-

6 tinere nequit, *c. de mult.* 28. *de præbendis*, sed quædam ex istis beneficiis sub eodem tecto sunt uniformia, quædam verò difformia. Uniformia sunt non a nomine, sed ab officio simili, *Fagnanus in cap. litteras de concessione præbend.* Difformia sunt, si diversum exigant officium. Primò certum est, beneficia uniformia, puta si sint duæ dignitates, duo Canonicatus similis officii, esse incompatibilia in eodem beneficiato, adeoque, adepto secundo, vacat primum ipso jure, *cap. de mult. de præbendis*, *Garzias de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 182. *Tondutus part.* 1. *quæstionum benefic. cap.* 27. *num.* 2. & *part.* 5. *num.* 6. Secundò duo beneficia sub eodem tecto, scilicet in eadem Ecclesia, sunt incompatibilia, si utrumque in eodem loco, puta in eadem Capella, requirat idem munus: sed, si in eadem Ecclesia sint diversæ Capellæ, & habeant distincta beneficia ad diversos fines, puta ad faciendam Congregationem separatam; tunc hujusmodi beneficia non sunt incompatibilia, *Grat. forens. cap.* 133. *n.* 20. *Gonzalez. ad regul.* 8. *cancell. gloss.* 10. *num.* 34. *Tondutus dict. loc. n.* 11. Sed quid dicendum de Capellaniis in eadem Ecclesia? Quem non posse habere plures

7 Capellanias in eadem Capella, sustinent *Mantica decis.* 30. *nu.* 8. *Garzias de benef. part.* 11. *cap.* 5. *num.* 222. *Tondutus part.* 2. *cap.* 5. §. 6. *num.* 16. Sed oppositum docet *Gabassutius lib.* 2. *juris canon. theoric. & praxis cap.* 23. §. 13. *in fin.* 23 dicens generali usu receptum duas Capellanias posse simul ab eodem retineri sub eodem tecto, sive Ecclesia. Si beneficia sint difformia sub eodem tecto, quorum nec unum requirat residentiam, tunc esse compatibilia in eodem beneficiato, asserunt *Tondutus loc. cit. cap.* 5. *num.* 7. cum *Felino in cap. ex part. num.* 3. *de rescriptis*, *Garz. forens. cap.* 33. *num.* 33. *Gonzalez ad regul.* 6. *Cancel. gloss.* 10. *num.* 41. Sed oppositum sustinet *Rota part.* 3. *recent. decis.* 6. & 31. *num.* 3. Ad tollendam autem difficultatem solet disputari, an Episcopus valeat dispensare, ut quis

8 habeat plura beneficia difformia sub eodem tecto, puta canonicatum, & beneficium simplex. Affirmant *Menoch. de arbitrariis casu* 299. *Maceratensis lib.* 1. *resolut.* 112. *nu.* 63. & *Garzias de benef. part.* 1. *cap.* 5. *num.* 231.

Non possunt uni conferri plura be-

9 neficia, ne minuatur divinus cultus: si verò unus sit idoneus, tunc valet multiplex beneficium ei conferri, deficientibus aliis, *cap. grave nimis de præbendis.* Secundò si beneficia sint tenuis valoris, plura possunt conferri eidem, *cap. eam te* 4. *de ætate*, & *qualitate*, *cap. cum secundum de præbendis*, *Luc. de jure patronatus discursu* 13. *num.* 6. Tenue autem beneficium censetur octo ducato-

10 rum secundùm *Sotum*: sexdecim verò secundùm *Lessium*: decem autem

aureos non esse beneficium tenue, ajunt *Felinus*, & *Filiucius*: sed tenue esse, si non sufficiat ad tertiam partem congruæ substentationis Clerici ordinarii, ajunt *Perderius*, & *Suarez*: & alii volunt esse tenue, si non excedat 20. aureos: alii, si non excedat 25. ita ut beneficium 25. non sit tenue: sed si non attingat 25. ducatos, tenue esse docet *Pilaja* post *Dian.* & *Garziam*: alii autem aliter discurrunt. Hanc ob causam, cum beneficia sunt tenuis reditus, non requiritur dispensatio, vel non in-
11 trat decretum *Sacri Tridentini Concilii sessione. 24. c. 17. de reformat.* ut tenuit *Rota in una Theanen. S. Eustachii* 20. *Aprilis* 1587. *coram Giptio*, eamque refert *Garzias de benefic. p. 11. cap. 5. §. 3. num.* 308. & 309. quia *Sacrum Concilium* verba facit de pluribus Beneficiis ad vitam honestè substentandam sufficientibus: nam quæ insufficientia sunt, quoad hanc partē beneficia non existimantur, *Cajetanus in summa verbo beneficiorum multiplicatio*, vel saltem dispensatio sufficit, quæ est rigoris, ac legis relaxatio, ut ex *Bonifacio VIII. in c. 1. de filiis Presbyterorum in 6. & cap. cum in illis* 16. *& cap. non potest.* 21. *de præbendis, & dignitatibus in* 6. probat *Maran. respons. 45. n. 27. & respon. 69. n. 36. p. 4.* Beneficia verò juris patronatus laicorum,
12 quæ per præsentationē dātur patronorum, sub eadem *Sacri Tridentini Concilii* dispositione *dict. cap. 17. sess. 24.* minimè comprehenduntur*: quia nimirum Sacrum Concilium de collatione ab Episcopo facienda verba facit, minimè verò de institutione, quæ per præsentationem subsequitur patronorum: undè necessitatis existimatur, nō liberalitatis; cum servitutis sit species, *Marius Antoninus variarum resolutionum lib. 1. resolutione* 112. *casu* 68. *versic. quamuis aliqui teneant, Garzias dicta par. 11. cap. 5. §. 3. n. 318. & Marant. reponſ. 57.* in his terminis loquens *num.* 12. *& sequentib. part.* 4. Collatio verò propriè dicta ad terminos *dicti Sacri Concilii dicto cop.* 17. est, quam Prælatus facit de beneficio ecclesiastico ex liberalitate, non ex alterius præsentatione, *Gonzalez ad 8. regulam Cancellariæ gl. 16. per totam, Maran. reponſ. 88. nu. 118. part. 3.* Et in universum collatio, præsentatio, & institutio satis inter se differunt, ex dicto *Bonifacio VIII. dict. cap. cum in illis* 16. *cum autem de præbendis in 6. Gonzalez dict. glos. n.* 10. *Maran. d. resp. 57. n. 5. par.* 4. Beneficia non possunt dici sub eodem esse tecto, si sint distincta ex fundatione, & etiam loco, & nomine. Quæ
13 autem nomine sunt diversa, re quoque diversa sunt, ut ex *Justiniano in l. si iidem codici illi 7. Cod. de codicillis*, dixit *Maran. respons.* 33. *num.* 66. & 68. *part.* 4. potissimùm verò, si neque certa Capella pro ipso beneficio designata fuerit, ut habetur in *Concilio Maguntino in canon.* 1. *in cap. ad audientiam nostram 5. de Ecclesiis ædificandis, vel reparandis, in dict. cap. 7. Sacri Tridentini Concilii sessione.* 21. *de reformatione*, & argumento *textus Innocentii Tertii Episcopo*, & *Cantori Atrebaten. in cap. Abbate Sancti Sylvani 25. §. fin. in his igitur in fine extra de verbor. significat.* ibique *glos. verb. donec*, ex *Origene in canon.* & *hoc diximus 9.* paulò post *principium. 16. quæst. 7.* ibique *glos. verbo destructa*, *Alexander consil. 43. num. 2. versic. præterea dicit*, *Innocentius lib. 1.* ex *Bonifacio VIII. in regula privilegium 7. de regulis juris in 6. Zerola in praxi Episcopali part. 1. verbo visitatio §. ad sextum dubio 9. Barbosa ad dictum cap. 7. Sacri Concilii Tridentini sess. 21. nu. 5. Maran. respons. 11. num. 26. part. 2.*

* Dumodo ria concurrat, (dicit Garcia seu hic citat), ut semper & beneficia non habeant denominationem Ecclesiæ: concurrit consuetudo in titulum simplicis beneficii: & singula eorum, vel trium aureorum valorem non excedant.

CAPUT TERTIUM.

De residentia beneficiatorum.

SUMMARIUM.

Residentia quid importet, ex quo jure sit, & quinam beneficiati teneantur residere n. 1. & 12.

Episcopus, Canonicus, Parochus per quod tempus possint abesse, enucleatur 2.

Causæ, ob quas Parochus de jure possit abesse, & excusent eum à residentia n. 3.

Clericus carens beneficio, vel habens beneficium simplex, non potest cogi ad residentiam 4. ubi quando possit cogi.

Pœnæ beneficiatorum non residentium enucleantur n. 5.

Beneficio, quo quis fuit ordinatus ad titulum patrimonii, ex quibus nequeat quis privari 6.

Ut quis privetur beneficio, requiritur sententia Judicis 7. & fructus in casu privationis quibus applicentur n. 8.

Parochus absens sine licentia Episcopi an faciat fructus suos 9.

Consuetudo, ut Clericus non teneatur residere in Ecclesia valet 10.

Ecclesia quando requirit residentiam Clerici, non potest hic servire per substitutum 11.

Resi-

Digitized by Google

REsidentia importat commorari in loco, in quo quis habet beneficium, *Trid. sess.* 1 *23. cap. 1. de refor. c. ad hæc de præbendis.* Est de jure divino in habentibus curam animarum, *Trid. sess. 23. c. 1. de refor. cap. relatum 7. quæst. 1.* Tenentur residere omnes, qui habent curam animarum, vel officium in aliqua Ecclesia, *cap. ad hæc de præbendis*, & tenetur residere etiam Parochus infirmus intra limites Parochiæ, *Barbos. de potest. Episcopi allegation. 43. num. 8.*

Episcopus potest abesse per tres menses 2 per singulos annos, *Trid. sess. 23. c. 1. de refor.* idemque est de Canonico Collegiatæ vel Cathedralis, *Trid. sess. 24. de refor.* Parochus per bimestre, *Trid. sess. 23. cap. 1. de refor.* & volens abesse ultra dictum tempus debet habere causam ab Episcopo cognoscendam, & licentia debet dari in scriptis.

Causæ autem sunt: primò charitas chri- 3 stiana, puta si tempore pestis assistat infirmis, secundò necessitas gravis, puta, ad infirmitatem gravem corporis ex intemperie aëris, *cap. præsentiam 7. qu. 1.* non tamen intemperies excusat Parochum, quia non debebat concurrere, *Barbos. de offic. Parochi part. 1. cap. 8.* Tertiò excusat obedientia, scilicet si à Sede Apostolica ei præcipiatur, ut assistat Concilio, *cap. cum dilectis de Clericis non residentibus.* Quartò utilitas evidens Ecclesiæ, vel rei publicæ, puta pro tutandis juribus ecclesiæ, seu beneficii, *Trid. sess. 23. c. ad audientiã de Clericis non residentibus.* Quintò causa studii, *cap. sup. specula de Magistris.* Excipias beneficiatum habentem curam animarum: nam hic debet esse ab initio idoneus. Cæterùm absens causa studii non tenetur relinquere substitutum, *de Augustinis ad Quarantam verb. residentia.*

Clericus carens beneficio, vel habens 4 beneficium simplex, non potest cogi ad residentiam, ut declaravit Sacra Congregatio pluries apud *Pignatel. to. 3. conclus. 55. n. 3. cap. cum omnes de constitutionibus, Gonz. reg. 8. Cancell. glossa 5. num. 80. Afflict. dec. 289. num. 2. Reg. de Mar. cap. 17. nu. 11.* nisi sit addictus alicui Ecclesiæ, *Card. in cap. super de præbendis, Lapus allegat. 5. nu. 2.* & nisi clerici, vel Sacerdotes sint necessarii in propria diœcesi: nam tunc possunt cogi, ne discedant, assignata eis congrua portione pro eorum substentatione Sacra Congregatio *in una Cotronensi 19. Octobris 1592.* apud *Pignat. loc. cit. num. 3.* Hinc non potest Episcopus prohibere Clericis, ne exeant ab eorum patria, vel diœcesi, sub pœna aliqua, vel suspensionis: nam esset species servitutis aliena ab homine ingenuo. Sacra Congregatio apud *Pignat. tom. 3. consult. 55. num. 6.* Imo nec potest præcipere per edictum, ut deserviant missis Cathedralis. Sacra Congregatio in *Fundana* apud *Pignat. loc. cit. num. 6* Similiter non potest Episcopus cogere Clericos non beneficiatos, ut interveniant processionibus. Sacra Congregatio apud *Pignatellum loc. cit. a num. 11. usque ad 17.* asserens non teneri ad processionem carentem officio, & beneficio, ubi residet, *Novarius in summa bullarum titul. de processionibus.* Insuper non potest Episcopus denegare literas commendatitias Sacerdotibus carentibus onere residendi: nam Clerici non sunt angarii, & perangarii, *Reg. Revert. dec. 298.* ubi *Reg. de Marin. n. 2. & 5. Reg. Merlin. cent. 1. cap. 83. Capyc. decis. 118.*

Pœnæ non residentium plures sunt: 5 Primò peccat mortaliter non residens, quando residere tenetur, *Trid. sess. 23. cap. 12.* Secundò potest compelli censuris ad residendum, *Trid. loc. cit.* Tertiò potest privari fructibus beneficii pro rata temporis, quo non residet. Quartò potest privari beneficio, *cap. qualiter de Clericis non residentibus.* Parochus potest cogi ad residendum, &, si sit contumax, potest privari beneficio post sex menses, elapso citationis termino, *Trid. sess. 23. c. 1.* Privantur etiam beneficiis non residentes, quando residere tenentur in cathedralibus, vel collegiatis si moniti sint contumaces post duos mẽses Sacra Congregatio apud *Pignat. tom. 1. consul. 163. num. 2.* ubi ex declaratione Sacræ Cõgregationis absens non percipit distributiones, & pro primo anno amittit medietatem fructuum præbendæ: pro secundo anno amittit omnes fructus: pro tertio anno, si ter monitus cum spatio sex mensium post ultimam monitionem sit contumax, privatur beneficio, & citatio facta personaliter sufficit una pro tribus, *cap. ex tua de Clericis non residentibus.* Non tamen id currit in beneficio, ad cujus titulum quis ordinatus est, quo nequit privari, & est relinquenda portio fructuum, ut vivat, ita ut nec à creditoribus possit in illa portione molestari. Sacra Congregatio apud *Pignat. dict. loc. num. 649.* Ut autem quis privetur beneficio, requiritur sententia judicis, *Novar. de Clericis non resid. cons. 3. num. 3.* Fructus applicantur pro fabrica ejusdem Ecclesiæ, vel dantur pauperibus ejusdem 8 Parochiæ, *cap. cum ad hoc de Clericis non resid. Trid. sess. 23. cap. 1.* ita ut nequeat

de

de illis componi cum camera Apostolica. Parochus absens sine licentia Episcopi
9 facit fructus suos secundùm *Barbosam de officio Paroch. part. 1. cap. 8. num. 34.* qui allegat plures Doctores dicentes nec licentiam requiri, ut Parochus absens per duos menses faciat fructus suos, & *Castropalaus* cum *Leandro* dicunt, etiam oppositum esse probabile, scilicet requiri licentiam in scriptis ex *Trid. loc. cit.* & quòd valeat consuetudo, ut Cle-
10 ricus non teneatur residere in Ecclesia, quæ requirit residentiam, *Afflict. decis. 289. num. 11.* & Beneficiatus non residens in loco beneficii quomodo sit puniendus, quo ordine citandus, quibus causis se possit excusare, enucleabimus *tit. de Cardinalibus*: & quòd, quando Ec-
11 clesia requirit residentiam Clerici, non possit hic servire per substitutum, *Afflict. dec. 289. num. 37.* & quòd Beneficiatus debeat residere in loco beneficii, sivè beneficium sit curatum, sivè sine cura, & simplex, sivè magnæ, sivè modicæ quantitatis, *Gizarell. dec. 77. num. 11.* quod locũ habet etiam in beneficiis simplicibus, & dignitatibus, *Afflict. dec. 289. n. 2.* ubi *num. 2.* inquit non requiri residentiam in loco beneficii, si superveniat penuria Clericorum, ita ut non possit Ecclesia deserviri, nisi revocatis absentibus; cum tunc possint revocari, non obstante, quòd Clerici, personaliter residere tenerentur in loco beneficii, & de obligatione beneficiatorum residendi in loco beneficii doctè, & eruditè pertractavit sacrorum canonum, & Conciliorum determinationes cumulando post alios *Cajetanus Argento in tract. de re beneficiaria.*

CAP. IV.

De vacatione, & suppressione beneficiorum.

SUMMARIUM.

Beneficium vacare quid sit nu. 1. & quot modis vacet num. 2.

Falsificans literas Apostolicas, concubinarius ter monitus non respiscens, homicida voluntarius, sive casualis, privantur beneficiis n. 3.

Beneficium sine delicto quot modis vacet n. 4.

Jesuitæ post vota simplicia retinent beneficia n. 5.

Beneficium quot modis vacet, vivente beneficiato n. 6.

Beneficium si sit annexum Episcopali, vel Parochiali Ecclesiæ, ex quibus non dicatur vacare, nisi vacet Ecclesia, vel Parochia, & quot tempus requiratur ad unionem, & quando id limitetur n. 7.

Concessa præbenda vacatura, intelligitur concessa jam vacans, si id Pontifex ignoraverit 8.

Collatio beneficii an fieri possit ei, qui Clericus non est 9.

Beneficiorum collatio fieri non potest, antequam vacent 10.

Beneficiorum expectativæ etiam incertorum dari non possunt per Episcopos 11.

Hæreditas incerta non potest promitti, & multò magis promitti non potest certi hominis viventis 12.

Votum captandæ mortis improbatur a jure Civili, & Canonico 13.

Text. in cap. pr. de concess. præb. in 6. *adducitur, & explicatur 14.*

Beneficiorum resignationes qualiter sint faciendæ 15.

Text: in cap. nulla de concess. præb. *explicatur 16.*

Officia vacatura an possint promitti certis personis 17.

Beneficia vacata conferri debent infra sex menses a die vacationis 18.

Beneficia vacantia si non conferantur infra sex menses, collatio pertinet ad Papam 19.

Beneficia non collata infra sex menses an censeantur reservata 20.

Episcopus intentionem habet fundatam super omnibus beneficiis suæ diœcesis 31.

Beneficiatus maximopere iuvatur per regulam de annali, vel de triennali 22.

Beneficium validè, vel invalidè fuisse collatum, quando attendi non debeat: & Clericus beneficiatus, licèt nulliter titulum subeat, gaudet fori privilegio, & tractatur ut persona Ecclesiastica 23. Articulus juris Ecclesiastici per secularem judicem remitti debet ad ecclesiasticum 25.

Suppressio beneficii qualis sit, & quatruplicitur fiat 26. ubi etiam de suppressione juris patronatus.

DIsserimus supra *c. 1.* quot modis beneficium constituatur: Nunc instituti ratio postulat, ut videamus, quot modis beneficia vacent. Beneficium vacare est à nemine legitimè possideri, *cap. 2. de concess. præbendar.* Vacat primò ipso jure. Secundò ipso facto. Tertiò per sen-
2 tentiam. Ipso jure vacat quandoque per delictum, quandoque sine delicto. Primò ob delictum simoniæ realis, effectu sequuto, *cap. cum detest. de simonia*: quæ simonia tunc est plenè probanda, nec satis est probare pactum, sed debet probari traditio, simonia scilicet consumata, *Cassadorus decis. 5. de constitutionibus.* Secundò

dò vacat ob simoniam confidentialem ipso jure ex bulla Pii IV. quæ incipit *Roman.* Tertiò vacat ob crimen hæresis manifestæ, *c. ad abolendam de hæreticis*, & tunc afficiuntur tali pœna etiam fautores hæreticorum, *cap. excommunicatus de hæreticis.* Quartò occidens injustè Cardinalem, *cap. felicis §. quod si de pœnis in 6.* Occidens Episcopum amittit ipso jure beneficia, *clem. pr. §. à feudis de pœnis.* Septimò occidens Rectorem Ecclesiæ amittit beneficia habita in eadem Ecclesia, *cap. in quibusdam de pœnis.*

Per sententiam privatur beneficio falsi-
3 ficans literas Apostolicas, *c. ad falsariorum de crimine falsi.* Privatur etiam concubinarius, qui ter monitus peremptoriè non resipiscit, *Trid. sess. 25. de reform. cap. 4.* Homicida voluntarius, sivè casualis, per sententiam privatur beneficiis obtentis, *cap. Clericis ne Clerici, vel Monachi*: non tamen privatur illis, ad quorum titulū fuit ordinatus, ut habeat, undè vivat, *de Marin. pr. quotidianarum cap. 37. num 9.*

Sine delicto vacat beneficium primò
4 per obitum beneficiati, *cap. susceptum 6. verb. per mortem de rescr. in 6.* in quo sunt duo consideranda: Primò ne quis impetret beneficium viventis: Nam talis impetrans beneficium viventis nullitèr impetrat, fit inhabilis ad illud impetrandum, etiam post mortem beneficiati: & mors debet esse moraliter certa, & debet effluxisse tempus, ut notitia possit haberi in Curia ex *regul. cancell. 28. cap. ne captandæ de pœnis in 6.* Professione religiosa vacat beneficium, *cap. beneficium de regularibus in 6. cap. ex transmissa de renunciatione.* Excipias Societatem Jesu, in
5 qua post vota simplicia, retinetur beneficium, etiam seculare, usque ad sollemnem professionem, idque ne fortè egrediens non habeat, unde vivat ex constitutione Greg. XIII. *quanto*, & ex alia, quæ incipit *ascendente domino.*

Vacat beneficium, vivente beneficiato,
etiam civiliter: primò si acquiratur se-
6 cundum incompatibile, ut supra dictum est. Secundò si beneficiatus sponte nubat, non verò si nubat metu injusto, *cap. cum decorem 8. de Clericis conjug.* Tertiò si beneficiatus fiat miles seculi, *Immola in cap. fin. num. 6. de Clericis non residentibus.* Quartò vacat, si Parochus intra annum non ascendat ad Sacerdotium à die adeptæ possessionis Parochiæ, *cap. licet commendæ de electione in 6.* Quintò vacat per intrusionem, puta si beneficiatus propria authoritate occupet beneficium ab alio possessum: nam tunc ipso jure vacat beneficium jam ab intruso obtentum, *cap. eum 18. de præbendis in 6.* Sextò vacat beneficium resignatione libera, & renunciatione, ut dictum est.

Si beneficium sit annexum Episcopali,
7 vel Parochiali Ecclesiæ, non dicitur vacare, nisi vacet Ecclesia, vel Parochia, ideoque nec potest alteri concedi, & sufficit si per 30. vel 40. annos unitum, sive annexum, possessum sit, *Cacher. decis. Pedemont. 116. num. 3. & 5.* Limitatur, si allegetur, & probetur titulus: nam aliàs requiritur præscriptio immemorabilis ad inducendam hujusmodi beneficiorum unionem, *Cacheran. loco cit. nu. 11. & sequ.* Concessa præbenda vacatura in-
8 telligitur concessa jam vacans, si id Pontifex ignoraverit, *de Franch. decis. 113. num. 7. Ursill. ad Affict. decis. 355. num. 4.* Collatio beneficii ei, qui Clericus non
9 est, fieri nequit: At si superveniat ordo, vel prima tonsura, collatio reconvalidatur, *Reg. Sanfel. dec. 7. in fine.* per *text. in cap. nulla il 2. de concess. præb.* habetur, beneficia non posse conferri, neque promitti, antequam vacent. Quòd si præbendas Ecclesiasticas, aut quælibet officia in aliqua Ecclesia vacare contigerit, non diu manere debent in suspenso, sed infra sex menses personis, quæ dignè administrare valeant, sunt conferenda: & si Episcopus, ad quem spectat, id non faciat, sed conferre distulerit, ad Sum. Pontif. hodie devolvitur collatio, *dict. cap. 2.* quem commentantur DD. antiqui, & moderni apud *Barbos. lib. 3. decretal. tit. 8. de concess. præbend.* & sic nulla Ecclesiastica beneficia, antequam vacent, promitti, nec conferri possunt, ne quis desideret mortem proximi, cum quo *tex.* concordant *Trident.* decretum *sess. 24. de reform. cap. 19. Paris. de resignat. benefic. lib. 6. num. 104. Garz. par. 10. de benef. cap. pr.* & idem *Barbos. de potest. Episcopi alleg. 72. num. 3.*

Quæ conclusio procedit in expectativis
11 à Prælatis inferioribus concessis, quorum concessio diversimodè prohibita fuit. Primò etenim ex Alex. III. *in Concil. Lateranensi*, de quo in *dict. cap. nulla* prohibetur, ne quis alteri promittere possit in individuo certum Beneficium alicujus viventis, & secundùm hanc prohibitionem, si beneficium vacaturum certi hominis non esset, sed incerti, po-
terat justa ex causa promitti ex natura rei, & ad instar juris civilis permitten-
tis pacta super incertorum hominum hæ-
12 reditatibus, ut in *l. 3. §. de illo ff. pro socio*: nàm licet plura verba dicti *tex.* utpote universalem negativam continentia significare videantur agi de promissio-

ne

ne cujuslibet etiam incerti beneficii; tamen posteriora ejus verba: *Mortem proximi, & in cujus locum &c.*; & insuper similitudo ibi adducta de improbata futura successione hominis viventis juxta *l. fin. C. de pactis*, cum simil. satis enunciant agi solùm de certo beneficio, idque propter majorem captandæ mortis alienæ occasionem, quæ in his improbis hominibus periculosiùs sumi poterat.

Sed quia, crescente hominum malitia,
13 poterat magis probabiliter adesse etiam periculum, ubi beneficium vacaturum in genere promitteretur, fuit posteà inducta secunda prohibitio per Innoc. III. alterius Concil. Lateranens. authorem relata in *cap. dilectus in vers. cum ego de præbend.* ibi: *Et vacationem expectare*; & in *cap. accedens 14. de conces. præbend.* & sic prohibita ibi fuit promissio, & collatio beneficii vacaturi etiam in genere; sed eo tempore licitum erat vacaturum beneficium promittere, sub ea formula: Cum potuerit, vel cum facultas se se obtulerit; ut ex *dict. cap. accedens*. Supervenit deindè Bonifac. VIII. in *cap. pr. de conces. præb. in 6.* qui videns
14 hoc modo etiam viam fraudibus aperiri contra prædictum Concil. Lateranen. & contra prædictam ejus rationem, & ex aliis causis expressis ab eodem Bonifac. interdixit hanc ultimam permittendi formulam: & hæc fuit tertia prohibitio. Tandem devenit alia prohibitio, per quam
15 prohibitum fuit, ne alicui particulari personæ concederetur, ut resignationes beneficiorum etiam liberas reciperet, & illa valeret etiam idoneis personis conferre, ut habetur in *cap. deliberatione §. prohibemus de officio delegati in 6.* limitando tamen in resignationibus, & collationibus ex causa permutationis, ut post alios resolvunt ibi *Anchar. num. 2. Franc.* & alii: sed hæc prohibitio non est applicanda decisioni *dict. cap. nulla de conces. præb.* ut existimemus per illum *tex.* induci novam prohibitionem: nam, licèt utatur verbo *prohibemus*; tamen aliud postulat materia, de qua ibi, utpote antea in effectu prohibita per *tex. in cap. constitutus 11. de conces. præb.* ubi *Abb. num. 5. Barbos. num. 4.*

Sed est quæstio, an *tex. in dict. cap. nulla il 2. de conces. præb.* procedat in officiis temporalibus, cum non possint dari expectativæ, & dicunt communiter non procedere: Unde Rex potest promittere officia in tempus, quo vacaverint. Ità *Melchior Phœbus in decis. Lusit. 2. Emanuel Barbos. lib. 2. odrinamenti Regni Lusit. tit. 98. in fine, Didac. de Britto in suo respons. pro Comite de Salinas qu. pr. nn. 11. Steph. Gratian. tom. 5. cap. 818. num. 38.* non obstante opinione contraria *Soccin.* quem refert & sequitur *Rebuff. tom. 2. ad leg. Galliæ in tit. ut benefic. ante vacationem non conferantur art. pr. glos. pr.* circa medium, dum æquiparat beneficia, & officia ad effectum ut non possint impetrari ante vacationem. Scimus aliàs dixisse, quòd prohibitio *dict. cap. nulla* solùm loquatur in beneficiis Ecclesiasticis, ut tenent *Cabed. de patronat. Reg. cap. 15. num. 15. & 20. Eman. Rodriq. tom. pr. qu. regul. qu. pr. art. 6. col. 3. Velasc. consult. 108. num. 28. tom. 2.* In quo etiam est advertendum per *tex. in dict. cap. nulla*, quòd
13 de beneficiis vacantibus providere debeant illi, ad quos spectat, infra sex menses ad not. per *Riec. in prax. aurea resol. 184. Garz. de Benef. par. 10. cap. 2. in princip. & Barbos. de potest. Episcopi par. 3. alleg. 58. num. pr.* ubi *num. 2.* id ampliat ad omnia beneficia, quamvis sint in Cathedralibus, & aliis Ecclesiis tam Secularibus, quàm Regularibus constituta, & ad Hospitalia, quæ conferuntur in titulum beneficii, *Vincent. Fill. tom. 3. tract. 4. cap. 4. num. 171.* ubi ait, quòd *tex.* in *d. cap. nulla* procedit in collatione libera non autem necessaria, ut est institutio in jure patronatus.

Secundò advertendum est, quòd Episcopus, vel alius, ad quem spectat collatio, si infra sex menses non disposuerit, collatio devolvitur ad superiorem per *tex. cit. Caldas Pereyr. respons. 3. n. 2. Erasm. à Cochier de Jurisd. par. 4. qu. 30. num. 4. Zerola in prax. Episcopali par. pr. in verb. Beneficia §. 2. Garz. par. 10. cap. 3. num. 10.* qui dicunt, hodie ab Episcopo devolvi ad Sum. Pontif. *Card. Mantic. decis. 260.* Unde hodiè Papa statim quòd est elapsum prædictum semestre, potest providere, ut per *Gonzal. in regul. 3. Cancellar. §. 3. proœmiali num. 5.* & beneficia devoluta, lapso semestre concesso Ordinario ad conferendum, non dicuntur de novo vacare, *Gonzalez glos. 15. §. 2. num. 20. & 21.* ubi *in glos. 24. à num. 78.* quærit, si Cardinalis collator non contulit beneficium infra sex menses, ità quòd locus sit devolutioni ad superiorem, an tunc possit conferre Archiepiscopus, qui Cardinalis non est, seù alius, ad quem de jure competit devolutio, an solus Papa, tanquam beneficium reservatum, ita ut Archiepiscopus, aut alius, cujus manus ligat reservatio, conferre nequeat per *regulam 8. & 9. Cancellariæ*, & dicit, conferri non posse.

Neque obstat, quòd Episcopi collatio habet in se fundatam intentionem, cum

Epi-

Episcopus conferre potest omnia beneficia suæ diœcesis, *cap. omne decretum in fin.* 10. *qu. pr. cap. omnes Basilicæ* 16. *qu.* 7. & in omnibus mensibus, *cap.* 2. *de conceſſ. præb. cap. te de præb. in* 6. latè *Gonzalez ſuper regul.* 8. *Cancell.* §. *pr. proœmiali nu.* 21. *Ludoviſ. dec.* 291. *Beltramin. in adnotat. dict. deciſ. num.* 4. qui plures adducit authores: nec tenetur exprimere menſem, ut firmat *Gonzalez in dict. reg.* 8. *Cancellariæ gloſ.* 32. *num.* 46. & 47. tum quia in Ordinariis regulariter præſumitur ſcientia menſis vacationis, *clement. un.* §. *cæterum de conceſſ. præb. Rot. deciſ.* 6. *nu.* 3. *de jure patron. Card. Puteus deciſ.* 395. *lib.* 3. tum quia ſemper præſumitur vacatio beneficii in ſua Diœceſi, ubi beneficium conſiſtit, *Gonzal. in reg.* 8. *gloſ.* 15. §. 2. *qu.* 8. ſecùs tamen eſt, ſi vacatio contingeret extra diœceſim in partibus remotis, & longinquis: nam tunc non præſumeretur talis ſcientia menſis vacationis; tùm denique quia Ordinarius præſumitur ſemper motu proprio providere, non autem ad ſupplicationem partis, ut latè *Gonzal. ubi ſupra num.* 48. nec tenetur exprimere modum, ſeu cauſam vacationis, *Garzia de benefic. p.* 11. *c. pr. n.* 76. & 77. At regula prædicta procedit, quando beneficium tempore collationis erat vacans: tunc enim argumenta ſupra tradita procedunt, ſed ſi collatio fuit facta per Epiſcopum tempore, quo beneficium non vacabat, nulla eſt ipſo jure collatio per Epiſcopum facta. Neque nos dicimus, collationem Epiſcopi nullam eſſe propter menſem, aut cauſam non expreſſam, ſed quia non erat conferendum, nec promittendum, quia non vacabat ex dicto *tex. in dict. cap. nulla ratio*. Præterquam quòd jura prædicta, & doctrinæ ſupra allatæ procedere poſſunt, ubi non age-
21 retur ſimpliciter de ejus validitate quoad præjudicium Summi Pontif. ad quem ſpectat collatio, quando beneficium in ejus menſe vacat: ſecus tamen eſt, ubi dicta nullitas prædictæ collationis concernit intereſſe alterius beneficiati, qui ſine juſta cauſa privatus remaneret, ut habetur ex regula Cancellariæ, ejuſque commentatoribus, & præſertim per *Ludov. Gomez.* & proprio in *reg. de annali poſſeſſore*, ubi habetur, teneri eum, qui beneficium impetratus fuit, ejus poſſeſſori denunciare dictam impetrationem, & juſtam cauſam privationis decerni facere, alioquin ea, & quæcumque inde ſequuta fuerint, nullius eſſent firmitatis, ut in dicta *regula* ſtatutum fuit, ubi *Gomez. cap.* 18. *qu.* 30. & 43.

Clericus habens beneficium licèt nulli-
22 ter, & invalidè collatum, ex aliquo defectu conferentis, vel proviſi, vel cujuſcunque alterius impedimenti, poſito, quòd de facto illud habeat, licèt nulliter, gaudere debet fori privilegio, & tractatur uti perſona Eccleſiaſtica: nam collationis titulus juſtus non requiritur, ut quis gaudeat privilegio fori, & ut Eccleſiaſtica perſona tractetur, ex communi opinione DD. de qua *Præſ. de Franch. dec.* 189. *num* 5. *Carol. de Graſſis de eſſ. Clericatus eff.* 1. *num.* 194. & *numer.* 340. qui fundant communiter, quòd, etiam-
23 ſi Clericus non poſsit obtinere Clericatum & beneficium, ſi de facto illud obtineat, gaudebit beneficio fori, & ut alii Clerici tractandus eſſet *Grammat. dec.* 8. & *Franc.* ubi ſupra *num.* 8. quod dixerant *Clar. in* §. *fin. qu.* 36. *num.* 6. *Cuccus inſtit. canon. lib.* 3. *tit.* 9. *num.* 17. *Maſcard de prob. concl.* 302. *nu.* 19. & 20. *Scacia de judiciis part.* 1. *cap.* 11. *num.* 19. *Thor. in compend. deciſ. Regni in verb. Clericus fol.* 94. Idem dicendum eſt de eo, qui eſſet impeditus Clericatum aſſumere, utpote illegitimus, quia id non impedit, quin caracter non fuerit impreſſus, vel quòd collatio beneficii nō tranſtulerit poſſeſſionem in poſſeſſorē beneficii, *Reg. Sanfelic. deciſ.* 2. *num.* 30. Quid autem fuerit circa hoc præſcriptum in Regno noſtro vigore concordiæ initæ inter Regem noſtrum, & ſummum Pontificem, diſſeruimus proprio loco *in praxi civil.* Si bene-
24 ficiatus contrahat matrimonium nulliter, non vacat beneficium ex not. *per Sanchez, lib.* 7. *de matrimon. diſput.* 43. & per *Garz. cap.* 8. *part.* 11. *num.* 5. quidquid alii dixerint apud *Sanfelic. dec.* 15. & ar-
25 ticulus, utrùm vacet beneficium, eſt a Judice Eccleſiaſtico decidendus, lite pendente coram ſeculari Judice: & cauſa conſiſtens in mero juris articulo deciditur ſine termino, idem *Sanfelic. deciſ.* 15.

Quandoque beneficium ſupprimitur,
26 ideſt extinguitur, *cap. cum acceſſiſſet de conſtitutionibus*. Suppreſſio una eſt perpetua, altera ad tempus: hæc eſt ex cauſa temporali, puta ob defectum fructuum, quæ ceſſat, advenientibus fructibus: perpetua eſt, quæ nunquam deinde ceſſat, *cap. ex hoc* 16. *qu.* 7. puta ſi cives occidant Epiſcopum: nam tunc Cathedralis ſupprimitur, *cap. ita* 15. *qu.* 2. Ut ſupprimatur beneficium, requiritur cauſa, & ſolemnitas. Cauſa eſt utilitas, vel neceſſitas Eccleſiæ, *clem* 2. *de rebus Eccleſiæ non alienandis*. Sollemnitas eſt, ut requiratur conſenſus Capituli Collegiatæ Eccleſiæ, cujus beneficium ſupprimitur, *d. clem.* 2. & ut ſupprimatur jus patronatus, requiritur

consensus singulorum patronorum, ita ut non sufficiat consensus majoris partis, *Trid. sess. 24. cap. 15.* & ex lapsu trigintà annorum præsumitur causa, & sollemnitas, *l. si filius familias 10. de petitione hereditatis*, prout exemplis aliorum casuum alibi docuimus.

De beneficiis pertractant per integros tractatus præter authores supra citatos *Lotherius, Nicolartz, Garzias, Lansrancus, Bengeus*, & pariter de eadem materia pertractant *Summa Rodriq. par. 1. pag. 53. Lorichius in thes. theol. pag. 405. tom. 1. Molsesius in summa p. 291. Candidus to. 1. p. 147. Contadus in prax. beneficior. Summ. Toleti pag. 521. Nicolius in flosc. pag. 61. Roderic. in quæst. moral. pag. 115. Marcant. in trib. anim. tom. 3. pag. 207. Crespetius in summ. pag. 70. Villalobos in summ. tom. 2. pag. 92. Vasquez in opusc. pag. 379. Barbos. in tract. var. p. 165 decis. Apost. p. 66. & in repert. jur. pag. 26. Alboza in flor. summ. pag. 36. Azorius in summ. tom. 2. p. 251. 653. & 809. Summ. Lezan. tom. 3. pag. 152. Pilaia tom. 2. instit. can. pag. 217. Zerola in prax. Episc. par. 1. pag. 37. & p. 2. pag. 23. Pax Jordanus in elucubr. tom. 2. p. 314. Ventriglia in prax. tom. 2. pag. 30. Tondutus in resolutionibus, Carrier in digesto fidei pag. 562. Busembau pag. 239. Tuscus tom. 1. pag. 305. Magrus in notit. pag. 69. Filiucius tom. 3. pag. 1. Barbosa de Jur. Eccles. tom. 2. pag. 122. Megalius in prompt. tom. 1. pag. 357. Riccius in prax. tom. 1. pag. 207. & tom. 3. p. 374. Nicolius tom. 2. resol. pag. 128. Summ. Sylvestri pag. 74. Vega in summ. tom. 1. col. 257. Rubeus in aphor. Episc. pag. 60. Martes in decretal. in med. Summ. Novar. pag. 84. Malletus in theol. moral. tom. 1. pag. 471. Corona de Sanct. Eccles. tom. 4. pag. 424. Rebuffus in praxi, Layman tom. 2. lib. 4. pag. 23. Summ. Nald. pag. 63. S. Antoninus in summ. tom. 3. pag. 260. Bardus in reg. jur. can. p. 41. Abelly in med. theol. tom. 2. p. 511. Lessius de just. & jur. p. 380. Barbos. de potest. Episc. tom. 3. pag. 145. de Luc. in theatr. verit. tom 12. Gavantes in manual. Episc. p. 22. Summ. Quarant. pag. 103. Castropalaus p. 2. pag. 209. Bassæus in flor. theol. tom. 1. p. 73. & tom. 2. p. 57. Tepatus tom. 1. pag. 11. Sannig. tom. 4. Theol. moral. p. 295. Vener. in exam. Episc. pag. 374. Velascus in summ. tom. 1. pag. 188. Novarius in summ. Bullar. p. 29. & seq. Vidar. in arca salutari pag. 11.*

De plurali ate beneficiorum agunt per integros tractatus *Rikel*, & *Guillelm. Paris.* & de eadem re agunt *acta Eccl. Mediolan. p. 118. Alvarez in specul. Princip. pag. 103. Diaz in pr. can. pag. 165. Tract. S. Concilior. pag. 11. Bossius in moral. pag. 776. Divers. de author. Pontif. in fin. Barbos. de potest. Episc. tom. 3. pag. 213.* De reservatione beneficiorum agit per integrum tractatum *Simonet.* & de eadem re agunt *Zerola in prax. Episc. p. 2. pag. 112. Riccius in prax. tom. 3. pag. 302. Pax Jordanus in elucubr. tom. 2. p. 205.* De collatione beneficiorum agit per integrum tractatum *Guillelmus Parisiensis*, & de eadem materia agunt *Barbos. in repert. jur. pag. 63. & decis. Apost. pag. 180. Trad. var. pag. 176. Pax Jordan. in elucubr. tom. 2. pag. 219. Basecius in prax. Episc. pag. 346. Fuscus de visitat. pag. 431. Abelly in enchyrid. sollicit. Episc. p. 250. Rubeus in aphor. Episc. p. 116. Riccius in praxi tom. 3. p. 99. & 206. Summ. Quarantæ pag. 98.*

De permutatione beneficiorum tractat per integrum tractatum *Kokier*, & de eadem re pertractant *acta ecclesiæ Mediolan. pag. 118. & Nicolius in flosc. pag. 53.*

De incompatibilitate beneficiorum agit per integrum tractatum *Horeda*, & de eadem re agit *Ventriglia tom. 1. prax. pag. 177.* De resignatione beneficiorum *Fuscus de visitat. pag. 431. Riccius in prax. tom. 3. pag. 263.*

De alternativa beneficiorum *Gavantes in manual. Episc. p. 10. Ricc. in prax. tom. 3. pag. 4.*

De fructibus beneficiorum *Nicolius in flosc. pag. 326.*

De dominio fructuum beneficiorum *Malletus in theol. moral. tom. 1. pag. 494.* De fructibus beneficiorum absentibus dandis *Covarruvias tom. 2. pag. 268.* De sequestro super fructibus beneficiorum *Summ. Quarant pag. 587.* De vacatione beneficiorum *Zerol. in prax. Episc. p. 1. pag. 352. & 374. Ricc. in prax. tom. 3. pag. 360.* De beneficiis in curia vacantibus *Flavus* apud *Soccinum in reg. & fall.*

De beneficiis vacantibus per promotionem ad Episcopatum *Novar. in sum. bull. p. 29.* De beneficiis vacantibus, Sede Episcopali vacante, *Novar. ibid. & Justin. pag. 7.*

De titulis beneficiorum *Rubeus in aphor. Episc. pag. 587. Zerola in prax. Episc. pag. 351.*

De privatione beneficiorum *Zerola in prax. Episc. p. 289. p. 1. & par. 2. pag. 102. Riccius in prax. tom. 3. pag. 241.*

De unione beneficiorum *Zerola in prax. Episc. par. 1. pag. 268. & par. 2. p. 134.*

De beneficiis affectis *Pax Jordanus in elucubr. tom. 2. p. 211.*

De beneficiis simplicibus *Fuscus de visitat. pag. 259.*

De opinione circa beneficia *Bordonus tom. 3. par. 2. resol. 65.*

De

De suppressione, & dismembratione beneficiorum *Riccius in prax. tom. 4. p. 367.*

De possessione beneficiorum idem *ibid. tom. 5. pag. 59.*

De locatione beneficiorum *Summ. Litterat. pag. 309.*

De singularitate beneficiorum agit per integrum tractatum *Plac.* De beneficiis parentum à filiis obtinendis *Barbos. de potest. Episc. tom. 3. pag. 222.*

De laicis quoad beneficia *Ricc. in prax. tom. 4. pag. 102.*

De concordatis inter Sedem Apostolicam, & Regem Gallorum super beneficiis *Rebuffus in prax. pag. 421.*

De beneficiis regularibus *Summ. Lezan. tom. 2. p. 361. & tom. 3. pag. 152.*

De valore beneficii *Zerola in prax. Episc. p. 2. pag. 128.*

De taxa beneficiorum *Tuscus tom. 8. pag. 6.*

De libertate beneficiorum recuperanda *Salgad. tom. 4. labyrint. cred. in fin.*

De beneficio, & beneficiario, *Glossar. med. latin. tom. 1. col. 530.*

De beneficio *Labbata tom. 1. thes. mor. pag. 239. Apparat. Concion. pag. 68.*

De beneficio Principis *Tuscus tom. 1. pag. 302. Bard. in reg. jur. can. pag. 181.*

SUMMARIUM.

CAP. QUINTUM.

De jure patronatus.

Jus patronatus quid sit, explicatur num. 1.

Quibus modis acquiratur nu. 2.

Ad fundandum jus patronatus quæ requirantur nu. 3.

Quivis ex pluribus patronis habet jus patronatus in solidum, & qualiter sit individuum num. 4.

Jus patronatus dividitur in gentilitium, hæreditarium, & mistum, & explicantur num 5. Præterea in ecclesiasticum, laicale, & mistum, & explicantur num. 6. & cæteræ divisiones juris patronatus recensentur n. 7.

Constructū pro masculis, & non pro seminis, quando admittat feminas ad præsentandum n. 8.

Gentilitium quando evadat hæreditarium n. 9. Hæreditarum quale sit, & ad quos transeat nu. 10.

In jure patronatus quotipliciter titulus exerceri valeat, enucleatur nu. 11. ubi quando, & qualiter transeat cum universitate bonorum.

Confiscatis omnibus bonis, jus patronatus an transeat ad fiscum n. 12.

Tutor, vel curator potest præsentare nomine pupilli, minoris, aut furiosi, & quid dicendum de viro pro jure patronatus dotali annexo feudo nu. 14. & quid dicendum de jure patronatus annexo rei particulari nu. 15.

Emens, vel vendens jus patronatus, fit simoniacus, & extinguitur jus patronatus, & fit liberæ collationis num. 16.

Jus patronatus an, & quando possit transferri titulo particulari contra pacta fundationis, & quando, & qualiter dispensatio requiratur nu. 17. & quando præsumatur num. 18.

Fundans jus patronatus an illud post fundationem possit mutare num. 19. In limine fundationis patronus quæ possit apponere nu. 20.

Episcopus, etiam transacto tempore, potest admittere præsentatum nu. 21.

Quando quis possit per viam adhæsionis cū compatronis sibi vocem dare nu. 22.

Patronus potest præsentare suum filium num. 25. prout etiam compatronum num. 24.

Non potest se præsentare per suum procuratorem num. 25.

Procurator constitutus ad præsentandum potest præsentare unum ex patronis num. 26.

Præsentatus habilis statim acquirit jus ad institutionem num. 27.

Quid dicendum, si duo æquè idonei præsententur nu. 28.

Præsentatus debet habere requisita a fundatore præscripta n. 29.

Non clericus an possit præsentari ab beneficium, si fiat clericus ante institutionem, enucleatur nu. 30.

Præsentatus a minori parte habens qualitates requisitas à fundatore ex quibus præferatur præsentato à majori parte patronorum carente requisitis a fundatore n. 31.

Quid dicendum, si patroni nolint præsentare vocatum a fundatore n. 32.

Si in fundatione fuit dictum, ut præsentetur Sacerdos, an, & quando possit præsentari Clericus num. 33.

Præsentatus debet esse præsens personaliter coram Ordinario n. 34.

Et quid dicendum de absente nu. 35.

Jus patronatus ex quibus nequeat in alium transferri alio titulo, quàm universali, & an donari, vel legari possit, quidque dicendum de jure sepulchri n. 36.

Vendito palatio, non venit jus patronatus capellæ, si ad capellam sit aditus a via publica nu. 37.

Honores in jure patronatus qualiter omnibus hæredibus competant, & quando

primogenito dumtaxat 38.
Præsentatio facta ab eo, qui non est in quasi possessione præsentandi, si non probetur facta ab eo, qui jus præsentandi habet, qualiter nullum jus tribuat 39.
Conferuens Ecclesiam ex quibus acquirat jus patronatus quoad præeminentias, & quæ sint, explicantur 40.
Habens jus patronatus in Ecclesia habet etiam in capella intus Ecclesiam constructa 41.
In vocatione juris patronatus à fundatore peracta quando veniant spurii, & naturales, differitur 42. *& quando legitimati per rescriptum Principis* 43.
Qualitas juris patronatus dependet ab erectione per Ordinarium facta 44.
Relicto jure patronatus quatuor senioribus anzianis, & Præposito, seu eo relicto Parochianis, & Rectori, an tanta sit vox solius Præpositi, seu Rectoris, quanta illa quatuor Anzianorum, seu omnium Parochianorum, differitur 45.
Jus patronatus ex quibus transferatur successione, & transeat cum universitate bonorum in hæredem, quicunque hic sit 46. *pro qua re nullus requiritur Episcopi, aut Ordinarii consensus* 47.
Jus patronatus an cedi possit, differitur nu. 48. *quidque dicendum, vendito Palatio, in quo sit capella habens multa privilegia* 49.
In alienatione juris patronatus cum universitate bonorum non requiritur Episcopi assensus 50.
Possessio defuncti in materia juris patronatus juvat hæredem 51.
Patronus debet manuteneri in possessione juris patronatus 52.
Possessio juris præsentandi, seu patronatus, non arguit ipsum jus 53.
Ecclesia fundata, constructa, & dotata, post fundationem, constructionem, & consecrationem, non potest acquiri in ea jus patronatus, & quare 54.
Cum concurrit præsentatus extraneus, & alter de familia fundatoris, ex quibus hic omnibus sit præferendus, dummodò sit idoneus 55. *& ratio adducitur* 56. *eo magis accedente fundatoris voluntate* 57.
Carens legitima præsentatione removeri debet 58.
Nulla est institutio in jure patronatus, si nulla fuit præsentatio 59.
Filius naturalis reputatur incapax ad præsentandum 60. *Qualitas hæreditaria requiritur in præsentante* 61.
Capellania, vel beneficium, quando dicatur Sacerdotale, ità ut ad illud Sacerdos præsentari debeat, & quando possit præsentari Clericus 62. *latè, & quando debeat dici jus patronatus Sacerdotale* 63.
Quasi possessio præsentandi non suffragatur, quoties ista cum mala fide, vel violentia, vel dolo, est acquisita, de quibus in actis constet 64. *Ratio affertur num.* 65.
Si Proprietarius post litem contestatam præsentaverit, quando jam possessor ante litis contestationem præsentaverat, ex quibus institutio reservetur usque ad finem litis 66.
Profanæ, seù laicales, & non Ecclesiasticæ Capellaniæ quænam dicantur 67. *& qualiter in eis Capellani electi sint ad nutum amovibiles* 68. *& alter titulus dictis Capellaniis competens beneficio Ecclesiastico si ob inadvertentiam fuerit tributus, ex quibus nequeat is attendi* 69. *cum in judicanda qualitate beneficii erectio, seù fundatio tantùm debeat attèdi* 70. *& ex quibus nec etiam suffragetur casu prædicto, collationem ab Episcopo jemel fuisse factam* 71.
Fundator qualitatem juris patronatus etiã post opus perfectum, & consensu Episcopi firmatum potest declarare 72.
Jus patronatus gentilitium mistum, sivè ex pacto, & providentia, non existentibus, seu deficientibus contemplatis, in merè hæreditarium transit 73.
In jure patronatus sanguinis appellatione veniunt feminæ, sicuti appellatione consanguineorum, proùt etiam descendentes in infinitum 74. *& verba testatoris, quòd strictior ex parentela, & sanguine, præferatur ad gradus, non ad sexus capacitatem, sunt ponderanda* 75.
In sepulchro an, & qualitèr constituatur jus patronatus 76.
Jus patronatus qualiter extinguatur 77.
Extincto jure patronatus, Episcopus non potest tollere insignia Patroni familiæ 78.
Jus patronatus probatur ex enunciativis antiquis, accedentibus adminiculis 79.
Sententiæ latæ per Ordinarios super jure patronatus ex quibus maximè deferendum sit 80.
Jus patronatus etiam relictum solis descendentibus potest in alium extraneum transferri, & quando 81.
Præsentatio facta in jure patronatus, antequam vacet, nulla est 82.
Facta per patronum præsentatione, non debet amplius variari 83.
Qualitas masculinitatis in jure patronatus ex quibus non attendatur 84.

INter species beneficiorum adest jus patronatus, quod est jus spirituale, honorificum onerosum competens alicui ex legitimo titulo præsentandi ad bene-

beneficium Ecclesiasticum, & comprehendit omnem titulum collationis, constructionis, privilegii, successionis, *c. decernimus, cap. monasterium 16. qu. 7.* & jus patronatus alicui in Ecclesia acquiritur, eo quòd ipse, vel ejus majores ecclesiam fundaverint, vel ædificaverint, vel suis opibus auxerint, consentiente Episcopo: ex quo jure cum utilitate honor, & onus resultant. Jus patronatus altero de tribus modis ab initio acquiritur, vide-
2 licet fundi assignatione, ædificatione, & dotatione, ut notatur per *gloss. in cap. piæ mentis 16. quæst. 7. Hostiens. in summa tit. de jure patronat. §. 2. Innoc. Panorm. & DD. extr. eod ad rubr.* Jus patronatus porrò aliquo de quatuor modis transfertur, videlicet successione hæreditaria, permutatione, donatione, & venditione universitatis bonorum, ratione cujus competit, ut voluerunt *Innoc. d. loc. gloss. & DD. in cap. cum seculum de jure patron.* Undè nemini jus patronatus competit, nisi vel ipse, vel alius, a quo causam altero hujusmodi quatuor modorum habeat, acquisiverit uno de superioribus tribus modis. An autem præscriptione acquiratur, docent *Gilken. de usucap. part. 3. c. 9. fol. 723. & Bonacin. de restitut. disput. 1. quæst. ult. §. 2. num. 11.* ubi quòd jus patronatus nunquam præscribatur, quando constat, Ecclesiam aliquando fuisse liberam.

Ad fundandū jus patronatus requiruntur plura. Primò consensus Ordinarii, *cap. consuluit, cap. relatum de jure patronatus*, qui consensus non potest præstari à Vicario Generali sine speciali mandato: & est stricti juris, adeoque non extenditur, *Surd. dec. 303. n. 3.* At si injustè denegetur, potest recurri ad superiorem, puta ex Episcopo ad Archiepiscopum, ex Archiepiscopo ad Papam, *c. nullus 17. de jure patr.* nam justa petenti nō est denegandus assensus, qui præsumitur concessus lapsu 36. annorū, cum observantia sequuta, *Mantica dec. 86. n. 6.* Secundò requiritur fundatio, constructio, vel dotatio, *Trid. sess. 25. de ref. c. nobis 25. de jure patron.* Fundatio est dare fundum: constructio verò est ædificium Ecclesiæ, vel Capellæ: dotatio est dare dotem, reditus, ornamenta necessaria, *Trid. dict. loc.* quæ non requiruntur copulativè, sed sufficiunt alternativè, *Gonzalez in cap. nobis 25. num. 3. de jure patron. Menoch. præsumpt. 617.* contra *Monetam* copulativè requirentem. Dos debet esse tanta, ut sufficiat pro ministris arbitrio ordinarii ex *dict. cap. nobis*. Jus patronatus est individuum, *cap. perlatum de jure patronatus, cap. nihil 7. qu. 1. clem. plures de jure patron.* adeoquè quivis ex
4 pluribus patronis habet jus patronatus in solidum, & quivis præsentatus, licèt ab uno ex pluribus, habet jus ad totum beneficium: Nam beneficium non potest dividi, *Boerius in cap. 1. num. 2. de jur. patron.* Hinc non extinguitur pro rata jus patronatus, quamvis aliqui ex pluribus patronis deficiant: Nam qui remanet, habet jus ad totum, cum sit individuum, idque per jus non decrescendi, *Grassus §. jus accrescendi qu. 24.*

Jus patronatus dividitur in gentili-
5 tium, & mistum. Gentilium est constructum pro se, & consanguineis, sivè ascendentibus, sivè transversalibus. Et etiam dividitur in Agnativum, & Cognativum. Hæreditarium est pro se, & hæredibus etiam extraneis, *cap. quoniam de jure patronatus*, & in dubio præsumitur hæreditarium, *Ancheranus cons. 81. & clem. plures de jure patronatus.* Mistum includit utrumque, scilicet gen-
6 tilitium, & hæreditarium, *Burattus dec. 27.* Præterea dividitur jus patronatus in Ecclesiasticum, laicale, & mistum. Ecclesiasticum ex bonis Ecclesiasticis, laicale ex bonis laicis, mistum ex utrisque, *cap. unico §. 1. de jure patronatus in 6.* Ad Ecclesiasticum dantur sex menses: ad laicum quatuor ad præsentandum, *cap. un. §. 1. de jure patron. in 6.* quo tempore elapso devolvitur ad Episcopum pro illa vice, *c. cum propter de jure patronatus*. Qui Episcopus citra sex menses debet illud conferre: At in parochiali Ecclesia datur bimestre ex Bulla Pii V. quæ incipit *in conferendis*. Insuper in Ecclesiastico datur jus præsentandi, non variandi, idest qui præsentat unum, non potest præsentare alium. At laico datur jus variandi copulativè, hoc est potest cumulare alium, non tollere primum, licèt possit se obligare ad non variandum, *Novar. part. 1. de elect. fori qu. 3. num. 12. Masobrius*, & alii: & variationem bis posse fieri asserunt *Calderinus, Novar. Decius*, ex *cap. pluralis de reg. juris in 6.* Præsentatus ad Parochiam juris patronatus laici instituitur sine concursu, constito de idoneitate, *Trid. sess. 24. de ref. cap. 8.* si verò sit juris patronatus Ecclesiastici, tunc providetur per concursum, *Trid. loc. cit. Greg. decis. 494. num. 6.* Legatus a latere potest, invito patrono, conferre jus patronatus Ecclesiasticum, non laicale, *cap. cum dilectus de jur. patron.* Jus patronatus Ecclesiasticum comprehenditur reservatione mensis, vel decedentis in Curia, *clem. prima ut lite pendente*. At jus patronatus laicum tali reservatione non comprehen-

henditur, *Vasq. Covarr. Antonel.* & alii. & Papa facilè derogat Ecclesiastico, non laico juri patronatus, ne laici retrahantur ab operibus piis, *gloss. in clem. per literas verb. apostolicis de præbendis*: & laicus præsentans indignum, pro illa vice non amittit jus præsentandi: sed potest cumulare alium dignum, *cap. cum autem de jur. patron.* At ecclesiasticus præsentans indignum, pro illa vice amittit jus præsentandi: nam cumulare non potest. Jus patronatus mistum habet multa privilegia, & magis dignum trahit ad se minus dignum quoad privilegium, adeoque laicum sequitur naturam Ecclesiastici, quando prodest. At si noceat, sequitur naturam juris patronatus laici, & sic habet sex menses patronus ad præsentandum, qui sex menses conceduntur pro Ecclesiastico, & prosunt etiam laico, *Joannes Andreas in cap. 1. de reg. juris in 6.* At concursus faciendus pro Ecclesiastico nō fit pro misto: Nam tunc sequitur naturam laici, quia magis prodest, *Fagnanus in cap. cum propter n. 38. de jure patronatus*: & jus patronatus mistum nec comprehenditur in reservatione, & derogatione: Nam in hoc sequitur naturam laici, *Caputaquensis dec. 405.*

Datur etiam jus patronatus Ecclesiasticum, jus patronatus potentioris, sivè
7 potentis, jus patronatus ex privilegio, jus patronatus gentilitium, hæreditarium. Jus patronatus laicum fieri potest Ecclesiasticum, si transeat in Ecclesiam legato, hæreditate &c. *cap. unico §. fin. de jure patronatus in 6.* Jus patronatus ex privilegio est, si concedatur à Sede Apostolica beneficium liberum alicui ad titulum juris patronatus ob augmentum dotis, constructionem, vel alia simili causa, quod jus patronatus debet cognosci ab Ordinario, an sit in utilitatem Ecclesiæ, *Trid. sess. 25. cap. 9. §. similiter de reformatione*: satis tamen est, si causa plenè cognoscatur, & verificentur rescripta per sententiam diffinitivam; nam loquutio indefinita *Trid.* verificatur in una vice, *l. boves 29. §. hoc sermone ff. de verb. signific.* Jus patronatus potentium non probatur per testes, sed per scripturas authenticas, & præsentationes continuatas per quinquaginta annos, alias beneficium præsumitur liberum, *Trid. sess. 35. de refor. cap. 9.* Jus patronatus gentilitium constituitur pro se, & consanguineis, estque activum, & passivum. Activum respicit præsentantes, qui debent esse consanguinei: & an Religiosus, aut femina possint præsentare, tractant *Vivianus part. pr. juris prudentiæ lib. 4. c. 4. nu. 16. & Vulpell. in praxi cap. 49. num. 2.* & constructum pro
8 masculis, & non pro fœminis, admittit fœminas ad præsentandum, deficientibus masculis, *Mantica de conject. lib. 3. tit. 2. num. 5. Merlin. cent. 2. cap. 1. num. 38.* & quòd censeantur exclusæ fœminæ, quando adsunt masculi, decisum refert *Moles tit. de jure devolutionis §. 23. quæst. 4. num. 14.* Passivum est, quando vocantur ad jus patronatus consanguinei, & non solùm præsentans debet esse consanguineus, sed etiam præsentatus. Jus patro-
9 natus gentilitium evadit hæreditarium, extinctis consanguineis vocatis, adeoque non evadit beneficium liberæ collationis, sed transit ad hæredes extraneos, finita linea gentilitia, *Seraph. dec. 464. num. 12. Costa de ratione ratæ num. 12. Ciarlin. forens. cap. 1. num. 33. Cardinal. de Luc. de jure patronatus d'scursu 35.* Ratio est, quia vocans Agnatos consideravit illorum existentiam, & poterat, illis deficientibus, vocare alios: quapropter casus defi-
cientiæ consanguineitatis debet dici omissus à Testatore, & relictus sub dispositione juris communis, quo jure transit ad extraneos, quando deficiunt non extranei, *cap. relatum de jure patronatus*: servatur enim provisio hominis in casu ab homine prævisо, & provisio legis in casu ab homine non prævisо. Confirmatur, quia præsumitur, quòd quilibet conservare velit jura sua pro se, & hæredibus, *l. filius familias ff. de donation. l. cum acutissimi Cod. de fideicommissis*. Jus patronatus hæreditarium est constructum pro se, & suis
10 hæredibus: quod intelligitur relativè ad hæreditatem, non derivativè ad propagantem, adeoque transit ad omnes hæredes, etiam extraneos, *l. sciendum ff. de verb. signif. cap. filius, cap. si plures 16. qu. 7. Pasqualin. cent. 1. qu. 7. num. 9.* & transit ad hæredes hæredum in stirpes, non in capita, *clem. si plures de jure patronatus, Abbas in cap. 1. num. 5. de jure patronatus*.

In jure patronatus triplex excogitari
11 valet titulus: primus successionis universalis jure civili, vel de jure prætorio, sivè jure fideicommissi universalis: Secundus titulus est administrationis generalis, ut tutela, curatela, administratio mariti, vel universitatis. Tertius titulus est particularis donationis, cessionis, legati. Titulo universali transit ad hæredes ex testamento, vel ab intestato, *clem. plures de jure patr.* Hinc transit cum universitate bonorum sine licentia, & con-

sensu

senſu Epiſcopi in ſucceſſorem univerſitatis bonorum, *Molin. lib. pr. de primogeniis cap. 29. n. 8. ex cap. cum ſeculum, & c. ex liberis de jure patr.* & vendita hæreditate, jus patronatus cum univerſitate bonorū tranſit in emptorem, *dict. cap. cum ſeculum dict. cap. ex literis, Barboſa num. pr.* Similiter, donata hæreditate, jus patronatus tranſit in donatarium, *d. cap. cum ſeculum.* Tranſit etiam in uſumfructuarium univerſitatis bonorum, quia præſentatio eſt inter fructus, qui competunt uſufructuario, *Barbatus de diviſione fructuum par. pr. cap. 16. num. 124.* & tranſit etiam in fideicommiſſarium univerſalem: Nam tunc tranſit cum univerſitate bonorum, *dict. cap. ex literis, & cap. cum ſeculum.* Hæres tamen reſtituens fideicommiſſum pro rata quartæ trebellianicæ retinet jus patronatus, *Guidon Papa deciſ. 507. nu. pr.* Ad ſecundum adminiſtrator univerſitatis habet jus conſervandi rem, & ſic præſentandi. Ad tertium in conceſsione omnium bonorum jus patronatus tranſit in ceſsionarium, *Abbas in cap. ex literis num. 2. de jure patronatus, Salgadus par. 3. labyr. cap. 5. num. 10.* quia tunc in ceſsionarium tranſit univerſitas bonorum, cūm qua tranſit jus patronatus, *cap. cum ſeculum de jure patr.* An verò, confiſcatis omnibus bonis, jus patronatus tranſeat ad
12 Fiſcum? Affirmant *Immola, Abbas, Clarus,* & alii. Negat *Reverterius dec. 123.* ubi *de Marinis num. 2.* quem videas in contingentia. Nos putamus eſſe Fiſci, ſicque pluries practicari vidimus. Tutor, vel Curator præſentare poteſt nomine
13 pupilli, minoris, furioſi: Nam ità etiam adminiſtrat: ſed ſi pupillus habeat plenum uſum rationis, vel minor ſit ſanæ mentis, etiam ipſe admittitur ad præſentandum ſine authoritate Tutoris: quia tunc non deteriorat ſuam conditionem, præſentando idoneum, & præſentatus à pupillo, vel minore, præfertur præſentato à Tutore, aut curatore, *Riccius par. 1. collect. an. 278. Vivianus lib. 2. juris patronatus cap. 3. num. 15.* & vir præſentare valet, ſi jus
14 patronatus ſit annexum feudo dotali, puta Villæ, Caſtro, quia præſentare numeratur inter fructus, qui competunt viro, *gloſſ. in cap. cum Bertholdus de re jud. Rota de jure patronatus in novis deciſ. 10.* Eſt enim vir adminiſtrator generalis, vel uſusfructuarius rei dotalis, *l. dotis fructum ff. de jure dotium.* Jus patronatus annexum
15 rei ſingulari, puta ruri, vendita illa re, tranſit in emptorem, *Garzias de benef. par. 5. cap. 9. num. 33. Murga de ſepulturis tract. 4. diſput. num. 2. Innocentius in cap. ex literis de jure patronatus,* ubi *Cardinalis qu. 13.* fundans, prædium tunc eſſe loco univerſitatis, *Boerius dec. 232. num. 4.* contra *Fagnanum in cap. ex literis num. 11. de jure patronatus.* Ratio eſt, quia jus ſepulturæ tranſit in emptorem fundi, ubi eſt ſepulcrum, *l. pr. §. pr. ff. de fundo dotali*: & ita etiam jus patronatus exiſtens in re vendita. Jus autē patronatus
16 vendi nequit, nec valet dici: Vendo tibi fundum, & jus patronatus: eſſet enim ſimonia, *cap. de jure cap. quià Clerici de jure patronatus, Olea de ceſſione jurium tit. 3. qu. 8. num. 26.* & ſi quis emat, vel vendat jus patronatus, contrahit pœnas ſimoniaci, & extinguitur jus patronatus, & fit liberæ collationis, *cap. quia Clerici de jure patr.*

Jus patronatus nequit titulo particulari transferri, puta titulo donationis, legati,
17 ceſsionis, contra pacta fundationis, & ſine conſenſu Epiſcopi, *cap. unico de jure patronatus in 6.* & ſufficit conſenſus Vicarii Capitularis, non verò generalis, & ſi nolit Epiſcopus conſentire, itur ad Archiepiſcopum, quo negligente, itur ad Papam, & debet exprimi cauſa legitima non conſentiendi, aliàs cogitur ad conſentiendum. An autem ſemper requiratur conſenſus Epiſcopi in donatione juris patronatus? Diſtinguas: vel donatio fit Eccleſiæ, vel alteri: ſi fiat Eccleſiæ, nega requiri conſenſum Epiſcopi, *cap. unico de jure patronatus in 6. Vivianus tom. pr. lib. pr. tit. 4. num. 9.* Si donetur alteri, ſubdiſtinguas: vel hic alius eſt, vel non eſt compatronus: Si eſt compatronus, non requiritur conſenſus Epiſcopi, *clem. ſi plures de jure patronatus, Olea de ceſſione jurium tit. 3. qu. 8. num. 26. Gratian. deciſ. 11. num. 18.* Si verò donatio fiat alteri, quàm compatrono, tunc requiritur conſenſus Epiſcopi, *cap. pr. de jure patronatus in 6. cap. cum ſeculum de jure patronatus, Abbas in cap. illud de jure patronatus.* Qui conſenſus poteſt ſubſequi alienationem, *Natta vol. pr. conſ. 126. num. 6. Capycius dec.*
18 282. *num. 16.* & præſumitur lapſu triginta annorum, *Seraphin. dec. 884.*

Perſonæ, quæ interveniunt, ſunt tres.
19 Primò patronus. Secundò præſentatus. Tertiò Ordinarius, de quibus breviter. Patronus vel eſt ipſe, qui conſtituit jus patronatus, vel eſt ejus ſucceſſor. Fundans jus patronatus, eſt difficultas, an poſt fundationem poſſit mutare jus patronatus: Certum eſt, quòd ſi fundavit in ultima voluntate, poteſt mutare, quia ultima voluntas mutari valet, donec morte confirmetur. Si verò non conſtituatur in ultimis voluntatibus, tunc eſt gravior

dif-

difficultas: & si fiat ad favorem filiorum, sicut revocari potest donatio facta filiis familias, ita jus patronatus, ad quod vocantur filiifamilias. Successor non potest mutare jus patronatus. Nam debet custodire voluntatem testatoris,& hæres tenetur stare facto defuncti, *l. si liusfam. §. cum pater ff. de legat pr. l si ab eo ff. de liberali causa.* In limine fundationis patronus
20 potest apponere pacta, *Tondutus par. pr. canonic. cap. 54. num. 3.* Et potest ponere etiam titulum abbatiæ sine dignitate, *gl. in cap. tuum vers. non ascendat de ætat. & qualit.* & potest præfigere ad præsentandum diuturnius tempus, & abbreviare tempus legitimum, *cap. cum dilectus de consuetudine, Marius Antonin. lib. 1. variar. resol. 112. cas. 51.* Et Episcopus, etiam
21 transacto tempore, potest admittere præsentatum, *cap. 2. de suppl. neglig. prælat.* & potest prorogare terminum ad præsentandum, *Crescent. de dilation. dec. 12. Tondutus par. 2. canonic. cap. 4. num. 26.* Patronus non potest præsentare se ipsum, *c. per nostras 26 de jure patr.* Sed per viam
22 adhæsionis potest cum compatronis sibi vocem dare consentiendo præsentationi de se factæ a compatrono, & sic augere numerum vocum ad sui favorem, *cap. cum jure de elect. Burattus decis. 316. num. 2.*
23 Potest etiam Patronus præsentare suum filium, *c. consuluit de jure patr.* Et Patro-
24 nus potest præsentare compatronum, *cap. cum in jure de elect.* Non potest præsentari per suum Procuratorem determinate factum ad se præsentandum, *cap. fin.*
25 *de institutionibus, cap. per vestra de jur. patr.* Procurator constitutus ad præsentandum potest præsentare unum ex Pa-
26 tronis: nam præsentat nomine aliorum compatronorum, *Rota par. 2. diversor. dec. 185.*

Præsentatus est ille, cui conferendum est jus patronatus ab Ordinario. Hic præsentatus potest primò esse aliquis a fundatore vocatus. Secundò potest esse a fundatore non vocatus. Præsentatus habilis statim acquirit jus ad institutionem,
27 adeoque potest agere coram Episcopo, ut instituatur, *c. cum dilectus de jure patr.* Si verò duo æquè idonei præsententur si-
28 mul, vel successivè, tunc Episcopus habet facultatem eligendi unum ex illis, quem instituit, *c. cum autem de jure patr.*
29 Præsentatus debet habere qualitates a fundatore requisitas, ita ut nulla sit præsentatio, & institutio facta contra formam requisitam in limine fundationis, *Grammat. decis. 79. Riccius par. pr. praxis resol. 157. & resol. 178.* quia carens requisitis a fundatore, caret forma requisita a testatore, adeoque caret esse: nam sine forma cessat esse, & inhabilis est præsentatus sine requisitis a fundatore præscriptis. An autem non Clericus possit præ-
30 sentari ad beneficium, si fiat Clericus ante institutionem? Affirmant *Grat. forens. c. 430. n. 6 Mascbrius, Barbosa, Marcanta.* Negat *Tondutus* volens debere esse capacem tempore præsentationis. Ratio primæ sententiæ est, quia præsentatio respicit institutionem: unde si pro tempore institutionis est habilis, respicit tempus habile, adeoque præsentatio est ita ac facta in tempore habili, ex regula: Idem est respicere tempus habile, ac fieri tempore habili, *l. in tempus ff. de hæredibus instituendis.* Et licet laicus non sit capax juris spiritualis pro tempore, pro quo est laicus; est tamen capax pro tempore, pro quo erit Clericus, pro quo tempore potest instare, ut instituatur, *cap. ut Bertholdus de sententia, & re judicata.* Nota hic, quòd præsentatus a minori parte
31 habens qualitates requisitas a fundatore juris patronatus præfertur præsentato a majori parte Patronorum præsentantium aliquem carentem requisitis a fundatore, *Burattus decis. 680. num. pr. Tondutus cap. 118. num. 30.* Si verò quis sit vocatus a fundatore, sed Patroni nolint illum præsentare; tunc voca-
32 tus a fundatore potest adire Judicem Ordinarium, & instare, ad hoc ut mandetur Patronis, ut illum præsentent intra legitima tempora, quo tempore elapso, providebitur per Episcopum in beneficio habens jus ex vi fundationis, & Episcopus illum instituit, ita ac si esset a Patronis præsentatus: nam tunc factum Judicis est factum partis, *de Franc. dec. 310. ex l. 7. C. si in caus. judic. pignora.* Si
33 in fundatione fuerit dictum, ut præsentetur Sacerdos, presbyter, potest præsentari Clericus: nam hic venit nomine Sacerdotis, *Merlin. dec. 685. num. 22.* Et si fundator voluerit, ut præsentetur Capellanus, qui teneatur celebrare singulis diebus, adhuc potest præsentari Clericus, & intelligitur, ut celebret per alium, *cap. qui per alium de reg. jur. in 6. Burattus decis. 92. num. 2.* Si verò dicatur, ut eligatur idoneus, & celebret per se, tunc debet esse Sacerdos, *Burattus decis. 68. num. 2. Barbosa lib. 3. juris Ecclesiastici cap. 2. num. 33.* Præsenta-
34 tus debet esse præsens personaliter coram Ordinario, *Trid. sess. 24. cap. 20. de refor. Riccius par. pr. praxis resol. 151. nu. pr.* idque ne præsentetur suppositicius, puta mortuus, *Zerola in praxi Episcopali vers. juris patr. par. pr. §. ad 7.* si verò absens

sens notorie vivat, & sit habilis, tunc
potest præsentari, quia cessat finis pro-
hibitionis, *cap. & si Christus de jure ju-*
vando, *Burattus decis. 22. num. 3.* Præsen-
35 tatus debet accipere præsentationem sal-
tem per procuratorem, *Garz. par. 4. de be-*
nef. cap. 2. num. 22.

Jus patronatus nequit in alium trans-
ferri alio titulo, quàm universali, &
36 ideò tantùm in patroni hæredem tran-
sit, & in omnes hæredes æqualiter, *de*
Franch. decis. 85. num. pr. Joseph Mele in
sua *alleg.* inter *dec. Gizzarell. dec. 28.* post
num. 16. primi articuli vers. præterea illa
ratio. Transit præterea ad fideicommis-
sarium, & emptorem, cum universitate
bonorum, quamvis jus sepulcri transire
nequeat, *Altimar. ad Rovit. cons. 75. tom.*
2. num. 6. & sequ. Sed jus patronatus
donari, aut legari potest, cum consensu
tamen Episcopi, adeo ut non sufficiat con-
sensus Vicarii, nisi per Episcopum depu-
tati, dummodo consensus non præstetur
ad tempus, puta per tres annos, aut es-
set jus agnatis quæsitum ex fundatione,
donatione, privilegio, & similibus: mu-
tari tamen non potest ex sua prima natu-
ra, quam ex fundatione recepit, præter-
quam in limine fundationis: nec conces-
sum quibuscumque hæredibus fieri gen-
tilitium, & primogenium, latè defen-
dit in sua allegatione, quam edidit pro
D. Antonia de Gabitis inserta in *allega-*
tione 28. Gizzarell. post *num. 16 in pr. art.*
Joseph Mele. Etsi jus patronatus ad non
hæredem transire nequeat; potest tamen
hæres, qui verè adivit hæreditatem ali-
cujus renuncians reservare sibi pactum de
succedendo in jure patronatus, eo quòd
jam fuit hæres, & talem esse nequit desi-
nere, *Joseph. Mele loc. sup. cit. art. 2.* &
quemadmodum jus patronatus non nisi
titulo universali ad hæredes transire po-
test, ità nec jus sepulchri, quod etiam nec
potest ab hærede discedere, si sit hæredi-
tarium: si verò familiare, omnibus de
familia competit, & ad extraneos transi-
re non potest, quod ex ejus inscriptione
cognoscitur, *Altimar. ad Rovit. cons. 75.*
tom. 2. num. 6. & sequ. Vendito palatio, non
venit jus patronatus Capellæ, quando a
37 Capella est aditus ad viam publicam,
Ursill. ad Affl. dec. 122. num. 10.

Honores in jure patronatus omnibus hæ-
redibus æqualiter competunt, ita ut cum
38 individui sint, prius primogenito, aut di-
gniori succedere, deindè secundogenitis,
cæterisque conferendi sint, *de Franch. de-*
cis. 85. per totam., ubi loquitur de honore
candelæ præstandæ singulis annis hæredi-
bus constructoris Ecclesiæ, sive Monaste-
rii Montis Oliveti in hac Civitate Gur-
relli Orilia.

Præsentatio facta ab eo, qui non est in
quasi possessione præsentandi, si non pro-
39 betur facta ab eo, qui jus præsentandi
habet, nullum jus tribuit, *Jo: Baptista Ciar-*
lin. contr. forens. cap. 172. num. 8. & 9. &
si quis non existat in quasi possessione præ-
sentandi, ut ad præsentandi jus admitta-
tur, sive ad probandum, præsentationem
à se factam firmam esse, debet probare
se habere omnes qualitates ab institutore,
sive erectore juris patronatus requisitas,
Jo: Baptista Ciarlin. tom. 2. contr. forens.
dict. cap. 172. num. 11. Ampliatur, etiamsi
secundùm tenorem brevium Sacræ Pœ-
nitentiariæ haberet omnes qualitates re-
quisitas, ut quia aliqua essent in eis mu-
tata, *Ciarlinus loc. cit. num. 25. & seq.* &
præsentatus per patronum, qui reperi-
tur in quasi possessione præsentandi, sed
habet juris resistentiam, non est manute-
nendus, *Buratt. decis. Rotæ 139. tom. pr.*
qua de re latior sermo fuit *cap. pr.* hujus
tomi n. 33. & si duo Compatroni aliquem
eligant non idoneum, tertius idoneum,
non debent novam electionem facere, sed
habilis electus à tertio est manutenendus,
Reg. Merlin. p. forens. 50. num. 21.

Construens Ecclesiam acquirit jus patro-
natus quoad præeminentias, excepto ju-
re præsentandi: illud autem jus patro-
natus consistit in præcedentiis ei debitis
in Ecclesia, & processionibus, in alimentis
ei debitis, si ad inopiam deveniat, in jure
defendendi Ecclesiam, & denunciandi per-
sonas dilapidantes ejus bona, & ut in ele-
ctione Abatissæ ejus requiratur assensus,
latè *Cavaler. decis. Rotæ 321. per totam.*
Habens jus patronatus in Ecclesia habet
etiam in Capella intus Ecclesiam con-
41 structa, & ad ipsum pertinet, *Fulvius*
Pacian. cons. 90. per totum.

Vocatis à testatore, seu fundatore in
jure patronatus agnatis, familia, casata,
42 parentela, & similibus, per verba civilia,
naturales, & spurii non possunt admitti:
vocatis autem filiis, & descendentibus
per verba naturalia, veniunt etiam natu-
rales, & spurii, *Ciarlin. 2. contr. 172. nu.*
22. Et inde dicitur, quòd spurii, & natu-
rales in patronatu familiari, & gentili-
tio, non veniunt, *Ciarlin. cit. cap. 172. nu.*
41. Spurii filii Religiosorum in jure pa-
tronatus non succedunt, etiamsi jus pa-
tronatus non esset familiare, aut gentili-
tium, sed per verba merè naturalia
erectum, & proinde in illo succederent
cæteri naturales, & spurii, *Ciarlin. 2. fo-*
rens. 172. num. 38. & seq. & num. 77. &
sequ. Ampliatur etiam in defectum filio-

rum legitimorum, & reliquorum, qui possent succedere, *Ciarl. cap.* 172. *num.* 52. Ampliatur item etiam in filiis legitimorum, & naturalium dictorum filiorum, cum veniant à radice infecta, *Ciarl. loc.*
43 *cit. num.*46. Quamvis legitimati per rescriptum Principis in jure patronatus succedant; id tamen locum non habet in jure patronatus familiari, & gentilitio, *Jo: Baptista Ciarl. contr. cap.* 172. *num.* 48. Præterea id locum habet in legitimatis per Principem Ecclesiasticum, non verò secularem: nam iste tantùm quoad profana legitimat, & legitimati ex eo solùm succederent, quando essent hæredes patris, *Jo: Baptista Ciarlin. cit. cap.* 172. *num.*51. & 52.

Qualitas juris patronatus descendit ab erectione per Ordinarium facta, etiamsi
44 contra ea, quæ Testator disposuit, qualitates ei fuerint adjunctæ, quia Testator nullum jus habet in erectione juris patronatus, *Jo: Baptista Ciarlinus lib.* 2. *contr.* 172. *num.*30. & *seq.*

Relicto jure patronatus quatuor senioribus, anzianis, & Præposito, seù eo re-
45 licto Parochianis, & Rectori; tanta est vox solius Præpositi, seù Rectoris, quanta illa quatuor Anzianorum, seù omnium Parochianorum, ita ut concurrant tanquam corpora diversa, quorum quodlibet suam vocem æqualem, ac distinctam constituit, *Crescentius de jure patronatus decis.* 9. *Decius cons.* 122. ex *Romano* multa similia adducente *cons.*99. *Cavaler. decis.* 551. *num.*4. *Barbosa de Episcopo alleg.* 2. *post num.* 298. *Campanil. diversor. jur. canon. rubr.*11. *cap.*13. *num.*385. *Cardinalis de Luca de jure patronatus discurs.* 34. *nu.* 3. subdens: *Et conferunt, quæ habentur supra in materia simultaneæ inter Episcopum, & Capitulum, sub tit. de beneficiis, præsertim in discursu* 30. & in *discurs.* 61. *num.* 3. inquit: *Idemque, ubi inæqualitas esset in oratione, seù personarum conjunctione, quia nempè dixerit reservare, seù relinquere jus patronatus Cajo, Mavio, & Sempronio, nec non etiam Titio; quoniam illi primi tres simul conjuncti habentur pro uno, unamque vocem constituunt: Titius verò in tertia oratione vocatus habet jus coæquale, ac aliam vocem, seù integræ vocis medietatem.*

Hæc autem conclusio, ob particulares facti circumstantias, pluribus subjacet limitationibus, *Decius* ubi supra, *Bursat.* qui allegat alios *cons.*324. *nu.* 17. & *seq.* Unde idem *Card. de Luca cit. disc.* 34. *sub num.* 3. & 4. sustinuit opinionem contrariam in suo casu *non quidem ex defectu conclusionis* (inquit ipse) *sed ex defectu applicationis ad casum, ob particulares facti circumstantias, ob quas instare videbatur potius limitatio*, &c. & concludit: *Est enim quæstio facti, & voluntatis potius, quàm juris: ideòque juxta generalem naturam ultimarum voluntatum non recipit uniformem certam determinationem, quæ tota pendet à singulorum casuum individuis circumstantiis, & conjecturis, verisimilem fundatoris voluntatem præferentibus, ita ut rari sint casus, in quibus decisio pendeat à sola theorica juris in genere.* Est tamen animadvertendum, quòd in casu *Card. de Luca* testator non vocaverat eodem tempore, ac æque principaliter, Fabricerios, & Petrum Paulum, juxta casum dictæ decisionis Crescentii: quoniam in testamento, & primis codicillis, soli Fabricerii vocati fuerunt, explicando id, quod de jure inerat, dum ipsi quoque erant hæredes instituti: in secundis verò codicillis Petrus Paulus per additionem vocatus erat accessoriè, tanquam adjunctus, & concurrens cum aliis, ut denotabant illa duorum codicillorum verba: Secundò in casu *Card. de Luca* illud verbum *insimul* denotabat unionem, seù connexitatem, *ad text. in cap.*1. *de consuetud. in* 6. *Barbos. distin.* 364. *num.*2. Tertiò testator considerave rat electionem, tanquam unicum, & simultaneum actum faciendum per Fabricerios, & Petrum Paulum insimul in loco congregatos, ut apud *Bursat. ubi supra*, Quartò Petro Paulo relictum non fuerat jus patronatus, sed solùm actui electionis adjunctus exiterat, quasi quòd quatuor Fabriceriis variabilibus per Episcopum, vel per Superiorem deputari solitis, fundator quintum fixum invariabilem in honorem suæ parentelæ adjungere voluisset ad idem collegium constituendum. Ulterius *Cardinal de Luca* suam opinionem mirificè comprobabat observantia, quæ in hac materia, quoties lex fundationis deficit, vel illa est dubia, satis attendi debet, ut in terminis *Bursat. cons.* 324. *num.* 19. *Rot. decis.* 147. *num.* 8. & 148. *sub num.* 18. post *Vivium*, dum primi actus procuratæ electionis Cappellaniarum ab Ordinario, ac electionis sex primorum Cappellanorum per Fabricerios, ac Dominum Petrum Paulum, tunc viventem, insimul congregatos, & collegialiter de anno 1636. gesti erant, idemque servatum fuerat in duabus deputationibus Cappellanorum in vacationibus secutis de annis 1654. & 1655. Unde rectè *Cardinalis de Luca in d. discurs.* 34. *contrarium* dixit *verius, non quidem ex defectu conclusionis, sed ex defectu applicationis ad*

Digitized by Google

ad casum, ob particulares facti circumstantias, ob quas intrare videbatur potiùs limitatio, &c. & discurs.61. num.3. ait: *Idemque, ubi inæqualitas esset in oratione, seù personarum conjunctione, quia nempè dixerit reservare, seù relinquere jus patronatus Cajo, Mævio, & Sempronio, nec non etiam Titio: quoniam illi primi tres simul conjuncti habentur pro uno, unamque vocem constituunt: Titius verò in tertia oratione vocatus habet jus coæquale, ac aliam vocem, seù integræ vocis medietatem, nisi aliæ circumstantiæ diversimodè suadeant juxta ea, quæ habentur supra in commend. discurs.34.*

Transfertur jus patronatus successione,
46 hoc est cum universitate bonorum transfertur in hæredem: quo casu contingit successio juris patronatus accessoriè, ut firmant *Tusc. pract. concl.lit.I. concl.612. in fin. Mantic. decis.140. num.2. Barbos.d offic. episcop. alleg.71. num.2. Vivian. in prax. jur. patron. par.1. lib.4. cap.1. num. 1. & seq. Grat. discept. forens. cap. 173. num. 3.* quod procedit, quicumque sint hæredes, sive sui, sive ex testamento, sive ab intestato, *clem. plures de jur.patron. Hugolin.de offic. Episc. cap.51. in princ.nu. 6. vers.pr. Franc. Leo in thesaur. for. Eccles. p.1. cap.6. vers. secundo, Barbos.dict. alleg.71. num.3.* ubi alios citat, quibus addimus *Jordan. de re beneficiar.lib.10.qu.7. de jur. patron. num. 125.* imo nomine hæredis venit etiam bonorum possessor, quoniam & ipse quasi hæres est, §. *quas autem inst. de bonor. possess. Lambertin. de jur. patron. lib.1. p.2. qu.1.art.23. Barbos. loc.cit. num.3. Campana rubr.12. cap. 13. num. 335.* eaque translatio per successionem fit ipso jure, absque eo quòd Patronus in fundatione id sibi reservaverit: sufficit enim, quòd expressè non renunciaverit ei, *Campana loc.cit.* ubi plures allegat præter *Jordan. de re beneficiar. loc. cit.* & in hujusmodi translatione, quæ fit per successionem, nullus requiritur Epi-
47 scopi, aut Ordinarii consensus, *c. ex literis, & c. cum seculum hoc tit.* ubi *Abb. Vivian. in prax. jur. patron. par.1. lib.4. cap.1.num.2.* Hæres enim censetur eadem persona cum defuncto, cum sit successor in universum jus, quod defunctus habuit tempore mortis suæ, eique propterea suffragatur consensus semel præstitus in fundatione, & creatione juris patronatus, tantò magis quia in tali successione cessat periculum simoniæ, quod subest in aliis translationibus, & ob id in illis requiritur, non verò in istis, ut fundat idem *Pax Jordanus loc. cit.*

Controversia est apud DD. an jus pa-
48 tronatus cedi possit: qua in re quamplures distinguunt, quòd, si erecta sit cappellania sive laicalis, sive Ecclesiastica, & reservatum sit jus nominandi cappellanum alicui, possit cedi alteri cum consensu Ordinarii: si verò cappellania fuerit temporalis, seù legatum pium cum onere missarum cum facultate alicui relicta nominandi cappellanum, possit cedi, & donari sine consensu ordinarii, ut inter alios concludit *Carolus Antonius de Luca in Spicilegio de cessione jurium qu. 16. num.27.* Cæterùm, si contractus trans-
49 ferat bonorum universitatem habentem jus patronatus, validus est contractus, & sub universitate bonorum comprehenditur, ac transmittitur: sicùt enim nominatim cedere jus patronatus, tanquam quid spirituali annexum, esset simonia; sic vendi, alienari, aut aliter transferri sub nomine generali minimè censetur prohibitum, quia venit accessoriè, ac in consequentiam cum suo principali, *cit. cap.ex literis*, ubi scribentes, *de jure patronatus, Vivianus de jure patronatus par.pr.lib.14. cap.5. Menoch. de præsumpt. lib. 3. qu. 90. num.25. Barbosa dict.alleg.71. num.33.* plures citans, *Garzia par.5. cap.9. num. 32. & seq.* & latè *Riccius dec.259. par.2.* quamvis non deficiant Doctores, qui asserunt etiam in re particulari, puta fundo, domo, & similibus, in quibus jus patronatus reperiatur, validè transferri: unde *Angelus in verb. jus patronatus §. 14.* sentit, quòd, vendito palatio, in quo sit Cappella habens multa privilegia, transeat in emptorem, argumento *l.si mercedem §. cum fundum ff. de actionibus empti*: & id multis exemplificant *Lambertinus lib. 1. par. 2. qu. 5. art. 18. Pax Jordanus de re beneficiar. lib. 10. t. 7. nu. 146.* optimè *Gonzalez super d. c.ex literis*, cujus verba liceat transcribere: *Cum jus patronatus antecedenter sit spirituale, seù spiritualibus annexum, ut probavi in cap. quanto 3. de judic. non potest per se, ut in capite antecedenti docetur: cum universitate tamen bonorum, titulo venditionis, donationis, seu simili, rectè in alium transferri potest ex præsenti textu, & cap. cum sicut hoc tit. l. 15. tit.5. part.3.* & tunc præsentatio competit illi, penes quem residet jus patronatus, ut pluribus exemplis illustrant *Salgad.lib. 3. labyrinth. cap. 5. Covarr. lib.1. variar. cap. 13. Costa in cap. si pater 2. part. verb. trebellianica num.7. Lambert. de jur. patron. 2. part. lib.1. qu.5. art.12. Hermosil-*

la in l. 15. tit. 5. partitione 5. glos. 4. & 5. Riccius 5. part. collect. 1732. Burgos de Paz cons. 13. à num. 14. Natalis de transmissione cas. 607. Molina de primogen. lib. 2. cap. 24. Barbosa lib. 3. jur. Eccleslast. cap. 12. num. 224. Olea de cession. jur. tit. 3. qu. 8. num. 27.

Nec in hujusmodi alienatione cùm u-
50 niversitate bonorum requiritur Episcopi assensus, prout ex *Marescotto*, *Abbate*, & *Angelo*, docuit idem *Pax Jordanus loco cit.* illis verbis: *Neque in hujusmodi alienatione cum universitate bonorum requiritur Episcopi assensus, quia cessat ratio simoniæ, quæ militat in alienatione particulari, benè Maresc. variar. resol. lib. 10. cap. 55. à num. 12. ad finem, pluribus agens de hujusmodi alienatione per universitatem post Abbatem in sua 5. quæst. principali*: & admonet inter alia, tunc demum alienationem censeri generalem ad hunc effectum, quando venditur Civitas, Castrum, aut aliquid simile habens jus patronatus annexum: secus si res omnes essent particulares non habentes sub se jus patronatus: tunc enim, quantumvis fieret universalis venditio omnium bonorum attamen censeretur particularis, non secus ac si corpora particularia venderentur, & non veniret jus patronatus, ut multis ipse probare nititur: quod expresse faceret contra doctrinam *Angeli* superius allatam.

Possessionem defuncti continuari in hæ-
5 redem, alibi scripsimus: & in propriis terminis, quòd possessio patroni defuncti suffragetur hæredibus, firmavit *Rota* in pluribus decisionibus, præsertim *in dec. 334. n. 3. par. 2. in novissimis* post decisiones, & alias authoritates bi cumulatas, & fundavit etiam *Pax Jordanus de re beneficiaria lib. 10. tit. 7. nu. 137.* & conferunt, quæ habentur in textu *legis primæ §. veteres 16. ff. de acquirenda, vel omittenda possessione*, ibique *Cujacius commentariorum in lib. 54. Pauli ad edictum operum posthumorum tom. sec.*, & *l. prædia 48. ff. eod.* ibique etiam *Cujacius commentariorum in lib. 10. responsor. Papiniani oper. posthum. tom. pr.*

Patronus debet manuteneri in possessi-
51 one jus patronatus, prout fuit definitum in *cap. consultationibus 19. de jure patronatus*, & firmarunt *Abbas Panormitanus* in eod. *cap. consultationibus*, & in *cap. 2. de in integrum restitutione*, aliique apud *Johan. de Silva de beneficiis par. sec. 7 quæst. quando quis dicatur esse in quasi possessione juris conferendi, aut eligendi, si possessione juris præsentandi*, quibus sunt addendi *Johannes Cabbassutius juris canonici theorematum*, & *praxis lib. sec. cap. 7. de jure patronatus num. 14.* ubi id firmat decisionibus Anquisestiensis Senatus, & ex *Concil. Trident. sess. 15. de reformat. cap. 9 Calderinus cons. 12. tit. de jure patronatus*, *Franciscus de Rye* in suo elegantissimo commentario in idem *caput consultationibus 19. de jure patronatus* ubi inter alia ait: *Rescribit Summus Pontifex., videndum esse, an Petrus suæ præsentationis tempore fuerit in quasi possessione juris patronatus, an non. Primo casu præsentationem illam omnino valere, nec eam esse rescindendam, quamvis postmodum appareat re vera Petrum non fuisse patronum.* Concordat *Johannes à Costa ad caput pr. & 19. de jur. patronatus*, ubi inter alia, habet hæc verba: *Nam in capitulo consultationibus infra hoc tit. nominatim definitum est, non sufficere ut credatur aliquis patronus, sed debere eum esse in possessione juris patronatus, ideò debet presbyter institutus probare eum, à quo præsentatus est usum fuisse hoc jure, ut in d. capit. cum Bertholdus, ubi similis huic nostro proponitur.* Inhærent *Pax Jordanus elucubrationum diversarum volum. sec. de re benef. lib. 10. tit. 7. de jure patron. num. 412. Melchior Pastore in tractatu de beneficiis Ecclesiasticis lib. pr. tit. 19. de jure patron. num. 19.*, & *Andreas del Vaulx de benefi. ciis lib. pr. tit 13. nu. 4. & seq.*

Possessio juris præsentandi, seu patro-
53 natus, non arguit ipsum jus præsentandi, seu patronatum, cum sint separata, nec quicquam commune habet possessio cum jure, seu proprietate, l. *naturaliter §. unico ff. de acquirenda hæreditate*: & de uno separatorum non rectè ad aliud infertur, *l. Papinianus*, ubi *Bartolus*, *ff. de minoribus*: unde quotidie evenire solet, ut jus præsentandi sit apud unum, & possessio apud alium, *Martinus Uranius cons. 18. nu. 4.*

Si Ecclesia sit fundata, constructa, &
54 dotata, post fundationē, constructionem, ac etiam post consecrationem non potest acquirere in ea jus patronatus, quia cum sit libera non potest recipere servitutes, *glos. in cap. piæ mentis in col. 1. circ. med. vers. si quis autem quæst. 7.* quam *glossam* communiter sequuntur Auctores in commentariis ejusdem textus, & præsertim *Innoc. num. 2. de jur. patr.* ubi dicit, dantem aliquid Ecclesiæ post consecrationem ejus non dici patronum, sed benefactorem: pro qua re est videndus *Petrus Duennas reg. 229.*

Cum concurrunt præsentatus ex-
55 traneus, & alter de linea, seù de-

san-

ſanguine fundatoris, hic debet inſtitui, omnibuſque præferri, ſi ſit idoneus, ut expreſsè docuerunt *Rocchus de Curte de jur. patronatus verbo honorificum quæſt.* 18. ex textu a ſimili *in cap. bonæ* il ſecondo, ubi *Abbas de poſtulat. Prælator.* text. *in cap. nullus invitus* 17. *diſtinct. gloſs. in can. neminem verbo civitatis diſtinct.* 70. *gloſ. in c. ſi proponente de reſcriptis*, *Lambertinus de jur. patr. 3. parte, 2. lib. artic. 4. qu. 5. per tot. Riccius in praxi part. 4. reſolut.* 401. *num.* 6. & 7. *Cardinal. de Luca de jure patron. diſcurſ.* 78. *num.* 9. ibi: *Potiſſimè dum hic erat de ſanguine, & deſcendentia fundatoris, ideoque præferendus extraneo, vel remotiori, ut apud Manticam dec.* 275. *Burat. dec.* 633. *in fine, & apud omnes hoc controverſum non eſt*. Ratio eſt, quoniam ſicuti nemo de jure alienas propriis ſucceſſionibus præſumitur anteponere ad textum in *leg. cum acutiſſimi C. de fideicom.* ità cenſetur nemo extraneos propriis deſcendentibus voluiſſe ad beneficium præferre: imò abſurdum profectò eſſet, ſi extranei præferrentur, quoties adſunt proprii deſcendentes, ſeu conjuncti: hæc que veriſimilis mens fundatoris attendenda eſt juxtà textum in *l. cum res legata* 69. *ff. de legatis* 1. cum *gloſſ. in fine & in l. tale pactum* 41. *ff. de pactis*, præſertim ut alliciantur potius, quàm retrahantur Fideles tam in fundandis, quàm in dotandis Eccleſiis, ut ex Pelagio Papa *in can.* 30. *in fine* 18. *qu.* 2. & *cap. porrò* 7. *cap. præcipimus* 8. *de privilegiis*, *clementina quia contigit* 2. *de Religioſis domibus*, & ex Sacroſancta Tridentina Synodo *ſeſſ.* 25. *cap.* 5. *de reformatione*, probat *Rota p.* 3. *in recent. deciſ.* 112. *num.* 5. & *deciſ.* 496. *num.* 2. & eo magis, ſi fundator expreſsè vocavit Clericos de familia ad jus patronatus paſſivum, ac proinde alibi recurrendum non eſt, juxta textum *in l. in conditionibus* 19. *ff. de conditionibus*, & *demonſtrationibus*, *Guttierez canonicarum q. lib.* 1. *c.* 32. *n.* 39. & fundatoris voluntas pro lege eſt ſervanda, illamque inadæquata interpretatione pervertere nefas eſt, ut ſcriptum eſt in *lege non aliter* 67. *ff. de legatis* 3. *l.* 1. *§ ſi quis autem circa finem ff. de exercitor. actione*, *Marant. tom.* 5. *reſponſ.* 70. *num.* 25. Carens legitima præſentatione removeri debet ex deductis per *Froſſ. de Patronatu Regio Indiarum cap.* 9. *nu.* 15. & 16. *Solorzanum de jure Indiarum lib.* 3. *cap.* 3. *n.* 15. & 15. *Alſarum de offic. fiſcali gloſſ.* 2. *n.* 19. *Frances de intruſ. qu.* 34. *num.* 3. & per eundem *Fraſ. dict. tract. cap.* 30. *num.* 39. & *ſeqq.* ubi adducit canonem Concilii IX. Toletani *cap.* 2. in quo pro nulla habetur illa beneficii collatio, cui præſentatio legitima patroni non præceſſit: ideoque etiam eſt nulla Rectoria data alicui a Prælato, ſi legitimi Patroni non præceſſit præſentatio, *Cabed. de patronatu Reg. Coron. cap.* 1. *a num.* 3. & *cap.* 8. *num. final.* & *cap.* 35. *num.* 1. *Villanen. en el gobierno Eccleſiaſtico* 2. *p. qu.* 19. *art.* 1. *a num.* 21. *Azevedus ad l.* 1. *tit.* 6. *lib.* 1. *recopilat. Valenzuela conſ.* 135. *nu.* 67. *Flores de Mena variar. lib.* 1. *qu.* 10. *n.* 64. *Spin. in ſpec. teſtam gloſ.* 4. *principal. num.* 96. & 99. *Barboſ. de jure Eccleſ. univerſ. lib.* 3. *cap.* 12. *num.* 163. *Garz. de beneficiis part.* 5. *cap.* 5. *num.* 99 *Tondut. reſol. benef. part.* 3. *cap.* 192. *nu.* 16. *Vivius comm. opin. lib.* 1. *tit.* 4. *de jure patron. nom.* 33. *Bellon. conſ.* 17. *dub.* 2. *Ferret. conſ.* 210. *num.* 9. *Boer. deciſ.* 23. *num.* 1. & *ſeqq. Pinia deciſ.* 750. *num.* 8. *Puteus deciſ.* 189. *lib.* 1. *Merlin. deciſ.* 45. *num.* 6. *Burat. deciſ.* 605. *num.* 1.

Ità etiam eſt nulla juris patronatus inſtitutio, ſi nulla ſit præſentatio, quæ alicui fuit facta, *Lambertin. de jur. patron part.* 2. *lib.* 2. *q.* 3. *art.* 4. *n.* 2. *Lezana conſult.* 50. *n.* 147. *Froſſus d. c.* 30. *n.* 44. & filius naturalis regulariter eſt incapax ad præſentandum, ut ex diſpoſitione Pontific. Alexandri III. *inc. tanta eſt vis matrimonii* 6. *extra qui filii ſint legitimi* docuerunt *Gratian. cap.* 218. *Riccius in collectaneis deciſ.* 203. *num.* 235. & 236. ubi, præciſa excluſione mandata per fundatorem, ait, filios illegitimos nec etiam dici de familia: quibus addendus eſt *Rovitus conſ.* 2. *num* 24. ubi *Altimar.* & cæteri omnes doctores. Qualitas hæreditaria ultimi præſentantis ſicùt in cæteris requiritur, ita etiam in feudis ipſis, prout infra dicimus: oportet autem, quòd qui vult præſentare habeat non ſolùm qualitatem hæreditariam, verùm univerſalem inſtar ſucceſſionis bonorum, non autem ſolam, & ſimplicem, ut ex *l. quoties* 18. *Cod. de hæredibus inſtituendis* docuerunt DD. & præſertim *Reg. de Marinis quotidianarum lib.* 1. *cap.* 229. *num.* 14. & 19. *Rot. deciſ.* 312. *num.* 9. *part.* 18. & in præciſis terminis *Cirillus in ſuis quæſtionibus Canonicis qu.* 40. *num.* 5. & alii penes *Lancellot.* in una Capuana, juris patronatus Veneris 11. Maii 1708.

Non levis controverſia fuit inter Doctores, quando Capellania, vel beneficium dicatur ſacerdotale, ita ut ad illud Sacerdos ſit eligendus, aut præſentandus, quando verò non, & ſignanter ſi fundator mandaverit, ut eligatur, aut præſentetur Capellanus, aut Preſbyter, aut ſacerdos, qui celebret to: miſſas

missas: qua in re, quamvis non defuissent, qui existimassent, beneficium, aut Capellaniam taliter erectam esse sacerdotalem, quorum sententiæ adstipulata fuit *Rota Romana* in pluribus, & præcipuè in Maceratensi beneficii die 1. Aprilis 1639. quæ est apud *Merlin. tom. 2.* 303. verior nihilominus illorum sententia est, qui docuerunt, hujusmodi Capellaniam, & beneficium taliter erectum non esse sacerdotale, adeo ut ad illud eligi, & præsentari queat & sacerdos, & quilibet Clericus, etiam in minoribus, dummodo habeat quotuordecim annos. Sic *Lapus allegat.* 35. *num.* 2. *verb. & in quo*, & *allegat.* 116. & 117. *Lara de Capellaniis lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 7. & *cap.* 8. *num.* 42. *Garzias de benefic. part.* 1. *cap.* 1. *num.* 86. *Monetâ de commutat. ultimar. volunt. cap.* 10. *num.* 54. *Hoyeda de compatibilitate beneficior. part.* 3. *cap.* 1. *nu.* 2. *Zerola in prax. Curiæ Archiepiscopalis c.* 24. *nu.* 11. *Gonzalez ad regulam* 8. *Cancellar. glos.* 5. aliique plena manu relati *à Pignatello tom.* 7. *consultat.* 2. *num.* 16. *Rota in Romana. Capellan.* 23. *Januarii* 1589. *coram Panfilio, in Lucana Capellaniæ* 12. *Decembris* 1563. *coram Gipzio*, *in Brixiensi Capellaniæ* 2. *Martii* 1598. *coram Ricio*, *coram Mantica decis.* 29. *num.* 4. & latiùs, ac post exactam articuli discussionem, recedendo à decisis die 16. Junuarii 1640. coram *Merlino*, quæ est inter ejus impressas *tom.* 2. *decis.* 825.

Moventur supradicti DD. ex quamplurimis rationibus, & primò quia, quoties ad actum aliquem personæ industria non eligitur, rectè satisfacit persona illa adimplendo injunctum onus per alium; qua in re habemus Ulpiani responsum *in l. inter artifices* 21. *ff. de solutionibus*, ubi *Paulus de Castro*, *Bartolus*, aliique interpretes communiter, & in beneficiis, & capellaniis modo superius expresso erectis, fundator beneficiati industriam, ac illius personam elegisse non videtur, eo quòd nihil illius interest, utrùm hic, aut ille sacrosanctum missæ sacrificium celebret, cum illius suffragium præcipuè habeatur non ex opere operantis, sed ex opere operato. Secundò quia ex generali consuetudine ferè totius Orbis Christiani beneficia simplicia non requirunt residentiam, *Innocent. in cap. final. num.* 1. *de Clericis non residen.* & ideò per alium missæ celebrari poterunt, hæcque consuetudo servatur. Tertiò Sacra Rota semper sequuta fuit Sacræ Congregationis Concilii declarationes. Sacra autem Congregatio Concilii in hac materia amplexa, fuit sententiam, quòd Cappellania, seù beneficium fundatum modo supradicto non sit sacerdotale, & secundùm eam pluries, atque pluries ita declaravit, & signanter in una Tudert. anno 1572. & in Parmensi, & alibi penes *Garz. part.* 7. *de benef. cap.* 1. *num.* 87. & 93. tenoris sequentis videlicet: *Sacra &c. censuit*, *Episcopum non posse cogere obtinentem Capellaniam*, *ut ipsemet celebret*, *licèt in ejus fundatione disponetur*, *ut Rectores a celebrent*: *Nam ipsis oneribus missarum rectè per substitutum satisfit.. Sacra &c. censuit*, *quòd habens Capellaniam non tenetur promoveri ad Sacerdotium*, *nisi in fundatione cautum sit*, *ut Capellanus per se ipsum missas celebret*, *sed debet curare*, *ut per alium missæ in illa celebrentur.... Sacra &c. censuit*, *quòd potest conferri simplici clerico Cappellania habens onus celebrandi missas*, *nisi in fundatione cautum sit*, *ut per se ipsum celebret*.

Imò, licèt testator dixerit, quòd Capellanus celebret, interveniat, cantet divina officia diu, noctuque, sicut alii Cappellani faciunt, nec etiam Sacerdotalis talis Cappellania dicitur, & onus injunctum per alium expleri potest, *Garz. loc. cit. num.* 89. ex Sacr. Congr. in una Pistorien. illis verbis: *Stante fundatione capellaniæ Cathedralis Pistorienſis sub his verbis testatoris*, *quòd Capellanus debeat celebrare divina officia diu, noctuque, sicut cæteri Cappellani faciunt*; *dubitatur*, *utrùm Capellanus debeat esse Præsbyter. Sac. Cong. censuit ex istis verbis positis in fundatione hujus Capellæ non censeri necessariò*, *quòd Capellanus debeat esse Presbyter*. Quam declarationem referunt *Quaranta*, & *Pignatel.* locis citatis, ea ratione, quia verba illa non requirunt ad sui verificationem servitium personale, cum verificetur, quod serviat, cantet, celebret licèt per alium id faciat: Solùm enim significant præstationem servitii explicati.

Insuper etiamsi testator dixisset, quòd præsentaretur, aut institueretur sacerdos, seu Presbyter, qui missas celebret; adhuc autem Capellania non esset sacerdotalis, & per alium missæ celebrari possent, & ea potest conferri simplici clerico, ut tradunt *Rota in Romana Altaris* 5. *Decembris* 1594. *coram Blanchetto*, & *in Pampilon. beneficii* 11. *Febr.* 1595. & in fortioribus terminis idem respondit Sacr. Congr. Concilii in *Ariminen.* 17. *Maii* 1636. ubi mandabatur eligi unus Presbyter bonus, qui continuò celebraret missas, & si ipse presbyter defunctus esset, aut si, dum viveret, nol-

nollet celebrare, alius Presbyter eligeretur, & nihilominus Sacr. Congr. censuit sic electū non teneri: Per se ipsum celebrare quia nō dictum erat per se ipsum: Verbum enim *Sacerdos* est verbum generale complectens omnes Ecclesiasticos ordines, non autē dumtaxat actu Sacerdotibus conveniens. Tex. est ex expressus in *c. si quis piam 2. de cohabitatione clericorum, & mulierum*, ibi: *Si quispiam Sacerdotum, scilicet Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus*; & docet *gloss.* ibidem illis verbis: *Nomine Sacerdotum intelliguntur inferiores*: ac eadem *gloss. in can. qui per pecuniam 9. quæst. 1. verb. a Sacerdotio* inquit: *Cujus nomine quilibet Ordo ecclesiasticus intelligitur*; & in *can. Glisarius 23. quæst. 9. verb. Sacerdotalis*, *Rota apud Merlin. tom. 2. dec. 685. n. 14.* quod etiam advertunt *Fab. de Anna cons. 22. num. 8.* & *Card. de Luc. d. disc. 96. num. 16.* Imo idem *de Luca* licèt *num. 7. in fin.* dicat, quòd verbum *Sacerdos* prolatum *italicè*, & materno idiomate, videatur non constitutis in ordine presbyterali non convenire; contrarium tamen *n. 8.* testatur, & amplectitur illis verbis: *Super hujus autem vocabuli significatione multùm inter scribentes certatum fuit, dum in contrarium deducebantur auctoritates firmantes, vocabulum Sacerdotis, vel illud Presbyteri etiam Clericis in minoribus convenire posse ex deductis apud Merlin. decis. 825. num. 12. & seqq. decis. 59. num. 22. part. 7. recentiorum, Fab. de Anna cons. 22. num. 15. Rota in Pisauren. primogenituræ 26. Januar. 1651. coram Cerro. E converso autem pro hac parte adducebatur distinctio, de qua decis. 216. part. 2. recent. an latina, vel materna lingua, dispositum esset, decis. 456. num. 8. part. 1. recent. decis. 180. apud Buratt. num. 5. Dunozzett. dec. 986. num. 10. Verùm reflectendo ad veritatem istæ verborum formalitates non placebant, atque erroneum videbatur in eis constituere principale fundamentem, quod verè constituendum est in substantia voluntatis ex facto magis, ejusque circumstantiis, ac tota facti serie desumenda.* Et quòd ad dignoscendam in beneficiis, & Capellaniis, Sacerdotalem qualitatem non sint attendenda hujsumodi vocabula diserte idem *Card. de Luca in cit. discur. 96. anum. 14.* differit omninò legendus.

Ulteriùs licèt in fundatione dicatur, quòd ad Capellaniam præsentari non possit, qui non est actu sacerdos; adhuc tamen per alium celebrare potest, ut voluit *Sacr. Congr. Episc. & Regular. in Ledien.* 19. *Junii* 1588. relata *a cit. Pignatel. nu. 7.* Sed quòd, si testator erigens jus patronatus; vel beneficium, dicat, quòd
63 præsentandus debeat celebrare missas, beneficium sit sacerdotale, & non possit per alium celebrare, cū non solùm videatur cōsideratus effectus celebrationis missæ, sed etiam electa industria personæ, præsertim si id actum fuerit ad augendum numerum Sacerdotum, *Ant. Meren. contr. jur. lib. 24. cap. 32. n. 35.* Et quòd in jure patronatus, ubi missarum celebratio a fundatore requisita est, non possit præsentari ille, qui Presbyter non est, neque sacerdotio proximus, licèt aliàs in eo jure patronatus fuerint præsentati alii, qui per substitutum servierint, latè *Joan. Baptista Costa cons. 29. num. 1. & seqq.* ubi an Episcopus possit dispensare, & an etiam requiratur consensus Patroni. Quasi possessio præsentandi non suffraga-
64 tur, quoties ista cum mala fide, vel violentia, vel dolo, est acquisita, de quibus in actis constet, *Rota in decis. 7. de jure pat. in novis*, cum malæ fidei possessor non faciat fructus suos, imò teneatur de extantibus rei vendicatione, & de consumptis condictione sine causa, *l. mala. C. de rei vendic. l. si navis. §. fin. eod. tit. §. illorum ergò inst. de offic. Judic. Marescott. var. res. lib. 2. cap. 55. n. 5. & seq.* Unde, concurrente mala fide, non prodest quasi possessio præsentandi, ut latissimè tradit post alios *Gonzalez sup. Reg. 8. Cancell. glos. 45. §. 2. n. 35.* quia tali casu fructus pertinent ad proprietarium, *l. mala fide C. de condict. ex lege*, *Abb. in cap. Cumana. n. 12. de elect.* quamvis enim quilibet regulariter sit in sua possessione manutenendus, etiamsi sit prædo; tamen quando ex eisdem actis constat, talem esse prædonem, seù malæ fidei possessorem, tunc eidem denegatur manutentio, ut dicunt esse judicandum *Menoch de recup. poss. remed. 1. num. 113. Gratian. discept. forens. cap. 899. nu. 21. & 22. Francis. Marcus decis. 273. p. 1. adnot. ad Buratt. decis. 194. lit. C.* Ratio autem potissima est, quia, licèt ad acquirendam quasi possessionem præsentandi, sufficiat unica præsentatio effectum sortita, *Card. Mantica decis. 150. Gratian. discept. forens. cap. 557. n. 22. Garz. de be-*
65 *nefic. p. 5. cap. 5. n. 56* & alii quamplurimi, quos refert, & sequitur *Vivian. in praxi juris pat. p. 2. lib. 5. cap. 4. num. 29.* attamen ad illam acquirendam convenire debet septem requisita copulativè concurrentia, sicuti in quolibet jure incorporali juxta *cōsil. Calderini 12. de jure pat.* quod referunt, & sequitur *Gonzal. glos. 45. §. 2. n. 30. & seq.* & idem *Vivian* ubi sup. *à n. 30. & seq.* & inter alia requiritur bona

fides

fides, ut supra & scientia, & patientia eorum, quibus præjudicatur, *l.* 2. ubi omnes *DD. C. de servit. & aqua Balb. de præscript. p.* 2. *partis quartæ qu.* 8. *& p.* 2. *quintæ partis q.* 2. *Caputaq. decis.* 418. *p.* 2. *Rota decis.* 167. *n.* 7. *& 5. decis.* 184. *n.* 1. *& decis.* 803. *n.* 5. *p.* 7. *divers.* Si proprietarius post litem contestatam præsentaverit, quandò jam possessor antè litis contestationem præsentaverat, institutio reservatur usque ad finem litis: unde is, coram quo facta est præsentatio, visis videndis, & ab utraque parte productis, & probatis, ad institutionem procedere debet, & si ante institutionem constiterit de jure, & proprietate patroni, & quòd possessori in petitorio jus nullum competat, quia proprietas, idest petitorium absorbet possessorium, *cap. Dilectus. de causa poss. & propr.* tunc præsentatus à patrono, & proprietario, præferri debet, *Rot. dec.* 166. *n.* 10. *p.* 1. *& decis.* 269. *n.* 6. *p.* 2. *divers.* & fuisse decisum *in Aquilana Cappellæ* 25. *Junii* 1604. *coram D. Justo, & in Barens. beneficiorum.* 11. *Feb.* 1605. *coram Card. Milino*, refert, & sequitur post alios *Vivian. in praxi juris pat. p.* 2. *lib.* 5. *cap.* 4. *n.* 12. *& 18. & seq.* Profanæ, seù laicales, & non ecclesiasticæ Cappellaniæ dicuntur, quæ à privatis fundantur absque auctoritate Papæ,
67 seù Episcopi, cum ista qualitas requiratur ad faciendas illas Ecclesiasticas, *cap. ad hæc* 4. *de relig. domib.* quæ quidem non propriè Cappellaniæ dicuntur, sed salaria, aut stipendia Sacerdotum Missas celebrantium, ut benè declarat *Navar. cons.* 5. *de præben.* cum Ecclesiasticæ Cappellaniæ sint illæ, quæ de voluntate Testatoris fiunt, sive instituuntur, Papæ, vel Episcopi authoritate interveniente; quapropter illæ sunt collativæ, & propriè beneficia Ecclesiastica, *Paul. Layman in summa lib* 4. *tract.* 2. *de benef. cap.* 4. *n.* 6. *Petr. Gregor. de re benef. cap.* 29. *n.* 5. *Lotter, eod. tract. lib.* 1. *q.* 5. *n.* 9. *Thierrius de benef. sect.* 4. *vers. ex dictis, Valenzuola cons.* 130. *n.* 90. *Episc. Ricc. in prax.* 1. *p. resol.* 200. *n.* 3. Et quemadmodum licitum est Testatori Ecclesiasticas Cappellanias fundare, ita & Cappellanias alias instituere, quæ Ecclesiasticæ non sint, sed tantùm laicales, & profanæ, nec in eis confertur breve de capienda possessione nomine Cameræ, ut post plures decisiones adductas defendit *Rot. apud. Merlin. decis.* 79. *n.* 1. *Barbos. de univ. jur. lib.* 2. *cap.* 5. *n.* 2. *Leo de offic. Cappell. q.* 3. *sect.* 3. *n.* 39. *Garzias de encs.* 1. *p. cap.* 2. *n.* 102. *Thom. Hurtad. de resident. tom.* 1. *lib.* 6. *resol.* 3. *n.* 1

Et cum fundantur ab Institutore, sive Testatore absque authoritate, & approbatione Ordinarii, spiritualizatæ non remanent, sed sub pia dispositione testatoris, & suorum hæredum, qui possunt tales Cappellanos nominare sine Episcopo, dummodo sint idonei juxta qualitates fundationis, *Navarra cons.* 5. *&* 7. *n.* 1. *de præben. Petr. Gregor. de re benef. cap.* 11. *n.* 10. *Salced. in prax. cap.* 18. *n.* 2. *Palaus tom.* 2. *tract.* 13. *disput. unica punct.* 6. *n.* 1. *Garz. de benef. cap.* 2. *n.* 95. *Thierrius d. sect.* 4. *vers. ex dictis, Tondut. tom.* 1. 2. *par. cap* 1. §. 3. Et inter modos, quibus hujusmodi Cappellaniæ laicales fundantur, est, cum quis aut construxerit, aut construi ordinaverit Ecclesiam, ac dotaverit, & præcipiat in ea aliquas Missas celebrari à Sacerdote eligendo à suis hæredibus: quoniam tunc licèt ad construendam Ecclesiam interveniret authoritas Episcopi; non tamen ad hanc fundationem celebrationis Missarum, Cappellania erit laicalis: Non enim tunc in titulum conceditur, sed tantùm est obligatio dicendi Missas pro stipendio, seù salario ab hæredibus solvendo, *Leo de offic. Cappell. q.* 3. *sect.* 3. *n.* 29. quod etiam verificatur, cum quis fundum, aut prædium reliquerit alicui, vel duobus Presbyteris com onere Missarum ab ipsis celabrandarum, & cum facultate, ut ipsi alios nominent ad ipsas Missas dicendas, absque aliqua Episcopalis authoritatis mentione: eo enim ipso quo simpliciter absque Papæ, aut Episcopi authoritate Cappellania sub laicali dispositione relinquitur, profana dicitur, esto ad pium opus directa, ut meminit *Rota apud de Marin. lib.* 1. *resolut. cap.* 36. *per tot.* sicuti etiam est, quando aliqua bona relinquuntur Patrono laico, ut ex eorum fructibus annuatim Missas celebrare faciat, & ratio est, nam hæ fundationes potius anniversarium dicuntur: quapropter laicales dispositiones sunt, *Spina de testam glos.* 4. *in prin. n.* 4. *Lara de anniversj. lib.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. tantòque magis, quando sumus in fundatione Capellaniæ in proprio fundo, sivè Castro à testatore ordinata, ut præter alios fundat *Guid. Pap. decis.* 189. in quo casu penitus beneficium Ecclesiasticum dici non potest, *ex c. noverint, cap. erigendi* 10. *qu.* 1. *Felin. cons.* 41. nam deficiunt beneficii Ecclesiastici requisita. Neque Capellaniæ denominatió simplex, beneficium Ecclesiasticum significare potest sine aliis requisitis, *Barbos. de jur. Eccl. lib.* 2. *cap.* 4. *sub num.* 5. *&* 27. ac testator in Cappella

pella in ſuo Caſtro ædificata videtur dominum Cappellaniæ cum continente retinuiſſe, & ſic jure laicali, juxta naturam continentis remanet, *l. ad teſtem §. ſine ff. teſtibus*. Et ad hæc veluti in propria ſpecie concludendum eſt cum *Card. de Luca de benef. lib. 12. diſc. 61. num. 6.* ibi: *Unde propterea juxta firmata apud Dunozet. deciſ. 101. relata apud de Marin. reſol. 36. lib. 1. & deciſ. 238. par. 5. recent. ſæpius canonizata, receptum habemus, quòd in hujuſmodi Capellaniis ex piis privatis diſpoſitionibus originem habentibus proceditur cum terminis piorum legatorum, quorum jure magis, quàm beneficiorum recenſentur*: & *in diſc. 96. eod. lib. num. 5.* proſequitur: *Dum etiam illæ Capellaniæ, quæ nullam habent formalem fundationem cum authoritate Superioris, & conſequenter non dicuntur verè beneficia, ſed potius cenſentur legata pia, non cum regulis beneficialibus, ſed cum terminis generalibus ultimarū voluntatum metiendæ ſunt; adhuc tamen ſi de Fundatoris voluntate conſtet, quòd ſint Sacerdotales, illa attendenda eſt*, Et conferunt tradita per eundem de communi ſententia *in lib. 13. diſc. 15. num. 4.* & poſt deciſiones 125. & 151. *Peniæ, Buratt. deciſ. 1. num. 7. & ſeq.* ex eodem *Card. de Luca de teſtam. lib. 9. diſc. 18. num. 5.* ubi probat, quòd, eſto non ſit beneficiū Eccleſiaſticum; pium nihilominus legatum ſine [illegible]teſitatione profitendum veniat, *n. 7.* & ſic reguletur uti legatum pium: & eo magis de Cappellania ſimpliciter laici, & non de beneficio Eccleſiaſtico ex mente, & verbis Teſtatoris agi dicendum eſt, ſi Capellaniam, & non beneficium dixit: unde verbis ſtandum eſt, *l. qui fundum §. fundi ff. de contr. empt.* poſt alios *Conſil. de Roſ. conſult. 7. num. 5.* quòd ſi Capellania non fuit in titulum à Teſtatore inſtituta, ſed Capella ædificari ordinata, ut in illa Miſſæ celebrari poſſent, hæc longiſſimè diſtat ab Eccleſiaſtico beneficio, *gloſſ. in clem. fin. de decim. Epiſc. Ricc. reſol. 34. num. 4.* Hoc autem caſu Capellani electi ſunt ad nutum amovibiles: pro qua re *Card. de Luca de benefic. diſc. 80. nu. 17. [illegible]. & 19.* hæc inquit: *Sextus eſt caſus Capellaniarum manualium, ſeù ad nominationem laicorum,*
68 *aut etiam hujuſmodi piarum Societatum, & Congregatio[illegible], aliarumque Univerſitatum, ſed Capellaniæ nullam habeant formalem fundationem cum authoritate Superioris, neque in iſtius proviſione talis authoritas præcisè neceſſaria ſit, ut contingit in illis Capellanis, quos piæ Societates, vel Congregationes conductos retinent pro cultu Eccleſiæ, vel Oratorii, ſivè ſunt illæ capellaniæ, quæ ex piis morientium diſpoſitionibus cum ſua dote ad inſtar beneficiorum ſimplicium ordinantur, abſque tamen formali erectione in beneficium cum auctoritate Ordinarii: & tunc in effectu non ſunt beneficia Eccleſiaſtica, neque ſub regulis beneficialibus cadunt, ſed dicuntur legata pia cum onere Miſſarum, juxta firmata apud Dunozet. dec. 101. & dec. 238 p. 5. recent. & in Civitatis Plebis Capellania ſub tit. de jure patronatus diſc. 37. Unde propterea hujuſmodi Cappellaniarum ſunt capaces etiam laici, quinimò Infantes, & Mulieres, Burat. deciſ. 1. num. 17. & ſeqq. & habetur infra diſc. 97. ad materiam manualium in genere, & conſequenter ubi ex eadem pia diſpoſitione ſunt manuales, de plano intrat eadem facultas amovendi ad nutum ex mera voluntate, & ſine cauſa, cum pariter jure famulorum cenſeantur*, &c. Quòd ſi revera agatur de Capellania laicali, & alter titulus aliis verbis convenientibus beneficio Eccleſiaſtico tributus fuerit, hæc tribuere nequeunt qualitatem beneficii
Eccleſiaſtici, *Lambert de jur. patr. par.*
69 *1. lib. 1. qu. 1. art. 2. num. 7. fol. 3. & artic. ſeq. ſub. num. 1. & 2. Gonzal. ad regul. 8. Cancell. gloſſ. 5. ſub. num. 20. 21. & 28. verſ. pariter quoque, Garz. de benefic. part. 1. cap. 2. ſub num. 106. verſ. unde apparet, Rot. in Pampilonen. Capellaniæ 25. Maii 1946. §. hinc etiam, & §. atque idem coram Card. Corrado.*

Nam in judicanda qualitate beneficii, erectio, ſeù fundatio tantum debet attendi, 70 *cap. porrò de privil. Rota in Ripana Oratorii 10. Maii 1591. coram b. m. Giptio, & in Melfiten. legati pii 24. Januarii 1629. coram R. P. D. Dunozzetta*, ubi fuit dictum, quòd legatum factum cum onere celebrandi miſſas, non poterat dici beneficium Eccleſiaſticum, ſed erat quid laicale, & temporale, *Felin. in cap. ex parte in 2. num. 2. de reſcript. Navarr. conſ. 5. num. 1. & conſ. 7. num. 1. de præben. Gonzalez ad regul. 3. Cancell. gloſſ. 5. nu. 20. Sarnen. in regul: de annal. qu. 2.* non obſtante, quòd in proviſione facta ad favorem ultimi poſſeſſoris adſit inſtitutio Ordinarii, quia hic ultimus ſtatus, qui aliàs attendi debuerat juxta *capitulum cum beneficio de præben. lib. 6.* non attenditur, quando clarè conſtat de anteriori ſtatu laicalitatis, & temporalitatis, *Decius conſ. 126. num. 3. in fine Rota deciſ. 2. de præben. in noviſ. & deciſ. 188. num. 1. circa med. verſ. quia licet p. 2. recent.* quos refert, & ſequitur *Auguſt. Barboſ. de Jur. Eccl. tom. 2. lib. 3. cap. 4. nu. 31. & 32.* Onus enim celebrandi Miſſas,

Digitized by Google

sicut denominatio Capellaniæ, non facit beneficium Ecclesiasticum, & contra voluntatem Testatoris non fit mutatio, nec etiam accedente voluntate Patroni in præjudicium vocatorum, *Burat. tom. 1. decis. 224. num. 5. usqu. ad fin. fol. 276.* quia voluntas Testatoris, uti Regina, servanda semper est, *l. in conditionibus ff. de condit. & demonst. Ricc. in par. 1. resolut. 349. fol. 163. & resolut. 354. fol. 164. & collectan. 330.* Neque hæres potest derogare in aliquo voluntati testatoris in Capellania erigenda, *Barbos. p. 2. allegat. 24. sub num. 35. in fine, & num. 33. de potest. Episc. Ricc. resol. 34. nu. 5. Card. Imol. Bonifac. in clement. quia contingit de religios. domib. Buratt. cit. decis. 224. num. 9.* tantoque magis, stante vocatorum in Majoratu præjudicio, non poterat mutari Capellaniæ natura, nec per Episcopum, neque per hæredem, reducendo illam in beneficium Ecclesiasticum, ex quo privarentur successores arbitrio eligendi, & amovendi Capellanos ad nutum, *Episc. Maranta respons. 9. n. 13. Pasqualin. decis. 429.*

Nec sufficit, collationem ab Episcopo semel factam fuisse, si constat fundatorem
71 voluisse facere Capellaniam collativam, & beneficium, & sic ubi apparet de illius initio, requiritur saltim spatium quadraginta annorum, ut habeatur pro beneficio, *Garz. de benefic. p. 1. cap. 2. num. 112.* Nam hujusmodi Capellaniæ privata authoritate institutæ bona laicalia reputantur, & proinde Magistratui seculari subduntur, quamvis opera pia, & onera Missarum eis injuncta sint, juxta decisa apud *Gamm. decis. 288. Perez de Lara de Anniversar. & Capel. lib. 2. cap. 1. num. 3.* Et Episcopus non potest derogare qualitati in fundatione appositæ, *Moneta de commutat. ultimar. volunt. cap. 10. num. 384.* & legatum factum pro celebratione Missæ, esto sub nomine Capellaniæ ordinatum, non censetur beneficium Ecclesiasticum, sed quid laicale reputatur, & sic non venit sub dispositione Sacr. Concilii *Tridentini sess. 23. de reformat. cap. 28.* pro aliqua contributione, *Felin. Rota, Buratt.* & alii apud *Panimoll. ibidem num. 1. & num. 3.* ubi ait, non censeri Testatorem erigere beneficium Ecclesiasticum, quando, erigendo Capellaniam, voluit, quòd ad solos suos successores laicos provisio spectaret, *ex Card. Seraphino dec. 611. n. 1.* cum videatur repugnare intentio Testatoris, ut ex *Navar.* & aliis, probat idem *Panimol. loc. cit. num. 4. & num. 5.* Per erectionem Capellaniæ, & collationes, seu Institutiones sequutas ab Ordinario, etiam consentientibus primis hæredibus, non rectè inducitur beneficium Ecclesiasticum, cum Episcopi non possint præjudicare successoribus circa modum eligendi Capellanum, *Perez de Lara de anniversar. & Capell. lib. 1. cap. 2. n. 105. & 106. Garz. de benef. p. 1. cap. 2. n. 105. 106. & 107.* ubi ita dixisse ait *Rotam coram Seraphino, & Quiroga*, & faciunt tradita per eandem *Rota in Maceraten. Capellaniæ 10. Maii 1660. coram Bevilacqua*, & per Ordinarii authoritatem interpositam, aut etiam per Apostolicam provisionem, minimè censetur mutata natura legati, *Decius cons. 126. n. 3. in fine, Rot. decis. 611. & seq. coram Card. Seraph. decis. 636. à n. 5. usque ad 9. coram Card. Caraler. decis. 224. n. 1. 5. & 6. coram Buratt. decis. 101. n. 2. 3. 4. & 5. coram Amat. Dunozet. repetit. in recen. decis. 238. p. 5. & decis. 188. n. 1. circa med. vers. quia licet p. 1. & dec. 580. n. 7. p. 2. recen.* cum sit Episcopo interdictum alterare qualitatem Capellaniæ contrà voluntatem Testatoris, aut in præjudicium eorum, quibus ejus vigore competit jus, ad *text. in cap. porro extra de privil. & in Clement. quia contingit §. aut autem de relig. dom. Perez. de Lara de anniver. c. 1. n. 23. in Ripana Oratorii 10. Maii 159[illegible] coram Giptio, & in recen. decis. 271. jun. n. 2. vers. quia facit p. 1. decis. 254. n. 7. vers. non obstat p. 5. & penes Burat. decis. 224. n. 6. vers. unde permutatio*, quos refert, & sequitur *Rota in Pampilonen. Capellaniæ 25. Maii 1646. §. tum quia neque coram Card. Corrado*. Et si per pedam accedat Ordinarii authoritas in fundatione Capellaniæ, Fundatoris dispositio nullam recipit alterationem, sed remanet in sua natura simplicis relicti pro celebratione Missarum excludentis qualitatem Beneficii Ecclesiastici, & consequenter taxam Seminarii, ad quam neque tenentur hospitalia, quæ administrantur à Laicis, & non dantur in titulum, aut annexum non habent beneficium, ut ibi n. 8. idem *Panimoll. ex Zerola, Ricc. Armendar. Thob. Non. & Steph. Vveymf.* & docet *Barbos. in Conc. Trid. sess. 23. de reform. cap. 18. num. 19. & de offic. & potest. Episcop. allegat. num. 6. & 7. Gavant. in Manual. Episcop. in verb. Seminarium nu. 28.* & ita declaresse Sacr. Congreg. patet ex decretis relatis per *Nicol. in suis floscul. in verb. Seminarium num. 9. vers. nec Hospitalia*. Quod etiam procedere *num. 9. Panimoll.* tradit in eodem loco, in Confraternitatibus Laicorum,

si non

si non habeant Beneficia Ecclesiastica annexa, aut non possideant bona ecclesiastica, ut non teneantur contribuere Seminario, ex *Gavant.* post alios *in manuali Episcoporum in verbo Seminarium num. 33. & Nicol. in suis floscul. eod. verb. num. 9. vers. nec Confraternitates*: & *num. 10. 11. & 12.* respondet *Panimoll.* argumento, quòd Testator mentionem fecerat de vacatione Capellaniæ, & nominatione in infinitum facienda à Simplicia, ejusque successoribus, & sic de Patronatus electione, & præsentatione, quæ verba Ecclesiasticum beneficium Ordinarii institutioni, & confirmationi subjectum inducunt ex *cap. decernimus 26. qu. 7.* & aliis allegatis, quia hujusmodi verba, sicuti etiam alia verba *eligere, & præsentare*, ex intentione loquentium verificari possunt, etiam in libera collatione, seu deputatione Capellani, seu Ministri ad officiandum absque alterius ministerio, ex *Rebuff. & Rota ib. citatis*. Imò eadem verba, prout illa Patroni, & Patronatus, etiam verificari possunt in habentibus jus eligendi Sacerdotem ad celebrandum, & officiandum, ex vulgari loquendi usu, & adaptantur etiam Capellaniis piis, & non Ecclesiasticis, adeo ut vel per inadvertentiam prolata, vel secundùm promiscuum loquendi usum usurpata, tribuere nequeant qualitatem beneficii Ecclesiastici, ex notatis per *Roch. de Curte de jure patr. p. 1. sub num. 5. in 2. qu. ad fin. vers. quandoque dicitur patronus, Lambert. eodem tract. p. 1. lib. 1. art. 2. num. 7. fol. 3. & art. seq. sub num. 1. & 2. Gonzal. ad reg. 8. Cancel. Glos. 5. sub num. 20. 21. & 18. vers. pariter quoque, Garz. de benef. par. 1. cap. 1. sub num. 105. vers. unde apparet, Rota in dicta Pampilonen. Cappellaniæ 15. Maii 1646. §. hinc etiam, & §. atque ideo coram Card. Corrado.* Ex quo constat, decisionem sequutam, ibique in ea specie à *Panimoll.* relatam, pro circumstantiis illius casus, & non ex alia ratione fuisse pro affirmativa pronunciatam, ut clarè apud eundem *Panimoll. post num. 14.* ibidem animadversum legitur per hæc verba: *In præsenti verò, sive attendatur persona Testatricis, quæ erat Religiosa tertii Ordinis Sancti Francisci, sive Testamenti contextus, nulla legitur repugnantia, & verba, quæ valeant excludere, sed potius includere auctoritatem Ordinarii ex supra deductis, ponderando etiam, quòd Cappelaniam denominavit perpetuam, & non amovibilem cum reservatione nominandi Capellanum suis consanguineis, contingente casu vacationis, quæ regulariter fieri solent adhibita ordinarii auctoritate.* Prosequitur idem *Panimoll.* rationes singulares à *nu. 17.* præsenti speciei propter diversitatē circumstantiarum potius conferentes, quam obstātes, ibi: *Unde prædictis non resistunt decisiones in contrarium allegatæ, & quæ allegari possunt: Etenim vel loquuntur de legato, ubi expressè excluditur Ordinarius, in quibus terminis procedunt decisiones supra allegatæ Seraph. & Burat. vel de Cappellania amovibili, quæ, etiam accedente Ordinarii institutione, non efficitur collativa, ut animadvertunt aliæ decisiones Caualer. & Bevilacq. vel de Capellania à primæva ejus erectione fundata sine Ordinarii consensu, & auctoritate, ut est casus decisionis Pampilonen. Capellaniæ coram Card. Corrado, vel ubi constat, ut hìc, de anteriori statu Laicali, & temporali, qui per subsecutas institutiones non mutatur: in quibus terminis loquitur alia decisio Amati Dunozet. Hìc enim versamur in Capellania perpetua, quæ nunquam fuit in statu Seculari, sed à primæva ejus erectione Ordinario subjecta, ob ejus auctoritatis interpositionem, & subsecutam observantiam instituendi Cappellanos in casu vacationis, ex quibus signis, & argumentis, utique pro beneficio Ecclesiastico haberi debet, juxta tradita per Rotam decis. 13. n. 10. & 25. p. 6. recen. Et consequenter non est applicabile in præsenti decretum Sacræ Congregationis, quod ex relictis pro celebratione Missarum non sit contribuendum Seminario, quia procedit in simplicibus purum onus hujusmodi celebrationis habentibus, secus autē in Cappellaniis auctoritate Ordinarii erectis, & collativis, quæ, tanquam beneficia Ecclesiastica, utique comprehenduntur, & subiacent dispositioni S. C. T. dicta sess. 23. de reform. cap. 18.*

72 Fundator qualitatem Juris Patronatus etiam post opus perfectum, & consensu Episcopi firmatum potest declarare, *Paris. cons. 35. num. 8. lib. 4. Calder. cons. 5 & 29. de Jur. Patron. Abb. cons. 76. nu. 3. vers. tertio principaliter lib. 1.* Et in terminis, quòd possit Fundator in testamento, seu codicillo declarare, an Jus Patronatus à se fundatum, fuerit hæreditarium, vel gentilitium, pro certo tradunt *Correr. in prax. benefic. lib. 2. cap. 12. sub. num. 56. Rot. in causa Mediolan. Juris Patron. decis. 673. num. 7. p. 1. in recent. cum Paris. Calder. & Abb. loc. citatis.*

73 Jus Patronatus gentilitium mixtum, sive ex pacto, & providentia, non existentibus, seu deficientibus contemplatis, in merè hæreditarium transit, ut ex *text. in l. qui solidum 80. §. prædium ff. de leg.*

2. *Genuens. in prax. cap.* 101. *num.* 1. *Seraph. decis.* 364. *num.* 2. & 3. & *decis.* 378. *num.* 2. *Ricc. in prax. p.* 1. *resol.* 187. *nu.* 5. *Antonell. de loco legali lib.* 1. *cap.* 12. *num.* 58. *Marant. tom.* 5. *resp.* 204. *a num.* 31. *Rot. apud Vivian. de Jur. Patron. decis.* 12. *num.* 1. & *decis.* 13. *sub num.* 4.

Et verba testatoris, quòd strictior ex parentela, & sanguine præferatur, ad gradus, non autem ad sexus capacitatem, sunt re-
75 ferenda, eo ipso quòd jus patronatus est fæmineum, nec de fæminarum exclusione aliquid nominatim concordatum est: & illa verba *de sanguine* eandem præseferunt significandi vim, cum de fæminis agnatorum, eorumque, qui de agnatione habentur, appellatio verè sumatur, *Angel. cons.* 191. *Corn. cons.* 127. *lib.* 3. *Rebuff. in l.* 1. *vers.* 13. *ff. de verb. signific. Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *gl. of.* 9. *nu.* 20. *Menoch. lib.* 4. *præsumption.* 84. *num.* 30. *Peregr. de fideicom. art.* 22. *nu.* 34. *Fusar. de substit. qu.* 331. *num.* 4. & *q.* 364. *nu.* 5. Verùm idem *Fusarius in suis cons.* 27. & 49. magis cautæ, quàm veritati inserviens, & in longè diversa facti specie, contrarium scripsit, loquendo contra *Tex.* expressum *in §. caterum de legit. agnat succ.* & *in cap. quia circa*, & *in cap. tua nos de consanguinitate*, & *affinitate*; & concordat textus *in leg. pronunciatio §. fin. ff. de verb. signif.* ibi; *Quæ ab ejusdem genitoris sanguine proficiscuntur*: in puncto *Card. Paris. cons.* 40. *vol.* 2. optimè *Cephal. cons.* 53. *num.* 85. *lib.* 1. & *cons.* 663. *num.* 12. *vol.* 5. *Reg. de Ponte de potest. proreg. tit.* 9. *de success. mulier. num.* 33. imò contra ipsum naturæ jus, quod sanguinis jura impartiuntur masculis, & fæminis æqua lance, *l. consanguinitatis*, & *l.* 12. *tabularum* C. *de legit. hæred. Molin. de Hispan. Primog. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 10. *Castill. contr. tom.* 5. *cap.* 93. *§.* 18. & 19. *num.* 7. *Palaez de major. lib.* 2. *qu.* 6. *num.* 91. *Cald. de nomin. emph. qu.* 24. *num.* 65. *Simeon de Petr. de interpr. ultim. volunt. lib.* 3. *fol.* 11. *num.* 21. *in fine*: & sic decisum refert *Ludovis.* postea Sum. Pontifex nuncupatus *Greg. XV. dec.* 293. *num* 3.

In sepulcro non constituitur jus patronatus, neque habens jus patronatus in
76 aliqua Cappella perneccsse quoque dicitur habere jus sepulcri, *Robert. Marant. cons.* 100. *num.* 6. & *num.* 7. & si quis contradixerit extraneum sepeliri in loco sui sepulcri, & e contra probaverit, quòd sui majores semper in illo loco fuerunt sepulti ex longissimo tempore, ex hujusmodi probatione, & tolerantia recte probatur ipsius jus in sepulcro, seu jus funerandi in eo loco, *Robert. Maran. dict. cons.* 100. *num.* 4. & 5. Si quis extraxerit cadaver de sepulcro ex eo quia supponat jus sepulcri ad se spectare, etiamsi de licentia Episcopi extraxerit, tenetur pœna sepulcri violati, si revera tale jus sibi non spectet: & hujusmodi pœna in humilioribus est metalli, inhonestioribus deportationis, *Robert. Marant. dict. cons.* 100. *num.* 7. & interdictum possessorium datur etiam pro jure sepulcri *Robertus Maranta dict. cons.* 100. *num.* 3.

Extinguitur jus patronatus si destruatur Ecclesia, cum qua fuit fundatum, vel
77 si amittatur dos vel si patroni amplius nolint esse patroni, vel si patroni incidant in hæresim, vel si occidant beneficiatum, vel si deficiant omnes patroni, aut si Papa ex causa rationabili deroget juri patronatus, *cap. dilectus de offic. delegati*, *cap. quoniam de concess. prebendar. c. cum dilectus §. nos igitur de jur. patronatus*: & in jure patronatus linea finita, & vocatis deficientibus, Ecclesia emanet libera, & Episcopus potest illam conferre, ad sui libitum, & facta collatione, si quis ex linea, aut ex vocatis supersit, non admittitur ad mortæ purgationem, *Joannes Baptista Cicarelli nus contr. forens. tom.* 1. *cap.* 171. *num.* 66. & *seq.* & extincto jure patronatus, non potest Episcopus tolle-
78 re insignia patroni familiæ, *Grat. discept. forens. cap.* 110. *num.* 49. Jus patronatus probatur ex enunciativis antiquis, jun-
79 ctis aliquibus adminiculis, vel conjecturis, *Cavaler. dec. Rot.* 361. *num.* 5. Sententiæ latæ per Ordinarium super jure patronatus maximè deferendum est,
80 quandoquidem existentia juris patronatus resultat in ipsius præjudicium. *Caval. dec. Rot.* 361. *num.* 1. Jus patronatus etiam relictum solis decidentibus
81 potest in alium extraneum transferri, & transit in emptorem hæreditatis cum universitate bonorum, *Jo: Baptista Costa*
82 *cons.* 19. *num.* 7. & *seq.* Præsentatio facta in jure patronatus, antequam vacet beneficium, nulla est, ita ut vi res ex sequenti vacatione capere nequeat, nec taliter præsentatus, etiamsi patronus non contradicat, debet per Ordinarium institui, nisi nova accedat ejusdem patroni voluntas, *Ant. Merend. contr. jur. cap.* 31. *lib.* 14. *contr. num.* 18. Facta per patronum præsentatione non licet amplius variare, & alium eligere, *Franc. Marc. dec.* 478. Vocatis masculis tantùm in jure patronatus
83 post vocationem descendentium alterius, non intelligitur illa qualitas masculinita-

tis appoſita in primo capite diſpoſitionis, *Joſ Baptiſta Coſta conſ.19. num.8.*

CAP. VI.

De Regiis patronatibus.

SUMMARIUM.

Beneficia in Regno qualiter per Regem conferantur, & poſſit jus alteri cedere num.1.

Poſſeſſor malæ fidei non poteſt validè, & legitimè præſentare ad patronatum, quamvis Regium: & inſtitutio facta ad hujuſcemodi poſſeſſoris præſentationem qualiter nulla ſit, enucleatur num.1. latè, & ex quibus triennalis poſſeſſio non ſuffragetur, & explicatur regula Cancellariæ Apoſtolicæ de triennali pacifico beneficii poſſeſſore n.55.

Regula Cancellariæ Apoſtolicæ in materia prædicta ex quibus non deroget præſcripto per S.Conc.Trid. 4.

Cancellaria Apoſtolica non admittit regulam de triennali contra eos, qui a Summo Pontifice obtinuerunt inſtitutionem beneficiorum reſervatorum, & ex quibus num.5.

Beneficia regii patronatus reputari debent aſſecta 6.

Regula de triennali Cancellariæ apoſtolicæ ex quibus etiam non procedat in ſimplici patronatu perſonæ particularis 7.

Regula Cancellariæ de jure quæſito non tollendo non procedit in regiis patronatibus, & debet intelligi de jure validè, & legitimè quæſito. 8.

Non procedit in illis gratis, quæ fiunt motu proprio abſque ulla prævia ſupplicatione. 9.

In regiis patronatibus, prout etiam in aliis privatorum, regula locum habet, quòd, ſi prima collatio fuit nulla, non impedit ſecundam. 10.

Tempus ad præſentandum in patronatibus regiis quale ſit, differitur nu.11.

In cauſa poſſeſſorii in beneficiis ex quibus poſſit procedere Judex laicus. 11. non poteſt tamen cognoſci à Judice laico de validitate, vel invaliditate collationis factæ ab Ordinario. 13. & in aliis caſibus num. 17. & quid procedat in regiis patronatibus 16. quidque circa hoc fuerit præſcriptum concordia anni 1741. inter Summum Pontificem, & Regem noſtrum. 14.

In regiis patronatibus cum quæſtio adeſt de legitimo Prælato, ex quibus deſtinetur æconomus pro eligendis & conſervandis fructibus pro futuro Prælato. 15.

Recurrens ad Judices laicos in cauſis beneficialibus ex quibus incidat in pœnam excommunicationis, & non poſſit audiri, niſi purgato attentato, & ex quibus deducatur recurſus d. num.18.

BEneficia ad Regiæ Majeſtatis collationem ſpectantia in Regno per Regem conferuntur, ſed non tanquam unctum, ſed
1 tanquam Regem, & ideo poteſt Rex tale jus alteri cedere, quemadmodum & conferendi Capellanias, & Gubernia alicujus loci ſub ejus protectione fundati: quinimo in Regno conferuntur per Proreges ejus Procuratores, *Franc. de Pet. conſ.41. per totum.*

Poſſeſſor malæ fidei non poteſt validè, & legitimè præſentare ad patronatum,
2 quamvis Regium, & inſtitutio facta ad præſentationem hujuſcemodi poſſeſſoris, nulla, & invalida eſt: ſicque authoritate innumerabilium Doctorum fundavit Hiſpanus Cathedratic. *Franciſcus Ramos del Manſano in ſuo memoriali ad Alexandrum VII. de præſentatione ad Epiſcopatum Luſitaniæ.* Scripſit enim præfatus Auctor in accidenti Coronæ Portugalliæ, & ſuſtinens jura Catholici Monarchæ Philippi IV. acriter, & diffuse reſpondit oppoſitioni poſſeſſionis illius Coronæ, oſtenditque non poſſe in invaſore Regni conſiderari bona fides: immò ex oppoſito in eo conſiderari malam fidem, & in Principe legitimo, cui facta fuit uſurpatio, cum non adſit tolerantia uſurpationis, invaſorem nunquam acquirere quaſi poſſeſſionem præſentandi ad Regios patronatus, & conſideravit *Ramos*, quòd quò magis hæc materia eſt conſiderabilis, & ſpiritualis, eò magis reſpiciendum eſt ad prærogativas juſtitiæ bonæ fidei, & tituli in poſſeſſione, cujus proprius effectus eſt præſentare, & nominare: *Non ſi bà* (inquit ille *d. memorial. propoſ.1. § 1. nu. 50. & ſeq.* edit. Neap. 1661.) *in verun conto per poſſeſſore lo ingiuſto, ne chiamaſi poſſeſſione, ſe non la giuſta, ne s'acquiſtano i frutti: e con maggior ragione quanto a un' effetto canonico d' un diritto Eccleſiaſtico, qual'è il Patronato, e quanto al frutto del quaſi poſſeſſo di lui, che è il preſentare, ò nominar Veſcovi: concioſiache quanto più è rilevante, e ſpirituale la materia, tanto più obliga ſi rifletta alle prerogative di giuſtizia, di buona fede, e di titolo nel poſſeſſo, di cui proprio effetto è il preſentare, e nominare.* Concordant *Lambertin. in tract. de jure patron. lib. 2. par.1. quæſt.3. artic. 2. & 3.* poſt *Gloſſ.* in ſæpè alleg. *cap. conſultationibus de jure patr.* ibique *In-*

no-

nocent. & in cap. 2. de in integr. restit. & in cap. nihil de election. ubi quoque cæteri Canonistæ. *Archidiac. in cap. eum qui de prebend. lib. 6. Felin. in cap. nostra col. 7. & 8. de rescript.* qui communiter docent removeri debere à beneficio præsentatum à possessore malæ fidei, ex quo ejus non sunt fructus, & non potest dici possessor, *cap. gravis de restit. spoliator. cap. cum Bertholdus de re judicat. dict. cap. consultationibus de jur. patr.* ibique *Innocent. Abb.* & alii, *& in cap. Cumana de elect. & in dict. cap. 2. de in integr. restit.* idem *Abb. in cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess. num. 26. & in cap. ex literis de jur. patr. num. 7. Rota Rom. decis. 7. de jur. patr. in novis. Navarrus cons. 2. num. 1. de jur. patr. Ugolinus de offic. Episcop. cap. 51. §. 1. num. 5. Azor. 2. p. lib. 6. cap. 21. qu. 17.* aliique apud *Garziam de benefic. p. 5. cap. 5. num. 73.* His rationibus nituntur ordines regii anni 1573. apud *Petrum Jo: Fraff. de Solorzano*, & alias, ac illorum vigore fuit, patronatu Regio revocatus quidam, qui reperiebatur admissus absque præsentatione legitima, *Fraffus de patronat. Regio Indiar. cap. 9. num. 15. & 16. Solorzan. de Indiar. jur. lib. 3. cap. 3. num. 15. & 17. Villaroel en el gobierno Ecclesiastico 2. p. qu. 19. art. 1. num. 22. & 23. Alfar. de offic. Fiscal. glos. 2. num. 19. Frances de intruf. qu. 34. num. 3.* idem *Fraff. d. tract. cap. 30. nu. 39. & seqq.* ubi refert *canonem 2. Concilii IX. Toletani*, ubi habita fuit pro nulla collatio beneficii, cui non præcesserat præsentatio legitima patroni. Hinc etiam rectoria data per Prælatum alicui absque eo quòd præcessisset præsentatio patroni legitima est nulla, *Cabed. de patronat. Reg. Coron. cap. 1. à num. 3. cap. 8. num. final. & cap. 35. num. 1. Villaroel en el gobierno Ecclesiastico 2. p. qu. 19. art. 1. à num. 21. Azeved. ad l. 1. tit. 6. lib. 1. recopilat. Valenzuela cons. 135. num. 67. Flores de Mencavariar. lib. 1. quæst. 10. num. 64. Spin. specul. testam. glass. 4. principal. num. 96. & 99. Barbosa de jure Eccles. universal. lib. 3. cap. 12. num. 163. Garzias de benefic. p. 5. cap. 5. num. 99. Tondut. resol. beneficial. par. 3. cap. 192. num. 16. Vivius comman. opin. lib. 1. tit. 4. de jur. patr. num. 33. Bellon. cons. 17. dub. 2. Ferrett. cons. 210. num. 9. Boer. decis 33. num. 1. & seqq. Penia dec. 750. nu. 8. Puteus decis. 189. lib. 1. Merlin. decis. 45. num. 6. Buratt. dec. 605. nu. 1.* Sic etiam est nulla institutio ad jus patronatus, si nulla sit præsentatio ad illud facta, *Lambertin. de jur. patr. p. 2. lib. 2. quæst. 3. art. 4. à num. 2. Lezana consultat. 10. nu. 147. Fraffus d. c. 30. n. 44.* Et existente mala fide, ut scripsit eruditus *Gonzalez in d. c. consultat.* præsentans ad jus patronatus fit possessor malæ fidei, & sicut suos non facit fructus juris patronatus; sic etiam non potest ad illud validè, & legitimè præsentare: pro qua sententia adducit *Lambertin. de jur. patr. lib. 2. par. 1. quæst. 3. art. 2. 3. & 7. Garz. de benefic. par. 5. cap. 5. nu. 69. Lotther. de re beneficiar. lib. 1. quæst. 34. num. 28. Cabedo de patronat. Reg. Coron. cap. 8. num. 2. & 7. Lara de anniversar. lib. 2. cap. 9. nu. 4. Salgad. de Reg. protect. par. 3. c. 1. n. 160. Tondut. tom. 1. resol. p. 2. de benefic. c. 4. §. 9.* Sed prædictis videtur obstare regula Cancellariæ Apostolicæ *de triennali pacifico beneficii possessore* &c. ubi hæc legun-
3 tur: *Quicumque Ecclesiastica beneficia, qualiacumque sint, absque simoniaco ingressu, ex Apostolica, vel ordinaria collatione, vel electione, & electionis hujusmodi confirmatione, seu præsentatione, & institutione illorum, ad quos beneficiorum hujusmodi collatio, provisio, electio, & præsentatio, seu quavis alia dispositio, pertinet, per triennium pacificè possederit, dummodo in beneficiis, si dispositioni Apostolicæ ex aliqua reservatione generali in corpore juris clausa reservata fuerint, se non intruserit, super eisdem beneficis taliter possessis molestari nequeat. Nec non impetrationes de beneficiis ipsis sic possessis factas, irritas, & inanes censeri debere decrevit, antiquas lites super illis motas penitus extinguentes.*

Nulla est regula magis vulgata, quàm hæc, quæ vocatur *de triennali*, ut animadvertit *Cardinalis de Luc. de benefic. discur. 91.* nullaque est regula magis rara hujus ad obtinendum in foro juxta animadversionem ejusdem *Cardin. de Luc. ibid.* Rara enim sunt exempla, quibus constat, possessorem beneficii tutum redditum fuisse sola exceptione triennalis, *Cardin. de Luc. ibid. num.* 20. nam triennalis continet nudam, & simplicem præsumptionem juris, quæ contraria probatione eliditur, quòd multifariam accidere docet *Cardin. de Luc. ibid. num.* 17. Tractant de regula prædicta plenè commentatores, & præsertim *Ludovicus Gomez, Quintilianas Mandosius*, & *Hieronymus Gonzalez. Gomez* verò commentavit omnes. *Mandosius* dumtaxat 34. inter quas est illa de *triennali*. *Gonzalez* commentavit dumtaxat unam, quæ est 8. *de reservat. mensiu. & alternat. Episc.* & latè partractant de prædicta regula *de triennali Rebuffi. tit. de pacific. possessor. Sanchez cons. moral. lib. 2. c. 1. à dub. 20. ad 34. Stephan. Bauny nov. benefic. prax. disp. 5. Azor. instit. moral. tom. 2. lib. 7. cap. 35. quæst. 8. Reginald. tom. 2. lib. 30. tr. 3. cap. 18. Francisc. Zipeus respon-*

ſponſor. de jur. canon. lib. 3. tit. de præbend. reſp. 3. Joann. Gabaſſutius Jur. Canon. theor. & prax. lib. 2. cap. 18. nu. 14. & ſeq. Anton. Faber in definitionibus ejus Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 5. 72. 73. & 90.

Prædicta autem regula *de triennali*, prout quælibet alia regula Cancellariæ Apoſtolicæ, allegari non poteſt in Regiis patronatibus. Sic docet *Covarruvias* Prælatus Hiſpanus, qui interfuit in Sacro Concilio Tridentino, cum quo concor-
4 dant Epiſcopus *Barboſa*, *Fraſſus*, aliique graves authores infra citandi moti ex eo, quòd *Sacrum Concilium Tridentinum ſeſſ. 25. de reformat. cap. 2.* apertè declaravit reſervatos Regiis patronatus; ſicut igitur fecit *Concilium*, ſic judicandum eſt de regulis Cancellariæ Apoſtolicæ. Hæc ſunt verba *Fraſſi de patronat. Regio Indiar. c. 2. num. 4. & 5.* qui adducit argumenta, & Doctores: *Decretum ac reſolutum eſt, Sanctum Oecumenicum Tridentinum Concilium, Regum & aliorum ſupremorum Principum patronatus illæſos reliquiſſe in ſeſſ. 25. de reformat. c. 9.* ibi: *Exceptis patronatibus ſuper Cathedralibus Eccleſiis competentibus, & exceptis aliis, quæ ad Imperatorem, & Reges, ſeu Regna poſſidentes, alioſque ſublimes, ac ſupremos Principes jura imperii in dominiis ſuis habentes, pertinent*: & notarunt Joannes de Silva de benefic. 2. p. quæſt. 23. num. 48. Didacus Perez &c. Unde etiam ſequitur, *ut, quemadmodum Sancti Tridentini Concilii derogationes, quantumvis generales, ad hos Regios Patronatus non extenduntur; ità ſimiliter nec Regulæ Cancellariæ eis poſſit derogare, autaliquod inferre præjudicium*, ut docent D. *Covarruvias ubi ſupr practic. c. 36. num. 2. & 6. Garzias de benefic. 5. p. c. 1. num. 219. Barboſa de officio & potest. Epiſcop. 3. p. alleg. 57. num. 86. Cabedus de patronat. Reg. Coron. c. 10. n. 3. & c. num. 9. & c. 35. num. 74. Gonzalez ad regul. 8. Cancellar. gloſſ. 24. à num. 152. & gloſſ. 51. num. 49. P. Cajro palaus tom. 2. moral. tract. 13. diſput. 2. punct. 18. nu. 2. Tondut. de penſion. c. 25. num. 28. Eſcobar de Pontific. & Reg. juriſd. c. 8. à num. 67. & ſeq. & num. 80. refert caſum de facto habitum, & obtentum ad favorem Regii juris patronatus.* Nec diſſenſit *Franciſcus Zipeus*, qui verba faciens de regula Cancellariæ Apoſtolicæ *de infirmis reſignantibus reſp. de jur. Canon. d. lib. 3. tit. de jure patronat. reſp. 5. num. 9. verſ. adeòque* inquit: *Et quidem non eſſet veriſimile, eam regulam Cancellariæ hic eſſe receptam quoad patronos laicos, ſi cenſenda foret odioſa, cùm ne quidem Concilium Trid. hìc receptum ſit, niſi cum expreſſa reſtrictione, ne ullatenus aliquid imminutum cenſeretur circa jura patronatuum Regis, & vaſſallorum.* Hinc apud *Joannem Vvameſium*, & *Andream de Vaulx* habentur declarationes Sacræ Congregationis, quòd regula non derogat decretis Concilii Tridentini *ſeſſ. 7. c. 4. & ſeſſ. 24. c. 17. Denique* (inquit *Vaulx de benefic. lib. 3. tit. 9. num. 9.*) *notandum hìc, regulam de triennali non ſuffragari contra decreta Concilii Tridentini dict. c. 4. ſeſſ. 7. & c. 17. ſeſſ. 24. juxtà declarationes Cardinalium apud Vvameſium conſ. 233. in addit. tom. 1.*

Prætereà firma eſt obſervantia Cancellariæ Apoſtolicæ non admittendi regulam *de triennali* contra eos, qui a Sum-
5 mo Pontifice obtinuerunt collationem beneficiorum reſervatorum, *Rot. Rom. dec. 178. n. 8. p. 11. recent. & dec. 238. n. 8. p. 12. recent.* ibi: *Præterea non potuit Joannes triennali poſſeſſione ſe tueri, quià illa requirit ſaltem titulum coloratum poſſeſſionis, Gomez ad regul. de triennal. qu. 5. Caſſador. deciſ. 7. nu. 2. ſuper regul. Caputaquenſ. deciſ. 349. num. 3. p. 2. Creſcent. dec. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. & Pen. deciſ. 366. nu. 8. cum aliis adductis in deciſ. Burgen. beneficiorum coram R. P. D. meo Celſo §. immò, quem ipſe non habebat vigore collationis ſibi à Reverendiſſimo Nuncio factæ, quia invalidè contulit beneficium*; idque ob regulam generalem, quòd qualitas reſervationis, aut ſimilis affectionis in beneficiis deſtruit non ſolùm titulum, ſed etiam poſſeſſionem, *Hieronymus Gonzalez ſuper regul. 8. Cancellar. de menſib. & alternat. gloſſ. 31. num. 24.* ibi: *Præterea dicta reſervatio non ſolùm habet præfatos effectus; ſed etiam diſcolorat omnem titulum Ordinarii, ita ut neque pro titulo colorato deſervire valeat, Lapus alleg. 16. ſub nu. 2. verſ. ex quo concludit*, dicens, *quòd poſſidens beneficium reſervatum vigore collationis Ordinarii, cujus manus erant ligatæ, neque habet poſſeſſionem colorqtam, idem Lapus allegat. 103. num. 3. Felin. in cap. in noſtra corollar. 36. num. 32. poſt princip. de reſcript. Caſſador. deciſ. 7. nu. 3. ſuper regul. Bertrand. conſ. 2. viſo, num. 21. lib. 3. Pariſ. conſ. 125. an collatio in fin. lib. 4. Ferrett. conſ. 1. num. 5. lib. 1. Simonett. de reſervat. qu. 48. n. 1. & 2.* & paulò poſt *nu. 28.* ſubdit: *Unde conſuluit Navarrus conſ. 2. de jure patr. quòd proviſus ab Ordinario de beneficio vacante in menſe reſervato, qui poſſeſſionem occupavit, non poſſit, tanquam intruſus præſentari ad beneficia pertinentia ad præſentationem illius beneficii ſic poſſeſſi*: & *licèt ipſe rationem reddat, ex eo quòd dicatur malæ fidei poſſeſſor; alià tamen, & fortior ratio eſt, quià nullam habet poſſeſſio-*

sionem, eum reservatio nostræ regulæ inficiat etiam possessionem ex supradictis, Rot. dec. 4. de præbend. in antiqu. Bisigneti, Simonett. de reservat. q. 44. & q. 50. n. 8. & 18. Æneas de Falconibus de reservat. qu. 4. principal. effect. 26. Silva de benef. 2. p. qu. 12. per tot. & dixi in gloss. 15. §. 1. num. 94. cum seqq.

Et beneficia regii patronatus, certum
6 est, reputari debere affecta, ut Doctores loquuntur, speciali qualitati: nam investituræ regii patronatus nemo legitimè potest nominare, nisi Rex dumtaxat, cui reperitur reservata præsentatio. Regula autem *de triennali* cancellariæ apostolicæ nec etiam procedit in sim-
7 plici jure patronatus personæ particularis. Sic *Rota Romana dec. 39. part. 12. recentior. Gabbasut. jur. canonic. theoric. & practic. lib. 2. cap. 7. de jure patron. num. 14. & Francisc. Zipeus responsor. de jur. canon. lib. 3. de jur. patron. respons. 5. per tot.* ubi quærens, num regula Cancellariæ apostolicæ *de infirm. resignant.* locum obtineat in beneficiis juris patronatus *num. 9.* universaliter pro omnibus regulis cancellariæ apostolicæ resolvit, beneficia juris patronatus laicalis exempta esse a qualibet dispositione illarum regularum quæ præjudicii essent patronis. *Ceterum* (sunt ejus verba) *beneficia patronatus laici ab omni dispositione censentur exempta, quæ non tam favorem, quàm grævamen aliquod inferre videatur.* Et ex tenore regulæ *de triennali* duo excluduntur, nempe simoniaci, & intrusi in beneficiis: & præsertim in beneficiis juris patronatus eadem regula determinat, præter possessionem pacificam triennalem requiri, quòd præsentatio in illis facta sit ab eis, quibus pertinet jus præsentandi ibi: *Seù præsentatione, & institutione illorum ad quos beneficiorum hujusmodi collatio, electio, & præsentatio, seu quævis alia dispositio pertinet &c.* Hinc communiter Doctores pro triennali præcipuè requirunt bonam fidem, *Stephan. Bauny nov. beneficior. prax. disputatione 11. quæst. 5. Reginald. tom. 2. lib. 3. tract. 3. cap. 18. Rebuff. de pacific. possess. n. 28. Azor. institut. moral. lib. 7. cap. 35. qu. 1.* Quapropter, existente mala fide, recurri non potest ad regulam de triennali, *Cardin. in clement. gratiæ nu. 8. de rescript. Felin. in cap. cum. Ioannes num. 32. vers. & adde de fide instrument. Rota Roman. decis. 178. num. 18. part. 11. recentior.* & consequenter regula de triennali suffragari non potest possessori vitioso, aut detentori beneficii. Sic *Mandos.* ad regulam *cancellariæ 29. quæst. 5. num. 5. Rot. decis. 178. num. 18. part. 11. recentior. & decis. 319. n. 12. part. 19. rec.* Imo ex verbis ejusdem regulæ deducunt Doctores, præsertim *Pastor de benefic. ecclesiast. tit. fin. de excep. triennalis possession. pacific. nu. 4.* tam illam esse contrariam, & oppositam intrusis, quòd eis juvare non possit cujusvis temporis detentio, addens *num. 7. Si constet de malo principio, mala fide, vitio intrusionis, possessor amovendus est, cujusvis temporis detenti ne minime obstante.* Quò faciunt verba *Roya ad cap. consultationib. 19 de jure patron. in fine* ibi: *Sed si quis semper fuit malæ fidei possessor, vel etiam ab initio Clericus ab eo præsentatus, & ab ordinario ad eam præsentationem institutus, ab Ecclesia ejiciendus est, tanquam intrusus.* Et *Rot. Rom.* id ipsum habet *dec. 39. part. 12. recentior.* Quapropter, si detentor adducere non potest ad ejus favorem aliquem titulum saltem coloratum, se tueri non potest triennali, *Gomez ad regul. de triennal. quæst. 5. Cassador. dec. 7. n. 2. super regul. Caputaquens. dec. 349. n. 3. p. 2. Crescent. decis. 4. de caus. possess. & propriet. Penia dec. 366. num. 8. Rota decis. 238. num. 8. part. 12. recent. Cabassut. Jur. canon. theor. & prax. lib. 2. cap. 18. nun. 21.* his verbis: *Et sine titulo, vel justo & canonico, vel saltem colorato, triennalis possessor habetur pro intruso. Pap. lib. 8. plasitorum tit. 9. Antonius Faber in suo Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 5.* Ulterius regula Cancellariæ Apostolicæ de triennali non currit contra eum qui sit impeditus: & quòd tempus prædictum non curra si adsit bellū docent, *Gomez. ad reg. de triennal. quæst. 57. Rebuff. de pacific. possess. à nu. 301. ad 310. Sanchez consil. moral. lib. 2. cap. 1. dub. 20. num. 2. & dub. 28. num. 2. Banny nov. benefic. prax. disp. 11. quæst. 12. in fin. Lodovic. Gomez d. quæst. 57. ad regul. de triennal. Dartis tractat. de benefi. p. 6. cap. 9. de triennal. possess.* ibi: *Hoc autem triennium non currit hostilitatis tempore, nec aliis temporibus, quibus quis impeditus legitimè fuit, ne posset agere, cap. ex transmissa extr. de præscript. can. si Sacerdotes, & can. prim. 16. quæst. 3.*

Regula præterea Cancellariæ *de jure quæsito non tollendo* non procedit in re-
8 giis patronatibus, & debet intelligi de jure validè & legitimè quæsito, *Card. de Luc. de benefic. disc. 54. num. 4.* Ulterius regula prædicta *de jure quæsito non tollendo* non procedit in illis gratiis, quæ fiunt *motu proprio* absque ulla prævia supplicatione, *Card. de Luca de regular. discurs. 6. num. 4.* ibi: *Et tertiò clariùs, quòd non ageretur de gratia ad partis*

sup-

Digitized by Google

9 *ſupplicationem, ſed de illa motu proprio, quæ non ſubjacet defectui obreptionis, vel ſubreptionis.* In patronatibus Regiis, ſo prout etiam in aliis privatorum locum habet regula, quòd prima collatio, ſi fuit nulla, non impedit ſecundam. *Non præſtat ullum impedimentum, quod de jure nullum ſortitur effectum, c. non præſtat de regul. jur. lib. 6. Cabaſſut. jur. Canon. theor. & prax. lib. 2. cap. 3 num. 16. in fin.* ibi: *Neque id præſtat ullum impedimentum, quod de jure nullum ſortitur effectum, cap. non præſtat de regul. jur. in 6. Cum ergò prima illa collatio nulla ſit ipſo jure, nihil obſtabit ſecundæ, & juri conſentaneæ collationi.* Inhæret *P. Gregorius Tholoſanus dict. lib. cap. 39. num. 10. Prima collatio* (inquit ipſe) *non impediret ſecundam: nec præſtat impedimentum, quæ de jure non eſt ſortita effectum, cap. non præſtat de regul. jur. in 6. quemadmodum, ſi patronus contulit beneficium, cum non poſſet, poterit nihilominus, præſentare ad illud iterum, cap. final. de jure patronat. Similiter ſi Epiſcopus contulerit ſine præſentatione patroni, rurſus præſentante patrono, tenetur inſtituere, cap. decernimus, junct. Gloſſ. 16. quæſt. 17. Facit cap. ex inſinuatione de jure patronat. & in aliis ponit exempla Gl. antiqua ad §. quod ſi quis cujuscunque ſtatus de collat. in pragm. ſanct. & Rebuff. ad §. ſi quis verò ad verb. diſpoſitiones de coll. in pandect.*

Ut autem differamus, quæ pertinent ad tempus præſentandi in patronatibus regiis, dicimus, ante Pontificatū *Bonifacii VIII.* non adfuiſſe manifeſtam diſtinctionem inter patronatus laicales, & Eccleſiaſticos, nec temporis, quo in laicalibus, & Eccleſiaſticis fruerentur patroni ad præſentandum. Ipſe *in c. unic. §. verum de jur.* 11 *pat. lib. 6.* cum diſtinctione præfixit in patronatibus laicalibus terminum quatuor menſium, in Eccleſiaſticis ſex, ut cronologicè enumerando Canones, & Concilia obſervat *Ludovicus Thomaſſinus veter. & nov. Eccleſ. diſciplin. circà benefic. p. 2. lib. 1. cap. 32. num. 4. & ſeqq. Necdum ergo tunc apertè prodita erat in contextu Juris Canonici illa Clericos inter laicoſque patronos diſtinctio. Videtur autem nobis quidem Bonifacius VIII. fluctuantem hactenus, & nutantem de menſibus ſex, quatuorve regulam primus omnium univerſaliter & conſtantiſſime defixiſſe in 6. de jur. patronat.* Hoc autem tempus in patronatibus Regiis ad præſentandum non eſt præfixum, ut graviſſimorum DD. auctoritate docet *Petr. Fraſſ. de patronat. Reg. Indiar. tom. 1 cap. 32. num. 55. Nihilominus tamen tempus illud Catholico Regi noſtro, etiam ſcienti, non currit, ipſeque ſemper tutus conſervatur in jure ſuo, quia multis implicitus, & impeditus occupationibus, non facilè ad præfatam executionem infrà illud tempus valet ſemper devenire, Georg. Cabed. de patronat. Reg. Coron. cap. 28. num. 5. & 7. D. Solorzan. dict. cap. 3. num. 49. Barboſa dict. allegat. 72. num. 137. Tondut. de penſion. cap. 25. num. 28. Scobar del Corro dict. quæſt. 7. num. 4. D. Salgad. d. cap. 10. nu. 43. D. Moſcoſ. ubi ſupr. num. 205. D. Creſp. de Valdaura obſ. 57. num. 20. neque etiam negligentia, & culpa Regiorum Officialium in præſentatione facienda officere, aut nocere poterit, idem Cabed. ubi ſupra cap. 12. à num. 16. D. Salgad. num. 23.* Inhæret *Card. de Luca de jur. patronat. diſc. 1. num. 6. Fortiùs verò, dum agebatur de jure patronatus Regio, in quo (data etiam ſcientia) non currit terminus, ut poſt Cabed. de jur. patr. cap. 28. num. 7. & 8. de recepta praxi Regum Hiſpaniæ teſtatur Garzias d. p. 10. cap. 2. eod. num. 24. in fin. aſſignata ratione, quòd ob magnas occupationes, ac negotiorum molem, Rex in propoſito excuſandus eſt, & refert etiam Barboſ. de Epiſc. alleg. 72. num. 137. in fin. atque docet quotidiana praxis in præſentationibus, ſeu nominationibus ad Epiſcopatus, aliaſque Prælaturas, in quibus notitia vacationis ſolet eſſe celer, ac certa ob concurſum prætendentium, ac Officialium certiorationes, tanquam de re gravi, quoniam in nominationibus proceditur quandoque lentè, etiam per annos, ut temporum calamitas, aliæque circumſtantiæ exigunt:* & in privatorum patronatibus, ſi adſit impedimentum, tale tempus ſupra expreſſum nec etiam currit. Et in Gallia vulgatum eſt adagium relatum per *Jacob. Gothofred. ad leg. 9. C. Theod. ſ. de infirmand. his, quæ &c. La preſcription ne court. pendant les troubles, &c.* & in hac ſpecie *Anton. Faber Cod. ſuo lib. 1. tit. 3. definit. 17. & Cabaſſutius jur. Canon. theor. & prax. lib. 2. cap. 3. num. 18.* & tempus prædictum non currere, niſi à die ſcientiæ, docent *Rota Roman. deciſ. 421. p. 1. diverſor. Caputaquen. deciſ. 248. num. 1. 3. Buratt. de ciſ. 18. & 459. Garzias de benefic. par. 10. cap. 2. n. 34. Lotther de re beneficiar. lib. 2. quæſt. 6. num. 23. cum ſeqq.* plenè *Addit. ad deciſ. 21. num. 16. & ſeqq. p. 3. recent. Card. de Luca de jur. patr. diſc. 1. num. 4. & 5. & diſc. 94. num. 5.*

Quamvis beneficium ſit res ſpiritualis, 12 *Clement in. diſpendioſam de judic. Alteſerra de jurisdict. Eccleſiaſt. lib. 2. c. 8.* in cauſa tamen poſſeſſorii poteſt procedere Judex laicus. *Cauſa quidem poſſeſſorii be-*

neficii Ecclesiastici (sunt verba *Antonii Fabri Cod. lib. 1. tit. 3. definit. 55.*) beneficialis quoque est, sed non tamen spiritualis. Est enim potiùs quid temporale, ideòque etiam ad Judicis laici cognitionem pertinere creditur, & paulò post *ead. definit. 55. in fin.* adducit aliam rationem: *Sed & cum quæstio est meri facti, licèt causa sit meræ spiritualitatis, ut loquuntur; potest etiam Judex laicus de ea cognoscere, qui & competens Judex esse creditur pro observatione juramenti, quamvis nemo nesciat jusjurandū esse quid merè spirituale, cum sit vinculum religionis.* Id autem DD. firmant ex *cap. causa extra qui filii sint legit. & cap. ult. de judic.* unde *Jo: Andr.* relatus per *Alteserr. d. tract. de jurisd. Eccles. ast. cap. 8.* scripsit possessorium rei spiritualis non esse merè spirituale. Sic inquit *Alteserra*: *In Gallia tamen ex usu forensi Judex secularis cognoscit de possessione beneficii, salvo petitorio Judici Ecclesiastico. Quod satis ferendum visum est, quia possessorium rei spiritualis continet quid temporale, c. ult. de judic. cap. litteras de restit. spoliat. can. petimus 11. qu. 1. Gloss. in c. litteras de juram. calumn. & causa possessionis de re spirituali non est merè spiritualis, Jo: Andreas in. c. frequens de restit. spoliator.* Nec singulare fuit hoc jus in Gallia: *nam & Florentinam potestatem (sic vocant Magistratum majorem) de possessione juris eligendi Rectorem inter Abbatem, & Conventum S. Mariæ, & Commune Castri de Signa ex consuetudine cognovisse patet ex d. cap. ult. de judic.* Alios quoque canonicarum sanctionum interpretes id ipsum probantes refert *Petr. Gregor. Tholosanus in d. c. 40. n. 10. Maximè quia* (inquit ipse) *quando agitur super possessorio, vel quasi, etiam in spiritualibus, vel beneficialibus causis, judex laicus est judex competens, Jo: Andreas ad cap. final. de judic. cum possessorium in spiritualibus etiam videatur esse temporale, non spirituale, Archidiac. ad cap. 1. de restit. spoliat in 6. Franciscus Zabarella ad clementin. dispendiosam de judic. Guid. Pap. cons. 78. incip. circa processum. Sic in cap. causam extr. qui filii sint legitim. Summus Pontifex relinquit judicium possessorium Regi Angliæ*; ejusdemque fuit opinionis *Jo: Dartus de benefic. part. 12. in fin.* ubi hæc ait: *Restat nunc, ut ad alteram partem veniamus hujus postremæ partis, apud quos Judices causæ beneficiorum agitandæ sunt: de his est definiendum, ut olim fuit in rebus ecclesiasticis, & spiritualibus, cognitio Episcoporum, & aliorum Ecclesiasticorum Judicum, can. convenior 23. q. 8. & can. decernimus extr. de judic. sic etiam hodie esse, nec ab hac definitione excipi, præterquam duos casus, quorum primus est, ubi quæstio spiritualis facti est, non juris, veluti Titius an Bertam desponsaverit; aliter verò si de possessione, vel quasi quæstio sit: quoniam causa possessionis in spiritualibus est quid temporale, & facti magis, quàm juris est, Gloss. & Interpp. in c. litteras extr. de juram. calumn. cap. penult. extr. de judic. Propterea in cap. causam extr. qui filii sint legit, Papa relinquit possessorium Regi Angliæ. Ergò his duobus casibus Judices seculares cognoscunt de beneficiis, quod in hoc Regno usitatum est, & refertur apud Guid. Pap. dec. 1.* idque lato calamo tuentur *Francisc. Floren. ad cap. 21. de jur. patronat. & Pastor de benefic. Eccles. lib. 2. tit. 16. de judicio possess. & petit. causæ beneficial. nu. 2.* quorum sententiam rerum judicatarum exemplis sæpe numero irroboratam comperimus fuisse. In Parlamentis Parisiensi, ac Tholosano, & in Senatu Grationopolitano, quod superiore loco probavimus, decisum referunt *Guidon. Pap. Additionatores decis. 1.* & præfatus *P. Gregorius Tholosanus d. c. 40. n. 12. in fin.* Regalium beneficiorum causas in Parisiensi tantùm Senatu excerni posse affirmat, & refert arresta *Papon. l. b. 2. rhapsod. arrestor. tit. 3. arrest. 14.* in Senatu Sabaudiæ *Antonius Faber in Cod. lib. 1. tit. 2. definit. 12. & tit. 3. definit. 55.* & in Senatu Pedemontano *Cacheranus decis. 137. nu. 11.* idipsum decisum memorant: Regiosque Senatus declarare validè posse, quenquam juris patronatus quasi possessionem habere, ut juxta *cap. consultationibus 19. de jur. patr.* valeat obtinere, affirmat inter decisiones Parlamenti Tholosani *Corasius de Senat. Consult. Cur. Tholos. centur cap. 78.* & Sac. Cons. apud *Præs. de Franch. dec. 36.* quum de facto quodam ad matrimonium pertinente quæstio ageretur, juris dicendi se facultatem habere pobavit, idque licerè probant *Bartol. ad l. quoties C. de judic. & ad l. Titia D. solut. matrim.* & ibi etiam *Alexand. & Covarr.* qui alios commemorat *in epitom. de sponsal. p. 2. cap. 8. §. 12. num. 3.* & apud *Regentem Sanfelic. prax. judiciar. sect. 24. n. 24. & 25.* Regium Collaterale Consilium dijudicavit, *præsentationem ad Regium Patronatum S. Jo: Baptistæ Civitatis Cathanzarii pertinuisse, & pertinere ad S. R. Cath. Majestatem, ejusque Proreges, & propterea præsentationem D. Petri lo*

Rics

Rio's ad idem factam à Marchione Vigliena fuisse & esse nullam & invalidã, etiã pro exequutione ordinũ Suæ Cath. Majestatis.

Si lis sit coram Judice laico de collatione beneficii, non potest cognosci de validitate, vel invaliditate collationis factæ ab ordinario, quod est merè spirituale, & ad solum Summum Pontificem spectat, *Gizzarell. decis. 27. num. 20. & 21.* Et articulus vacationis beneficii emergens coram Judice laico est remittendus ad Judicem Ecclesiasticum, *Reg. Sanfelic. dec. 15. num. 19. & sequentib.*

Causas omnes beneficiales, & juris patro-
14 natus tum ecclesiastici, tum laicalis, ad Ecclesiasticos pertinere sancitum fuit in concordia inter Summum Pontificem, Regemque nostrum constituta anno 1741. exceptis tantummodo Regiis patronatibus, & causis, quibus in dubium revocatur, an feudis conjuncti sint ipsi patronatus, exceptisque etiam judiciis, quibus de bonorum agitur universitate quoad patronatus laicales: *Così pure* (verba sunt præmemoratæ concordiæ) *saranno di privativa giurisdizione ecclesiastica le cause beneficiali, purchè non si tratti di jus padronati Regj, o feudali, per quelle sole cause, la decisione delle quali principalmente dipende dal vedere, se il padronato sia annesso, o no al feudo, o de universitate bonorum negli altri padronati laicali.*

In patronatibus Regiis cum quæstio adest de legitimo Prælato, destinatur æconomus pro exigendis, & conservandis fructibus pro futuro Prælato ad differentiam aliorum beneficiorum, quæ sunt absolutæ collationis summi Pontificis, quæ si vacent, fructus pertinent ad Cameram Apostolicam juxta bullam S. Pij V. receptam dumtaxat in beneficiis simplicibus liberæ collationis summi Pontificis, non in aliis, quæ sunt patronatus Regii, ut observant. *Reg. de Marin. lib. 1. resol. cap. 152. num. 15. & Reg. de Ponte dec. 12. num. 13. circa fin.* ibi: *Quæ adnotare volui, tanquàm quotidiana, ut in futurum non remaneat locus dubitationi inter Rever.*
5 *Nuntium, & Oeconomos, qui per Illustrissimos Proreges ponuntur in vacationibus Episcopatuum, aliorumque beneficiorum de Jure patronatus Regiæ Maiestatis, donèc per Regiam Majestatem fuerint factæ debitæ illorum præsentationes*: & paulò post subdit: *Et has provisiones novissimè per Collaterale Consilium fuit mandatum mitti in exequutionem, & observari in fructibus Episcopatus Oyræ, qui vacat per mortem Episcopi.*

Hoc autẽ semper fuit observatum in Regno nostro, cum sit permissum Patrono, vacante ejus Ecclesia, destinare in eadem æconomum pro conservandis fructibus beneficio futuri Abbatis juxta dispositionem expressam textus *in cap. cum vos de officio ordinarii*, ubi rescribens summus Pontifex Alex. tertius Episcopo Florentino, quid facere deberet casu, quo vacarent Ecclesiæ patronatæ, aut quia præsentaretur persona non idonea, aut quia non fieret debita præsentatio, aut ob quodlibet aliud impedimentum; hanc ei normam præscripsit: *Ponatis æconomum, qui debeat fructus percipere, & eos aut in Ecclesiasticam utilitatem expendere, aut futuris personis fideliter reservare.* Non levis tamen est controversia, an idem dici debeat in Patronatibus laicorum: qua in re verionem esse opinionẽ affirmativam, dixit *Rochus in tract. de jure patronatus qu. 36.* ibi: *Et videtur idem esse in patronis laicis*: & concurrente usu, & observantia, conveniunt DD. in docendo, laicos etiam habere hanc facultatem ex doctrina *Hostiensis in repetit.* ejusdem *capituli*, & deberi a summo Pontifice tolerari hanc appositionem æconomi voluit *Episcopus Lambertinus. 2. part. 2. qu. 1. art. 9. num. 12.* rationem adducens, *quia magis, quàm hoc, Papa tolerat, scilicet Ecclesia, decimas, & alia spiritualia esse penes laicos.* De hoc tamen semper possessio adfuit in Regno nostro pro Regiis Episcopatibus, & abatiis, quæ, tanquam supremi Domini, majoribus fruuntur privilegiis, ut animadvertit etiam *Parisius in tract. de resignat. benefic. lib. 1. n. 23.* ubi disputans, qui teneatur solvere pensionem, mortuo beneficiato, inquit, in beneficiis spectantibus ad Regis collationem, *adveniente tempore deberi ex fructibus ab æconomo destinato*, allegans *Gigam de pensionibus q. 65.* per totam: immò subdit, quòd in Regno Galliæ fructus beneficiorum, durante tempore vacationis, ex integro pertinent Regi illius Regni, quo tempore durante, nunquam exigitur pensio imposita: *In Francia, tamen* (sunt ejus verba) *tẽpore apertæ Regaliæ, scilicet à die vacationis episcopatuum usque ad subrogationem alterius, non solvitur pensio, sed integri fructus Regi solvuntur, ut tradit Alnuf. de jure Regal. privil. 53. relatus à Bursat. d. cons. 361. n. 10. ex doctrina Castrens. cons. 442. videtur lib. 2.* Hoc autem non practicatur per piissimos, & catholicos nostros Principes.

Quamvis autem hujusmodi cognitio, lite pendente pro securitate fructuum, pertineat Judici Ecclesiastico ex *clement. u-*

nic. de sequestr. possessionis, & *fructuum*; hoc procedit, cum agitur de sequestro fructuum pro partium indemnitate, cum hoc ut notum est, mandari debeat à Judice causæ principalis: non autem procedit in jure, & interesse, quod habet Rex noster in beneficiis Regalis collationis, ut serventur 16 fructus Ecclesiæ pro futuro Abbate, quousque declaretur, quisnam ex duobus manuteneri debeat in possessione Abbatiæ, ut supra ostensum fuit, & cum agitur de causa pertinente ad Regium jus Patronatus, potest esse Judex competens idem Princeps, & suum supremum Consilium. *Nec mirum* (*Salzed.* inquit *de la politica lib. 2. cap. 13. sub num. 46.*) *nam in iis, quæ ad Regem pertinent, ei competit cognitio, ac jurisdictio, etiam quòd de possessorio, & petitorio præbendarum agatur, Aufrer. de potest. secul. fallentia 25. Carolus de Grassis de jur. Regni Franciæ cap. 5. col. final. & cap. 1. col. 5. & n. 47.* testatur de observantia illorum Tribunalium, & Senatus Granatæ relata per *Mieres.* his verbis: *In nostro Regno de materia possessoria beneficiali coram Judicibus sæcularibus agitur, præsertim dum ad Regium Patronatum attinet, ut etiam de praxi Episcopatus Granatensis testatur Mieres de major. p. 3. q. 11. n. 28. cum in causa propria Regis ipse competens Judex sit, etsi sæcularis, contrà Clericos ejus bona possidentes, Oldrad. cons. 83. Alberic. in auth. statuimus col. 3. C. de Episcop. & Cleric. Matthien. l. 3. gloss. 10. n. 1. tit. 10. lib. 5. recop. Felin. in cap. Ecclesia S. Mariæ de constit. n. 7. Palac. Rub. in cap. per vestras 2. not. §. unico de donat. inter.* Nec difformis est observatia in nostro Regno, ut videre est apud *Revert. decis.* 485. ubi, collato per summum Pontificem quodam beneficio, quod supponebatur regiæ collationis, nulla adfuit controversia, quòd cognitio spectaret regio Collaterali Consilio, cum causæ omnes pertinentes ad patronatus regios judicari, & pertractari debeant coram regiis ministris, ut etiam observant *Solorzan. tom. 2. lib. 3. cap. 3. n. 25. & 26. Pater Fragos. de regim. christian. reipub. parte 1. lib. 2 disputat. 4. §. 4. membr. 7. n. 364. Cabed. de reg. patronat. cap. 1. n. fin. Tepat. de justit. distrib. 1. parte cap. 14. n. 16.*

Cæterùm in causis beneficialibus recursus haberi non posset ad laicos, & proinde recurrens non auditur, nisi error, ac attentatum purgetur. Item recurrens ad Judices laicos in causis beneficialibus, seu Ecclesiasticis, incidit in pœnam excõmunicationis ex dispositione tum bullæ *in cœna Domini* §. 16. tum sacrorum Canonum *in cap. noverit*, & *in cap. gravem de sent. excom.* & in *cap. qualiter & quando de judic.* ut dixit *Rot.* inter impress. post 2. *vol. consiliorum Farinacii decis.* 121. *dec.* 181. *num.* 1. & *decis.* 212. & *seq.* non obstante quacunque consuetudine in contrarium, quia tanquam improbata, & sacris canonibus inimica, est prorsus invalida, ut fuit decisum in una *Calaguritana beneficii de Brandivilla* 8. *Junii* 1607. *coram bon. mem. Card. Sacrato*, & *in Osens. canonicatus* 1. *Decembris* 1595. *coram Penia*, quæ est penes *Farinacium* post *cons. decis.* 103. *num.* 2. ita ut indistincte audientia recurrenti denegetur, etiamsi allegaret, recursum fuisse habitum ad condiuvandam jurisdictionem Ecclesiæ, ut fuisse pluries decisum testatur *Rota decis.* 175. *n.* 8. *part.* 4. *tom.* 2. *recent.* Recte autē dici potest, recursum ad laicos, tanquam homines privatos, juvare tantùm, non secus ac si quis invocaret auxilium cujuslibet transeuntis per vicum & plateam, si forte ab aliquo potentiori de facto a propria domo expelletetur: quod tanquam licitum videtur admisisse *Rot. in Judi. benefic.* 5. *April.* 1604. *coram Penia* impressa apud *Farinac.* post 1. *vol. cons. dec.* 212. *nu.* 11. non verò tanquam ad Judices, & superiores, ut compellant Episcopum intimando eidem regiam voluntatem, & præceptum, ut habetur apud *Puteum dec.* 5. *lib.* 3. *Rot. decis.* 624. *num.* 10. *part.* 1. *recentior.* & *decis.* 324. *num.* 4. *coram b. m. Buratt.* ubi *Add. lit. F.* allegant concordantes *Rot. dec.* 112. *num.* 11. impress. *apud Farinac.* post *cons. Mandos. in tract. de monitor. qu.* 1. *in* principio *Mart. de jurisdict. part.* 2. *cap.* 52. *num.* 11. etiamsi deinde à ministris laicis aliquod aliud decretum non emanaverit, quia pœna contra recurrentes ad judices laicos incurritur ex ipso actu recursus, ut respondit *Rota in Valentina pension.* 3. *Jun.* 1602. *coram b. m. Hitta* impressa post *cons. Farinac. lib.* 2. *sub. num.* 5. Sunt enim ejusmodi recursus prohibiti tum ratione materiæ, si agatur de pensione Ecclesiastica, tum ratione litis pendentiæ super eadem pensione, si de eadem agatur coram judicibus Ecclesiasticis, tum demum ratione personæ ipsius Episcopi, contra quem laici jurisdictione penitus carent, *cap. sacerdotibus* 11. *qu.* 1. *Abb. in c. qualiter*, & *quando num.* 7. *de judic.* & *in c. nullus num.* 1. *de for. competent. Soccin. in cap. gravem num.* 7. *de excess. Prælator. Rot. decis.* 10. *de consuetud. in antiqu.* & debet

bet dici recurſus habitus, ſi in literis recurrens eſt nominatus, ut ponderavit *Rot. deciſ.* 107. *num.* 6. *part.* 6. *recent. dec.* 225. *nu.* 3. *coram b. m. Coccino*, prout etiam ſi curando feci[illegible] quòd eæ præſentarentur Epiſcopo coram notario: ex hoc enim dicitur illas ratificaſſe, & approbaſſe, quòd ad ejus inſtantiam emanatæ fuerunt, *Rot. deciſ.* 216. *num.* 3. *verſ.* 3. quæ eſt penes *Farinac.* poſt *conſ.* & ſatis eſſet, quòd illis, ſtatim ac ſcivit, non renunciaverit, *Buratt. deciſ.* 446. *num.* 8. *Add. ad Gregor. XV. deciſ.* 336. *num.* 15. & fuit deciſum in *Hiſpalenſi attentatorum* 27. *Februarii* 1617. *coram SS. D. Innocentio X.* & in *Barcinonenſi adminiſtrationis* 17. *Martii* 1645. *coram R. P. D. Ghislerio*: & hac in re propter difficultatem probationum, & in odium recurrentium, probationes imperfectæ, ac leviores admitti ſolent, *Seraph. deciſ.* 1094. *num.* 2. & *deciſ.* 1296. *num.* 10. *Coccin. deciſ.* 425. *num.* 3. *Rot. in Januenſ. cenſus* 16. *Januarii* 1613. *coram b. m. P. Manſanedo*, ubi adhibita fuit fides teſtibus examinatis coram Judice incompetenti, & *deciſ.* 529. *num.* 2. *coram Cavalerio deciſ.* 632. *num.* 3. *coram Buratt.* & *deciſ.* 173. *nu.* 8. *part.* 6. *recentior.* imo & præſumptio ab intereſſe reſultans ſufficit, *Caval. dec.* 372. *num.* 4. *Andr. deciſ.* 66. *num.* 4. *Buratt. deciſ.* 335. *n.* 4. & *deciſ.* 632. *num.* 3. & *ſeq Add. ad Gregor. XV. deciſ.* 96. *num.* 7.

CAP. VII.

De jure patronatus ſuper Feudis.

SUMMARIUM.

Feudatarius, ſi Eccleſiam, quam in feudo habet, deſtructam reficiat, generaliter acquirit jus patronatus in ea ut enucleatur num. 1. *præſertim accedente obſervantia num.* 2. *Devoluto Feudo, ex quibus feudatarius non amittat jus patronatum ad eo acquiſitum ejus propria pecunia n.* 3. *In caſu devolutionis tranſit in fiſcum unitum, & annexum feudo n.* 4. *Jus patronatus quibus modis acquiratur n.* 5. *Devoluto feudo, acquiritur Regi jus patronatus, ſitque Regiæ collationis, & regalia n.* 6. & *pro ejus tranſlatione ad ſucceſſore requiritur ſpecialiſſima mentio n.* 7. *Jus patronatus an ſit de feudo ita ut in ſucceſſorem tranſeat, & ex quibus recurrendum ſit ad conjecturas, enucleatur n.* 8. *ubi illæ enumerantur. Si ſucceſſores feudi in jure patronatus ſint vocati, non niſi hæredes in feudo admittendi ſunt ad præſentandum num.* 9. *Jus patronatus regiæ collationi conceſſum feudatario ſuper feudo vel adhærens, caſtro, vel villæ regiæ, retinet naturam regaliæ, quæ exercetur a feudatario* 10. *nec ſubjacet regulis cancellariæ, nec reſervationibus factis ad beneficiorum collationem ſummi Pontificis* 11. *Eveniente caſu in curia vacationis non derogatur hujuſmodi juri patronatus* 12. *Super eo imponi nequit penſio abſque Principis, aut feudatarii expreſſo conſenſu* 13. *Si expreſſe derogatum cerneretur per ſummum Pontificem patronatui regiæ collationis, denegari poteſt executio* 14. *Literis apoſtolicis nunquam poteſt dici derogatum patronatui regiæ collationis, niſi ſpecialiſſima fiat, mentio, illud eſſe Principis regaliam* 15.

SI feudatarius Eccleſiam, quam in feudo habet deſtructam, reficiat, acquirit jus patronatus in ea, cum non differat jus, quod aliquis acquirit in eccleſia, eam dotando, vel ædificando, juxta reſcriptum *Clementis III. in cap. nobis fuit*, &, *Lucii III. in cap. præterea 12. de jur. patr.* ab eo, quod acquirit, ſi deſtructam, aut ruinæ minantem reparet, aut reædificet: *Nam & is ſacræ domus ædificator dici poterit*, inquit Imperator Juſtinianus *in auth. ut nullus fabricet Oratorii domos §. ſi autem non ſufficiat collat.* 5. Hinc *Angelus*, & alii commentatores ſuper eodem textu docent, eadem forma, ut fundatori, acquiri jus patronatus reædificatori Eccleſiæ, & animadvertunt *Innocent. in c.* 3. *de jure patronatus*, *Felinus in cap. cum accepiſſet num.* 33. *de conſtit. Menoch. conſ.* 90. *n.* 27. *Rochus de jur. patronat. in verbo fundavit*, *Seraphinus deciſ.* 555. *num.* 2. *Vivianus in eodem tract. lib.* 2. *cap.* 5. *num.* 5. *Capolla de ſervit. urbanor. prædiorum rubric.* 59. *quæſt.* 15. *Garz. de beneficiis part.* 5. *cap.* 9. *num.* 51. & *Lambertinus de jure patron. lib.* 1. 6. *quæſt. princip. primæ partis art.* 3. *num.* 16. ubi addit ſufficere ad hoc obtinendum, quòd eccleſia redacta ſit in talem ſtatum, quod dumtaxat requiratur conſecratio. Ex qua ratione, ut habetur in legibus partitarum 18. *tit.* 5. *lib.* 7. Hiſpaniarum Reges acquiſiverunt, & ad præſens habent perpetuum jus patronatus in Eccleſiis illorum Regnorum, ibi: *Porche Gavazon las Tierras de los Moros, e fizieron las mezquitas Teleſias*, & cum reductione Moſchearum in Eccleſias, cum conſecrandæ eſſent, juſtè acquiſiverunt jus patronatus, ut poſt *Salgadum*, *Gregorium Lopez*, & *Solorzanam*, arguit *Salcedus in tractatu de la politica lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 7. *Quia*

cum

cum Ecclesiæ (inquit ille) a Mauris mezquitæ constructæ fuissent, ad novam erectionem illarum consecratio mezquitarum desiderabatur: quod est sufficiens ad jus patronatus acquirendum, ut observat etiam *Lother. de re beneficiaria lib. 2. qu. 8. nu.* 18. cum quo concordat *Rota Romana dec.* 58. *num. 6. part. 1. recentior.* quod eo magis procedit, existente observantia, quæ
2 est optima privilegiorum, & concessionum interpres, & præcipue attenditur in jure patronatus, *Rota Romana* post *Vivianum decis.* 36. *num.* 11. & *decis.* 86. *nu.* 20. *Gabriel. cons.* 196. *num. 6. lib. 2. Lotherius de re beneficiaria lib. 1. quæst.* 34. *num.* 3. & 12. *Mansi consul.* 148. *num.* 13. & *nu.* 49. & devoluto feudo, non per hoc amittit feudatarius jus patronatus ab eo acquisitū ejus propria pecunia. Sic docent
3 *Laurent. Hugo*, & *Archidiac. in can. in sacris* 16. *qu.* 1. post alios relatos per *Lambert. lib. 1. qu. 8. princip. num.* 8. Et in casu devolutionis transit in Fiscum unitum, & annexum feudo, *Abb. in cap. 1. col. penult. vers. quærit de elect. Coccin. dec.* 232. *nu.* 1. *Rot. dec.* 53. *num. 5. par. 5. recent. Lambert. lib. 1. 2. quæst. princ. art.* 40. *Lother. de re benef. lib. 2. qu.* 14. *num.* 27. Tribus enim modis acquiritur jus patronatus, nempe ratione fundi, dotis, & constructionis Ec-
5 clesiæ, & inter hos primum locum obtinet ratio fundi, cum sufficiat quodlibet jus, quod quis habeat in territorio ad illum reddendum compatronum in Ecclesiis juxta animadversionem *Jo: Andreæ*, & *Archid. in cap. in nobis de jur. patron.* cum non alteri, quàm domino fundi principaliter debeatur acquisitio, *cap. piæ mentis* 16. *qu.* 7. & ibi *gloss. Innoc. in rubr. de jur. patron. vers. acquirit autem*, *Jo: Andr. ibid.* & *Cardin. in* 2. *quæst. Host. in summa ejusd. tit.* §. *ex quibus col.* 1. *Abb. in cap. querelam ante finem col.* 3. *de elect. Archid. in cap. idcirco eod. tit. in prine.* & passim DD. Hinc Ecclesia Episcopalis, seu Monasterium, cujus erat fundus, habebit jus patronatus in Ecclesia, Oratorio, seu Hospitali fundato super ipso fundo, non autem Prælatus ipse, vel ejus hæredes, *Abb. in cap. 3. de Eccl. ædific. Felin. in cap. cum venerabilis* 12. *col. de except. Lambert. qu. 3. art.* 18. *num.* 1. Et in terminis feudatarii ædificantis Ecclesiam in territorio sui Feudi (quod idem est in reædificante, pro quo consideratur eadem ratio) quòd non ipse, nec ejus successores, sed Feudum ipsum, illiusque utiles Domini acquirant patronatū, docuit *Cardin. cons.* 122. *quidam habens quoddam Feudum*, quem sequuntur *Felin. in cap. cùm venerabilis* 12. *col. de except. Archid. in can. in Sacris* 16. *quæst.* 1. & post alios *Lambert. dict. quæst.* 3. *lib.* 1. *art.* 11. *in fine*. Nàm ad hoc, *ut acquiratur jus patronatus*, sunt ejus verba, *necesse est in datione fundi transferri utrumque dominium, directum, & utile: quomodo ergò Vassallus poterit acquirere jus patronatus ratione fundi in Ecclesiæ constructa super fundo feudi, cùm in illo non habuerit directum dominium? Certè non video, quomodò hoc possit procedere. Et tantò magis, facta privatione feudi in vassallum, quo casu dominium utile consolidatur cum directo, & sic nullum dominium remanebit penès vassallum*: & postea subdit, nec etiam posse compatronos prætendi hæredes ob expensas constructionis Ecclesiæ, quia adhùc dici potest, quòd cedant solo. Hæc autem eo magis procedunt, si feudatarius Ecclesiam dotavit reditibus feudalibus, cum hoc casu jus patronatus acquiratur successoribus in feudo, ut ostendit idem *Lambert.* 8. *quæst. princ.* 1. *part. lib.* 1. *art.* 8. *sub num.* 2. qui utitur exemplo prælati dotantis Ecclesiam bonis ejus sedis, sive Cathedralis, cui acquiritur jus patronatus juxta *textum in cap. Apostolicos* 12. *quæst.* 2. & ibi *glos. Eodem modo*, subdit *Lambertin. si Ecclesia reperitur dotata de facultatibus feudi, non ipse vassallus, ut privatus, considerandus erit Patronus, sed ipsum feudum in abstracto, hoc est ille, qui erit successor in feudo, sicùt in Ecclesia successor in beneficio.* Devoluto autem feudo, acquiritur Regi jus patronatus, fitque
6 Regiæ Majestatis, & regalia, *Salgad. de Regia protect. p.* 3. *c.* 10. *num.* 226. & *de retent. bullar. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 137. & pro ejus translatione ad alium requiritur specialissima mentio, *Cabed. de patronatu Regiæ Coronæ c.* 3. *n.* 3. & *dec. Lusit.* 27. *n.* 10. *p.*
7 2. *Barbos. de officio*, & *potest. Episcop. alleg.* 71. *sub nu.* 2. & feudatarius exercet non nomine proprio jus patronatus, sed nomine ejusdem feudi, & tanquam procurator Principis, cum talis dicatur feudatarius, *Aflict. in cap. si vassallus num.* 3. *si de feud. defunct. milit. Reg. de Ponte de potest. Proreg. tit. de diversi. provis.* §. 4. *nu.* 62. *Frecc. de subfeud. auth.* 10. *Petr. Greg. de concess. feud. p.* 5. *qu.* 10. *num.* 14. & in simili facti contingentia ita respondit, & consuluit *Jo: Andr. in cap. fin. de concess. præbend.* quem sequuntur *Abbas*, & cæteri communiter, *eod. loc.* & *Lambertin. lib.* 2. *par.* 1. 4. *quæst. princ. art.* 3. *col.* 3. ubi adeo dicit esse receptam eam opinionem apud DD. *ut nesciam* (sunt ejus verba) *quomodo possemus ab illis recedere.*

An jus patronatus sit de feudo, ita ut in successorem transeat juxta *textum* in c. ea

Lic-

8 *literis 7. & c. cum ſæculum de jure patronatus* cum concordantibus? Recurrendum eſt ad conjecturas, quæ naturâ juris patronatus demonſtrant. Primò id verum eſt, quod tale cenſetur jus patronatus, quales ſunt perſonæ, quæ illud conſtituunt, ac in illius quaſi poſſeſſione exiſtunt, *gloſ. in cap. ſint manifeſtæ verbo probantur ad finem 12. quæſt. pr.* quam ſententiam probarunt *Rota* apud *Puteum deciſ. 222. verſ. & pro reſolutione* in correctis *lib. 2. & deciſ. 90. verſ. & fuit reſolutum lib. 3. & Durandus deciſ. 285. num. 85.* Si autem conſtructor, & fundator fuit Baro, jus patronatus præſumitur feudale. Augetur magis hæc ratio pro pertinentia juris patronatus penes eum, qui loci dominus fuit; præſumptio enim eſt tali caſu, prò annexione, ſeù realitate magis, quàm pro perſonalitate, & ſic quòd dicatur ipſi loco, ſeù dominio annexum, ut habetur in *deciſ. 697. num. 3. p. 1. recentiorum*, ac aliis relatis *deciſ. 46. par. 9. recent. num. 9. in Signina juris patronatus 11. Februarii 1648. coram Peuticerio*, & in aliis, & ita etiam optimè *Cardinalis de Luca diſcurſu 5. de jure patronatus num. 9.* Nec obſtat *Regens de Marinis reſolutionum juris lib. pr. cap. 221. num. 8.* ubi firmat contrarium; nam diſputat caſum, in quo Summus Pontifex licentiam dedit cuidam Comiti reficiendi quoddam Monaſterium, quod extabat, & eidem conceſſit jus patronatus, & ideo benè reſolvit *Regens de Marinis*, jus patronatus eſſe feudale, quoniam nulla intervenit conſtructio, fundatio, ſeù dotatio, ſed ſola refectio, quæ ex ſe non importat acquiſitionem juris patronatus, *Vivianus in praxi lib. 1. cap. 2. n. 54. ex gloſ. pr. in cap. 3. de jure patronatus*, *Card. de Luca de jure patronatus diſcur. 55. num. 16.* ſicuti neque ex ingenti donatione, quæ fit Eccleſiæ extrà cauſam dotis, *Vivianus lib. 2. cap. 5. num. 12. & 20.* poſt alios Doctores ibi relatos, & ideò non intrabat inſpectio, an jus patronatus fuiſſet feudale, eo magis quòd Monaſterium non erat ſitum in fundo, ſeù ſolo feudali.

Cæterum ſi Eccleſia fuerit fundata in ſolo feudali, tunc indiſtinctè cum feudo tranſit in ſucceſſorem, quæ ſententia nullam habet contradictionem, neque perquiritur, unde ſit, & an ab ipſo fundante dotata: ſat enim eſt, quòd ſit in loco feudi, ut firmant idem citatus *Regens de Marinis loco citato diſt. cap. 221. num. 7. Rota dec. 697. par. pr. recent. num. 3. & deciſ. 46. num. 9. par. 9. recent. & Lotherius de re beneficiaria lib. 2. quæſt. 9. num. 58.*

Ulterius conjectura oritur ex vocatione patronorum ad jus patronatus: ſi enim vocantur ſemper maſculi majores natu, excluſis fœminis, quæ ſolùm reperiuntur admiſſæ, ac vocatæ in caſu deficientium maſculorum (qui quidem ordo, ut omnibus innoteſcit, exactiſſimè ſervatur in ſucceſſione feudorum illi preferuntur.) Omnes enim ſciunt: in feudorum ſucceſſionibus hæc quatuor indiſtinctè attendi, nempè lineæ, gradum, ſexum, & ætatè, ita ut qui ad feudi ſucceſſionem aſpirat, debeat eſſe in linea ultimi morientis in gradu proximior, maſculus, & major natu, iſque, in cujus perſonam hæc omnia concurrunt, cuicunque alteri in feudi ſucceſſione præfertur: quare non attenditur gradus, niſi fuerit in linea, nec ſexus, niſi fuerit in gradu, nec denique ætas, niſi fuerit in ſexu, ut optimè quidem poſt *Molinam* & alios Doctores notavit *Fontanella deciſ. 34. num. 3.* ibi: *Et inter iſtas qualitates, & requiſita, ſervatur hæc prærogativa, & ſuperioritas, ut primò debeat conſiderari linea, mox gradus, deinde ſexus, & ultimo loco ætas, atque ità non eſt curandum de gradu, niſi in linea, nec de ſexu, niſi in gradu, nec denique de ætate, niſi in gradu.*

Quod etiam fuit notatum ab addente *ad Molinam lib. pr. cap. 4. num. 14. Et hinc infertur* (ipſius ſunt verba) *quòd cum lex privilegiat lineam, poſtea gradum, ſtatim ſexum, deindè ætatem, non eſt curandum de gradu, niſi in linea, neque de ſexu, niſi in gradu, nec de ætate, niſi in ſexu*: idemque probant *Marinus Freccia de ſubfeudis tit. de feudis hæreditariis, num. 22.* & ante eum *Baldus conſ. 137. in fine lib. 2.* & *Gregorius lib. 3. tit. 13. par. 6.*

9 Si clarum ſit, ſucceſſores feudi fuiſſe vocatos ad jus patronatus, dicendum eſt eſſe hoc jus patronatus feudale, & ideo non niſi hæredes in feudis admittendos ad præſentandum, ut millies fuit dictum per *Rotam*, & optimè in *Laudens. juris patronatus 21. Maii 1643.* & aliis in ea adductis, & in *Piſtorienſi juris patronatus 9. Februarii 1624.* coram *Merlino*, & *in eadem 31. Maii 1624. coram eodem*, & *coram Urgellenſ. deciſ. 173. à num. 1.* & *coram Durando dec. 285. nu. 20.* & alibi paſſim, *Vivian. dec. 136. num. 3. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſumpt. 103. n. 29. Anchar. conſ. 346. Cardin. de Luc. diſc. 2. de jure patr. num. 12.*

De jure patronatus tractant per integros tractatus *Vivianus, Lambertinus, Webarus*, & *Stephanus*: & de eadem materia pertractant, ultra Auctores ſupra ſparſim citatos, *Rocchus de Curte*, *Paulus*

Digitized by Google

lus de Cittadinis, Joannes Nicolaus Delphinatus, Antonius de Butrio, Joannes de Anania, Henricus Boich. Cæsar Lambert. in tract. sing. Filesc. de Episcopis cap. 4. Hackelman. disput. jur. canon. 10. Marcus Antonius in praxi Archiepiscopali Curiæ Neapolitanæ cap. 82. & seqq. Ricc. in prax. eccles. fol. 136. Paul. Zyl æus in analysi juris Pontificii lib. 3. fol. 251. & seqq. Fab. de religione lib. 3. per tot. Colleg. Argentoratens. vol. 1. cons. 35. Costa cons. 79. Servinus Playdoy tom. 1. fol. 309. & sequ. summa Rodriquez part. 4. pag. 211. Corona de Sanct. Eccles. tom. 4. pag. 467. Riccius in prax. tom. 1. pag. 79. Pax Jordanus in elucub. tom. 2. pag. 226. Carpzov. in jur. eccl. pag. 73. Ventriglia in prax. tom. 2. pag. 1. Conradus in prax. benefic. pag. 429. Zerola in prax. Episc. pag. 197. & par. 2. pag. 72. Nicolius tom. 2. resol. pag. 171. Gran. in decret. tom. 3. pag. 205. Tuscus tom. 4. pag. 511. Covarruvias tom. 2. pag. 505. Rodericus in quæst. mor. pag. 623. Barbosa in decis. apost. pag. 413. & in repert. jur. pag. 203. Lessius de just. & jur. pag. 57. Barbosa de potest. Episc. tom. 3. pag. 346. Barbosa de jure eccles. tom. 2. pag. 188. Genuensis in prax. Archiepiscopali pag. 531. Gavantes in manual. Episc. pag. 155. Lorichius tom. 2. thes. Theol. pag. 1264. Allozza in flor. sum. pag. 447. Sa in aphorism. Confess. pag. 316. summa Naldi pag. 424. Aranxus in dec. mor. pag. 261. Rubeus in aphoris Episc. pag. 357. summa Litterati pag. 359. summa Sylvestri part. 2. pag. 79. Crespetius in sum. pag. 536. Tepatus tom. 1. pag. 25. Sannig. tom. 4. theol. moral. p. 298. de Luca in Theatr. Verit. tom. 13.

De beneficiis juris patronatus *Acta Eccles. Mediol. pag.* 106.

De institutione juris patronatus *Riccius in prax. tom. 4. pag.* 280.

De conditionibus in fundatione juris patronatus *Riccius in praxi t. 4. pag.* 318.

De consensu Episcopi in donatione juris patronatus *Riccius in prax. tom. 3. pag.* 233.

De derogatione juris patronatus *Riccius in prax. tom. 3. pag.* 123.

CAPUT. VIII.

De pensionibus.

SUMMARIUM.

Pensio quid sit, explicatur num. 1. *Non est propriè beneficium* 2. *Quænam ætas requiratur ad recipiendam pensionem, & quænam ad beneficiũ acquirendum* 3. *Potest dumtaxat imponi a summo Pontifice* 4. *Nequit imponi super distributionibus quotidianis.* 5.

Beneficiatus gravatus pensione debet illam solvere, ubi est beneficium gravatum pensione 6.

Pensionarius debet esse Clericus non bigamus, nec conjugatus 7.

Pensionarius quando possit redire ad suum beneficium, si pensio non solvatur 8. *Tenetur recitare officium Beatæ Virginis* 9. *Excusatur, si sit Sacerdos, qui tenetur recitare officium divinum* 10.

Pensio ritè imposita in beneficio, non potest absque labe simoniæ extingui anticipatis solutionibus sine licentia Papæ 11. *Ratio adducitur* 12.

Si beneficia debeant ex gratia concedi Regnicolis, an super eis possint exteris concedi pensiones 13.

Præbenda an possit à laico possideri 54.

Pensio super beneficio potest etiam laicis conferri 15. *Potest imponi super fructibus, etiamsi consisterent in distributionibus quotidianis* 16. *Potest imponi per modum quotæ, & quando* 17. *Est quid merè profanum* 18.

Pensionarius tenetur Episcopo solvere charitativuum subsidium 19.

PEnsio est jus percipiendi partem fructuũ ex beneficio ecclesiastico, *Garzias par.* 1 *2. de beneficiis cap. 5. n. 3.* & non est propriè beneficium, *Paris. lib. 2. de beneficiis quæst. 15.* adeoq. ratione beneficii, non 2 ratione pensionis quis sortitur forum. Ad pensionem recipiendam satis est ætas 3 septem annorum, ad beneficium verò requiritur ætas quatuordecim annorum, *Gigas de pensionibus q. 13.* contra *Garziam* requirentem etiam ad pensionem ætatem quatuordecim annorum. Pensio prò toto orbe, & prò tota ecclesia, potest imponi dumtaxat a summo Pontifice, non ab E- 4 piscopo, *cap. pastoralis de iis quæ fiunt a prælat. cap. cum de venerabilibus de censibus* Pensio nequit imponi super di- 5 stributionibus quotidianis, *cap. unico de Clericis non residentibus cap. licet de præben.* Beneficiatus gravatus pensione debet solvere pensionem, ubi est be- 6 neficium gravatum pensione, *Tondutus tract. de pensionibus cap. 38. num. 1.* Pensionarius debet esse Clericus, *cap. cum* 7 *adeo de rescriptis cap. dilecto de præb.* Non potest esse bigamus, nec conjugatus, *cap. f. de big. in 6. cap. unico de Clericis conjugatis in 6.* Pensionarius redire potest 8 ad suum beneficium, si pensio ei non solvatur, & sub tali conditione, & pacto, renunciaverit cum clausula non, alias, nec aliter, *cap. 1. de pactis, Puteus dec. 248.* Pensioniarius tenetur recitare officium

Digitized by Google

9 ficium Beatæ Virginis ex motu S. Pii V. *Diana part.* 10. *tract.* 6. *miscellan. resol.* 94. Si verò pensionarius sit sacerdos, vel alius beneficiatus recitans officium divi-
10 num excusatur a recitatione officii Beatæ Virginis, *Pilaja lib.* 3. *decis.* 3. *num.* 1. Pensio ritè imposita in beneficio non potest absque labe simoniæ extingui anticipatis solutionibus sine licentia Papæ,
11 *Parisius lib.* 6. *de resignatione benefic. qu.* 2. *num.* 128. *Chartarius decis.* 16. *num.* 61. *Navar. cap.* 23. *num.* 111. *Aragon.* 2. 2. *qu.* 100. *de simonia art.* 4. *Azorius qu.* 2. *lib.* 8. *cap.* 10. contra *Vivium decis.* 50. *n.* 8. *lib.* 5. *Gigantem de pensionibus quæst.* 85. *num.* 1. *Caccialupum de pensionibus quæst. ult. in fin. Toletum lib.* 5. *summæ cap.* 92. *num.* 1. *Cajetanum opuscul.* 17. *resp.* 10. *Lessium lib.* 2. *de justitia cap.* 37. *dubio* 22. *num.* 122. *Lumbier, observat.* 12. *prop.* 45. §. 3. *num.* 413. Ratio est, quia pensio est jus spirituale, & illam extinguere,
12 anticipatis solutionibus, esset recipere pro extinguenda re spirituali, quod esset simoniacum. Secundò, quia per causas, per quas fit res, resolvitur, *cap.* 2. *de regulis juris*; unde si pensio non potest constitui, non potest tolli sine authoritate Papæ III. quia pensio nequit a tertio emi, nec a beneficio redimi. Quartò, quia nequit sine labe simoniæ in resignatione beneficii cum pensione apponi pactum, ut pensio possit redimi: Nam tale pactum esset onus æstimabile, ideoque Papæ narrandum, *Lessius loc. cit. num.* 24. *Lumbier dict. loc. num.* 414. ergo nec sine licentia Papæ valet extingui anticipatis solutionibus: posset tamen gratis pensionarius nolle exigere pensionem, seque de medio tollere, *Gomez. in regul. cancel. de infirmis resignantibus qu.* 15. *Gigas de pensionibus q.* 45. *nu.* 6. *Caputaquensis qu.* 2. *dec.* 305. Nec valet dici, quòd anticipatis solutionibus tantùm extingueretur temporale onus beneficii, solvendi scilicet pensionem jam à beneficio separatam authoritate Papæ & quòd ideo possit fieri propria aurhoritate: nam respondetur *ex cap.* 20. *de regulis juris*, quòd onus ut nequit imponi, ita nequit propria authoritate tolli.

Si beneficia debeant ex gratia vel statuto concedi Regniculis, prout procedit in
13 nostro Regno, ut enucleavimus in *cap.* 1. hujus *tomi*, & latissimè *cap.* 26. *tom.* 4. non possunt super beneficiis concessis Regniculis exteris concedi pensiones, quamvis contrarium sit probabilius. Cum
14 pensionarius non sit beneficiatus, nullum acquirit titulum super beneficio, & non tenetur ad residentiam in loco beneficii, latè *Reg. Tap. decis. Neal.* 15. *per totam*: idque adnotavimus in præcedenti *cap.* 1.

Præbenda quatenus spiritualitatem con-
15 cernit, a laico possideri nequit: ipsius tamen fructuum perceptio rectè potest, *Reg. de Ponte cons.* 116. *tom.* 2. *num.* 6. Pensio super beneficio potest etiam laicis conferri, & ideò non inducit probationem Clericatus, *Reg. Revert. decis.* 102. *tom.* 1. *num.* 3. Pensio est valida, si sit im-
16 posita super fructibus, licèt omnes fructus consisterent in distributionibus quotidianis, & de hoc nihil dictum esset, *Achil. de Grass. dec.* 420. sive *de pensionibus decis.* 8. Pensio potest imponi per mo-
17 dum quotæ, & quantitatis, dummodo non excedat medietatem, *Achill. de Grass. decis.* 8. *de pensionibus num.* 3. Pensio su-
18 per beneficio est quid mere profanum, & temporale, quod nihil commune habet cum ipso beneficio, *Gizzarell. dec.* 77. *num.* 8. Pensionarius, qui fructus beneficii percipit, tenetur Episcopo solve-
19 re charitativum subsidium, *Gizzarell. dec.* 77. *num.* 13.

Quamvis pensio super beneficio, dum resignatur, non possit reservari, nisi authoritate Papæ, nec sufficiat authoritas, & bulla ordinarii; si tamen adfuit supplicatio signata, licèt non fuerint expeditæ bullæ, potest pensionarius pensionem exigere, beneficiato patiente neque alius id poterit opponere, *Gizzarell. dec.* 77. *num.* 15.

De pensionibus ecclesiasticis agunt per integros tractatus *Barbosa*, *Gigas*, & *Tondutus*, & de eadem materia pertractant idem *Barbosa de potest. Episc. tom.* 3. *pag.* 554. *in decis. apost. pag.* 530. & *in repert. jur. pag.* 278. *Ventriglia tom.* 2. *prax. pag.* 163. *Summa Rodriquez. part.* 2. *pag.* 58. *Azorius in sum. tom.* 2. *pag.* 970. *Filiucius tom.* 4. *pag.* 97. *Barbosa de jur. eccles. tom.* 2. *pag.* 172. *Tepatus tom.* 1. *pag.* 23. *Alvarez in specul. Princ. pag.* 330. *Allozza in flor. sum. pag.* 615. *Sà in aphorism. confess. pag.* 419. *Rubeus in aphorism. Episc. pag.* 460. *Tuscus tom.* 6. *pag.* 109. *Vega in sum. tom* 2. *col.* 635. *Lorichius tom.* 2. *thes. Theol. pag.* 1557. *Marcant. tom.* 3. *Trib. Anim. pag.* 223. *Pilaja tom.* 2. *in instit. Can. pag.* 271. *Ridolphinus in prax. pag.* 384. *Barsæus tom.* 1. *pag.* 674. & *tom.* 2. *pag.* 643. *Riccius in prax. tom.* 1. *pag.* 236 *Zerol. in prax. Episcop. pag.* 311. *part.* 1. & *part.* 2. *pag* 98. *Malletus tom.* 1. *Theol. mor. pag.* 490. *Nicolius in flosc. pag.* 550. *Gavantes in manual. Episc. pag.* 221. *Summa Litterati pag.* 313. *Summa Naldi pag.* 568. *Crespetius in summa pag.* 716. *Zerola in prax.*

prax. Episc. part. 2. pag. 99. de Luca in theat. verit. tom. 13.

CAPUT. IX.

De Decimis.

SUMMARIUM.

Decimæ res sunt spirituales, Ecclesiæque reditus num. 1. Sunt inviolabiles, ac divina institutione debentur 2. Custodes si fraudulosè proprios in usus res eorum custodiæ commissas contra datum juramentum convertant, in re decimarum duo perpetrant crimina, furtum, & perjurium 3.

Athenienses olim Regibus decimam ex proventibus prædiorum suorum dabant. 4. & qualiter Romanorum Pontificum concessione variorum locorum decimæ in manus Principum, & aliorum laicorum transierint 5.

Decimæ, ac quoque novales, non possunt pervenire ad manus laicorum 6. Limitatur in commoditate exigendi decimas 7.

In materia exactionis decimarum consuetudo servanda est 8. & 10.

Possessio exigendi decimas ab uno non extenditur ad alium 9.

Paria sunt decimam, non præstare, ac eam inutilem præstare 11.

Decimarius potest prohibere, ne fructus à fundo exportentur, nisi ipso monito, ut videat, eorundem fructuum descriptionem fieri 12. ubi memoratur recens decisio Authore patrocinante sequuta pro Episcopo Tricaricensi.

Decimæ an præscribantur 13. & 24.

In causa decimarum appellatio non admittitur 14. Pro illarum exactione competit prælatio quibuscunque Creditoribus 15. In causis decimarum proceditur summariè 16. Contra non solventes decimas potest implorari brachium seculare 17.

Judex potest ex officio procedere contra non solventes decimas, etiam nemine petente 18. Pro exactione decimarum possunt mitti Custodes super fructibus 19.

Parochi pro decimis exigendis habent intentionem fundatam, Episcopi verò juris assistentiam 20.

Episcopi pro quarta habent actionem contra Parochos, non contra laicos 21.

Ad solutionem decimarum Papalium tenetur pensionarius super beneficiis, non beneficiatus 22.

Cardinales ex quibus non teneantur ad solutionem decimarum Papalium 23.

Ecclesia in abstracto considerata non fruitur decimis 25.

Quartam Episcopus non potest de legato Ecclesiis facto petere 26.

Pro decimarum exactione competit hypothecaria contra quemlibet possessorem, etiam pro præterito 27.

Ad solutionem decimarum an teneatur dominus, an colonus 28.

Quando decima de fructibus solvenda est, potest Baro, cui solvi debet, prohibere, ne fiat trituratio, & messium recollectio 29.

Decima paleæ Baroni quando præstanda sit 30.

Decima quando in horreo, & quando in arca præstanda sit 31. Si præstari debeat animalium, quando præstanda sit. 32.

Decimæ, quæ solvuntur ex animalibus pascua sumentibus in propria Diœcesi, prædiales dicuntur 33.

Decimæ reales res ipsas afficiunt 34.

Decimæ prædiales quo jure Parochis debeantur 35.

Decima prædialis est onus reale tam in prædiis, quàm in fructibus provenientibus ex illis 36.

Decima potest peti actione reali hypothecaria etiam à tertio possessore 37.

Ecclesia habet hypothecam pro decimis consequendis tàm futuris, quàm præteritis 38.

Decimarum solutio qualiter ex prædiis sit facienda 39.

Decimarum solutio per pactum tolli non potest 40.

Decimæ personales consuetudine sunt abrogatæ, & quomodo 41.

Decimarum onus qualitèr sub verbis generalibus intelligatur comprehensum 42.

Privilegium concessum à Papa de non solvendis decimis qualitèr intelligatur 43.

Decima prædialis non est onus fructuum, sed prædii 44. & reprobatur sententia Alciati respons. 35. vol. 1. 45.

Decimarum causa cur introducta sit 46.

Decimarum prædialium exactio unde dependeat 47.

Decimarum exemptio Religiosis concessa quomodo intelligatur 48.

Decimæ extraordinariæ an dentur à laicis pro bonis, quæ possident 49.

Decimarum solutio an per consuetudinem tolli possit 50.

Decimæ licèt in totum tolli non possint, possunt tamen minui 51.

Antiqua consuetudo decimandi probatur etiam ex consuetudine locorum convicinorum 52.

Decimæ debitæ, & præstari consuetæ Prælatis Ecclesiarum, omni contentione remota, præstandæ sunt, attentis capitulis nostri Regni 53.

Causæ

Digitized by Google

Causæ decimarum an sint spirituales, an temporales, & an in dictis causis possit procedere contra laicos Judex Ecclesiasticus, enucleatur num. 54.

Judex laicus qualitèr de possessorio in causis decimarum possit cognoscere, latè enucleatur 55. ubi reassumitur Authoris responsum in causa Collegialis Ecclesiæ, & Canonicorum S. Crucis Castri Civitatis Pedemontis de Alypha, pro quibus obtinuit pluribus decretis S. R. C. contra Colonos Casalis S. Gregorii.

Decimæ prædiales si debeantur Baroni, aut personis Ecclesiasticis, an vel ne debeantur, deductis expensis enucleatur nu. 55. ubi reassumitur Authoris responsum prò Illustri Principe Palmerici in causa cum Reverendis Patribus Jesuitis Civitatis Litii.

DEcimæ res sunt spirituales, Ecclesiæque reditus, de earumque origine, &
1 quomodo in manus laicorum pervenerint, multa habet *Hispinianus de templis lib. 5.* Decimæ sunt inviolabiles, *cap. sua 25.* ibi:
2 *Neminem potest à solutione decimarum eximere, quæ divina constitutione debentur, extra de decimis, Gayl. pr. observ. 38. num. pr.* Custodes si fraudulosè proprios in usus res eorum custodiæ commissas contra datum
3 juramentum convertant in re decimarum, duo perpetrant crimina, furtum nimirum, & perjurium, ac propterea asperiori quadam animadversione arbitraria coerceri hujusmodi delinquentes debent, *Bocer. tract. de furt. cap. 2. num. 148.*

Athenienses olim Regibus decimam ex
4 proventibus prædiorum suorum pro publicis sacrificiis, ac communibus rebus, solvisse testatur *Mazzius in Pisistrato cap. 6. fol. 42.* ubi de Pisistrato *fol. 47.* ita habet: *Exigebat ipse decimam eorum fructuum, qui ex areis provenissent: aliquando autem egressus, cum videret laborantem in petricoso loco senem, accessit quærens, quosnam hinc referret fructus: illo autem respondente dolores, & curas, & eorum decimam à Pisistrato exigi; miratus viri libertatem decimæ immunitatem dedit.*

Pontificum Romanorum concessione
5 variorum locorum decimas ad manus Principum, & aliorum laicorum transisse intuitu beneficiorum ab iis præstitorum Ecclesiæ, notat *Codex donationum Auberti Miræi cap. 34. in not.* At verò, quòd decimæ, ac quoque novales, non possint
6 pervenire ad manus Magnatum laicorum, sancitum fuit in Concilio Viennensi, *Lazzius de Vienna cap. 5. lib 2.* & quòd quamvis jus decimarum apud laicum nullimodè esse possit; secus tamen sit in commodi-
7 tate colligendi decimas; *Reg. de Ponte conf. 116. tom. 2. num. 5.* In materia exactionis decimarum consuetudo servanda est,
8 & quod alias servatum fuit, omnino inposterum servandum erit, *Joseph. de Rosa consult. 9. tom. pr. num. 42.* Possessio exigendi decimas ab uno non extenditur ad
9 alium, & consequenter nec præscriptio, quæ ex ea possessione oritur, *Joseph de Rosa consult. 9. tom. pr. n. 9.* In materia deci-
10 marum servanda est consuetudo loci, *Pr. de Franch. decis. 103. num. 4.* ut si quæstio sit, ubi decima præstanda sit, in area, vel in horreo, *Præsidens de Franch. decis.*
11 *124. nu. 3.* Paria sunt decimam non præstare, ac eam inutilem præstare, *de Franch. decis. 114. num. 2.*

Decimarius, seù is, cui decimæ jure
12 proprio ex feudo pertinent, ut Parochus, cui per investituram competunt, & jurè cessso, habet privilegium, ut possit prohibere, nè fructus à fundo exportentur, nisi ipso monito, ut videat eorundem fructuum descriptionem fieri, *Marcus Antonius in praxi Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ cap. 79. Gaspar Antonius Thesaurus quæst. forens. quæst. 9. num. pr.* Sicquè, me patrocinante, fuit decisum per M. C. Vicariæ pro Episcopo Tricaricensi D. Nicolao Carrafa pro exactione decimarum ejus mensæ debitarum à colonis Terræ Montis Albani, ut ex actis in banca olim Pestieri penes scribam Didacum de Fraja.

Decimæ an præscribantur, latè tractant
13 *Gilkhen. de usucap. & præscript. fol. 102. & sequ. & fol. 712. par. 3. cap. 8. March. decis. 205. tom. pr. & tom. 2. decis. 198. Cancer. variar. resol. lib. pr. cap. 23.* Decimæ non præscribuntur ex non præstatione earum, ut probat *Chokier. in vindiciis controversiarum libertatis Ecclesiasticæ par. 2. cap. 2.* Quid autem contra Ecclesiam? Re solvit *Reusner. vol. 5. tom. 4. decis. 11.* Quotam tamen decimæ, seù ad minorem summam, præscribi posse, ex multis docent *Joseph Sesse decis. Aragon. col. 2. Servinus tom. 4. plaid. 7. Cod. Fabrian. lib. 7. tit. 13. definit. 14. Petr. Fontanell. de pact. nuptial. par. 1. fol. 501. 515. & 517.* Decimæ quo jure debeantur, tradit *Baronius anno Christi 57. num. 23.*

In causa decimarum appellatio non ad-
14 mittitur, *Staib. 2. forens. 108.* Pro exactione decimarum competit prælatio quibuscumque creditoribus, *Staiban. 2. fo-*
15 *rens. 108. num. 5.* In causis decimarum proceditur summariè, simpliciter, & de
16 plano, & sine strepitu judiciali, *Staib. 2. forens. 108. nu. 14.* Contra non solven-
17 tes decimas potest implorari brachium seculare, *Staiban. 2. forens. 108. num. 18.*

18 Judex potest ex officio procedere contra non solventes decimas, etiam nemine petente, *Staiban. 2. forens. 108. num. 17.* Pro 19 exactione decimarum possunt mitti custodes super fructibus, ne asportentur, *Staib. loc. cit. num. 15.*

Quamvis decimæ sint de jure divino; illæ tamen debentur Parochis, non Epi- 20 scopis: & quemadmodum Parochus habet intentionem fundatam in petendo decimas; ità Episcopus habet juris resistentiam, cum decimæ debeantur propter curam animarum, & administrationis Sacramentorum; unde si Episcopus prętendit decimas exigere, debet omninò titulum probare, *Joseph de Rosa consul. 9. tom. 1. num. pr. usque ad 6.* & quamvis ex deci- 21 mis, quæ Parochis solvuntur, debeatur quarta Episcopo; nihilominus Episcopus pro ea quarta exigenda habet tantùm actionem contra Parochos, nec potest directè à laicis petere, nisi probaret se in ea possessione esse, *Joseph de Rosa consult. 9. tom. pr. num. 5.*

Ad solutionem decimarum Papalium tenetur pensionarius super beneficiis, non 22 ipse beneficiatus, *Gizzarell. decis. 77. num. 13.* Cardinales non tenentur ad solutionem decimarum Papalium; quod verum 23 est: etiam mortuo Cardinale, si Archiepiscopatus transeat ad alium non Cardinalem, dummodo fructus non fuerint exacti, sed penes conductorem remanserint, qui ex assensu Apostolico usque ad certum tępus possidere deberet, *de Franc. decis. 107. num. 6. & 7.*

Decimarum immunitas, sivè jus non solvendi decimas, præscribitur spatio 24 temporis immemorabilis, præsertim contra Episcopum, sivè alium eas exigentem, licèt videatur dubium in Parocho, cui debentur de jure divino, *Joseph de Rosa consult. 9. tom. pr. num. 14. & seq.* Jus exigendi decimas per laicum præscribi non potest, *Joseph de Rosa consult. cit. num 14.* Decimæ quamvis non possint in totum præscribi, cum id repugnet juri divino; possunt tamen quoad certas res, & sic diminui, quod nec divino, nec canonico juri contrarium est: idque 40. annorum metis obtinetur: nec si decimæ solvantur de frumento, milio, & similibus, inde potest dici, quòd solvuntur de fabis, leguminibus, & similibus, *Jo: Baptista Costa cons. 40. per totum*: & de præscriptione decimarum, vide, quæ scripsimus *t. 4. tit. de præscript.* Ecclesia in abstra- 25 cto considerata non fruitur decimis, *Jo: Baptista Costa cons. 40. num. 12.* Quartam Episcopus non potest de legato Ecclesiis 26 facto petere, quemadmodum de cæteris Ecclesiæ bonis, si non sint adhùc Ecclesiæ intitulata, *Frideric. de Sen. cons. 150. per totum.* Pro decimarum exactione actio 27 hypothecaria datur contra quemlibet possessorem, adeò ut possint peti etiã pro præterito tempore, Reg. *Merlin. pr. forens. 37. num. 5. Surd. decis. 31. nu. 5. Staiban. 2. forens. 108. num. 5.* Et quòd onus decimarum sit reale, & non solùm possit agi contra hæredes beneficiati defuncti, qui fructus percepit, & decimam non solvit; verùm etiam contra successorem Prælatum, etiamsi alios fructus percepit, cui tamen detur actio contra primum, ejusque hæredem, *de Franch. decis. 107. num. 11. & seq.*

Ad solutionem decimarum non tenetur dominus, sed colonus, *Gizzarell. decis. 77. num. 13.* Contrarium tamen, quòd non teneatur conductor, sed dominus, 28 præsertim si neque Dominus teneatur, ut in conductore redituum Episcopatus à Cardinali Archiepiscopo ad decennium, quo mortuo, intra decennium Archiepiscopatus fuisset collatus alteri Cardinali, *de Franch. decis. 107. nu. 2. & sequ.* Quando decima de fructibus solvenda est, potest Baro, cui solvi debet, prohibere, ne trutinent, vel colligant messes absque 29 præsentia hominis per ipsum destinandi: Verùm si fiat denunciatio temporis, vel diei Baroni, ejusque ærario, licitum est triturare, & messes colligere: prout etiam licitum est Episcopo pro custodia frugum, etiam debitore contradicente, custodem ponere in agro pro decimæ exactione, *Præs. de Franch. decis. 37. num. pr. & 2.* Si Baro exigat decimam de omni- 30 bus fructibus vassallorum, decima paleæ eatenus solvenda est, quatenus solvatur de frumento in glebis, seù in messe; secus si de frumento excusso, præsertim si per aliquod tempus decima præscripta de palea soluta non fuerit, *de Franch. decis. 103. per totam.* Quemadmodum decima prædialis præstanda Episcopo in her- 31 reo solvenda est, non in area; ita & decima prædialis præstanda ab Universitate, vel Civibus, Baroni, *de Franch. dec. 124. num. pr. & 2.* Animalium decima si solvenda sit, solvenda est, quando lacte materno non indigent, ne aliàs inutilis est- 32 set præstatio, *de Franch. dec. 124. n. 1. & 2.* Decimæ quæ solvuntur ex animalibus 33 pascua sumentibus in propria Diœcesi, prædiales dicuntur, *Joseph de Rosa consult. 9. tom. pr. num. 37.*

Decimæ autē reales res ipsas afficiunt, ita ut possessorem sequantur, nec muta- 34 tione personæ quàlitas ipsarum mutatur: Imò in voluntate Ecclesiæ est petere de-

cimas

cimas præteritas à præteritis poſſeſſoribus, vel præſentibus, fructuum, vel rerum, *Feder. de Senis in conſ. 81. Vivius deciſ.4. num. 3. Card. Bellarm. declaratione Sac.Concilii ſeſſ.25. de reformat. c.12.in v. perſolvat circa med. Abb. in cap. de terris num. 4. de decim.* Unde ex hoc ſingulariter fuit deciſum in Hiſpania, ut *Gabedus in deciſ.149. par.1.* refert, ut ſucceſſor in beneficio, ſeu commenda, teneatur ſolvere penſionem, & decimas à præ-
35 deceſſore debitas, quoniam beneficium, ſeu commenda, ex qua penſio ſolvitur, tacitè pignorata cenſetur, & tale onus reale dicitur, *Alex. in d. l. qui Romæ §. duo fratres, Alciat. in dict. conſ. 133. num. 5. & in d.conſ.138.num.1.* quem refert, & ſequitur *Gabell. de evict. §. 5. num. 35.* & poſt ipſum *Artm. in d.qu.10. num.18.*

Decimæ prædiales, quæ debentur Ec-
55 cleſiæ Parochiali, infra cujus fines ſunt prædia, dicuntur de jure naturæ, *Navar. in manuali in 5.Præcepto Eccleſiæ num. 31. tom.2.fol.114. à ter.* Tenentur enim Paro-
36 chiani jure divino, ac naturali ſolvere decimas prædiales Eccleſiæ Parochiali, infra cujus fines ſunt ſita prædia, quo verò ad quotam, ideſt determinationem quantitatis, dicuntur de jure poſitivo, *Guttierez Canon. qu. lib.2. qu.21.num.7.& 8. Leſſius de juſt. & jure lib.2. cap.39. nu. 4. & 6. Borrell. in ſumma deciſ.tit.19.num. 28.vol.1.* Athenienſes etiam frugum Diis eorum decimam ſolvebant, *Petrus Erodius rerum iudicatarum lib.1. tit.3.fol.mihi 47.* & de aliis Gentilibus plura exempla cumulat *Peregrinus conſ.21. num.2. 3. & 4. lib.2.*

Hinc fit, quod decima prædialis dicitur onus reale tàm in prædiis, quàm in
37 fructibus ex illis provenientibus, *Bolognet. conſ.29. num. 13. Vivius deciſ.4. nu. 2. Petr.Antibol.de munerib. §. 2. de prima diviſ. muner. num 9. tract. tom.12. Moneta de decim. cap.6. qu.4. num.46. Franc.de Clapperiis in cent. cauſarum fiſcalium cauſa 42. qu.1. num. 6. & 7. Riccius in praxi Archiep. cap.517. num.3. Leſſius de juſt. & jur. lib.2. cap.39. tit. de decimis dub.5. num.22. Franc. Marcus deciſ. 345. num. 5. Bonacina tom.2. de præcep. Eccleſiæ diſput. ult. qu.5. punct.3. num.13. del Caſtillo ſotomayor de Tertiis cap.2. num.18. controv. tom.7. Coſta de portione ratæ quæſt.149.nu. 10. Reg. Valenzuola conſ. 33. nu. 36. vol. 1.* concludens, quòd tales præſtationes nedùm dicuntur reales, ſed realiſſimæ: nam debentur Eccleſiæ, non perſonæ, & proindè, mortuo Prælato, adhuc decimæ debentur Eccleſiæ prædiis, fructibuſque inhærentes: & ſub *nu.45.* allegat *tex. in cap. cùm non ſit de decimis*, eſtque opinio communis, ut poſt *Federicum de Senis conſ.81. per totum*, concludit *Tuſcus concluſ.65.ſub verb. decimæ Prædiales nu. 4.* ex qua communi concluſione omnes concludunt, quòd penes quem tranſit prædium decimatorium, tranſit cum onere ſolvendi decimas, etiam præteritas, niſi tamen juris præſumptione cenſeantur à Parocho remiſſæ.

Proinde contra tertios poſſeſſores bonorum, de quibus debetur decima, & non
38 fuit ſoluta, poteſt agi actione reali hypothecaria ſuper prædiis obnoxiis ad decimarum ſolutionem, cùm illa ſint tacitè hypothecata pro decimis etiam præteritis, & non ſolutis, *Abb. in c. cùm homines num.6. & 7. de decimis, Negueſant de pignoribus 4. memb. 2.par. princip.num. 126. Carpanus ad ſtatuta Mediolanenſia cap.389. num.12. par.2.* quos refert, & ſequitur teſtans de communi opinione præ cæteris *Barbatus de diviſione fructuum par.1. cap.7. num.40. verſ.tertius caſus eſt Rebuffus ad conſtit Galliæ tit. de conſtit. reditum art. 1. gloſ. 14. num. 25. Evrardus in Topicis loco 72. à tributo ad decimam fol.mihi 467. verſ. & hinc eſt, & verſ. hinc etiam eſt, quòd ſicut poſſeſſio, Gratianus diſcept. forenſ. cap.423. num.3. lib. 3. Maxilla ad conſuet. Barenſ. §. à decimis ſub tit. de decimis num.19. fol.44. Ripa reſponſo 2. de decimis num. 19. Capycius dec. 20. num.26. Marius Antoninus var. reſol. cap.77. num. 10. Mareſcottus var. reſolut. lib.2. cap.95. num. 18. Andreas de Barulo in l. & quidem nu. 2 C. de annonis, & tributis lib. 10.* & hæc decima debita pro præterito, tanquam onus reale, ſequitur poſſeſſorem tam prædii, quàm fructus, *Moneta de decimis cap.6. num. 46* & eſt in electione Eccleſiæ, quem velit convenire, novum, vel antiquum fundi poſſeſſorem, *Barboſa* omninò videndus in *collectaneis ad cap. tua num. 11. de decimis lib. 3. decretalium tit. 30.* Ex quibus infert *Flores de Mena var. quæſt. lib. 1. q. 6. art. 3. nu.*
39 7. & 22. quod nedum Eccleſia habet hypothecam ſuper fundo decimabili, verùm ſuper illo pro decimis præteritis præfertur omnibus creditoribus anterioribus, etiæ expreſſam hypothecam habentibus, ſicuti Fiſcus præfertur pro tributo, *l. Imperatores ff. de public.& vectig.* & pro decima, quæ ſolvitur in Regno Siciliæ pro obtinendo aſſenſu pro venditione feudi *Maſtrill. deciſ.112. num.20. Muta dec. 24. num.8. Antoninus de Amato var. reſol.cap. 66. num. 8.* cui tributo debito Principi ſeculari præfertur Eccleſia pro decima Eccleſiaſtica, *Garzias de expenſ.& meliorat.*

caſ.

cap.1. num.19. Gutierez in tract. de gabellis q.169.n.8. cùmque detur actio contra tertium possessorem fundi pro decimis debitis, & non solutis, necessariò sequitur, quòd pro consequutione decimæ non datur actio personalis, cujus natura est, quòd non sequatur fundi possessorem.

Et amplius, quòd decima prædialis sit onus reale, constat; nam Infideles pro prædiis, quæ possident in Terris Christianorum, tenentur solvere decimas prædiales
39 Ecclesiæ Parochiali, infrà cujus fines sita sunt prædia, *cap. de Terris de decimis, cap quanto penult. de usuris Suarez alleg.28 num.4. Moneta de decim. cap. 35. à num 36.* & tamen Infideles sunt incapaces usus sacramentorum Ecclesiæ, debentur tamen, quia sunt onera rei, & Infideles tenentur ad onera realia respectu possessionum, quas possident in Provinciis Christianorum, ad *l. Imperatores ff. de public. & vectigal.* ad quam solutionem decimarum Infideles tenentur non tanquam pro solutione decimæ formalis, sed tanquam ad onus reale talium prædiorum, ut desumitur ex *tex. in c. quanto §. fin. de usur. & glos. in cap. de Terris de decimis, Suarez Jesuita de Relig. lib. 1. cap.16. num.6. fol. mihi 94.*

Pactum hoc, quòd vendatur feudum liberum, ac non obnoxium oneri decima-
40 rum, validissimum est: siquidem, quamvis improbetur respectu Ecclesiæ, cum non possit impediri solutio decimarum ex pactis contrahentium; valet tamen inter contrahentes, & tunc solutum ab emptore pro decimis repeti potest à venditore virtute prædicti pacti, & successivè æstimatio hujus oneris deduci debet à pretio, *l.2. & fin. C. sine censu, vel reliquis fundum comparari non posse, l.fin. C. si propter publicas pensitationes, l. inter debitorem ff. de pactis*, ubi *glos. in verb. quantum adfisci, Abb. in cap. in aliquibus nu. 6. de decimis, Garzias in tract. de expens. & meliorat. cap.11. num.51. Moneta de decim. cap.6. num.45. Paul. Christinæus dec. Belg. tit. 47. sine censu, vel reliquis lib.3.* qui in puncto loquuntur de decimis prædialibus: & hodie decimas tantùm personalibus esse prædiales, non autem personales, probat *Maceratensis var. resol. l.1. c.77.n.1.* decimæ enim personales consuetudine sunt abrogatæ: & de industria, & artificio personali, nulla ad præsens
41 solvitur decima. & ita servari apud Venetos refert *Peregrin. decis. 194. num. 6.* neque in Hispania persolvuntur, *Sotus de just. & jur. lib. 9. qu.4.art.2.* quem refert, & sequitur *Cæval. comm. contra comm. tom. 1. q. 368. num. 1.* Imò ferè in toto terrarum Orbe Christiano ex consuetudine legitimè præscripta non persolvuntur decimæ personales, *Navar. in manuali cap.21.num.31. Petrus Gregor. Syntag. juris universi. part. 1. lib. 2. cap. 26. num. 4. Suarez, Paz in praxi canonica part. 1. tom. 2. cap.5. num.34. Gabed. dec. Portugalliæ 54. num. 8. Cæval. loco jam allegato, Fontanella de pactis nuptial. claus. 4. glos. 19. part.1. num.20.* & decimam personalem posse in totum consuetudine tolli, tenet post alios citatos *Regens Tapia in adnot. ad constit. quanto lib.1. juris Regni sub tit. de decimis nu.11.*

Et veniunt decimæ omnes tam præteritæ, quàm futuræ spectantes venditori fundi,
42 quando fuit facta venditio cum omnibus, & singulis, quæ dictæ res habent supra se, intra se, seu infra se, in integrum, *Curtius junior*, quem allegat *Rimin. cons. 177. num.3. & 6 fol. mihi 132.* his verbis: *Præterea in instrumento acquisitionis sunt verba multùm prægnantia, ac dicitur, quòd venditur fundus cum omnibus, & singulis, quæ dictæ res venditæ habent supra se, seu infra se, in integrum omnique jure, & actione, usu, seu requisitione sibi ex ejus rebus, aut pro his rebus, aut istis rebus venditis modo aliquo spectant: quibus verbis sic stantibus, cessat fundamentum Innocen. in cap ex literis, dum dicit, quòd jus decimandi non dicitur jus competens rebus, sed personæ pro rebus: illa enim verba, si bene considerentur, non solùm comprehendunt jura pro ipsis rebus spectantia, sed etiam venditori pro ipsis rebus, quo casu succedit juris conclusio, quòd quando sunt alia verba geminata, & prægnantia operantur, quòd veniant in dispositione, quæ alias non venirent, ut est glos. reputata singularis in l. cum. pœna ff. de habitis in gl. fin. quæ vult, quòd, licèt aliàs, si mihi evincatur res per sententiam Arbitri, non possem habere regressum de evictione contra authorem meum mihi de evictione obligatum, l. si dictum §. si compromisero ff. de evict. tunc propter illam dictionem, quomodocunque veniat etiam illa dictio, quæ alias de natura actus, vel sub promissione de evictione nō comprehenderetur: quam gl. notant Bald. & moderni in l. si domus §. de evictione ff. de legat.1.* Hæc *Curtius junior*. Et post *Curtium Mart. de tacit. & ambig. conven. lib.4. tit.16 num.* 34. sic loquitur: *Sed quòd jus decimæ in emptorem etiam transferatur, si verba deserviant, & emptor sit capax illius juris*

deci-

decimandi, consuluit Curt. iun. cons. 177. num. 3. & sequentibus, & num. 5. in fine, & num. 6. respondet ad Innoc. quòd locum habet, quando emptor non est capax juris decimandi: & ita etiam loquitur *Alberic. in d. §.* quam opinionem etiam sequuntur *Reg. de Ponte cons. 63. num. 64. lib. 1. & Boer cons. 47. circa finem.* Ponderamus etiam illam dictionem: *Etiamsi adsit*; cujus natura est augere dispositionem ad qualitatem, cui adjungitur, ita ut dispositio verificetur in totum etiam in superadditis, *Tuscus concl. 175. litt. D. vol. 2. num. 8.* & importat idem, quod dictio *maximè*, idem *Tuscus eodem loco num. 9.* estque dictio augmentativa includens diversam speciem ab expressis, *Cosmus Guimier in progm. sanction. tit. de electionibus cap. sicut §. idemque fol. mihi 97. à ter.* & cum in alio illa clausula: *Etiam ex natura rei*; verificari non possit, nisi quoad decimas prædiales, si omnia alia onera, quæ considerari possent, sint declarata apertis verbis, exemptio à decimis videtur expresse declarata, *l. 2.* ubi *DD. ff. de lib. & posthum. Reg. Rovitus cons. 22. num. 2. lib. 2. Marc. de Mauro alleg. 85. n. 3.* Clausulam enim illam frustratoriam esse non licet, *cap. si Papa de privil. in 6.* & licèt in privilegio generali concesso à Summo Pontifice de non solvendis oneribus, non
43 veniant decimæ, quia qui exemptione fulciuntur, debent speciatim eximi à solutione decimarum, *cap. statuto §. cæterum de decimis in 6. Episcop. Campanilis in diverss. juris Canon. reb. 12. cap. 13. nu. 151.* intelligitur tamen de privilegio generali: secus si privilegium esset conceptum verbis universalibus, sicuti in simili dicimus, quòd privilegium generale concessum laico ab exemptione solutionis decimarum, non extenditur ad novalia, *cap. tua §. fi. de decimis*: si autem privilegium fuerit expressum verbis universalibus, putà concedendo jus decimandi in aliqua villa; tunc veniunt etiam decimæ novalium, *Gutierez* plenè *canonic. quæst. lib. 2. cap. 21. num. 118. & 124. Riminald. jun. cons. 169. num. 5. & 6. vol. 2. & cons 679. n. 11. cum seq. vol. 6.* & in concessione decimarum verbis universalibus veniunt decimæ in fundo noviter per alluvionem acquisito; secus verò, si essent concessæ decimæ per verba generalia, idem *Rimin. cons. 679. num. 99. vol. 6.* Ex his reprobatur sententia *Alciati*, qui *respons. 36.* dicit, quòd decima prædialis sit onus fructuum, non prædii. nam contrarium docuere viri gravissimi tam antè, quàm post tempora *Alciati*, licèt *Alciatum* non allegent. Ita dicit *Fridericus de Senis cons. 81. sub num. 2. Decima est onus reale, & tributis realibus possessor tenetur etiam pro præterito, l. Imperatores ff. de publ. & vectigal. & ità communiter loquuntur gloss. de hac materia loquentes. Videamus ergo solùm de effectu, & veritate istius obligationis decimalis: si enim jus petendi decimas esset personale, non transiret ad singularem successorem, seu possessorem, ut benè allegatum est per nos: & benè facit ff. de contrahen. empt. leg. ult. sed video, quòd ille, qui percipit fructus si ipsos indecimatos alienet, sequitur onus possessorem, ut de decim. c. pastoralis cum concor. ergò non est omninò personalis obligatio: & si objiceretur, quòd contra hoc facit, videlicet, quòd onus decimarum est onus fructuum, vel saltem fructus percipientis, & sic non est rei, vel prædii; respondeo, quòd, etsi hoc sit onus percipientis fructus, nihilominus, ipso onere non soluto, sequitur onus fundum: nam & usufructuarius tenetur solvere tributum, & tamen, si non solverit, possessor tenetur solvere, etiam pro præterito tempore, ut in l. Imperatores ff. de public. & vectigal. & quòd istud onus sit reale, colligitur ex verbis omnium gloss. de cens. cap. pen. & text. est in cap. tua nobis de decim. ubi dicit tributum. Fateor tamen, quòd Ecclesia habet actionem, seù contra percipientem, seù contra possessorem fundi, ut colligitur in cap. tua nobis in glo. hìc colligitur in fin. ad id, quòd not. de rebus eccles. non alien. c. nulli, & cap. si quis in gloss. de facto.* Hæc *Fridericus de Senis, Udalricus Zasius cons. 11. lib. 2. num. 11. tom 6. mihi fol. 135.* ità dicit: *Decimæ enim sunt reales præstationes: nam qui habet partem in fructu, etiam partem in fundo habere censetur, ut dicit Specul. in tit. de eden. ad fin. sed quia fundi sequuntur limites districtuum, dict. l. pupillus §. territorium de verb. sign. ubi est tex. igitur & decimæ ratione fundorum secundùm districtus limitabuntur, ne una res duplicis juris censeatur: quod quidem non recipitur, cap. cum in tua in fin. de decim. & l. eum, qui de usur. Pro prædiis est bonus tex. & quæ ibi notantur in l. honor §. viarum de muner. & honor. ubi prædiorum collationes non personarum, sed loci sunt munera: exponit gloss. ibi collationes prædiorum pro tributis: sed constat, quòd decimæ tributa sunt, 16. quæst. 1. c. decimæ: Jus igitur decimarum conditionem loci, non personarum, sequitur. Facit d. l. forma §. si verò quis de cens. Accedùt quæ per Bald. deciduntur cons. 364. 3. par. qui*

qui-

quidem Archiepiscopo decimas, quas realissimas præstationes nominatim ei soli solvendas esse consuluit, quòd juxta naturam districtuum decimæ regularentur: & idem Bald. in tit. de probib. feud. alien. per Frider. §. præterea ducatus col. 3. expressè tenet, terminos Parochiarum juxta districtuum terminos mensurari: & allegat Jacob. Ard. in summa feud. tit. quibus mod. feud. amitt. seu rubricella, an feud. jurisdictionis, & decimæ dividi possint. Item *Reg. Valenzuola consil. 33. num. 42.* post firmatam conclusionem, quòd onus decimæ prædialis nedum sit reale, sed realissimum ex *Zasio loco* jam *allegato* dicit: *Quòd notabiliter confirmat Udulricus Zasius cons. 11. num. 11. lib. 2. ubi ait, quòd decimæ sunt reales præstationes: nam qui habet partem in fructu censetur habere partem in fundo, l. fundo ff. de alim. leg. ubi glos. cum aliis juribus per ipsum allegatis, idque affirmat Surdus in tract. de alim. tit. 8. privil. 49. num. 4. ubi ait, quòd fructus dicuntur pars fundi, & sequuntur fundi determinationem, l. Julianus §. si fructibus ff. de action. empt. l. fin. §. & ut fructus ff. de his, quæ in fraudem creditorum.*

Alterum *Alciati* argumentum facilè diluitur: nam decimæ personales, non persolvuntur ratione Sacramentorum, sed in signum universalis dominii, quod Deus retinuit ex omnibus, quæ homini tradidit, *c. tua 11. q. 2. cap. cum sit de decimis, Boer. decis. 136. Capycius decis. 20. nu. 5. Vivius decis. 4. num. 49. Moneta de decimis cap. 1. quæst. 4. num. 40. Lancellottus in institutionibus juris canonici §. decimarum tit. de decimis*, in puncto *Navar. cons. lib. 3. tit. de decim. num. 7.* sub talibus verbis: *Septimò dico, quòd videtur sententiam receptam habere, quòd decima personalis solvenda est Ecclesiæ Parochiali, in cujus parochia domicilium habet is, qui eam debet propter sacramenta, & divina, quæ ibi percipit, & audit, & quòd prædialis debet solvi Ecclesiæ, in cujus Parochia situm est prædium, ratione cujus illa debetur juxta gl. communiter recept. ubi est expressa de hoc Papalis decis.* Ita *Navarrus.*

At si concedere velimus, quòd alia causa
62 introductionis decimarum fuerit substentatio Ministrorum Ecclesiæ, *cap. novum de decimis* (dignus enim est operarius mercede, & cibo, *Deuteronom. 24.* & debentur illi Parocho regulariter, qui Sacramenta administrat, *16. quæst. 1. cap. revertimini 22. quæst. 1. cap. illi autem Parocho*, quasi quòd debeantur ratione Sacramentorum) clara est responsio, quia in persolvendis decimis prædialibus contribuit novus fundi emptor, non pro satisfaciendo proprio oneri, & pro Sacramentis, quæ ipse, ejusque familiares percipiunt, sed ratione Sacramentorum, quæ ab omnibus Parochianis percipiuntur: nam Parochus non à certis personis habitantibus in Parochia distributivè recipit decimas prædiales, sed collectivè de Parochia, infra cujus districtum sunt posita prædia decimantia, *Barbosa de jure Ecclesiastico lib. 3. cap. 36. num. 13.* & sic, si in Parochia Dominus prædii non habitet, solvet decimam pro Sacramentis ab aliis hominibus, qui in Parochia habitant, perceptis. Hoc verum esse patet: nam decimæ prædiales ex magis communi opinione persolvi debent Parochiali Ecclesiæ, infra cujus fines resident prædia decimalia, non autem Parochiæ, in qua Dominus prædiorum percipit Sacramenta, *cap. fin. de Parochis, & alien. Parochian. Rebuff. de decim. quæst. 6. nu. 1. Melchior Palaez de majorat. par. 1. quæst. 58. num. 13. Reg. Valenzuola alleg. cons. 33. num. 110. vol. 1.* exemplo tributi, quod persolvitur in Civitate, in qua sunt positi agri, *l. forma §. si vero de censibus, Gratian. discept. 595. num. 2. tom. 3.* & hæc est magis communis, & recepta opinio, & contraria procederet, quatenus constaret de consuetudine, ut probant *Gratianus loco* jam proximè *alleg. n. 18.* & *Rota decis. 169. nu. 4.* in impressis Venetiis anno 1636. affirmando, hanc esse communem opinionem, quòd decimæ prædiales solvi debeant Ecclesiæ Parochiali, in qua sita sunt prædia, non autem in qua prædii dominus percipit Sacramenta: & sic est onus prædii, non personæ, ideò prædium potest esse decimale uni Ecclesiæ respectu vini, & alteri respectu tritici, *Guttierez*, qui alios allegat *lib. 2. canon. quæst. cap. 21. nu. 106.* & tamen non potest quis duas habere Parochias: ideò dicendum, quòd decimæ prædiales præstantur de fructibus fundi pro factis hominum omnium habitantium in Parochia, non Domini prædii decimati.

Ulterius respondetur, quòd contra *Baldum* expressis verbis scripserunt *Rebuff. in tract. de decimis q. 3. n. 13.* in finalibus verbis, & etiam *Hieronymus Gigas in tract. de pensionibus Ecclesiasticis qu. 66. per totam tract. tom. 15. part. 1.* quem sequitur *Stracca de assecurationibus gloss. 15. nu. 10. tract. tom. 9. par. 1.* affirmantes, quòd pensionario, cui assignata fuit annua portio super fructibus alicujus beneficii, intelligitur concessa libera, & exempta ad omni onere decima-

rum,

rum, charitativi ſubſidii, & quocunque alio onere ſolito, non autem inſolito, & extraordinario. Ità privilegium conceſſum Societati Jeſus pro exemptione de-
48 cimarum, intelligitur de decimis, quæ Parochis juris communis diſpoſitione debentur, non autem ſi alicui particulari eſſent conceſſæ, *Seraph. deciſ. 1293. part. 2. in princ. Cherubinus in ſcholiis ad compend. Bullarii in Bulla 51. Gregorii Papæ 13. incipiente Paſtoralis officii cap. 2. fol. mihi 167.* Ratio eſt, quia hujuſmodi conceſſio generales ſemper cenſetur continere tacitam conditionem, ſi res in eodem ſtatu fuerit, quo erat tempore contractus, *Gamma* plenè *deciſ. 34. nu. 6.* qui refert judicatum, quòd vendens rem liberam à tributo, intelligitur de illo, quod jam impoſitum erat tempore contractus, non autem de novo ſuperindicto.

Imò *Bald. s* in allegata *l. fiſtulas §. ſi*
49 *frumenta ff. de contrab. empt.* nedum eſt ſibi contrarius, ſed ejus opinio fuit communi DD. calculo reprobata: Diſputat ibi quæſtionem, ſi accipiens periculum belli teneatur de caſu ſolito, & concludit, quòd intelligitur conventum de periculo inſolito, non autem ſolito: ex qua concluſione deducit aliud corollarium, quòd vendens fundum francum à decimis, intelligitur de decimis inſolitis, non autem de ſolitis, & allegat *text. in l. Sejo §. medico ff. de ann. legat.* qui *text.* expreſſe concludit contrarium ejus, pro quo allegatur. Verba *Juris Conſ.* ſunt: *Medico Sempronio, quæ viva præſtabant: dari volo ea cenſentur relicta, quæ certam formam erogationis annuæ, non incertam liberalitatis voluntatem habuerunt:* ex quo *tex.* deſumitur, quòd dictum generale ad extraordinaria non refertur, *Gomez var. reſol. num. 2. caſ. 51. num. 48.*

Contra *Bald. in d. §. ſi frumenta* tenet *Bart. in l. ſed & ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis cautionibus num. 3.* affirmans, quòd ſuſcipiens in ſe periculum caſus fortuiti, tenetur tantùm de caſibus communiter contingentibus: & *Bart.* opinionem ſequutus fuit idem *Bald. conſ. 146. num. 1. verſ. 3. quia ille caſus vol. 1. & conſ. 119. verſ. in contrarium eod. vol. 1. & in l. falſus num. 9. Cod. de furtis*, *Bartolique* opinionem ſequuntur *Jaſon in l. ſed & ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis caut. Alex. conſ. 28. num. 10. vol. 1. & conſil. 107. num. 10. vol. 3 Beccius conſil. 85. num. 1. vol. 1. Gomeſ. var. reſolut. cap. 3. tom. 2. num. 9. Mandell. de Alba conſil. 1. num. 4. & 5. vol. 1. Surd.* qui alios allegat *conſil. 1. num. 65. vol. 1. Menoch. conſ. 27. num. 18. vol. 1. & conſil. 171. num. 12. vol. 7. Riminal. jun. conſil. 637. num. 4. eod. vol. 6.* qui hanc communem opinionem vocat, *Celſus Hugo conſ. 18. num. 2. Ripa de privil. contract. cauſa peſt. num. 99.* dicens, hanc eſſe communem opinionem, *Afflict. deciſ. 150. num. 22. Franc. Marcus deciſ. 62. in fine 1. par. Surd. deciſ. 329. num. 52. Maſtrill. deciſ. 299. num. 23. Peguera dec. 214. num. 13. Seraph. de privileg. juram. privileg. 109. Marius Antonin. variar. reſolut. lib. 2. cap. 26. a num. 2. cum ſeq. &* juxtà *Bart.* opinionem judicatum fuit per Sacrum Conſilium in anno *1575.* ad relationem Præſidis de Franchis in cauſa Hieronymi Montenigri cum Jo: Andrea de Oria, ut refert *Conſiliarius, de Bottis in addit. ad Bartolum in d. l. ſed & ſi quis §. quæſitum ff. ſi quis cautionibus:* & ſi daretur caſus, quòd dari poſſent hæ decimæ prædiales inſolitæ, ac extraordinariæ, tunc illæ non comprehenderentur ſub illa clauſula: *De jure naturæ:* cum imponantur à Sum. Pontifice ex accidenti, & non eſſent de jure naturæ, ut advertit *Rebuffus de decim. qu. 3. num. 23.* ideòque virtute illius clauſulæ: *Etiam ex natura rei;* exemptio intelligi debet de decimis ſolitis, & conſuetis, quæ ſolvuntur Parochis, & ſunt de jure naturæ, non autem de extraordinariis, & inſolitis. *Ulterius illa Baldi* opinio fuit recepta à *Rota* in privilegio exemptionis decimarum conceſſo à Sum. Pontifice perſonis Eccleſiaſticis, ut loquitur *Piteus deciſ. 65. lib. 3.* quo caſu ceſſant aliquæ ex difficultatibus excitatis: nam certum eſt, Papam ſuper beneficiis, & reditibus Eccleſiaſticis, imponere poſſe decimas extraordinarias, quæ nuncupantur decimæ Papales, & perſolvuntur ab Eccleſiaſticis tantùm, *Moneta de decim. cap. 9. qu. 1. num. 1.* Verùm diruta Eccleſia, & ſolo æquata, non debentur amplius decimæ, *Paulus de Caſtro conſ. 38. lib. 1. Tuſcus conluſ. 63. in verb. decimæ, Lud viſius deciſ. 387. num. 1.* quod intelligitur, quando facto ſuperioris Eccleſia fuit diſtructa, ſecus ſi caſmate periit, quia tunc retinebit habitu jura ejus omnia, *Decianus conſ. 93. num. 14. lib. 1. Belramin. in addit. ad deciſ. Ludovici 405.* & in caſu deſtructionis Eccleſiæ funditus fundus non liberatur, & licèt Eccleſia diruta, cum amplius non extet, illas condere non poſſet; tamen decimę debentur vel alteri Eccleſię Parochiali viciniori, per cujus Parochi manus proximioribus Parochianis erunt miniſtranda Sacramenta, vel ſaltem præſtantur Epiſcopali menſę, ad quam per-

pertinent decimę prędiales, ſicuti quando prędium decimatorium non eſt in alicujus Parochia ſitum, *Rebuffus de decimis qu.7.n.8.* & pluries judicatum per Rotam refert *Barboſ.de poteſt.Epiſcopi alleg. 86.num.4.* & *in collect. ad cap. quoniam num. 5. de decimis lib. 3. decret. tit.30.fol. 922.* & juxta opinionem *Cagnoli in l.2.C. de pactis inter empt. & vendit. num. 272.* quem ſequitur *Bertazolus de clauſulis clauſ.21. liberam gl.ff.1.n.2.* & ſecundùm ſtrictam diſputandi rationem vendens rem liberam cenſetur vendere liberam ob omni onere decimarum: tamen, quia ex conſuetudine generali res ſunt ſuppoſitæ hujuſmodi oneribus, verbū illud *libera* non excludit, quòd decimę non ſint ſolvendę ab emptore: & ideò, ſi detur caſus; quòd in locis, in quibus fit emptio, non extet conſuetudo hęc, & non omnes Terræ eſſent ſuppoſitę hujuſmodi oneribus, ſed aliquę tantùm; tunc quis emendo rem liberam intelligeretur exemptus a ſolutione decimarum: quę diſtinctio fuit *Speculatoris lib. 1. partic.3. tit. de emptione, & venditione ante num. 61.* quam ſequitur *Alciatus in allegato reſponſo 35. lib. 5. num. 7.* Quinimo in hoc Regno Neapolitano indubitatum eſt, non adeſſe generaliter talem conſuetudinem ſolvendi decimas prędiales: non enim omnes Terrę ſolvunt decimas in
50 diſtincte, ſed in aliquibus Regni partibus perſolvuntur, ut obſervat *Reg. Tapia in adnot. ad conſt. Regni quando num.18. lib. 1.* In Civitate Neapolitana non ſolvimus decimas, & ex quadam traditione majorum habemus, quòd antiquitus majori Eccleſiæ fuerit conceſſa Turris octava, ſeu Græca, quę erat Caſale Neap. pro decimis præteritis, & futuris, *Affictus in allegata conſtitutione quanto num. 12. Borrellus in add. ad Bellugam in ſpeculo Principis rub. 13. num.27. limit. 8. Maſullus in add.ad Capycium dec. 20. num. 3.* Pari modo neque in Civitate Barenſi præſtantur decimæ, *Maxilla ad conſuet. Baren. tit. de decimis §. à decimis fol. 32. à ter.*

Decima licèt in totum tolli non poſſit; benè tamen poteſt minui, ut
51 poſt *Sanctum Thomam diſtinct. 110.* & *Bald.in l non petit C.de præſcr.30. annor.*, ſequitur *Abbas* dicens hanc opinionem benigniorem, & æquiorem in *cap. in aliquibus column. ult. de Decim.* & ſic infertur non poſſe prætendi velle Decimas in alia forma, nec pro alia quantitate, niſi prout ſolitum fuit, ut probat *Textus in Cap. commiſſum in verb. cum ea integritate ſolvatur qua prius, & in Cap. dilecti in verb. de quibus, & in Cap. eum ſint in verb. ad conſuetudinem extra de Decim.*, per quæ Jura *Soccin.* firmat hanc opinionem pro Laicis *conſil.145. circa princip.colum.2.vol.1.* & idem firmat ipſe *Soccin. in conſ.297. verb.privilegio vol.2.* ubi *column.11. verſ. tertiò iſta concluſio*, dicit, quòd, quando in loco conſueta eſt ſolvi certa menſura non commenſuranda ad aliquam quantitatem fructuum loco Decimæ, & non Decima, videtur præſupponendum, quòd ex conſenſu, & quæſtione finita cum Parochianis talis menſura fuerit ſoluta, ſive quòd ſuper hoc fuerit facta legitima compoſitio ad formam *Cap. ſtatuimus de tranſact.* Idem eſt de mente *Pauli de Caſtro*, qui deciſivè loquitur, dum allegat *Bart. in leg. litibus in conſ.321.in cauſa Decimali in antiquis*: propterea diſponitur per Capitulum Regis Caroli incipiens *& quia ad audientiam ſub tit. de Decim.* quòd de gabellis, ac juribus, de quibus ſolitum eſt ſolvi, eſt decima ſolvenda, & ſi Baro exegerit decimam à tempore immemorabili, & Prelatus dicat, quòd non potuit inveſtiri, vel quòd fuit poſt Concilium Lateranenſe, incumbit onus probandi, ut poſt alios tenet *Jacob. in ſua inuettit.Feud. in verb.cum mero, & mixto circa finem.* Idem ante eum videntur firmare *Cuman.in conſil.83. verſ. cauſa Decimalis circa finem*, clarius *Alex. in conſ.6. colum.fin. verſ.pro quo adduco vol.1.* & latiſſimè *Barbat. conſil.35. vol.2.* ubi *colum.2.* refert, quòd communis opinio Doctorum eſt iſta, & *column.6.* & 8. dicit, quòd præſumitur nedum titulus, & conceſſio, ſed etiam præſcriptio ante Concilium, & in tempore habili, probata antiqua poſſeſſione præfata. Et antiqua conſuetudo deci-
52 mandi probatur etiam ex conſuetudine locorum convicinorum, quæ in illarum præſtatione, & Collectarum, omniumque aliorum obſequiorum præſtandorum non modicum confert. Ita *Abbas* in propriis terminis *in Cap. ſuper eo de Cenſib.* per quem *Textum* affatæ concluſioni adſtipulati ſunt *Paris in tract.de reintegr. Feud. 4.colum. verſ. qualiter ergo fol. mihi 62.* & *Præſid. de Franch. in deciſ.56. num.7.* & 8.: ſicut enim in exactione Collectarum valdè operatur conſuetudo locorum convicinorum, ut per *Franch. dicta deciſ.56.* ita in præſtatione Decimarum, cum Decimæ collectis æquiparentur, teſte *Baldo in leg.neminem Cod.de Sacroſ.Eccleſ.* & *Franch. dec.107. num.4.*

Decimæ debitæ, & præſtari conſuetæ
53 Prælatis Eccleſiarum, præſtandæ ſunt, omni

omni contentione remota, attentis Capitulis noſtri Regni. Idque fundatur primò Conſtitutione Regni incip. *quanto cæteris* in fine, ubi narrantur hæc verba: *Subiectis etiam noſtris indicimus, ut decimas, quas de Feudis, & bonis ſuis anteceſſores eorum, prout Regis Gulielmi, præſtarunt venerabilibus locis, quibus Decimæ ipſæ debentur, cum integritate perſolvant*. Corroboratur etiam ex verbis Capituli Regni incipientis *Officiales Comitum in rubr. de decim. præſtand.* inter Capitula Caroli Regis Hieruſalem, & Siciliæ, ubi præcipitur Officialibus Comitum, & Baronum, quòd decimas debitas, & conſuetas Prælatis Eccleſiarum, ſine alio mandato Baronum, & Comitum perſolvant. Adducitur tertiò *Capit. Regni* in alio *tit. de Decim. ſolvend.* incipiens *& quia nuper ad audientiam noſtram pervenit*, ubi Carolus Rex mandat idem, quod in ſupradicto Capitulo, dicens, quòd ſolvantur Decimæ Eccleſiaſticis perſonis, de quibus fit notorium, fuiſſe conſuetam præſtationem. Quartò ſtrictius ſuadetur ex verbis Capituli Regis Ferdinandi in *tit. quib. immunitatib. gaud. debeant Clerici* incipientis *Honorius*, ubi mandatur, quòd ſine difficultatis obſtaculo, amoto quolibet diſpendio, perſolvantur Decimæ Eccleſiaſticis perſonis à Comitibus, & Baronibus, quibus hactenus extitit conſuetum: ex quibus juribus luce clariùs dilucidatur, quòd ad obtinendum non modo in poſſeſſorio, ſed & in petitorio, præſtationem Decimarum in futurum ſufficit probari antiquam conſuetudinem decimandi in præteritum.

Cauſæ decimarum an ſint ſpirituales, 54 vel temporales, & an in dict. cauſis poſſit procedere contra Laicos Iudex Eccleſiaſticus; placet hic dispungere. *Gloſ. in ſumma cauſæ 11. quæſt. 1.* ponit diviſionem cauſarum, & dicit, alias eſſe cauſas Eccleſiaſticas, & alias Seculares, & Eccleſiaſticarum alias ſpirituales, alias criminales: ſpirituales verò ait eſſe, ubi agitur de decimis, vel matrimoniis, criminales, ubi agitur, de crimine Eccleſiaſtico, velut hæreſi. *Gloſ. in cap. ex tenore in verb. Eccleſiaſticum Judicem de foro competen.* dicit, cauſas decimarum pertinere ad Eccleſiaſticum Judicem, & allegat *tit. de decimis per totum. Gloſ. in canon. placuit il 2. §. ſic etiam in verbo decimationem 16. quæſt 3.* opponit contra illum textum, ubi clarè habetur, quòd decimæ præſcribi non poſſunt, etiamſi à Romano Pontifice ſuper his Laicus reſcriptum impetraverit: & dicit *Gloſſ.* quòd videtur Laicus poſſe decimas præſcribere, ex quo ei quandoque conceduntur ab Epiſcopo, puta in feudum: ſed poſtea ſubdit, quòd Laicus nullum Jus habet in eis, nec habere poteſt, *cap. pervenit 1. quæſt. 3.* & quòd ſi concedantur Laico ab Epiſcopo, Laicus habet Jus poſſidendi, ſed illud Jus non eſt ſpirituale, nec ratione illius juris poſſet præſcribere, quia alieno nomine poſſidet: ſi verò vellet invertere poſſeſſionem, eſſet malæ fidei poſſeſſor, *cap. ſi diligenti de præſcrip.* nec poſſet præſcribere eas: & licèt Laicus ſit; tamen quæſtio eſſet de decimis, & in foro Eccleſiæ conueniretur. *Federicus de Senis in conſ. 245.* quærit, numquid quæſtio decimarum poſſit tractari coram Judice Seculari, & ſubdit difficultatem oriri ex eo, an cauſa decimarum ſit ſpiritualis: nam ſi dicamus eſſe ſpiritualem, ſine dubio coram Judice Seculari non poſſe agitari reſpondendum erit per *Text. in cap. quanto de ordin. cognit.* cum ſimilibus: & ad probandum, an ſit ſpiritualis cauſa decimarum, refert opiniones quorundam Doctorum, quorum aliqui partem affirmativam tuentur, aliqui negativam: ipſe verò diſtinguendo dictas opiniones concordat hoc modo: Si Rector petit decimam, vel primitiam à Laico, & Laicus refert quæſtionem, quòd non tenetur ſolvere decimam aliqua ratione, puta quia Privilegiatus eſt à Papa, vel quia petitur decima de talibus rebus, de quibus Laicus negat decimas deberi, & ſic quæſtio eſt de Jure ſolvendi, & iſto caſu talis quæſtio ſive principaliter, ſive incidenter, eſt agenda in foro Eccleſiaſtico, & ſic intelligitur opinio tenentium hanc cauſam eſſe ſpiritualem. Si autem non eſt quæſtio de jure decimandi, puta Rector agit contra Prædonem, Emptorem ve frumenti, quod nondum erat decimatum, & in iſto caſu Judex contra Laicum poſſeſſorem cognoſcere poteſt. At ſi Rector petat, Laicum compelli ad ſolutionem decimæ ſubtractæ, & ſic ſola compulſio, quæ conſiſtit in facto, poſtuletur, & non referatur in dubium de Jure ſolvendi; in his caſibus, & ſimilibus credit ipſe, Judicem laicum poſſe adiri, & ſic tolerari opinionem tenentium partem negativam, & ſic ait poſſe tolerari conſuetudinem hactenus ſervatam in his partibus. *Cald. in conſil 15. ſub tit. de Jud. & foro compet.* quærit, an Judex Secularis poſſit habere juriſdictionem ſuper fructibus decimarum in Clericum actorem, & Laicum reum, vel inter duos Laicos,

& distinguit, an agatur de jure percipiendi decimas, aut simpliciter de fructibus decimarum. Primo in casu Judicem Secularem, ait, non posse cognoscere, quia illud jus est spirituale, & sic intelliguntur *Glossæ* supra relatæ, quas etiam ipse allegat, ac ità etiam dicit ipse, quòd debeant intelligi Jura, quę dicunt, vel probant, causam decimarum esse spiritualem, ut asserunt *Jo: Monach. & Archid. in cap. fin. de Jud. lib. 6.* Secundo verò in casu dicit, Laicum posse cognoscere, cum non sit causa spiritualis; quod patet, quia fructus decimarum possunt Laico concedi titulo locationis, & conductionis. Sed si esset spiritualis, hoc fieri non posset; & sic quando non agitur de Jure retinendi Jus decimarum, sed de fructibus tantùm, tunc Judex Laicus cognoscere potest, & ità procedunt Jura, quæ pro hac parte allegari possunt: fatetur tamen ille, quòd contra Judæum, & alium Laicum posset cognoscere Judex Ecclesiasticus super solutione decimarum. Lex Longobarda in *tit. de decimis leg. quicumque*, disponit, quòd quicumque decimam extrahit de Ecclesia, cui per justitiam dare debet, & eam præsumptivè, aut propter munera, vel quamlibet aliam occasionem ad aliam Ecclesiam dederit, cogatur eiusdem decimæ quantitatem cum omnibus ea occasione præreptis restituere. *Joan. Monac. in leg. fin. de judic. in 6.* declarat verba illius *Text. in verb. in causis spiritualibus, & dependentibus ab eis*, ubi dicitur, quòd is, qui peregit 14. annum suæ ętatis admittitur ad defendendum in beneficialibus, & aliis etiam spiritualibus, nec non dependentibus ab eisdem: & dicit ipse: *In spiritualibus, ut sunt decimæ, & dependentibus, ut fructus pervenientes ex eisdem. Ripa in cap. decernimus num. 76. de judic.* quærit, an Judex Secularis possit cognoscere de controversia decimarum inter Laicos, in casibus, in quibus Laicus de jure possidet decimas, & videtur sibi, quòd non, quia causa decimarum est spiritualis, etiamsi vertatur inter Laicos, secundùm *Rotam dec. 46. tit. de decimis*: tamen ipse distinguit, ut *Calderinus in consilio* supra relato, quem allegat: & etiam allegat *Jo: Andr. in reg. & quæ de reg. jur. in 6. in quinta quæstione. Archidiac. in cap. fin. de judic. in 6.* declarando verba in textu posita, quòd is, qui peregit quatuordecim annum ætatis suæ, admittitur ad defendendum in beneficialibus, & aliis causis spiritualibus, nec non dependentibus ab eis, dicit: *Si respicias verbum præmissum beneficialibus, dic, ut sunt decimæ, & fructus provenientes ex eisdem: Si respicias aliud verbum spiritualibus, dic, ut est dos, infrà de dot. post divorsit. c. de prudentia. Jo: Andr. in dicto cap. fin. in princip.* exponendo verbum illud *dependentibus* in textu positum, dicit: *Ut sunt decimæ, & ipsarum fructus*, & allegat *Archidiac.* nuper relatum. *Textus in cap. tua nobis de decimis* allegatur ad probandum, quòd causa decimarum principaliter pertinet ad cognitionem Judicis Ecclesiastici, & hoc videtur probari in fine illius textus, ubi Papa mandat Episcopo, quòd appellatione remota compellat omnes differentes persolvere decimas Clericis, & Ecclesiæ Diœcesis suæ, quibus exhibere tenentur, tàm ratione personarum, quàm ratione prædiorum. *Petrus Belluca in speculo Principum rubric. de decimis* 13. §. *restat*, ponit quæstionem, cuius sit jurisdictio in causis, & litibus decimarum, an Judicis Ecclesiastici, vel Judicis Secularis: & ait causam decimarum ad Ecclesiasticum Judicem pertinere, ad quod allegat glossam superiùs allegatam: sed postea ipse concludit distinguendo, ut superius per *Federicum in cons. 245.* & cum hac distinctione communiter ait pertransire DD. ad quod allegat *Ancharanum in reg. ea, quæ de reg. jur. in 6.* & addit ipse, quòd dici posset de jure, quòd sive agatur in facto decimarum, & illarum exactione, sive juris, sive facti ad fructuum perceptionem contrà Laicum, si agatur coram Ecclesiastico Judice, is Censuram potest fulminare, & sic loquuntur jura de decimis, & *Clement. dispendiosam de judic.* Si verò loquamur de exequutione facti, sivè bonorum, sivè personæ, tunc ait *Belluca*, esse Judicem laicum competentem, & sic ait loqui *Cap. postulasti de homicid.* & sic quilibet est Judex: tamen quilibet exequitur juxta suam jurisdictionem: ad quod allegat *Innocent. in cap. significasti de offic. delegat.* ubi dicit, quòd exequutionem facti in bonis Laicorum non facit Judex Ecclesiasticus, etiamsi de causis agatur ad forum Ecclesiasticum pertinentibus. *Camillus Borrellus in addit. ad Belluccam loco relato in lit. A.* dicit, quòd causa decimarum spiritualis est, & ad Judicem Ecclesiasticum spectat, nec à Laico cognoscitur: ad quod allegat, ultra allegatos per *Bellucam, Raphaelem Cumanum in cons. 84. & Felinus in cap. causam in fin. de præscript.* hoc dictum ampliat procedere etiam in arbitro, ut causæ decimarum in arbitrum

Lai-

Laicum compromitti nequeant : id tamen limitat in fructibus decimarum, & ipsorum quantitate, quia de eis benè poterit per Laicum cognosci, & allegat *Petr. de Anchar. consil. 34. in hac causa vol. 2.*, & idem *Petrus de Ancharano in reg. ea quæ num. 12. de reg. jur. in 6.* quærit, quis sit Judex competens in causa decimarum, & allegat opiniones prò, & contrà, quas retulit *Federicus de Senis loco cit.* & tandem cum ipso concludit cum eadem distinctione supra relata, ex qua ipse infert ad unum generaliter, quòd super fructibus, & obventionibus temporalibus, quæ proveniunt ex rebus spiritualibus, etiam Judex Laicus est competens. *Geminianus in cap. fin. nu. 14. de foro compet. in 6.* eandem quæstionem tractat, & transit cum distinctione *Calderini* supra allegata, quam ipse formaliter refert. *Felinus in cap. causam n. 13. de rescr.* ponit hanc quæstionem, utrùm Secularis Judex cognoscere possit super causa decimarum : & allegat *Federicum in dicto consil.* cum quo ipse simpliciter pertransit : & allegat etiam *Ludovicum Romanum in leg. Titia divortium num. 6. ff. solut. matrim.* ubi eandem quæstionem tangit, ad quam resolvendam allegat *Federicum in dicto consilio*, & refert ejus rationes, ac etiam ejus distinctionem, quam ipse sequitur. *Raphael Cumanus in cons. 84. incip. quia causa decimalis in princip.* dicit, quòd causa decimalis de Jure Canonico, tanquam spiritualis, non potest coram Judice laico cognosci: & allegat *cap. lator qui filii sint legit. & cap. decernimus de judic.* & subdit, quòd licèt decima sit quid spirituale; ejus tamen commoditas laico competens jure feudi Jus temporale est, *cap. quis de decimis* : alioquin in laicum non caderet. *Abbas in cap. 2. num. 2. de jur. calum.* dicit, quòd decimæ sunt quid spirituale, & allegat *cap. cum olim de præscript. & cap. fin. de rer. permut.* quod intelligit ipse de ipso jure decimandi, quod debetur Deo, & Ecclesiis ejus in signum universalis dominii, ut in *cap. tua de decimis* secus si decimæ deberentur alio jure, vel ageretur de meris fructibus, & non de ipso jure, argum. *cap. vestra de locat. & cap. ut super de reb. Eccles. non alienand.* Textus *in cap. cum olim de præscript.* allegatus per *Abbatem* induci potest ad propositum quæstionis : nam ibi lis vertebatur inter quendam Episcopum Lucanum, & Abbatem, & Monachos Sancti Salvatoris super plebe Salmazanæ, & adjacentibus Cappellis, & Episcopus allegando nonnullas rationes dicebat, ad se pertinere universa spiritualia in prædictis locis, quæ erant in diœcesi sua constituta, tanquam ad Diœcesanum Episcopum : Deindè textus circa medium in *vers. quia* declarando verba illa : *Universa spiritualia*; dicit, quòd prædictus Abbas conventus sufficienter ostendit, suum Monasterium legitima præscriptione esse munitum super constitutionibus, & ordinationibus, decimarum perceptione, ac divinis officiis celebrandis, prout sequitur in textu : unde decimarum perceptio connumeratur inter spiritualia. *Textus in cap. fin. de rer. permut.* similiter per *Abbatem* allegatus probat etiam suam intentionem : nam ibi vertebatur causa super quibusdam decimationibus inter Abbatem Sancti Martini cum Præposito Abbate : quæ causa decimationum fuit in quendam compromissa, qui laudum protulerat : & mandat ibi Papa, quòd prædictum arbitrium cassetur, & irritetur, ac ratio redditur ibi: *Cum permutatio de spiritualibus ad temporalia improbetur* : nam arbitrium latum quandam permutationem continebat pecuniariam, & sic decima dicitur spiritualis, quæ permutari non potest cum re temporali. *Gloss. in dicto cap. fin. in verbo temporalia* dicit, quòd temporalia cum spiritualibus commutari non possunt, quia nec vendi, nec redimi possunt, ex *cap. querelam de simon.* & fructus decimarum benè vendi, & locari possunt, *cap. 2. de locato*, sed ipsum jus nequaquam : & *glos. fin. in eodem cap.* dicit, quòd temporale non potest dari loco decimarum : sed in contrarium adducit *text. in cap. ut supra de reb. Eccles. non alien.* ubi *glos.* solutionem adfert, & dicit, quòd plerumque Reges solent dare possessiones, & reditus certos Ecclesiæ loco decimarum, & hoc potest fieri pro decimis detentis, & subtractis, sed pro futuris decimis talis commutatio non admittitur, *cap. fin. de rer. permut. Rota in decis. 2. in antiquis tit. de decimis* dicit, quòd nulli dubium est, quòd decimæ sunt res spirituales, & fructus decimarum ex ipsis dependentes, ac etiam dicit, quòd possunt cadere in laicum, & etiam præscribi, licèt aliter dicendum sit de jure decimandi, ut notatur in *cap. causam, quæ de præscript. & cap. quamvis de decim. Petrus de Ancharano in cit. cons. 34. column. 2.* dicit, quòd non potest compromitti in laicum causa decimarum, ex *cap. contingit de arbitr.* & si minor vult adesse in judicio pro causa spirituali, non potest comparere, nec etiam cum consensu sui tutoris, sed cum au-

authoritate Judicis Ecclesiastici competentis dari debet Curator in talibus causis spiritualibus, *cap. si annum de judic. in 6.* & causas spirituales accipit *Ancharanus* pro causis decimarum, super quibus, ait, non habere auctoritatem Judicem secularem. *Gloss. in cap. quis in verb. concesserit de decimis* dicit, quòd fructus decimarum concedi possunt laico ex causa ad vitam, & quòd jus percipiendi, quod est merè spirituale, ei dari in feudum non potest, nec etiam ad tempus: rationesque ibi multas affert. *Petrus Rebuffus in tractatu de decimis qu.10. in principio* quærit, coram quibus Judicibus peti debeant decimæ, & dicit, quòd Judices Ecclesiastici cognoscere debent etiam in possessorio, ad quod allegat *cap. dudum de decimis*, & *gloss.* supra relatam *in summ.c.11. quæst.1.* nam quando agitur de jure decimandi, quia causa spiritualis est, cognoscit Ecclesia: ad hoc allegat *glossam*, & Doctores supra citatos: & subdit, quòd si agatur de facto, ut de furto decimarum, vel de sola facti executione; tunc Laicus cognoscere potest: & allegat *Federicum de Senis*, & alios Doctores supra allegatos: & idem locum dicit obtinere, si agatur de fructibus: & allegat etiam *Gomesium in cap. si annum de judic. in 6. num.15.* & multa alia pulchra adducit. *Text. in cap. dudum de decim.* per *Rebuffum* allegatus refert litem, quæ vertebatur inter Episcopum Vesprim. cum Fratribus Hospitalis Sancti Stephani super causa decimarum, quia Fratres Hospitalis prædicti non permittebant decimas solvi dicto Episcopo, quia dicebant ad eos de jure spectare: pro qua causa Papa eis dedit Auditorem, coram quo possent intentionem fundare: & Prior Hospitalis ostendebat in suum favorem privilegia quædam Regis, & Reginæ Hungariæ, qui in perpetuam eleemosynam ei dotis titulo dictas decimas concesserant, propter quod, & alia allegata, dicebat Prior habere intentionem fundatam: tamen decidit Papa contra Fratres Hospitalis: & prohibuit, ne præsumerent ulterius impedire Episcopum, quominùs perciperet decimas memoratas: & rationem reddit textus, cum donatores prædicti conferre non potuerint aliis, quæ ipsi de jure non poterant possidere: ac etiam crimen sacrilegii incurrit, qui Ecclesiasticum aliquod de manu laicali recipit: & *gloss.* ibi in *verb. possidere* dicit; *Quia spiritualia non cadunt*; *cap. Messana de elect. Gomez in cap. si annum de judic. in 6. num.14. cum seq.* dicit, quòd causa decimarum **dicitur spiritualis**, & quòd sicut causa spiritualis non potest compromitti in laicum, *cap. cum contingit de arbitr.* eodem modo neque causa decimarum dependens, & allegat *Rotam in decis.* supra relata, *Cardin. cons. 92.* incip. *nobiles viri vers. insuper nec compromissum*, & *Bald. in leg. prima 7.vol. vers. si ponc. Cod. de confess.* tamen circa hunc articulum ait esse distinguendum, sicut superiùs *Federicus* distinguit, quam distinctionem ipse approbat, & allegat doctrinam *Bart. in leg. cotem §. qui maximos in 3.qu. ff. de public. & vectigal. Cardin. Zabarell. in consil.92. num.8. in fine*: & *num 9.* dicit, quòd non potest compromitti in laicum de rebus spiritualibus, idest de decimis, ex *cap. cum contingit de arbitr.* & dicit etiam, quòd de causa spirituali non judicat laicus, nec principaliter, nec incidenter, ex *cap. tuam de ordin. cognit. Covarruv. practic. quæstionum cap.35. nu.2.* dicit, quòd Clerici possunt apud Judicem laicum petere, ut Laici recusantes solvere decimas cogantur apud eum, cum hoc casu agatur, an decimæ sint solutæ, vel an laicus solvere teneatur, non autem tractatur de jure decimarum, nec de privilegio ab earum solutione liberante: ad quod allegat *Federicum de Senis in dicto cons.* nec ipse admittit, quod aliqui dicunt, nempè quòd ubi tractatur tantùm de quæstione facti super decimis, non de quæstione juris, causa contra laicum solùm ad secularem Judicem pertineat: nam Laici possunt ad solutionem decimarum per Judicem Ecclesiasticum censuris, & aliis modis compelli, *cap. pervenit*, & *cap. Nuncios*, cum concordant. *de decim.* & dicit deindè, quòd quoties decimæ à Papa beneficiario, vel feudatario jure in Principem laicum translatæ fuerint, poterit Judex secularis, utcumque causa tractetur, de decimis cognoscere: imò ad eum pertinere hujus causæ cognitionem privativè, & ità in Regno Franciæ servari ait *Joan. Ruppellan. lib.1. forens. instit. cap.25.* ubi dicit propterea, quòd causa decimarum quandoque in eo Regno tractatur apud Regios Auditores, nempè cum Laici contendunt decimas ab eis exigere, quæ ob temporis præscriptionem minimè debentur: nam, etsi condemnentur à Judice Ecclesiastico; nihilominùs ex querela causa retinetur in Regiis Prætoriis, nam passim dantur literæ Regiæ à Supremo Senatu ad id, ut Laici non cogantur illas decimas solvere, quæ solvi ob temporis præscriptionem non consueverunt, & se remit-

tit

tit quoad hoc ad notata per eum in *lib.1. variar. reſolut. cap. 17. num.8.* & id fieri apud Gallos teſtatur etiam *Carolus de Graſſariis lib.2.reg.Franciæ jure 7. colum.5.* Ulteriùs dicit, quòd Conductores decimarum poſſunt apud Judicem ſecularem conveniri, cum non tractetur de jure decimarum, ſed ſolùm de ſolvendo pretio, ob quod decimæ conductæ fuerunt: imò jure ordinario dicit poſſe Judicem Eccleſiaſticum declinari, quamvis jure Regio proviſum ſit, Conductores iſtos poſſe apud Eccleſiaſticum Judicem conveniri, ſi in conductionis contractibus ſe Conductores ſubjecerint Eccleſiæ juriſdictioni: & allegat *text. in leg. 6. tit. primo 3. ordin.* & idem ſentit *l. 3.* ejuſdem *tit. Joann. Ruppellan. in cit. lib primo cap. 25. initit. forenſ.* dicit, quando decimæ exiguntur ex præciis, Laicum coram Judice Eccleſiaſtico conveniri, & quòd Judex laicus de decimis cognoſcit, ſi modò beneficiario, feudatarioque jure ad Laicos à longiſſimo uſque tempore, cujus initii memoria non extet, translatæ fuerint: & hoc ait eſſe de obſervantia in Regno Franciæ, & ibi reddit rationem, unde ortum habuit hæc obſervantia. *Baldus in leg.uſusfructus in antiqua lectura ff.de carb.ed ff.* dicit, quòd jus decimarum non poteſt concedi Laico. *Carolus de Graſſariis lib.2. regul. Franc. jure 7. colum.5. in principio*, dicit, quòd in Regno Franciæ litteræ conceduntur in Cancellaria Regia ſuper novis decimis, ne à Laicis exigantur per eorum Prælatos, quæ fundantur in ordinibus Regis Philippi pulchri editis ann. 1304 *cap.29.* & citatus *Covarruv. variar.reſolut. lib prim.cap.17. num.8. verſic.nonò principaliter fol.* 125. dicit, quòd juſta ex cauſa Hiſpanorum Reges induxerunt, ut publicis edictis vetaretur, in illis Regnis decimas à Laicis exigi, quæ per conſuetudinem contrariam non conſueverunt ſolvi, quemadmodum ſtatutum eſt à *Carolo I. anno* 1525. *leg.13.* & *leg. 76.* & idem apud Gallos ſtatutum ait: ad quod allegat *Carol. de Graſſ.* ſupra relatum. Præterea Rex Carolus II. *in cap. ſtatuimus, quòd Comites, Barones ſub rubr. quæ ſolvantur decimæ Eccleſiis*, ſtatuit, quòd Comites, & Barones, & cæteri, qui tenentur ad decimas, & jura alia Eccleſiis, vel Eccleſiaſticis perſonis pro bonis, quæ tenent ad requiſitionem perſonarum, quibus debentur, per Juſtitiarum Provinciæ compellantur, & illæ ſolvantur per alios quoſcunque, per quos bona pupillorum, terræ, vel feuda tenentur, ſive Baliatus Curiæ teneant, ſive terræ, vel feuda aliquorum occaſione delictorum, vel quacumque alia ex cauſa per Curiam teneantur. Quod *capitulum* confirmavit Rex Ferdinandus in *pragmatica*, quæ incipit *Ferdinandus &c.* ſub *rubric. quibus immunit. deb. gaudere Cler.* & hoc idem *capitulum* fuit approbatum per litteras Apoſtolicas Papæ Honorii inſertas de verbo ad verbum ſub dicta *Pragmatica* Ferdinandi, ubi præmemoratum etiam *Capitulum* recenſetur.

Placet autem hic reaſſumere, quæ fuerunt pro hac re per nos enucleata in cauſa Collegialis Eccleſiæ S. Crucis Caſtri Pediſmontis Alypharum cum Colonis Caſalis S.Gregorii circa præſtationem decimarum in judicio manutentionis petitæ per RR. Canonicos dictæ Collegialis Eccleſiæ in S.R.C. in qua cauſa per dictos Colonos fuit inter alia oppoſitum, cauſam prædictam pertractari debere coram Judice Eccleſiaſtico. Nos autem tuendo jura prædictæ Collegialis Eccleſiæ dicebamus, quòd quamvis cauſæ petitorii præſtationis decimarum determinari privativè debeant per Judicem Eccleſiaſticum, prout diſponunt jura in *Clem. diſpendioſam de judiciis, in cap. literas de juram.calumn. in cap. fin. de rerum permutat. in cap. cauſam de præſcript. in cap. tua §. fin. & toto tit. de decimis*, ex quo decimæ ſunt res ſpirituales, & reditus Eccleſiæ, *cap. tua*, & *cap. pervenit* cum duobus *ſequ. de decim.* idque etiam quia non de jure poſitivo, ſed de jure divino ſunt inſtitutæ, *Gratian. deciſ.100. num.1. in addit.* attamen in judicio poſſeſſorio poſſunt agitari, & decidi per Judicem ſecularem, ut communiter Doctores docuerunt authoritate *Gloſ. in cap. literas in verbo rebus de juram. calumniæ*, quæ dicit, poſſeſſionem cujuſcumque rei ſpiritualis debere reputari, tanquam rem temporalem: nam quamvis reſpectu Eccleſiæ agatur, non tamen de jure ſpirituali diſputatio inſtituitur, ſed tantùm ſuper facto quæritur, an quis poſſideat rem Eccleſiaſticam, an Clerici ſint in poſſeſſione percipiendi decimas: & concordant jura *in cap. petimus 11. quæſt.1.* & *in cap. fin. extra de judiciis*. Et Judex laicus eſt competens in rebus ſpiritualibus, cum agitur ſuper mero poſſeſſorio, cum poſſeſſorium non ſit res ſpiritualis, ſed temporalis, & Judex laicus eſt competens, quando in ſpiritualibus cognoſcit de facto, & non de jure. Quod intelligitur in judicio retinendæ, vel recuperandæ, non autem adipiſcendæ: cujus rei ratio eſt, quia cum agitur de adipiſcenda, cum ti-

titulus requiratur, hujus cognitio, cum sit quid spirituale, non spectat ad Judicem secularem, ut ex communi sententia Doctorum docuit *Cevallos communium contra communes quæst.* 504. ubi sic refert decisum per regalem Cancellariam Pedimontis. Quapropter, si insurgat controversia, an, vel ne decimæ debeantur, Judex laicus non potest de hoc cognoscere, cum sit quæstio de jure: verum, si controversia sit ob retardatam solutionem decimarum, Judex laicus est competens, quia non esse solutas decimas, quæstio meri facti est, & cum sit possessorii causa, temporalis est, *l. assecuratio Cod. de non numerat. pecun. Gayll. observ. pract. lib.* 1. *cap.* 38. *Grammat. decis.* 78. *num.* 6. ubi sic refert decisum, *Capiblan. in tract. de Baronib. pragmat.* 8. *par.* 3. *n.* 84. ibi: *Si verò Ecclesiasticæ personæ velint convenire laicos pro quocumque possessorio, an debeant secularem Judicem adire? fuit antiqua controversia super solutione decimarum, quis erit competens: cum enim decimæ sint de jure divino, videtur, quòd cognitio solùm ad Ecclesiasticos pertineat*; & indè subdit: *Concluditur tamen, quòd, quando est quæstio facti circa cogendos debitores, jurisdictionis secularis sit potestas: quoad titulum, & ea, quæ juris spiritualis sunt, Ecclesiasticæ potestatis causa sit.* Concordant *Vasquez controver. jur.* 89. *Reg. Tapp. tit. de decim. super jur. Regn. in cap. Regis Caroli II. item statuimus, quòd Comites fol.* 313. *Petrus Barbosa in tract. solut. matrim. leg. Titia* 35. *tom.* 2. *nu.* 39. *cum seq. & Covar. pract. qu. to.* 2. *cap.* 35. *n.* 2. ubi dicit: *Secundò erit observandum, quòd Clerici poterunt apud Judicem secularem petere, laicum solutionem decimarum recusantem compelli ad eas solvendas, cum tantùm agitur, an decimæ sint solutæ, vel an teneatur ille solvere, vel alius: non autem de jure decimarum, nec de exemptione, vel privilegio ab earum solutione liberante. Ecclesia siquidem duos ad hoc Judices habere poterit, nempe secularem, & Ecclesiasticum*: & ideò *Riccius in collectaneis decision. part.* 4. *collectan.* 1136. *super capitulo Parochianos de decimis in fine*, inquit: *Infertur quintò, quod causa decimarum est spiritualis, & de ea cognoscit Judex Ecclesiasticus, Leo decis.* 49. *Paponius lib.* 1. *tit.* 12. *arrest.* 8. *& maximè quando discutitur, an decima debeatur.* Et *Glos. cit. cap. Regni item statuimus*, inquit: *Adde, quòd causa decimarum pertinet ad Judicem Ecclesiasticum, non ad Secularem, Specul. in tit. de comp. judic. §.* 1. *vers.* 16. *imò & per modum reconventionis non spectat ad Judicem secularem, Specul. in tit. de reconv. §.* 1. *vers. & trado.* Et propterea Judex, qui in causa decimarum cognoscit de possessorio, non potest cognoscere de petitorio, ne alterius jurisdictioni præjudicetur, *Afflict. decis.* 155. *num.* 6. auctoritate *Baldi in leg. si de proprietate in fine Cod. si à non competenti Judice*, nec in hoc Ecclesiastici eorum actibus, & consensu prorogare possunt jurisdictionem Judicis laici ex vulgatis juribus in *cap. si diligenti, & cap. significasti*, ubi *gloss. de foro competenti*. Hinc *Ferrerius ad Guid. Papam in addit. ad quæstionem* 233. & *Rebuffus in calce tractatus decimarum* referunt vigintiquinque pœnas divino judicio præscriptas contra eos, qui de præstandis, & exhibendis decimis parum sunt solliciti, ex *Can. revertimini* 16. *quæst.* 16. & ob hanc rationem S. R. C. anno 1649. ad relationem Consil. Messia in hac eadem causa mandavit, *quòd articulus, an debeantur decimæ, & cui debeantur, remittatur ad Judicem competentem*. Ex quibus deducebamus, Colonos Casalis S. Gregorii nihil posse opponere in S.R.C. de iis, quæ pertinent ad titulum exactionis decimarum, solùmque causam decidi debere in strictis terminis judicii possessorii manutenendæ.

Causa prædicta fuit proposita in Sac. Reg. Consilio sub die 2. mensis Septembris anni 1739. ad relationem Reg. Consiliarii Ill. Ducis D. Cæsaris Invitti, & fuit secundum hæc scripta judicatum: nam fuit provisum, quòd citrà præjudicium Partium, & probatorum liceat, & licitum sit Colonis territoriorum in actis deductorum examinare testes infra viginti dies, & de eorum depositionibus habeatur ea ratio, quæ de jure habenda erit, quo termino elapso, procedatur ad expeditionem causæ, & interim Dominus causæ Commissarius provideat super venditione frugum consignatarum, de quo decreto porrectis nullitatibus pro parte Colonorum, altero decreto eiusdem Sac. Reg. Consil. fuit declaratum nullitates non obstare, & Coloni ad concordiam devenerunt cum Reverendis Canonicis ejusdem Collegialis Ecclesiæ convalidatam etiam decreto expedit ejusdem Sac. Reg. Cons. qua mediante se obligaverunt ad corresponsionem prædictæ decimæ, & Canonici prædictæ Collegialis Ecclesiæ eosdem quietaverunt pro annatis præteritis, pro quibus non fuit eisdem soluta decima prædicta, ut ex actis in Banca Hieracis apud Scribam Carminum Izzo.

Decima prædialis si debeatur Baroni,

Digitized by Google

roni, aut personis Ecclesiasticis, quærunt Doctores an debeatur deductis expensis, vel ne, quod accidit disputari annis proximè elapsis in causa Illustris Principis Palmerici, utilis Domini terræ Acajæ cum Venerabili Collegio Patrum Jesuitarum Civitatis Litij, in qua causa tuendo nos jura præfati Illustris Principis Palmerici, quamplurima ad hanc rem pertinentia adnotavimus, quæ placet hic reassumere. Dicebamus enim in causa prædicta decimam corresponderi debere in olio, non in olivis, ex eo, quia expensæ, quæ fieri solent in decimis prædialibus non detrahuntur, & dumtaxat detrahuntur illæ, quæ præstantur ex fructibus civilibus, *cap. cum homines cap.non est, cap.tua nobis, cap.pastoralis de decimis*, ubi *Barbosa*, & alii Canonistæ. *Rebuff. de decimis part.11. num.3.*, *Moneta de decimis cap.6. part.4. à num.28.*, *Menoch. de abitrariis cas.225. num.2.*, *Gamma decis.150. nu.1.*, *Fermosinus in cap.1. part.6. num. 58. de conditionibus*, *Zerol. in praxi Episcopali parte 1. vers. decimæ §.9.*, *Peregrinus de emptione, & venditione cap.27. numer.75.*, *Borrellus in summa decret. part.1. tit.19. num.10.*, *Cardos. in praxi jud. vers.decima num.12.& 18.*, *Guttierez de gabellis parte 169. num.8.*, *Leand. quæst.mor. tom.3. tract.6. disput.3. part 20.*, *Farias ad Covarru. lib.1. variar. cap 17. num.104.* & 105. & quidquid sit in aliis speciebus fructuum, in materia decimarum olei, prout vini, & frumenti, inter naturales fructus connumerantur, ut ex communi Doctorum sententia adnotavit *Puteus in decis.80. lib.1.* ibi: *prout dicitur in segetibus, & in grano, vino, oleo tantùm, quoad effectum decimarum reputantur fructus naturales*, & *Gall. in cons.118.* id ipsum firmavit, dicens expensas erogatas pro extrahendo oleo, & vino necessarias dici, tamquam peractas prò recollectione horum naturalium fructuum, quousque ad eorum perfectionem perveniant. Inhærent *Barbos. in cap.Nuntios de decim. Marta lib. 6. de decimis cap. 47.*, *Riccius collectanea 142.*, *Mohedanus dec.12.*, *Farinac. decis.223. part.1. recent.* Cumque oleum sit necessarium pro sustentatione vitæ, & pro communi vsu, & commercio hominum operetur, ejusmodi debetur decima non jam ex olivis, quæ parùm humanæ vitæ necessariæ sunt, ut post alios docuit *Gonzalez in cap.cum homines de decimis*; ibi: *Etiam sciendum est decimas solvendas esse in ea specie, in qua res solent esse juxta commune hominum commercium, & ita solvendas esse in grano, non in spica, in vino, non in uvis, in oleo, non in olivis cap.quicumque 16. q.4. distinct.7. cap.non est hoc tit.*, & *Marta* etiam in *lib.6.tit.de decimis cap.43.* dixit: *in eo statu solvendæ sunt decimæ, in quo res in communi hominum usu esse solent, prout triticum, oleum, & vinum sunt*, & idem etiam docuit *Puteus in decis.100.* dicens: *hinc est, quod decimæ non debent solvi, prout fructus colliguntur, ut granum in spica, vinum in uva, & oleum in oliva, ut per Hostiensem in cap.pastoralis column.9. vers.prædiales, & per Abbatem in cap.pervenit de decimis*, & plures alii, sicut *Hispan. in regula decimarum nu.1.*, *Rebuff. de decimis cap.8. num.3.*, *Monet. de decimis cap.4. quæst.1. num.10.*, *Staib. senior. cons.60. num.3.* ibi: *Et propterea meritò dixit Ripa, quod si solvatur de fructibus decima, debet etiam solvi de oleo*, *Ricc.in praxi fori Ecclesiastici par.2. resol.109. nu.2.*, *Castropal.2.par.tract.10. de decimis disput.unica puncto 7.*, *Molfesius in summa Theologiæ moralis tract.6. cap.4. part.1.*, *Castill. tom.6. controvers. tit.13.*, *Barbos. de officio, & potestate Parochi part.3. cap.28. §.1. nu.12.*, *Borrellus in summa decisionum tit. de decimis num.4.*, & *cons.20. à nu.1.ad 14.*, *Amendola ad decis. 117. & 124. de Franch.*, *Card.de Luca de decimis discur.14.n.10.* ibi: *debentur decimæ non solùm de frumento, ordeo, vino, oleo, & aliis fructibus*, & in *discursu 22. num.3. non debentur solùm ex tritico, sed etiam ex omnibus aliis frugibus, ac etiam ex vino, & oleo*, & quamplures adsunt pro hac re decisiones Rotæ Romanæ, quæ apud Authores leguntur, sic est 60., quam refert *Mohedan. alias 2. de decim.* ibi: *Ratio principalis fuit, quia decimæ sunt solvendæ in eo statu, quo res solent esse in communi usu hominum, prout de grano, oleo, & vino ad cap.quicumque 16. 9. & 7. ut puta de fructu Apium, qui solvitur in cera, & melle, ut dicunt Ostiensis, Cardinalis, Abbas in cap. Nuncios de decim.s.* Et idem *Mohed. decis 125.* inquit Rot. Romanam revocasse aliam decisionem, qua diversum determinaverat, nempè in 29. quam ipse refert, cujus etiam memor fuit *Marchesan. de Commissariis part.2. cap.4. num. 31.* his verbis: *Decimas autem, ut puta cannarum, seu arundinum, zuccari ex ipsis arundinibus, & non ex zuccaro, & sic ex olivis, non ex oleo, ex uvis, & non ex vino, & similibus solvendas esse tenuit Rota, ut apparet ex decis. Mohedani 29. tamen contrariam opinionem pluries sequuta fuit, & tenuit uti veriorem, de qua per eundem Mohedanum decis. 68. & 12.*, & *Puteus*

*decis.*80. & 100., & *ratio principalis est, quia decimæ sunt solvendæ in eo statu, quo res solent esse in communi usu hominum, prout de grano ad cap. quicumque*, & idem cernimus determinatum in *dec.*64. *par.*9. *recentior. tom.*1. *pronunciatum extitit decimas olei spectare ad Capitulum Hispalensis*, & *part.*19. *decis.*12., in qua affirmatur multis probationibus indigere, qui contrarium allegare vellet, ex quo multum eis resistant jus & communis mos. Et apud *Mantic. decis.*341. habetur *participem esse debere decimæ Croci*, & *olei*, & non aliter *in part.*3. *dec.*666. *censuerunt Domini decimam Croci*, & *olei deberi Reverendissimo Episcopo*, & in *decis.*502. *part.*4. *tom.*1. *proposito dubio*, *an Cantor deberet participare de decimis Croci*, & *olei*, *Domini affirmativam sunt amplexi*, sicut etiam dixit *Jacob. Gall. in cons.*118. ibi: *corroboratur etiam prædicta ratio, nam ut experientia docet*, & *consuetudo declarat, decima solvitur in vino*, & *oleo*, & *non in uva agresta, seu olivis, item solvitur in frumento*, & *non in spicis, seu segetibus cap. non est*, & *cap. cum non sit extr. de decim.*

Dicebamus itidem, quod si hæc procedunt, cùm agitur de decima Ecclesiastica, eò magis locum habere debent, cum agitur de decima Baronali, ob particulares rationes, per Authores in hac materia consideratas, quæ recognosci possunt apud *Tasson. de antefat. vers*3. *observat.*4. *num.*110., *Capiblan. de Baron. tom.*2. *cap.*78., *Cavalcan. decis.*14. *in fin. part.*4. Sic etiam docuit *Jo: Maria Nou.*, cui in hac materia magna fides præstanda est, cum semper pugnaverit contra Barones, semperq; studuerit minuere quantum potuit Baronium prærogativas, & tamen ratione coactus in diversis locis ejus operum ad favorem Baronum concluſit, ut videre est *part.*1. *quæst. forens.*21. & *in Rubrica Pragmaticæ deman. Colleg. collect.*1. *num.*1. Sed in tractatu de grauaminibus Vassallorum *tom.*1. *grav.*7. plenè de hoc verba faciens, restrinxit suam sententiam, quod tunc dumtaxat intelligatur Vassallis gravamen illatum, cum Baro decimare vellet in lampanti oleo, & extracto, ibi: *Decimam vini posse exequiri cantat text. cap. non est dubium de Dec.* & *probat Barrell. cons.*20. & *item in summa decis. tit. de decim. num.*4. *tom.*1. *nosque firmavimus forens. qu.*12. *num.*1. *part.*1. & *olei decimam deberi Rebuff. scripsit in particul. tract. de decim. quæst.*8. & *confirmaverunt Monet. in ejusdem nomin. tract. cap.*4. *num.*10. *Card. Mant. decis.*341. *num.*1. *quos refert*, & *sequitur modernissimus Barbos. de potest.* & *offic. Paroch. cap.*48. §. 1. *nu.*4. *adde Molses. in summ. Teolog. moral. tract.*6. *cap.*4. *p.*1. *At quia ex cap. cum homines de decim. habemus fundatam conclusionem decimam deberi ex fructibus statim collectis, ut latiùs in præcedenti gravamine, Ideo ad nostrum propositum conficiendum est regula, quod quando Barones habent facultatem exigendi decimam de vino, illam debent habere, & recipere in musto tempore vindemiæ, prout sic praxis jamdiu recipit, & reminiscor una vice determinasse Reg. Aud. Capit anatæ, per quam fuit habitum pro vero Barones gravare Vassallos, si tempore quo vinum est purum decimam recipere vellent; unde cum eadem ratio vigeat in oleo, dicendum est illius decimam esse tradendam tempore quo conficitur, nec posse exquiri sine Vassallorum gravamine quando erit rafinatum, & purificatum*, non adversatur itaque nostræ sententiæ, Nov. in casu quo Baro decimare vellet in oleo recenter confecto, tum quia in hoc vassallis nullum præjudicium infertur, cum etiam quia militat eadem ratio supra expressa quod decimæ juxtà humani commercium præstari debent, ad normam finis, prò quo introductæ fuerunt, pro qua re facit decisio Regiæ Cameræ anni 1671. relata *per Annam allegat.*95. *in fine*, *in puncto autem* (dicit Anna) *principali istius causæ Regia Camera judicavit decimam deberi de omnibus fructibus tam inferioribus, quàm superiorinus vini*, & *olei*, & revera in Provincia Idrunti, ubi in usu est præstatjo decimarum, pro majore parte locorum Baronibus traditur in oleo, & pauca sunt illa feuda, ubi præstatur in olivis, proùt plenè fuit probatum in processu causæ Baronis Calimedi agitatæ anno 1550. in qua fuit articulatum, & quamplurimis testibus probatum sic practicari in terris Sancti Cæsarei, Lizzanelli, Martani, Malentugni, Butrugni, Casalis Vicinantiæ, terræ Andrani, Casalis Cucumolæ, Casalis Sancti Capiani, Casalis Nucigliæ, Casalis Surani, aliisque quampluribus. *Et Regens Scipio Rovitus*, qui *cons.*48. scripsit pro causa Baronis Carpignani circa decimas debitas ab exteris in dicta terra habitantibus, adducit integrum capi inventarii formatum per Principem Terenti, reddituum dictæ terræ, in quo hæc leguntur *tenentur solvere anno quolibet decimam partem fructuum*, & *victualium*, *quæ faciunt*, & *percipiunt ex eorum laboribus videlicèt frumenti, ordei, aven, fabarum, lini, olei*, & *vini*. Quò respiciunt tradita per

no-

noſtros authores in ſimilibus caſibus decimarum, præſertim *Ricc. Collect. 192. Gallus conſ. 118. Amendola ad Franch. deciſ. 117. & deciſ. 124. Caſtill. tom. 6. controv. cap. 12.* & authorem allegat. traſcriptæ *per Agetam ad Moles §. 21. de jure reheviorum part. 1. prò Marchoniſſa Galatolæ n. 8.* Undè deducitur exactionem decimarum Baronalium fieri debere in oleo, non in olivis Sic enim *cit. auth. quæſo advertatur quod ipſi Reg. Curiæ non olivarum, ſed olei fructus ſunt perſolvendi, ſicuti, nec ipſi Ill. Marc ioniſſæ Galatonæ reditus in olivis, ſed in oleo perſolvuntur, cum de olei introitibus, & non olivarum agatur, & num. 14. ſed quia revera non ipſæ olivæ, ſed oleum, quod ex eis præmitur, & percipitur eſt in fructu.*

Ulterius dicabatur dubitari non poſſe in decimis etiam Baronalibus non fieri aliquam deductionem expenſarum, ſic docet *Anna allegat. 94. n. 22. ibi: utroque caſu expenſæ non diminuunt decimam tam Deo debitam, quàm Domino Territorii.* Similitèr confirmaverunt *Capyc. dec. 20. Afflict. deciſ. 152. Paul. & Ruin. in l. fructus ſol. matr. Bald. in l. à Domino §. fin. de petit. hæred. Tiraquell. tract. Primogenit. quæſt. 74. Avendan. lib. 2. de exequ. mandat. cap. 14.* Qui authores id deducunt ex reſponſo Jureconſulti Juliani in *l. ſi debito de contrah. empt.* ubi ſi debitor ſit obligatus ad certam quantitatem, puta pro decimo pondo olei, non eſt habendus reſpectu ad expenſas, quas ipſe erogat prò habendo hoc fructu ex pendentibus olivis, quod videtur valdè proprium ad deciſionem præſentis cauſæ. Id ipſum confirmabamus pro evitando altero ineſcuſabili præjudicio, quod alias oriretur in damnum Baeonum Civitatis Litii, ſi decima eis præſtari deberet in olivis, & non in olio, nam cum non poſſent Barones tenere ad cuſtodiam tot, taataſque perſonas, quot ſunt poſſeſſiones territoriorum, ad finem ne extraherentur olivę, abſque correſponſione decimæ Baronalis, cum olivæ infra ſpatium plurium menſium, quotidie, prout matureſcunt, cadunt, aut defraudarentur decima prędicta, aut deberent ſubjacere diſpendio, quod eſſet majus lucro, quod ab exactione decimę haberetur, qua de re, in eadem provincia introducta fuit obſervantia pręſtandi decimam in oleo, juxta appretium, quod fit ab eſpertis appratiando olivas ſuper arboribus, hæcque praxis æſtimandi fructus arborŭ, ante illorum recollectionem, & illorum poſtea appretiatorum ſecuritatem dare, ad alium finem non fuit introducta; niſi ad evitandum fraudes, quæ aliàs eſſent inevitabiles, trahit origam ab illa concluſione, quam nos ſupra etiam firmavimus, & in hac ſpecie Doctores omnes conſiderarunt, nempe quia recollectio decimarum eſſe debet in modum, quod nulla fraus intercedat, ad tradita per *Abb. in cap. ex parte de decimis Auſrer. in addit. Cappellæ Toloſanæ quæſt. 109. & 431. Covar. lib. 1. var. cap. 17. num. 8.* & ob hanc ratiònem licitum eſt, cujucunque decima debetur, deſtinare cuſtodes pro aſſiſtentia, ſecundum *dec. 117. Præſid. de Franch. Vivius dec. 4. num. 37. Anna allegat. 94. Capiblancus de baronibus in prag. 11. num 58. Maſtrill. de Magiſtratibus lib. 4. cap. 18. num. 81.* & ob eandem rationem *Barb. ſ. de diviſione fructuum part. 1. cap. 7. num 26.* docuit, quod qui jus iſtud decimandi habet, poteſt prohibere Domino Territorii, ex quo debetur decima, ne aſportentur fructus, donec fuerit facta deſcriptio, & ad hoc allegat *Speculat. rem. Jo: Andream Guidonem Papa*, & alios, & huc etiam reſpicit altera concluſio ab Auctoribus tradita, quod ſi dubium adſit de fraude in decima frumenti, poſſet is, cui debetur, illam petere tempore meſſis ex manipulis qui fiunt a meſſoribus, *Guidon. Papa deciſ. 183. Fontanell. de pactis nuptialibus tom. 1. clauſ. 4. gloſſ. 19. part. 2. à num. 6. & deciſ. 536. num. 18. part. 2. Novar. de gravaminibus tom 3. gravamine 1. num. 1. 2. & 3. Capiblancus de Baronibus in prag. 11. a num. 11.* cumque hoc tendat ad majorem cautelam, & ſecuritatem creditoris, abſque dubio admitti debet, & obſervari, nt docent DD. *in l. plus cautionis ff. de reg. jur. Bart: in l. Prætor. ff. de Prætor. ſtipul. Franc. Beccius in conſ. 18. num. 38.* ubi dicit, admittendum eſſe, id per quod in omnem caſum ſatisfit deſiderio ejus, qui jus prætendit. Et ex hoc orta fuit praxis in eadem Provincia Lycienſi correſpondendi prædictam decimam in olivis, & non in oleo cum poſſeſſores oleum conficiunt in Tappetis Baronalibus, cum hoc caſu nulla fraus præſumi poſſit, hocque ipſum confirmabamus decreto S. R. C. interpoſito in cauſa Epiſcopi Lycienſis cum poſſeſſoribus S. Petri in Lama ad relationem Regii Conſiliarii D. Coſtantini Grimaldi ſub die 20. menſis Aprilis 1716. pro fuit ordinatum, *quod explicando proviſionem reſervatam per S. C. decreto interpoſito ſub die 25. Octobris 1697. ſol. 533. ter. infra duos menſes pro omni termino nominatione, & beneficiis partes deducant incumbentia, & interim citra præjudi-*

cium jurium partium fiat numeratio, & descriptio arborum olivarum ad præsens existentium in territoriis S. Petri in Lama per quatuor expertos eligendos à Reg. Audientia Provinciali partibus non suspectos, qui recognoscant, & referant numerum, & quantitatum dictarum arborum, & an sint eædem, quæ descriptæ, & adnotatæ fuerunt, sive decimales, sive immunes in inventario facto pro exequutione sententiarum S. R. C. vel sint germine illarum, vel sint noviter plcutatæ, non impedita interim solutione decimæ, vigesimæ, vel quindecimæ in beneficium Reverendissimi Episcopi Licien sis, prout ad præsens corresponderetur, donec aliter fuerit provisum per S. C. in quacunque parte judicii, præstita tamen priùs cautione laicali per dictum Rev. Episcopum de restituendo ad omnem ordinem ejusdem S. C. in quacunque parte judicii, quam præstationem decimæ, vigesimæ, & quindecimæ pro nunc possessores respective teneantur facere ad horrea prædicti Rev. Episcopi sita intus Casale S. Petri in Lama in olivis, & non in oleo pravio appretio faciendo per expertos per ambas partes eligendos, decreto enim prædicto fuit impartitus terminus pro decisione controversiarum, quæ erant inter Episcopum, & possessores territoriorum, & circa punctum, an decima deberetur in olivis, prætendebatur per prædictos Cives eorum Casalem esse de corpore Civitatis Lytii, & ex quo non solvebant Cives Lytii decimam aliquam olivarum, nec etiam Cives prædicti molestari debebant, quæ causa dispuncta fuit in conciftorio Principis Tarenti, & post plenæ discussionem anno 1447. obtinuerunt Cives favorabilem sententiam, qua fuerunt absoluti his verbis *sententiamus, decernimus, deliberamus, & diffinimus homines dicti Casalis justitiam fovere causam tuendo se de servitute decimarum olivarum prædictarum supradictis rationibus, atque causis, & ideò tanquam justa causam, foventes ab impeditione decimarum prædictarum deliberatè, & consultè absolvimus, & liberamus, & pro absolutis, & liberatis ex nunc in antea, & omni futuro tempore habere volumus, & decernimus expressa, &c.* Cum autem fuerint conventi ab Episcopo Lytiensi in S.C. Cives S. Petri in Lama, qui à centum retrò annis impleverunt olivis territoria, a quibus priùs exigebatur decima victualium, quæ si immunia fuissent, redundaret in maximum Ecclesiæ detrimentum, sententia S. R. C. rolata sub die 14. mensis Octobris anni 1570. fuerunt condemnati illi particulares possessores conventi in prædicto judicio *ad solvendum, & consignandum prædicto Reverendissimo Episcopo Lyciensi Actori, deinceps & singulis annis in futurum decimam olivarum in processu productarum, plantatarum tamen ab annis centum in circa, liquidandam per expertos partibus non suspectos per nostrum S.C. eligendos pro inspectione arborum ipsarum olivarum tempore executionis præsentis nostræ diffinitivæ sententiæ, a decimis verò pretensis ex omnibus olivis pro præterito, & respectu arborum plantatarum ante annos centum dictos conventos esse absolvendos, prout ipsos absolvimus, & penitus liberamus*, pro cujus sententiæ executione fuit interpositum prædictum decretum S. R. C. anno 1716. quod dicebamus, non solùm non obstare, verùm, & confirmare jura Illustris Principis Palmerici, cujus causa, quæ agitabatur anno 1732. in Regia Camera summariæ penes Actuarium Orontium de Arenis cum Reverendis Patribus Jesuitis, fuit amicabili transactione supita cum onere injuncto eisdem Patribus conficiendi oleum in propriis Tappetis Baronalibus dicti Illustris Principis Palmerici.

De decimis tractant per integros tractatus *Moneta, Dutterus, & Petrus Rebuff.* Et de eadem materia pertractant *Barbosa de Jur. Ecclesiastico tom.2. pagin. 366. & de officio Parochi pag. 236. Lessius de Just. & Jur. pag.475. Lorichius in Thes. Theolog. tom.1. pag.754. Castropal. par.2. pag.105. Bonacina tom.2. pag.415. Filiucius tom.2. pag.290. Gran. in decret. to.3. pag.83. Directorium Confess.par.3.pag.57. Barbosa in decis.apost. pag.233. in Repert. jur.pag.84. Suarez de Relig.tom.1.pag.51. Crespetius in Summa pag.226. Carrier. in digesto fidei pag.565. Ventriglia in praxi tom.2. pag.373. Nicolius in Flosc. pag.209. Piasecius in prax. Episcop. pag.309. Roccasullus tom.2. par.3. pag.479. Vega in Summa tom.1. colum.984. Megalius tom.2. prompt. pag.90. Murga in disquis. moral. tom.2. pag.491. Summa Silvestri part.1. pag.174. Malletus in Tholog. moral. to.2. pag.586. Miranda in manual to.2 pag.466. Summa Litterati pag.184. Summa Naldi pag.226. Nicolius tom.2. resolut. pag.153. Vallalobos in summa to.2. pag.474. De Luca in Theatr. Verit. tom.14. pag.3. Zerola in prax. Episc. pag.137. & part.2.pagin.49. Summa Toleti pag.570. Aluarez in specul. princip. pag.356. Antonius à Spiritu Sancto in director.pag.59. Catonus in contro. pag.135. Alphonsus à Castro de hæres. pagin.225. Sà in Aphoris. Confess. pagin.119. Valentia tom.3.col.1768. Rubeus in Aphoris. Episcop. pag.168. Covarruvias tom.1. pag.85.*

pag.85. Laymen tom.2. lib.4. pag.197. Novarius in Lucerna regul. pag.53. Portellus in dub. regul. pag. 109. Casalius de Rit. Christ. pagin.289. Raynerius in Pantheol. to.1. pag.800. Pellizzarius tom.2. pag.771. Tuscus tom.2. pag.263. Barbosa de potest. Episcop. tom.3. pag.556. Henrinx in Summa Theol. tom.3. pag.517. Labbata tom.1. Thes. mor. pag. 561. Gavantes in Manual. Episc. pag.93. Summa Rodriquez part.3. pag.303. Alloz. in Flor. Summæ pag.159. Barsæus tom.1. Flor. Theol. pag.272. Idem tom.2. pag.208. Belluga in Specul. Princ. pag.187. Danza in pugna Doctor. pag.244. Graffius tom.1. consil. pag.100. Facundez de præcept. Eccles. pag.753. Rebuffus in tract. pag.1. Trullenc in Decal. tom.1. pagin.583. Carpzov. de Jur. Eccles. pag.165. S. Antoninus tom.2. summ. pag.160. Leander tom.3. pag.135. Bonaspes tom.5. pagin.226. Tancredus de Relig. pag.14. Rodericus in quæst. mor. pag.362. Navarra tom.2. pagin.114 Decanus de Just. pag.509. Medices in 2.2. S. Thom. qu.87. Apparatus Concionat. pag.201. Tepatus tom 1. pag.31. Sannig. tom.4. Theol. moral. pag.335. Velascus tom.1. in Summ. pag.498. Pastor de bonis Eccles. pagin.9. Carbo de præcept. Eccles. pag.106. De quarta decimarum Barbosa de jur. Ecclesiastico tom.2. pag.339. Barbosa de potest. Episcopi tom.3. pagin. 368. De Parochorum jure circa decimas: Bautus tom.1. Theol. mor. pag.508. De decimis quoad Regulares Summa Lezanæ to.3. pag.392. De pœnis Pœnitentium solvere decimas Riccius in prax. tom.4. pag.347. De concessione Papæ in decimis Larrea in allegat. tom.1. pag.422. De decimis Hebræorum Scaliger. De variis decimis Glossar. med. latin. tom.2. col.22.

CAPUT X.

De Conciliis, & Synodis.

SUMMARIUM.

Conciliorum Congregatio in Ecclesia antiquissima est, & qualiter incepit tempore Apostolorum n.1.

Sacrum Concilium est generale Synodus, vocatur Episcoporum, & qualiter congregentur n.2.

Tempus præcipuum ad Synodum congregandam quale sit enucleatur n.3.

Concilium quotuplex sit n.4.

Concilium generale, seu œcumenicum quale sit explicatur num.5. est infallibile num.6. quid Concilium nationale num.7. quid Concilium provinciale num.8. ubi traditur norma servanda in Concilio provinciali. Synodus Diœcesana qualiter convocetur ab Episcopo n.9.

Concilium generale Episcoporum, & Cardinalium qualiter debeat congregari in casu Scismatis, & possit pro unione Ecclesiæ, & in casu hæresis, Papam deponere, enucleatur n.10.

Episcopus an possit prohibere ne naves onerentur in diebus festivis sub pœna peccati mortalis, pecuniaria, & excommunicationis num.11. ubi qualiter in casibus necessariis permissa sit laboratio in diebus festivis.

Episcopus an possit prohibere ne vexillu, insignia, stemmata, epitaphia, inscriptiones in Ecclesiis, Cappellis, aut Oratoriis fiant, eisque adjacentibus, sive in sepulcris, vel aliàs quomodolibet sine expressa ejusdem licentia, & approbatione num.12.

Episcopus an possit mandare, quod eidem denuncientur sub pœna excommunicationis Astrologi, & omnes qui actus fecerint, ex quibus posset argui pactum tacitum cum dæmone, sive expressè, sive tacitè etiamsi id accidat sine abusu rerum Sacrarum, aut Sacramentorum, atque correctione fraterna non præmissa, & etiam si delictum occultum esset, quod probari non posset n.13.

Episcopus an possit prohibere ne absque ejus licentia possit quisquam, præsertim laicus, aut in publicis, aut in privatis Scholis docere Theologiam, jus Canonicum, grammaticam, & alias artes liberales, etiamsi ludi Magister esset salariatus, & nominatus à Communitate laicorum n.14.

Episcopus an possit præscribere quod nullus laicus, etiam quomodolibet exemptus possit mendicando quæstuare absque ejus expressa licentia, nec etiam pro Hospitalibus, pro personis miserabilibus, aut ob quodlibet aliud opus pietatis sub pœna excommunicationis, & pariter Confraternitates, aut alia pia loca sub gubernio laicorum existentia, hospitalitatem actu exercentia absque licentia Curiæ Episcopalis mittere eorum Confratres ad quæstuandum pro subventione eorum Ecclesiarum, & Oratoriorum, præsertim tempore messis, & vindemiarum num.15.

Episcopus an possit præscribere quod in electione Officialium, & Administratorum, Confraternitatum, & aliorum piarum locorum nemo audeat sibi, vel aliis immediatè, vel per interpositas personas Confratrum, seu eligentium suffragium

gium procurare sub pœna excommunicationis n.16.

Episcopus an possit prohibere ne in Ecclesiis, Oratoriis, & Confraternitatibus absque licentia Parochi possint per Sacerdotes fieri benedictiones Candelarum in die purificationis, cineris, & palmarum, & missæ cantari mortuorum in anniversarium Confratrum ob legata pia, sub pœna excommunicationis, & interdicti num.17.

Episcopus an possit præscribere, quod non facta electione per Universitatem Concionatorum tempore opportuno, nempe pro adventu per totum mensem Octobris, & pro quadragesima duobus mensibus ante diem Cinerum, amitteret pro illa vice jus nominandi, quod intelligeretur remanere ad ejusdem Episcopi beneficium, firma tamen quoad Universitatem remanente obligatione subministrandi Concionatoribus ab Episcopo deputatis pro illa vice solitam consuetamque eleemosynam num.18.

Episcopus an possit præscribere quod Notarii ejus Diœcesis in omnibus scripturis ergegandis, sive inter vivos, sive in ultimis voluntatibus interrogare debeant contrahentes, aut disponentes de oneribus injunctis super re ad beneficium Ecclesiarum, aut ex qualibet causa pia cum distinctione sub pœna in casu contraventionis, excommunicationis incurrendæ, tùm per Notarios, quàm per Contrahentes, aut Disponentes num.19. pro quibus omnibus reassumuntur juris Conclusiones, juxta quas fuit decisum per olim Collaterale Consilium anno 1719. cum interventu quondam Spectab. Præsidentis S.R.C. Argento delegati Regiæ jurisdictionis, fuitque nomine Regio nulla declarata Synodus Diocesana prædicta omnia continens n.20.

VEtustissima est in Ecclesia Conciliorum Congregatio per longos annos
1 servata: cœpit namque Apostolorum tempore, ut colligitur ex illo celebri Concilio Hierosolymitano ab Apostolis congregato, de quo fit mentio in *cap. porrò 66. distinct.*

Et si Concilium est generale, Synodus
2 vocatur Episcoporum *cap. Sancta Romana 15. distinct. cap. satis evidenter 96. distinct. Barbosa ad Concilium Tridentinum in remissis sess.2. num.3.* eò quod in eo totius Ecclesiæ Episcopi congregantur, & omnes Patriarchæ, Primates, Archiepiscopi, & etiam S. R. E. Cardinales, Abbates, Ordinum Generales, Senatores Rotæ, Principum, & Sæcularium Legati, Oratores &c. ut latè *Alzedo de præcellentia Episcopalis dignitatis cap. de Conciliorum generalium, & Synodalium Congregatione fol.172. & sequ.* & Episcopi non solùm tenentur vocati ire ad Concilium, sed & quotannis, vel quando ipsis conveniens, aut necessarium visum fuerit Concilium Synodale congregare pro moribus moderandis, & excessibus corrigendis ex præceptis per *Concilium Tridentinum de Reformatione sess.24. c.2.*
3 Præcipuum tamen tempus ad Synodum congregandam est post tertiam hebdomadam Paschæ, vel ante dies Quadragesimæ, ut omnibus si quæ sunt simultatibus amputatis mundum Jejunium, & sollemne de eo possit offerri *cap. habeatur, & cap. propter Ecclesiasticas 18. distinct. Alzedo loc. citat. numer.25. & sequent.*

Concilium est quatruplex, Generale,
4 sive OEcumenicum, Nationale, Provinciale, & Diocesanum *S. Augustinus lib.1. de baptismo contra Donatistas cap.3.* Generale est, in quo conveniunt, & vocantur Episcopi totius Orbis, cuius Caput est Summus Pontifex. Nationale est, in quo conveniunt Episcopi alicujus nationis. Provinciale est, in quo conveniunt cum Archiepiscopo, Episcopi Suffraganei. Diocesanum est, in quo confluunt cum uno Episcopo certæ personæ Diœcesis.

Concilium generale idem, ac œcume-
5 nicum, & magna Synodus, & œcumenicum sonat, idem ac totius Orbis, quia decernuntur in eo, quæ respiciunt, & servanda sunt à toto Orbe. Indicitur à Summo Pontifice (est contra *Lutherum*, & *Calvinum* volentes convocari ab Imperatore) prout *Lucæ ad Ephesios* 4. Enim
6 verò Episcopi convocandi subduntur Papæ, non Imperatori, ergo convocandi à Papa, qui potest illos cogere. Concilium generale legitimum non potest errare in fide. *Joannis 16. Lucæ 22. Matthæi ultim.* ibi: *docete omnes gentes*, de qua re infrà redibit sermo in sequenti titulo.

Concilium nationale congregatur sub
7 Patriarca, & potest condere leges pro sua Natione, potest errare in fide, *Bellarm. lib.2. cap.2. cap. cuncta 9. qu.3.*

Concilium provinciale est, in quo in-
8 terveniunt Episcopi Provinciæ *cap. 3. cap.4. dist.18.* convocatur ab Archiepiscopo *cap. Episcopus cap. quoniam dist. 18.*
9 *cap.1. de pœnis in 6.* Et Sede Metropolitana vacante, Episcopi Provinciæ adhuc va-

valent se congregare ad celebrandum Concilium Provinciale. Nam possunt tunc consulere necessitati Provinciæ. Capitula Cathedralium etiam sunt convocanda ad Synodum Provincialem, & possunt comparere per Procuratorem, *Zaberella in cap. grave qu. 8. de præbendis*, locus præfigendus est à Metropolitano, etsi desit causa legitima, non potest celebrari extra Ecclesiam Metropolitanam. Episcopi ibi sedent secundùm antiquitatem suscepti ordinis *cap. fin. distinct. 17. cap. prim. de major. & obedientia.* Concilium Provinciale ad summum debet durare quatuor dies, nec potest protrahi per hebdomadam sine gravissima causa *cap. grave de præbendis*. Episcopi in Concilio Provinciale habent vota decisiva, ut habet Archiepiscopus *cap. primo distinct. 34.* Concilium Provinciale publicari debet in Provincia intra sex menses ab Episcopis in propria Diœcesi *cap. fin. distinct. 18* & à censuris in Concilio Provinciali latis, valent absolvere Episcopi, *Archidiac. in cap. 1. dist. 18.*

Synodus Diocesana convocatur ab Epi-9 scopo, ad quam conveniunt habentes curam animarum *cap. quod super de major. et obedientia*, convocantur etiam beneficiati. *Innocentius in cap. fin. de censib.* quod negat *Riccius part. 3. praxis resolut. 446. num. 4.* Simplices Sacerdotes non debere intervenire asserit *gloss. in cap. quod super de major. & obedientia*, cum *Bellarmin. Zabarel. Imola*; possunt fieri ibi leges Synodales *cap. quanto de iis, quæ fiunt à Prælatis*. Quæ leges Synodales ligant subditos existentes intra Diœcesim, non extra *cap. 2. de constitutionibus in 6. Ciarlin. lib. 1. cap. 61. n. 21.*

Concilium generale Episcoporum, &10 Cardinalium debet congregari in casu schismatis, & potest pro unione Ecclesiæ Papam deponere, quemadmodum posset in casu hæresis Papam; præsertim si Papa in electione juramento Cardinalibus promiserit de renunciando Pontificatui pro unione, & concordia Ecclesiæ, & Cardinales tenentur accedere in locum destinatum, etiam ipso Pontifice contradicente, & prohibente. Ita tempore Gregorii XII. qui pro sedando schismate Ecclesiæ tempore electionis, promisit renunciare Papatui, ut facilius ad id induceretur Antipapa Benedictus; Et deindè prohibuit congregari Concilium Saonæ, cum ageretur de depositione illorum, & creatione novi Pontificis. Latè *Paul. de Castro cons. 418. 419. & 420. vol. 1.* Et idem Gregorius XII. non accessit ad Concilium Pisanum propter intemperiem, & pestem Cœli Pisani, & ea de causa se excusavit *Afflict. decis. 289. num. 27.* Et quod in casu hæresis, vel schismatis Summi Pontificis concilium sit Judex competens, & Pontifex non possit intervenire, si tractaretur de eo amovendo, *Ursill. ad Afflict. dec. 289. nu. 16.*

Ad materiam Synodorum pertinent,11 quæ dispuncta observamus pro quadam Regni Universitate occasione Synodi publicati per Episcopum ejusdem, in quo inter alia præscripsit: *Naves non onerentur in diebus festivis sub pœna peccati mortalis, carolenorum decem, & excommunicationis*. Dicebatur enim prò parte Universitatis, quæ pro hac re recursum habuit ad delegatum tunc temporis Regalis jurisdictionis, & Regium Collaterale Consilium, antiquam Ecclesiæ disciplinam semper charitativè, hanc materiam considerasse, præscribendo Christianis cessare debere ab operibus si modò possint, ut habetur *in can. 29. Concilii Laudicei*; & notant *Tomassin. tit. de feriis, Van-Espen de jure Eccl. univers. part. 2. tit. 19. cap. 6. n. 5. Fleuret de l'istitution su droit Ecclesiastique part. 2. cap. 1.* & ob hanc eandem rationem *Joan. Alovsius Ricci in prax. eccles. part. 4. pract. observat. dierum festorum resol. 384.* docet, quod in casibus necessariis, in quibus licita est laboratio in diebus festivis, si illa fiat absque licentia, non intrat pœna adposita in edicto, ibi: *Respon. negativè, quia frustrà precibus impetratur, quod à jure communi conceditur, l. 1 ff. ad municip. l. Imperatores ff. de privil. credit. l. 1. Cod. de Thesauris lib. 10. Surd. dec. 173. num. 18. cons. 216. num. 2. & cons. 298. num. 26. Escobar de ration. cap. 6. num. 29. infra*. Confert illud simile, quod deducitur ex *Navar. cap. 25. nu. 121. notab. 2. cap fin. de magist.* ubi dicitur, clericum beneficiatum posse adire studia sine licentia Prælati; ratio sua est, quia eam jus commune concedit; idem *Sylvestr. in verb. residentia § ult. vers. 3. Astens. lib. 6. tit. 43. quæst. 6.* progreditur deindè *Riccius*, & enarrat casus, in quibus nec etiam licentia requiritur, & dicit hos dependere ex periculo forsan imminente, si opus differatur juxtà qualitatem loci, ac regionis, concludens: *Et ita ego practicavi multoties, tanquam Vicarius Archiepiscopalis Curiæ Neapolitanæ, & uti Episcopus Vici Equensis.* Et notum est, quod Episcopus, sciens, aliquos laborasse in die festo, tenetur credere ipsos laborasse ex causa, præsertim si fuerint bonæ, & honestæ famæ; idem *Ricc.* ubi supra *dicta part. 4. resolut. 389.*

Ul-

Ulteriùs eo quod idem Episcopus 12 præscripserat nemini licere vexilla, insignia, stemmata, epitaphia, aut inscriptiones in ecclesiis, cappellis, aut oratoriis, eisque adjacentibus, sive in sepulchris, vel aliàs quomodolibet collocare, sine expressa Episcopi licentia, & adprobatione; & trasgressores, idest, collocantes, mandantes, consentientes, vel illi, quibus ex officio incumbit, patientiam præstantes, si fuerint ecclesiastici, pœna carceris formalis per annum fore puniendos: si laici, vel exempti, pœnam excommunicationis ipso facto incurrerent, & ecclesia, cappella, seu oratorium, in quo fiet trasgressio, interdicto ipso facto subjaceret. Dicebatur hoc præjudiciale esse non solùm pro illis ecclesiis, cappellis, & locis piis, quæ pecunia laicorum poterant fundari, aut erant fundata, sed etiam pro illis locis, sive sacris, sive piis, quæ sunt de manu Regia, aut pro sepulturis gentilitiis laicorum, aut pro cappellis, quæ sunt de jure patronatus eorumdem laicorum: sunt enim inscriptiones, insignia, stemmata, epitaphia, & vexilla familiarum in hoc Orbe instabili, & caduco necessaria pro conservatione decoris, & splendoris familiarum; *l. legatam municipio 4. in fine, ff. de admin. rerum ad Civit. pertinentium, l. Basilicam 21. Cod. de operibus publicis, l. sæpè rescriptum 1. Cod. ut nemini liceat sine judiciis auctor. signum rebus impon. l. lex quæ tutores 22. Cod. de admin. tut. l. signata 3. & ibi Bart. Cod. de fabricensib. lib. 11. authen. dos, Cod. de donat. ante nupt.* & ibi *Bald.*, latè post alios *Consiliarius Prat. observat. pract. observ. 39. à num. 6. ad num. 37.* Et cuilibet privato licitum est exponere illa in publicis ædificiis, aut in illis Ecclesiis, sive cappellis, quæ propriis expensis construuntur, *l. qui liberalitate 2. in princ. l. opus novum 3. in fine, D. de operibus publicis; Regens de Ponte de potestate Proregis tit. de diversis provisionibus num. 5. vers. sed quid dicamus; Præses de Franchis decis. 443. num. 2. Regens de Marinis tom. 3. diverss. allegat. 13.* ubi *de Alexio; Consiliarius Pratus observat. 49. à num. 7. ad 15.* qui *num. 16. & 17.* hæc addit. *Hinc (ut alteri quæsito satisfaciamus) DD. de materia agentes, in eam devenere sententiam, non licere Rectori, vel conventui, seu ecclesiæ antistiti, & Præsidibus Provinciarum, ac cujusvis Magistratibus superiori arma apposita mutare, aut nomina in scripto delere, vel abradere, aut alia imponere: interest etenim Reipublicæ, ut ordinum dignitas, & familiarum salva sit, & illæsa remaneat, & conservetur*, & sic post allegatos tradit *Cæsar Lambertin. in tract.* celebri *de jure patronat. lib. 3. quæst. 5. art. 4. nu. 6. circa finem*, per *text. in dicta l. lex quæ tutores Cod. de administr. tut. & l. 1. §. publicè D. de ventre inspiciendo, Anchar. cons. 356.* ibique *Bologn. in addit.* ac *Lambertin.* adducto *Joann. Pet. Monet. de commutat. ultim. voluntat. cap. 7. num. 362. vers. notandum, Cassan. in Cathalog. par. 1. considerat. 15. in fine*, ex dictis per *Geminian. & Cardin. Alexand. in can. quæcunque 30. dist. Cardin. Seraphin. decis. Rotæ 652. num. 2.* adducens *Roman. singul. 480. etiamsi Ecclesiæ renovatio, & restauratio fieret, nam ea fieri debet sine præjudicio familiæ, quæ in dicta Ecclesia habebat insignia: unde, Ecclesia renovata debent pariter eadem insignia renovari*; secundùm *Ludovis. dict. decis. 463.* ubi ita judicatum recensetur pro Dominis de Murga coram *Gyptio* 28. Junii 1589. *nam renovatio Ecclesiæ intelligitur facta, firmis remanentibus qualitatibus Ecclesiæ, & prærogativis particularium.* Inhærent alii Scriptores Ecclesiastici *Felin.* apud *Jo: Aloysium Riccio in prax. Eccles. tom. 1. prax. sepulturæ resolut. 578.* ibi: *Olim mos erat in Monasterio Monialium Civitatis Nolæ, & propriè in Collegio Canonicorum Regularium, quòd Moniales dicti Collegii, emittebant votum paupertatis, ex quo proveniebat, præfatas moniales eorum consanguineos facere hæredes; quare, quum quædam monialis nomine D. Hieronyma Manifrola omnium monialium consensu erexisset in dicta Ecclesia quandam cappellam suis expensis; & quia post ejus obitum hæredes volebant affigere arma, seu familiæ insignia; hinc monialibus prohibentibus, id facere, consultus respondi, licere præfatis hæredibus eorum arma imponere &c.*

Præscripserat etiam Episcopus eidem denunciari debere hæreticos, fascinatores, Astrologos, & omnes eos, qui fecissent, aut facerent actus, ex quibus posset argui pactum expressum, aut tacitum cum dæmone, etiamsi id accideret sine abusu rerum sacrarum, aut Sacramentorum, atque correctione fraterna non præmissa etiam si delictum occultum esset, quod probari non posset infra duodecim dies à die sciente, & sub pœna incapacitatis absolutionis excommunicatione reservata S. Sedi Apostolicæ. Ponderabatur, circa prædictum caput duplicis generis esse sortilegia, quædam simplicia, & non qualificata appellantur, quæ non sapiunt hæresim manifestam,

& pro

& pro his semper processit magistratus secularis ut ex *dec. s.* 232. & 265. *Reg. Sanfelic.* quædam sapiunt manifestam hæresim, & horum cognitio perti-
13 net ad Tribunalia Ecclesiastica, *cap. accusatus* 8. §. *sane de hæreticis in 6.* ibi: *sanè quùm negotium fidei (quod summè privilegiatum existit) per occupationes alias non debeat impediri: pestis inquisitores hæreticæ, a Sede Apostolica deputati, de divinationibus, aut sortilegiis, nisi saperent manifestæ, intromittere se non debent, nec punire talia exercentes, sed eos relinquere suis judicibus puniendos,* & *gl. in v. manifestè.* Quòd si in hoc exoritur dubium, nō debet judex Ecclesiasticus in dubia causa se intromittere, cū sic usurparet alienam jurisdictionem, ibi: *In dubio ergò hoc casu non habent jurisdictionem, & licèt aliàs judex cognoscat, an sua sit jurisdictio, & in dubio dicatur, jurisdictionem habere, ff. de judic. si quis ex aliena, quæ in ordinario loquitur: hìc tamen nisi id manifestè appareat, se non intromittit. Et est supra eodem lib. de censibus cap. 1. §. notoria, & infra de pœnis cap. 1. supra de offic. delega. cap. ult. Idem Imo. & Archi. & Reg. de Ponte in suis manuscriptis jurisdictionalibus, in alleg. de bigam. num. 21. Et sub tit. de sortilegiis,* id ipsum firmat dicens: *Similiter cognoscimus de sortilegiis, quando non sapiunt manifestam hæresim, de quo per Paul. Ger. l. in tract. de sortileg. DD. in tit. de malefic. & matem. est casus in cap. accusatus §. sanè, de hæreretic. in 6. ubi gloss. & DD. voluerunt esse crimen mixti fori. ut per Abb. in cap. 1. de sortileg. Jul. Clar. in suo tract. §. hæresis, Oltrad. cons. 210. sed in hoc regno hoc est explicatum, stante possessione privativa casuum mixtorum, de quo apparent literæ super hoc scriptæ per Cardinalem Granvelam, ut regis prorege Gregorio XIII. Pontif. max. in quibus testatur de hac possessione vigore capituli Papæ Honorii Abb. Alfonsus Villaut in suis decis. & propriè in dec. 36. quas decisiones intitulavit Ill. Cardinali Pinello sanctissimæ inquisitionis decano; & latiùs testatur Jacob. Graff. in suis decis. aureis casuum conscientiæ part. 1. lib. 4. super bulla cœnæ, in cap. 15. in vers. quominus, & propriè num. 141. ubi latè; & sic cognoscimus de isto delicto, quod est decisum per consultationem factam S. M. in anno 1591. in 9. cap. nisi quando sortilegia sapiant manifestam hæresim, ut per DD. ubi supra, signanter quando adest adoratio dæmonum, vel tribuitur illis, quod soli Deo competit; copiosè Riminal. junior. cons. 414. qui in pulcra specie, de qua ante consulerat Barbat. cons. 55. vol. 1. firmans, sortilegium simplex non sapere hæresim manifestam, ejusque cognitionem ad inquisitionem non pertinere: uti not. gloss. notab. in d. §. sane quòd in dubio Judex ecclesiasticus non potest declarare, eidem competere jurisdictionem judicandi de tali delicto; quam sequuntur Archid. Jo: Andr. & alii ibi.* Pactum autem tacitum cum demone non sapit manifestam hæresim *Emeric. in direct. part. 2. qu. 43. Pegna ibidem §. qui dedit procula: Petr. Bisfeld. in commen. l. 4. C. de maleficiis: Scaccia, Farinac.* & alii allegati per *Carenam par. 2. tom. 2. n. 7. ea ratione, quia tali modo hæreticale factum non committitur, & propterea non denunciandi, Suarez. de relig. lib. 2. cap. 19. Bordonus in mannali sect. 33. num. 42. Thomas del Bene de offic. sanctæ inquisitionis dubio 228. sect. 28. num. 12. & 14. fol. 298. tom. 2. Paulus Kirlandus de sortilegiis quæst. 10. num. 5.* ibi: *Secundo autem casu, quando hæc fiunt ab his, qui sunt tacitæ professionis; & tunc distingue; secundùm quod facit Oltradus in cons. 210. ubi dicit, quod aut imploratur auxilium dæmonis, ad ea faciendum, aut cognoscendum, quod ipse dæmon naturali virtute, & potestate facere potest, divina virtute non reprimente, sicut hominem tentare ad peccandum, aut flectere pudicas animas ad libidinem, & similia facere, ut dictum est supra, & isto casu non sapiunt hæresim manifestam, ut dicunt gloss. Archid. & cæteri DD. in dict. cap. accusatus §. sane. Idem esset, si ejus virtus invocaretur, ad revelandum furta, vel alia occulta, præsentia, vel præterita, ad præparandum, docendumque medelas, vel sanandum maleficiatum: ista, licèt fieri omnino prohibeantur dæmonis auxilio de jure canonico, ut habetur in cap. 2. de sortilegiis, ubi copiosè per Panormit cap. 26. qu. ult. cap. admoneantur; tamen non sapiunt hæresim manifestam ex genere pœnæ, ut in dict. cap. 2. de sortilegiis, & per Oltradum dicto consilio 210.* quod videtur etiam firmari, quia generale edictum sancti officii regula, & norma omnium aliorum edictorum, quæ publicari solent in illis locis, ubi viget tribunal S. Officii, statutum per Sacram Congregationem non injungit onus denunciandi de sortilegiis, quæ continent pactum tacitum, ut habetur apud *Bordon. tom. 1. cap. 30. de edicto inquisitionis num. 30. fol. 465.* ubi leguntur verba edicti, quæ quidem oppositio pluries magno robore fuit per hanc fedelissimam Civitatem, & per hoc Regnum peracta contra ecclesiasticos ob tentatam introductionem S. Offi-

cii, ut deducitur ex scripturis de tempore in tempus publicatis per eximios J. C. præsertim Nicolaum Caravita anno 1709. *cap.* 3. *fol.* 137. 138. 139. 140. 141. 142. & *seq.* Addebatur etiam hujusmodi denunciationes fieri non posse juxta regulas evangelicas, nisi prævia charitativa secreta fraterna monitione; *Matthæi cap.* 18. *vers.* 15. 16. & 17. ibi; *Si autem peccaverit in te frater tuus; vade, & corripe eum inter te, & ipsum solum; si te audierit, lucratus eris fratrem tuum. Si autem te non audierit, adhibe secum adhuc unum, vel duos, ut in ore duorum, vel trium testium stet omne verbum. Quod si non audierit eos; dic ecclesiæ; si autem ecclesiam non audierit, sit tibi sicut ethnicus, & publicanus* propter quæ venerabilis Doctor *S. Antoninus* qui vixit decimo quinto seculo, & fuit ordinis prædicatoris, & Archiepiscopus Florentiæ, *in summa parte* 3. *tit.* 9. *cap.* 7. §. 5. inquit *item sciendum, quod in nullo crimine potest procedi ad inquirendum ex denunciatione, nisi præcesserit fraterna correctio, ut habetur in dicto cap. licet*: & in margine libri adversus dictam lictionem legitur scriptum *notandum*, ad hoc ut ab omnibus cognoscatur magni ponderis esse doctrinam prædictam, unde ex decretali *licèt Heli* allegata per Sanctum *Antoninum*, quæ est sub rubrica *de simonia* habetur fraternam correctionem, tam necessariam esse, quod quidam Abbas, de quo in illa decretali loquitur, qui reperiebatur accusatus absque prævia monitione, affirmabat, solùm ex hoc esse nullam denunciationem, nam aut suspectus negat, & evadit innocens, aut affirmat, & se non ponitet, & evadit hæreticus.

Ulterius idem Episcopus altero capite præscipierat absque ejus licentia neminem etiam laicum posse, aut in publicis, aut in privatis scholis, docere tehologiam, jus Canonicum grammaticã & alias artes liberales, etiam si ludi magister esset salariatus, & nominatus a communitate laicorum, sub pæna excõmunicationis latæ sententiæ. Opponebatur enim, caput synodi prædicti, sustineri non posse, præsertim quo ad grammaticam, vel alias liberales artes verum est enim quod *lib.* 5. *decretali* observatur *tit. qui est* 5. *de magistr. & ne aliquid exigatur pro licentia docendi*, super quo *Innocentius Cironius in paratitlis* animad-
14 vertit: *per magistros intelligimus, non tantùm doctores in sacris literis; sed etiam pædagogos, & omnes, qui juventuti erudiendæ præficiuntur.* & comprenduntur etiam Magistri linguæ hebraicæ, Arabicæ, & Caldææ (ut omittamus linguam Græcam) *clementin. inter solicitudines* 1. *præd. tit.* idemque titulus præsupponit, & videtur velle indicare hujusmodi Magistros docere non posse artes, aut scientias absque expressa licentia Episcopi, aut Capituli *cap. quoniam* 1. *cit. tit.* concedenda gratis, *cap. prohibeas* 2. & *cap. quanta* 3. *eodem titulo* imò *in cap. quia nonnullis* 4. espresse ab *Innocent. in Concilio generali Lateranensi* determinatur quod hujusmodi magistri eligi ab Episcopo, & Capitulo debeant; ibi: *non solùm in qualibet Cathedrali Ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates: constituatur magister idoneus, a Prælato cum Capitulo; seù majori, & seniori parte Capituli eligendus, qui Clericos Ecclesiarum ipsarum gratis in grammatica facultate, ac alios instruat juxta posse,* qua proprer si Prælatus sit in hoc negligens suppleri debet hæc negligentia per superiorem, *d. cap. prohibeas* 2. ibi; *Sanè, si quis distulerit, magistros in locis congruis instituere, tibi liceat, appellatione proposita, ibi aliorum institutioni præficere viros providos, honestos, & discretos*, &c. hoc totum non negabatur, ex alio verò dicebatur notandum esse in eisdem mentionatis juribus canonicis, & in omnibus aliis, in quibus de hac re agitur, determinari magistros hujusmodi scholarum eligendos esse expensis earumdem Ecclesiarum, ut Clerici, atque pauperes gratis instrui possent; *dicto cap. quoniam* 1. ibi: *quoniam Ecclesia Dei, sicut pia mater, providere tenetur, ne pauperibus, qui parentum opibus juvari non possunt; legendi, & proficiendi opportunitas subtrahatur, per unamquamque Cathedralem Ecclesiam magistro, qui Clericos ejusdem, & scholares pauperes gratis doceat, competens aliquod Beneficium præbeatur; d. cap. quia nonnullis* 4. ibi: *quia nonnullis propter inopiam, & legendi studium, opportunitas proficiendi subtrahitur, in Lateranensi Concilio pia fuit constitutione provisum, ut per unamquamque Cathedralem Ecclesiam, magistro, qui ejusdem Ecclesiæ Clericos, aliosque scholares pauperes gratis instrueret, aliquod competens beneficium præberetur, quo & docentis relevaretur necessitas, & via pateret discentibus ad doctrinam. Verùm quoniam in multis Ecclesiis id maximè observatur, nos prædictum roborantes statutum, adjicimus, ut non solùm in qualibet cathedrali ecclesia, sed etiam in aliis, quarum sufficere poterunt facultates, constituatur magister idoneus, a Prælato, cum capitulo,*

tulo, seù majori, & saniori parte capituli eligendus, qui Clericos Ecclesiarum ipsarum gratis in grammatica facultate, ac alios instruat juxta posse. Sanè metropolis Ecclesia theologum nihilominus habeat, qui Sacerdotes, & alios in sacra pagina doceat, & in his præsertim informet, quæ ad curam animarum spectare noscuntur. Assignetur autem cuilibet magistrorum a capitulo unius præbendæ proventus, & pro Theologo a metropolitano tantundem, non quòd propter hoc efficiatur Canonicus, sed tandiu reditus ipsos percipiat, quandiu steterit in docendo. Quòd si forte de duobus Ecclesia Metropolis gravetur; Theologo juxta modum prædictum ipsa provideat, grammatico verò in alia Ecclesia suæ Civitatis, sive Diœcesis, quæ sufficere valeat, faceat provideri; dicta Clement. inter solicitudines 1. dict. tit.; ibi: *quibus equidem, in Romana Curia legentibus, per Sedem Apostolicam, in studiis verò Parisien. per regem Franciæ, in Oxonien. Angliæ, Scotiæ, Hyberniæ, ac Uvaliæ, in Bonon. per Italiæ, in Salamentino per Hispaniæ Prælatos, monasteria, capitula, conventus, collegia exempta, & non exempta, & Ecclesiarum Rectores in stipendii competentibus, & sumptibus, volumus provideri: contributionis onere singulis juxta facultatum exigentiam imponendo.* Istæ autem scholæ aut privatæ, aut publicis erant, *per publicas scholas*, inquit Cironius ubi supra *intelligi debent scholæ universitatum, quas certis tantùm locis stabilitas esse constat, veluti Lutetiæ in Gallia, Romæ, & Bononiæ in Italia à Carolo Magno, Oxoniæ in Anglia, Salmanticæ in Hispania.* Sic communiter *Canonistæ* præsertim Cironius ubi supra, ibi: *quibus* (loquitur de scholis cõmunitatum) *exhibendorum doctorum gratia honesta stipendia ab omnibus Ecclesiis, monasteriis, capitulis, atque collegiis exigi tandem voluit Clemens V. in Concilio Vienn. Clem. 1. His gymnasiis* (subdit *paulo* post idem author, gradum faciens ad scholas privatas) *seù scholis publicis exceptis, nullæ aliæ olim erant, sed tantùm privatæ quædam in Ecclesiis, & monasteriis, Aymo in cap. 1. & 3. de vita Abbonis.* inquit hic citatus Auctor *in Ecclesiis, & Monasteriis*, sciendum est enim, quod in qualibet Ecclesia, quæ habebat curam animarum aderant scholæ, quæ deserviebant non minus ad erudiendos Clericos, qui erant deputati ad ministerium Ecclesiarum, *cap. 3. de vit. & honor. Clericor.* quàm omnes alios pueros pauperes illius loco subjecti eisdem Ecclesiis, *cap. 45.* Concilii Maguntini sub Carolo Magno, & ultra prædictas, variæ aliæ aderant scholæ in clausuris Monasteriorum. Leo IV. in Synodo Romana *cap. 7. Luitbrandus in vita* ejusdem Leonis IV. quæ nec equidem erant fixæ, & determinatæ, nam non solùm in Monasteriis tenebantur ii qui solitudini vacare intendebant, sed etiam alii plures, ut illic præter literarum profectum, morum, fideique disciplinam addiscerent; *D. Crisostomus lib. 3. adversùs vituperatores vitæ monasticæ; Marcellin. Come. lib. 2. collect. Filesacus ex Eumenio Rhetore in o rat. ad Præsid. Galliæ*; ibi: *ibi fas exercere juventutis ingenia ducebant, ubi propiqua essent numina amica doctrinæ.* Denique reperiebatur ordinatum, quod in qualibet Ecclesia Metropolitana assignarentur duo præbendæ, una Doctori Theologo, altera Magistro artium liberalium *cap. 1. & penult. cit. tit.* quod postea fuit introductum in omnibus Ecclesiis Collegiatis, & Cathedralibus *Concilium Trid. sess. 5. cap. 1.* & Leo X. in concordatis, cum *Franc. Reg. Francig §. 1. tit. de collationibus*, & quamvis scholæ prædictæ pro Clericis, & pueris fuerint penitus abolitæ, attamen remanserunt duæ præbendæ, nempe theologalis pro theologo, & altera scholastici pro Canonico Capituli, qui vocabatur scholasticus, & caput scholarum; *cap. quanto d. tit. magister scholarum, cap. 4. de postul. prælat. cap. 5. de reg. juris in 5. compilat. primicerius, cap. constitutis 23. de appel.* cujus præbenda assignabatur pro sustentatione, non minus sua, quam scholarium pauperum, *Ciron. ubi supra*; ibi: *& hæc præbenda non tantùm ad ejus sustentationem assignabatur, sed etiam pauperum scholarium, quod temporum labes perdidit; qua de re conqueritur Crantzius lib. 7. Vvandal. cap. 4. vcate nostra, inquit. scholastici nullum officium est, nisi collectas pauperum scholarium in usus mensæ suæ vertere: unde conjicitur, & nunus scholastici fuisse, colligere stipem, & mendicare pro alimoniis pauperum scholarium.* Et hi duo magistri illi erant, qui antiquitus eligebantur judicio, & auctoritate Episcopi, qui legendi, & docendi licentiam ei dabat; *Canone de quibusdam 3. dist. & cap. 2. addition. 2. capitularum.* Quo verò ad alios magistros aliarum scholarum, sivè publicarum, sivè privatarum, quæ non sustentabantur redditibus Ecclesiasticis, hi nihil commune cum ipsis Ecclesiasticis habebant, ut integro *tit. C. de profess.*, qui est 52. *lib.* 10. imo observamus Præfectum Romæ habuisse dirictum scholarum, *ut ex tit. C.*

de studiis liberalibus, qui est 18. *lib.* 11. & Mediolanenses ab hoc Præfecto petierunt licentiam, ad hoc ut S. Augustinus curam haberet eorum Scholarum, *ut ex ep. ejusdem S. Augustini*. Et ob hanc rationem nemo poterat sibi assumere facultatem docendi, *l.* 8. *Cod. eod. tit. Ciron. ubi supra*, ibi: *Inde fit, ut hodie quicumque gradum Doctoris assequuntur, ob licentiam publicè legendi, & docendi eis concessam, licentiati appellentur, & inter insignia Doctoratus peculiarem habitum, nempè pallium assumant.*

Præscripserat etiam idem Episcopus
15 nullum laicum, etiam quomodolibet exemptum posse mendicando quæstuare absque ejus expressa licentia, nec etiam pro Hospitalibus, pro personis miserabilibus, aut ob quodlibet aliud opus pietatis sub pœna excommunicationis, & pariter Confraternitates, aut alia pia loca sub gubernio laicorum existentia hospitalitatem actu non exercentia absque licentia Curiæ Episcopalis mittere non posse etiam Confratres ad quæstuandum, pro subventione eorum Ecclesiarum, & Oratoriorum, nec etiam tempore messis, & vindemiarum. Dicebatur enim hoc esse contrarium antiquæ observantiæ in nostro Regno pro quæstoribus Confraternitatum laicalium, & Oratoriorum, ac adesse expresse titulum *de elæmosyna non petenda absque facultate concessa*, cum eo quod in *pragmat.* 1. & 2. illo titulo super ista materia disponitur sic enim in dicta *pragm.* 2. ait: *Abbiamo inteso, che per gli Giudici civili di questa gran Corte si sieno spedite, e di continuo si spediscano indifferentemente patenti di questuare, e si dà licenza tanto a' Regnicoli, come a persone di fuori del Regno, di potere andare cercando limosine, sì per redimere loro parenti da mano d'Infedeli, come ancora per alcune altre opere pie di alcune Chiese; del che restiamo non poco ammirati: non potendo questo farlo niuno Tribunale di questo Regno, per essere cosa spettante a noi solamente; e perche la volontà nostra è, che non si debbano spedire più simili sorti di patenti, nè concedersi le dette licenze, e le spedite abbiamo ordinato alle Regie Audienze di questo predetto Regno, che non le facciano altrimente eseguire, vi diciamo &c.* pro qua re videri possunt *Borrell. de magist edict. lib.* 3. *cap.* 16. *dec.* 193. *par.* 1. *Gened. in clem.* 2. *in princ. de pœnit. & remiss. collect.* 9. & *Rovit. super dict. tit. pragm. de elæmosyna non petenda absque facultate concessa num.* 8. His additur Authores graves de jure communi negasse hanc facultatem Episcopis. Sic *Navarr. consil. lib.* 5. *de pœniten. & remiss. cons.* 33. ibi: *Lex naturalis, & divina non solùm permittit, ut egentes, & qui non possunt aliter quærere victum, quærant sibi per semetipsos, mendicando ostiatim, sed etiam ut quærant per alios pios ad id substitutos, immò & ut alii sponte sua in id oblati, aut publica authoritate in id deputati, id faciant pro eisdem, qui per seipsos mendicare nequeunt, ut habet praxis, & usus totius Populi christiani, quatenus multi pauperibus ægrotantibus in suis privatis domibus, & multi pro sanis, quibus pudor est egere, & mendicare, (cap. solitæ §. fin. de major. & obedientia, l.* 1. *§. generaliter ff. de legat. præstand.) & multi pro monialibus, & aliis personis in carceres, vel alia loca conjectis, & inclusis, & multi pro variis generis hospitalibus passim ostiatim publicè, & privatim mendicant, & nonnumquam Concionatores ex ipsis suggestis, & consequenter prædicti. . . . . non solùm possunt per semetipsos pro seipsis suscipientibus igne sacro ægrotos, & pro ipsis ægrotis, & servientibus eis mendicare, sed etiam substituere, & nominare, & in socios, & fratres accipere alios pios, qui id piè, & fideliter faciant.* Et postea respondens oppositioni, quæ poterat oriri ex dispositione *Concilii Tridentini de reformat. sess.* 21. *cap.* 9. quæ videbatur, quod generaliter, & universaliter omnes quæstores tollerentur, concludit: *Quarta ratio, quæ provenit ex abusibus, colligiturque ex legibus canonicis, cap. cum ex ea de pœnit. & remissionibus, & clem. abusionibus eod. tit. pro quarum declaratione additum fuit, quod prædictum capitulum* 9. *sess.* 21. *de reformat. limitat prohibitionem procedere solùm in quæstoribus, qui quærunt eleemosynas prædicando, vel publicando indulgentias concessas eis, qui manus adjutrices porrexerint piis locis, quorum sunt quæstores, & pro quibus petunt: colligitur, inquam, dicta ratio ex eo, quod illæ leges ponuntur in tit. de pœnitentiis, & remissionibus, & in capitulis, quæ tractant de indulgentiis, & de usu, vel abusu quæstorum in eis publicandis: colligitur etiam ex fine prædicti capituli noni, quatenus prohibet publicari indulgentias per quæstores, & permittit earum publicationem per deputatos in id ab Ordinariis.*

Præscripserat pariter idem Episcopus
16 in electione Officialium, & Administratorum Confraternitatum, & aliorum piorum locorum neminem audere sibi, vel aliis immediatè, vel per interpositas personas Confratrum, seu Eligentium

suffra-

ſuffragium procurare ſub pœna excommunicationis ipſo facto incurrendę ab authoribus, & cooperantibus, & nullitatis actus, ſeù electionis ita ſecutæ. Dicebatur enim excommunicationem non poſſe dari abſque peccato læthali graviſſimo; *Concilium Meldenſe can.56.*relatum in *canon. nemo 39. cauſa 11. quæſt.3.* ibi: *Nemo Epiſcoporum quemlibet ſine certa, & manifeſta peccati cauſa, communione privet eccleſiaſtica: ſub anathemate autem ſine conſcientia Archiepiſcopi, aut Coepiſcoporum nullum præſumat ponere, niſi unde canonica docet authoritas, quia anathema eſt æternæ mortis damnatio, & nonniſi pro mortali debet imponi crimine, & illi, qui aliter non potuerit corrigi.* Conſonat *cap. cognoſcentes 2. de conſt. & cap. nuper 1. & toto tit. de ſententia excommunicationis; Concilium Tridentinum ſeſſ.25. de reformat. cap.3.* ibi: *Quamvis excommunicationis gladius nervus ſit eccleſiaſticæ diſciplinæ, & ad continendos in officio populos valdè ſalutaris, ſobriè tamen magnaque circumſpectione exercendus: quum experientia doceat, ſi temere, aut levibus ex rebus incutiatur, magis contemni, quàm formidari, & perniciem potius parere, quam ſalutem &c.*

Præſcripſerat etiam Epiſcopus in nul-
17 la Eccleſia, Oratorio, & Confraternitate (exceptis illis regularium privilegiatis) abſque licentia Parochi poſſe per Sacerdotes fieri benedictionem candelarum in die purificationis, cineris, & palmarum, aut miſſas cantari mortuorum in anniverſarium Confratruum ob legata pia ſub diverſis pœnis, præſertim excommunicationis, & interdicti. Dicebatur enim primò obſtare generalem contrariam conſuetudinem. Secundò obſtare *decretu, & deciſiones Sacræ Congregationi*, nempe *S.R.C. in decret. encyclico jurium Parochialium pro Urbe, & Orbe* 10. *Decem.* 1703. approbato *a ſanctiſſimo Domino* 12. *Jan.*1704. *in reſp. ad* 5. *& in Iſclana* 4. *Decembris* 1697. *S.C.C. in Rhegienſi* 5. *Junii* 1699. *referente Eminentiſſimo Tanara.* Tertiò obſtare ſententiam Doctorum. Sic *Joan. Baptiſta Lezana*, qui generaliter loquitur *in lib. ſummæ quæſt. Reg. tom.3. verbo benedictio numer.* 15. & allegat alios, ibi: *Benedictio, & diſtributio hujuſmodi palmarum, & candelarum regulariter poteſt fieri in omnibus Eccleſiis tàm Collegiatis, quàm Parochialibus, & tàm regularibus, quàm ſæcularibus, ad declarationem Sacræ Congregationis, quam refert Jo: Maria Novarius in lucern. Regul. verb. benedicere num.* 20. & 21. *Gavantus, Barboſa, &c.* Et *num.*17. *de purificatione mulierum poſt partum, & de benedictione ovorum &c. extat declaratio Sacræ Congregationis, quam refuli tom.*1. *cap.*12. *num.*41., *ubi dicitur, poſſe id facere Regulares, & Sæculares.* Et rationem adducit *Paſqualig. in add. a Laur. de Franch. part.*2. *quæſt.* 69. his verbis: *Verùm, non eſſe de reſervatis Parocho, videtur reſolvendum, ſicut eſt purificatio mulierum; ſiquidem eſt actus facultativus, ad quem non cogitur populus, & proinde eſt in facultate ipſius, talem benedictionem recipere à quo voluerit, ut conſtat etiam de benedictione candelarum in die purificationis, palmarum, cinerum in prima die quadrageſimæ, aquæ luſtralis &c.*

Ulterius ſtatuerat, quod non facta ele-
18 ctione per Univerſitatem concionatorum tempore opportuno, nempè pro adventu per totum menſem Octobris, & prò quadrageſima duobus menſibus ante diem cinerum, ammitteret pro illa vice jus nominandi, quod intelligeretur remanere ad ejuſdè Epiſcopi beneficium, firma tamen, quo ad Univerſitatem remanente obligatione ſubminiſtrandi Concionatoribus ab Epiſcopo deputatis pro illa vice ſolitam, conſuetamque elæemoſynam. Dicebatur enim, quod ſumptibus Epiſcopi ſolvenda eſt elæemoſyna prædicatori. Sic poſt alios *Jo: Alоyſius Riccius in prax. Eccleſiaſtica, praxi Epiſcoporum reſolut.*478. ubi propoſito dubio, an elæemoſyna concionatori ſit ſolvenda expenſis Epiſcopi, reſolvit: *Quum in facti contingentia de hoc diſputaretur, ego pro opinione affirmativa adducebam, quod, quum prædicandi munus ſpectet ad Epiſcopum, cap. inter cætera de offic. ordinarii, & probatur authoritate Lucæ cap.*13. *ibi: euntes in univerſum mundum prædicate evangelium omni creaturæ; & Divus Paulus: prædica verbum &c. & probatur quoque apud Concilium Tridentinum ſeſſ. 5. de reform. cap.2. & cap.4. ſeſſ.24. de reformat. undè ſecundùm Ugolin. de poteſt. Epiſcopi cap.*42. *part.2. in princip. ſtatim atque quod Epiſcopus fuerit creatus, ei dicitur, vade, & prædica verbum Dei, & facit textus in extravag. inter cunctas §. caveant de privileg. ubi habetur, quod in illa hora, qua prædicat Epiſcopus, alius prædicare non debet, & tandem facit doctrina Divi Thom.2.2. qu.33 art.5. ubi diſputat, an peccet Epiſcopus, prædicando in peccato mortali; de qua re latè Noviſſ. in ſuo manuali paſtorum can.* 32. *num.*6. *Quarè, ſi ad ipſum pertinet, igitur eo impedito, ſuis ſumptibus per alium hoc peragere debet; argumento text. in leg. ſed ſi hæreditas*

tas §. 1. ff. ad exhib. & probatur in cit. cap. inter cætera, ibi: quibus ipsi quum indiguerint, congruè necessaria subministrent, & Concil. Trident. ubi supra, in illis verbis, ibi: impensis eorum. Hinc fuit decisum in Senatu Tholos. teste Mainard. in decis. ejusdem Rotæ 34. ministros verbi Dei esse alendos ab iis, à quibus idem verbum prædicari debet, licèt in dec. 35. & 36. asserat in hac præstatione salarii esse cogendos ad contribuendum etiam decimas percipientes. Ampliatur præsens conclusio, procedere quoque in Parocho, qui etiam tenetur verbum Dei prædicare, ut disponitur in Concil. Trident. sess. 5. cap. 2. de reformat. Et quod de Episcopo suprà diximus, Sacra Congregat. (secundùm quod refert Ugolin. loco cit. praxis Episcopalis verbo prædicatio quæst. 7. & Galet. in Margarit. casuum conscientiæ verbo elæmosyna num. 1.) declarauit procedere, quando dubitatur, quorum sumptibus sit conducendus prædicator, seu alimentandus.

Denique idem Episcopus præscripse-
19 rat Notarios Diœcesis in omnibus scripturis erogandis sive inter vivos, sive in ultimis voluntatibus, interrogare debere contrahentes, & disponentes de oneribus injunctis super re ad beneficium Ecclesiarum, aut ex qualibet causa pia, cum distinctione sub pœna excommunicationis incurrendę tàm per Notarios, quàm per contrahentes, aut disponentes. Dicebatur enim, quod sicuti non poterat in quæstionem revocari actorem in quacumque Judicio sæculari, ecclesiastico, criminali, aut misto teneri indispensabiliter producere reo convento omnes illas scripturas, & instrumenta, quæ deseruire possunt pro fundamento actionis propositæ; aliter actore non probante, reus absolvitur; sic idem actor non potest trahere arma è domo rei; *l. qua quisque §. edenda ff. de edendo*; ibi: *Edenda sunt omnia, quæ quis apud Judicem editurus est; non tamen ut & instrumenta, quibus quis usurus non est, compellatur edere. Edere non videtur, qui totam stipulationem non edit: leg. si legatum 2. leg. senatus 3. cum concordantibus ff. eodem l. ipse dispice*; ibi: *Ipse dispice, quemadmodum pecuniam, quam te deposuisse dicis, deberi tibi probes l. si apud quem*; ibi: *Is, apud quem res agitur, acta publica, tàm civilia, quàm criminalia exhiberi inspicienda ad investigandam veritatis fidem, jubebit*; *l. qui accusare 4.* ibi: *Qui accusare volunt, probationes habere debent: quam neque juris, neque æquitatis ratio permittat, ut alienorum instrumentorum inspiciendorum potestas fieri debeat. Actore enim non probante, qui convenitur, etsi nihil ipse præstat, obtinebit: & l. procurator 7. juncta auth. si quis hac lege, & l. quæ è divo 8. Cod. eod. tit.*

Canones prædicti Diœcesani anno
20 1719. per olim Regium Collaterale Consilium cum interventu Præsidentis D. Gajetani Argento delegati regalis jurisdictionis fuerunt nomine Regio nulla, & irrita declarata.

De Conciliis, eorumq; appellationibus, & authoritate tractant *Cardin. Baron. in epitom. ad ann. Christi 347. num. 3. Rouer. in demonstrat. quarti Symboli, Bartholom. Caranz. in epitom. Concil. Alzed. de dignit. Episcopal. fol. 172. & seq. lib. 7. Decretal. lib. 3. tit. 7. Cornel. Rinlhelin. in Jurista Romano Catholic. cap. 27. & seq. Stephan. Institut. Jur. Canon. fol. 289. & seq.* & de Concil. pariter tractant per integros tractatus *Delphin. & Zol.* & de eadem materia pertractant *Alphons. à Cast. de hæres. pag. 203. Sà in Aphor. confess. 65. Gravina tom. 4. part. 2. cathol. præscript. Rubeus in aphor. Episc. pag. 121. Gonet. tom. 4. pag. 294. Casalius de Rit. Christ. pag. 306. Herines in summ. Theol. tom. 3. pag. 98. Bibliotheca Theolog. tom. 3. pag. 574. Canus de locis Theol. pag. 163. Gibalinus tom. 2. Scien. canon. pag. 103. Megalius to. 1. promp. pag. 691. Duallius in S. Thom. tom. 2. pag. 819. Simanca in Cathol. instit. pag. 90. Albaspina in obser. Eccles. pag. 111. Bellarmin. to. 1. part. 2. pag. 1095. Amicus to. 4. curs. Theol. pag 114. Carrier. in digesto fidei pag. 1129. Lorichius in Thes. Theol. tom. 1. pag. 664. Crespetius in summ. pagin. 175. Amedeus pagin. 214. S. Antoninus in summ. tom. 3. pag. 414. Tuscus tom. 2. pag. 3. Bordonus tom. 1. cap. 6. Abelli. in medull. Theolog. tom. 2. pag. 321. Alloza in flor. summ. pagin. 108. Bagotius tom. 1. apolog. pag. 373. Bassæus in flor. Theol. tom. 2. pag. 176. Celletius de Hierar. pag. 193. Cotonus in controvers. pag. 433. summ. Conciliorum Caranzæ, Bonaspes tom. 3. pag. 157. Heidegenus tom. 1. in Concil. Tridentin. pag. 21. Theatr. vit. hum. tom. 8. colum. 2. pag. 153. Alvarez in spec. Princip. pag. 233. & 318. Zecola in praxi Episc. pag. 82. idem part. 2. pag. 36. Summa Silvest. part. 1. pag. 114. Polus in trâctatu S. Conciliorum, Raynerius in Pantheol. tom. 5. pag. 573. Horius pag. 16. Delphinus Sannig. tom. 4. Theol. moral. pag. 63.* De quatuor Conciliis universalibus *Covarru. to. 2. pag. 337.* Notitia Conciliorum *Cabassutius*, Synopsis Conciliorum *Corvinus in jus Canon. pag. 1. Labbè* epithome Conciliorum, *Steravolgius, Ricci.* Summa Conciliorum,

rum, *Caranza*, *Bail.* Commentaria in Concilia, *Lupus*. Concilia varia, *Dacherus in Spicil. tom.6. pag.1.* Concilia Americana, *Bail. in summ. Concil. tom.2. pag.719.* Concilia Asiatica, *Bail. in sum. tom.2. pag.713.* Concilia Europea, *Bail. in summ. Concil. tom.2. pag.675.* Concilia Anglicana, *Spelman.* Collectio Conciliorum Galliæ, *Ballutius.* Concilium Arausicanum *S. Augustinus tom.7. pagin.595.* De Concilio Carthaginense contra Donatistas, *David.* Concilium Sirense Armenum, *Galanus part.1. pag.151.* Concilium Tarsense Armænum, *Galanus part.1. pag. 324.* Notæ in Concilium Claromontanum, *Petrus de Marca in dissertat. pag. 262.* Armonia Conciliorum Belgicorum, *Hommius in controvers. Belgic. in fine.* Pro defensione trium Cap. Concil. Chalcedonensis, *Facundus*. Nota in Concilia Hispaniæ, vide *Optatum Milenitanum*. Concilia Romana sub Damaso Papa, *Holstenius Collect. Eccles.* Concilia Romana sub Bonifacio II. *Holstenius Collect. Eccles.* Concilia Romana sub Bonifacio IV. *Holstennius Collect. Eccles.* Concilia Romana sub Stephano IV. *Holstennius Collect. Eccles.* Concilium Romanum sub Gregorio V. *Dachenus in Spicil. pag. 68. 182.* Concilium Salisburgense, *Canisius Antiquar. lectionum pag.601.* Concilium Placentinum sub Urbano II. *Holstennius in Collect. part.2. pag.163.* Concilium Ravennat. sub Joanne VIII. *Holstennius in Collect. part.2. pag.149.* De decreto Vigilii Papæ pro confirmatione V. Synodi, *Petrus de Marca in dissertat. pag.1.* De actis VI. Synodi, *Pighyus in controv. pag.271.* Acta Concilii Pisani. Concilium Nicænum I. *Tom. secundus Conciliorum col.1.* Canones Arabici Concilii Nicæni *in lib. Constitut. S. Clementis Papæ in fin.* Et *tom.2. Concilior. col.287.* De Concilio Nicæno I. *Hinemarus to.2. pag.826. Mullarus* Commentaria in Concilium Nicænum, *Ciricenus Historia Concilii Nicæni tom.11. Concilior pag.103.* Acta Concilii Florentini; *Justinianus*. Defensio Concilii Florentini, *Gennadius, Scholarius, Allatius*. Historia Concilii Florentini, *Sguropulus*. Concilium Eliberitanum, *Tom.1. Conciliorum col.967.* De confirmando Concilio Eliberitano, *Tom.1. Conciliorum pag.1010. Mendozza.* Notæ in Canones Concilii Eliberitani, *Optatus Melevitanus*. Concilium Eliberitanum cum notis, *Tellez*. De Concilio Tridentino, *Barbos. in decis. apost. pag. 188.* Synopsis Conciliorum, *Ostander in Chronol. Histor. pag.43.* De Authoritate Conciliorum, & Papæ, *Caranza*. Synopsis Concilii Tridentini, *Riccardius*. De potestate Papæ, & Concilii, *Albanus*. Nomina Episcoporum, qui interfuerunt Concilio Lateranensi sub Alexandro III. *Acherius in Spicil. tom.12. pag.638.* De Concilio Chalcedonensi, *Natalis Alex. secul.5. part.1. pagin.363.* De Concilio plenario relato à S. Augustino, *David Jugemens Caninij in fine.* De Concilio Tridentino, *Barbos. in dec. apost. pag.188. Gavantes in Manual. Episc. pag.79. Summa Novarii pag.171. Heindegerus. Summa Quarantæ pag.232. Mullærus, Scipio Henricus, Justinianus in addit. ad Novar. pag.7.* Commentaria in Concilium Tridentinum, *Barbosa*. Annotationes ad Concilium Tridentin. *de Luca in Theatr. verit. tom.14. in fin. Portellus in dub. Regul. pag.481.* Concilium Tridentinum cum Addit. *Labbè*. Concilium Tridentinum cum notis, *Justinianus*. De publicatione Concilii Tridentini, *Virgerde*. Apologia pro Concilio Tridentino, *Sidonius*. Clypeus Concilii Tridentini, *Centofiorenus*. Consilium contra Concilium Tridentinum, *Molinæus*. Examen Concilii Tridentini, *Chemnicius*. Doctrina S. Concilii Tridentini, *Bellarminus*. Risposte per il Concil. Trid. Historia Concilii Tridentini, *Riccardus, Orlius, Cardinal. Pallavicinus, Petrus Suavis, Picinelli*. De tribus Historiis Concilii Tridentini, *Cæsar Aquilinus*. De Concilio generali, *Isolanus de Imperio milit. Eccles. lib.3. Summa Rodriquez part.3. pag.129. Barbosa in decis. apost. pag.186. Candidus to.1. pag.355.* De Concilio Provinciali, *Acta Eccles. Mediol. pag.253. Nic lius in Flosc. pag.156. Gavantes in Manual. Episcopor. pag.73. S. Antoninus in Summ. to.3. pag. 414. Summa Quarantæ pag.209. 183. Genuensis in Prax. Archiep. pag.481. Barbosa in decis. apost. pag.189. Nicolius to.2. resol. pag.209.*

CAPUT XI.

De Summo Pontifice.

SUMMARIUM.

Summus Pontifex quotupliciter dicatur num.1. non potest sibi eligere Successorem num. 2. est caput totius Ecclesiæ, & legitimè electus, habet potestatem à Christo Domino num.3. debet eligi persona Ecclesiastica masculus 4. debet docere,

cere, & definire res fidei 5. *olim poterat elegi per compromissum, & qualiter ad præsens fiat electio* 6.

Summus Pontifex est legitimus Successor S. Petri, & caput visibile totius Ecclesiæ à Christo institutæ 7.

Summi Pontificis primatus super cæteros Episcopos enucleatur 8.

Pontificis persona quotupliciter considerari possit, explicatur num. 9. *ubi ex quibus non possit errare in rebus fidei, & ex quibus sit supra Concilium generale nu.* 10.

Papa illegitimè electus non est Papa nu. 11. *peccat mortaliter, si res Ecclesiæ consumet, & det consanguineis nu.* 12.

SUmmus Pontifex dicitur Christi Domini Vicarius, Petri successor, ad-
1 ministrat universalem Ecclesiam *cap. cui §. cæteri de elect.* Dictus est Papa à nota magnæ admirationis, quæ est Papè, non potest eligere sibi Successorem,
2 *gloss. in cap. si Petrus* 8. *quæst.* 1. contra *Vasquez, Duallium, Arriag.* quia esset res turpis dans ansam seditioni. Secundò id patet ex Synodo congregata in Basilica S. Petri anno Domini 531. ut testatur *Baronius t.* 2. *anno* 165. & patet etiam ex epistola *Silverii Papæ ad Vigi-*
3 *lium t.* 2. *Concilior.* Summus Pontifex est caput totius Ecclesiæ, & legitimè electus, à Christo Domino habet potestatem, *cap. novit §. cum enim de judiciis cap. Sacros. distinct.* 22. contra Hus ajentem habuisse potestatem à toto Orbe ex dispositione Constantini Imperatoris Papę. Debet elegi persona Ecclesiastica masculus, *cap. oportebat, cap. nullus distin.* 79.
4 ità ut nequeat eligi fœmina, quæ nec docere potest 1 *ad Corinthios* 14. *num.* 34.
5 Et Summus Pontifex debet docere, & definire res fidei, *D. Thom.* 2. 2. *quæst.* 8. *art.* 20. Olim poterat eligi per compro-
6 missum, ut fuit practicatum anno Domini 1271. tempore Sedis vacantis. Tunc enim Cardinales dissentientes compromiserunt in sex alios Cardinales, qui elegerunt in Papam prima die Septembris Tealdum Placentinum Archidiaconum absentem, qui vocatus fuit Gregorius X. & tunc erat in Oriente, *Raynaldus t.* 14. *annal. anno Domini* 1271. At hodiè id prohibitum est, & electio fit per scrutinium secretum à Cardinalibus, quorum duæ partes ex tribus debent concordare *Clement.* 2. *de elect.* Urbanus VIII. in bulla, quæ incipit *ad Romanum*, & electio fit in Conclavi clauso per Cardinales præsentes, & secreta suffragia, & nemo potest dare suffragium sibi ipsi, nec censetur electus, nisi publicatis omnibus suffragiis cum ipso electo. Scrutinium debet fieri bis in die, manè scilicèt, & serò, cætera videas in *cap. ubi periculum*, & in conclavi admittuntur duo medici, unus Chryurgus, unus Aromatarius, unus serviens Fabrilignarius, duo Barbitonsores, cæteri servientes eligûntur à Collegio Cardinalium, & nemo est ex familia Cardinalium.

Summus Pontifex est legitimus Suc-
7 cessor Divi Petri, & Caput visibile totius Ecclesiæ à Christo institutæ, soli autem personæ Divi Petri fuit a Christo concessus primatus, & suprema potestas regendi Ecclesiam universalem, *Matth.* enim *cap.* 16. habetur Christum sic Petrum alloquentem, *tu es Petrus, & super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam, & portæ inferi non prævalebunt adversus eam, & tibi dabo claves Regni Cælorum*, quibus verbis *petra*, & *claves* suprema Petri potestas indicatur: Equidem petra fundamentalis primum locum obtinet in ædificio, & cum claves traduntur Principi, ostendunt supremum dominium in Civitate. Similiter ut magis Christus Dominus ostenderet id, Divo Petro mutavit nomen, ante enim acceptum primatum, vocabatur Simon, filius nempè Joannis, seu Jonæ, undè & dictus est *Bar-Jona*, prò *Bar-Joanne*. Quod Chaldaicè filium Joannis significat. Christus autem post traditum Simoni Pontificatum, nomen ejus mutavit in Petri, quod Syriacè dicitur *cephas*, ideſt *petra*, & græcè valet idem ac *caput*: Undè ἀκέφαλος idem est, ac sine capite. Ab A privativo, & κέφαλε, ideſt *caput*; ut nempè voce ipsa significaretur Petri primatus. Hinc in *cap.* 1. *Joann.* dixit Jesus ad Petrum: *tu es Simon filius Jonæ: tu vocaberis Cephas, quod interpretatur Petrus*, atque hinc inolevit consuetudo, ut electi ad Pontificatum ad exemplum Petri mutent sibi nomen. Præterea ostenditur primatus Divi Petri ex *cap.* 21. *Joann.* ubi Christus, quod *Matth.* 16. promiserat Petro propter excellentem fidei confessionem, *tu es Christus filius Dei vivi*: Dedit post trinam protestationem excellentissimi amoris: *Simon Joannes diligis me plus his? tu scis Domine, quia diligo te. Pasce agnos meos, pasce oves meas*. Ubi evidens est, quod Christus his verbis specialem prærogativam contulit Petro, quam non contulit cæteris Apostolis: secus cur ab illo majorem dilectionem exegisset, evidens item est Chri-

stum

Digitized by Google

ſum univerſalem Eccleſiæ curam commiſiſſe Petro: Nam indefinitè locutus eſt ovibus ſuis, non autem de his, vel illis, & agnos primò, deindè oves illi commendavit. Per agnos autem populus, per oves verò paſtores ſignificantur, qui Chriſto per Evangelium filios generant. Unde *Euſebius Emiſſenus ſermon. de Nativitate Sancti Joannis*, ſcribit: *Prius agnos, deindè oves Petro commiſit, quia non ſolùm paſtorem, ſed paſtorum paſtorem eum conſtituit. Paſcit igitur Petrus agnos, paſcit & oves, paſcit filios, paſcit & matres, regit ſubditos, & Prælatos, omnium igitur Paſtor eſt, quia præter agnos, & oves nihil eſt in Eccleſia*. Ita *Emiſſenus*, atque eodem modo eundem locum explicant alii Patres, & nominatim *Bernardus libr. 2. de conſider. ad Eugenium cap. 8.* Tertiò pro primatu Petri accedit ratio urgentiſſima, nam ſi ſupremum Eccleſiæ regimen non ſoli Petro, ſed aliis etiam Apoſtolis à Chriſto eſſet conceſſum; tunc tale regimen non eſſet Monarchicum, ſed Ariſtocraticum: Sed hoc dici nequit. Sequela majoris patet, quia in eo diſtinguitur Monarchia ab Ariſtocratica, quia in Monarchia unus ſolus regit, & imperat; In Ariſtocratia plures imperant, ideſt Optimates, ut Democratia eſt Imperium totius populi. Minorem negant hæretici aſſerentes Chriſtum inſtituiſſe in Eccleſia non Monarchiam, ſed Ariſtocratiam. Pro quo errore confirmando omnem lapidem movit *Marcus Antonius de Dominis in quatuor libris de Republica Eccleſiaſtica*. Fuit autem hic inter Catholicos Archiepiſcopus Spalatenſis in Dalmatia; ſed poſtmodum apud Anglos Archiapoſtata, & dedecus Archiepiſcoporum. Contrà hunc Catholici autem multipliciter probant minorem: Primò quia regimen Eccleſiæ debet manere tale, quale à Chriſto inſtitutum fuit: Sed vivente Chriſto erat Monarchicum, ergò tale manſit poſt ſuam aſcenſionem ſub ejus Vicario, ne Eccleſia in forma regiminis dicatur mutata. Secundò quia Synagoga Moſaica fuit umbra, & typus Eccleſiæ noſtræ; ſed quandiù Synagoga perſtitit per unum ſupremum Sacerdotem monarchicè gubernabatur, ergò &c. Tertiò quia Chriſtus optimum, & perfectiſſimum regimen in ſua Eccleſia inſtituit: ſed hoc ſine dubio eſt Monarchicum. Pro minori multa congerunt *Politici* poſt authorem *Ethicor. lib. 8. cap. 10.* Unde decantatum eſt illud *Homeri* apud *Ariſtotilem lib. 12. metaphyſ. ad finem*: *Non eſt bona pluralitas Principatuum, nam multi malè gubernant. Unus ergo Princeps*. Sed his omiſſis audiamus *Cyprianum de vanitate Idolorum num. 89. Quando*, inquit, *Regni Societas, vel cum fide cœpit, vel ſine cruore deſiit? Romanos homines unum non capit Regnum, quos unum cœpit uteri hoſpitium. Pompejus, & Cæſar affines fuerunt, nec tamen neceſſitudinis fœdus in æmula poteſtate tenuerunt, nec hoc tantùm de homine mireris, cum in hoc omnis natura conſentiat. Rex unus eſt apibus, Dux unus in gregibus, & in armentis Rector unus, multò magis Mundi unus eſt rector, qui univerſa verbo jubet, ratione diſpenſat, virtute conſumat*. Ità pro perfectione Monarchiæ, eruditè ſimul, ac ſolidè *Cyprianus*. Annuitque poeta in Georgicis, ubi quando contingerit duos Reges in uno Apum examine inveniri; hoc Agricolis dat politicum conſilium.

Verùm ubi ductore acie renovaveris ambos.
Deterior qui viſus, eum ne prodigus abſit
Dede neci vacua ſinas, ut regnet in Aula.

Ex eodem primatu Divi Petri ſupra
8. Apoſtolos oritur primatus Pontificis ſuprà cæteros Epiſcopos, authoritas enim regendi univerſalem Eccleſiam non eſt extincta in perſonam Divi Petri, ſed ad ejus ſucceſſores pertranſiit, quod facilè probatur, quia Pontifex eſt propter Eccleſiam, non Eccleſia propter Pontificem, juxtà illud celebre *Auguſtini libr. de paſtoribus cap. 1.* ibi: *quod Chriſtiani ſumus propter nos eſt, quod propoſiti propter vos eſt*, atque Eccleſia non minùs nunc eget uno Paſtore, quàm tempore Apoſtolorum; imò verò etiam magis, cum nunc ſint Chriſtiani, & plures, & pejores. Non igitur moriente Petro interire debuit primatus, qui non in commodum Petri, ſed in Eccleſiæ utilitatem inſtitutus erat, ſed durare, & perſeverare, donec Eccleſia perſeverat. Confirmatur ex facto Petri, qui morti proximus ſibi ſucceſſorem declaravit Clementem *Can. ſi Petrus 8. quæſt. prim.* Non autem ſibi ſucceſſorem elegiſſet, niſi à Chriſto habuiſſet paſtoralem dignitatem fore ſemper in Eccleſia per unum aliquod ſupremum caput conſervandum. Quod autem Pontifex Romanus ſit legitimus Divi Petri ſucceſſor in primatu Eccleſiæ conſtat ex prædictis. Nam ſi Petro eſt dandus ſucceſſor, hic alius eſſe non poteſt niſi Pontifex Romanus. Conſtat enim Divum

Petrum in Episcopatu Romano ultimo vitæ tempore præsedisse, ibique fuisse mortuum. Hinc autem fit, ut successores ejus in eadem sede permanserint, Et propterea nullus unquam Episcopus alius se Petri successorem prædicavit.

Pro eodem primatu stant unanimiter Sancti Patres. Dabimus celebriores, *Hirenæus lib. 3. cap. 3.* loquens de Ecclesia Romana, ait: *ad hanc Ecclesiam necesse est omnem Ecclesiam convenire, hoc est eos, qui sunt undique fideles, in qua semper conservata est ea, quæ ab Apostolis, est traditio. Basilius epist. 52. ad Athanasium*, ait: *visum est consentaneum scribere ad Episcopum Romanum, ut videat res nostras, & judicium, seu decretum interponat, quique acta Concilii Ariminensis rescindat. Chrisostomus ep. 1. ad Innocentium Papam*, ait: *Obsecro, ut scribas quod hæc tam iniquè facta non habeant robur, illi autem, qui iniquè egerunt pœnæ Ecclesiasticarum legum subjaceant.* Ubi nota, quod *Chrisostomum* ab Episcopatu Constantinopolitano deposuerat Theophilus Episcopus Alexandrinus in Concilio multorum Episcoporum. Chrisostomus autem scribit ad Pontificem pro irritanda Theophili sententia, ac pro ejus punitione. Agnoscit itaque Innocentium Papam, ut summum Judicem, etiam Græcorum; & *epist. 2.* ad eundem ait, *perpetuas gratias vobis agimus, quod paternam erga nos benevolentiam declarastis.* Agnoscit *Chrisostomus* Innocentium ut patrem, cùm tamen ipse esset Innocentio senior. *Augustinus epistol. 162.* ait: *in Romana Ecclesia semper Apostolicæ Cathedræ viguit Principatus.* Denique *Hieronymus epist. 57.* scribens ad Damasum Papam, sic loquitur: *Beatitudini tuæ, id est Cathedræ Petri communioni consocior, quicumque extra hanc domum agnum comederit, prophanus est: si quis in arca non fuerit peribit, regnante diluvio.*

Persona Pontificis tripliciter considerari potest; Primò, ut est quidam homo particularis, & Doctor privatus. Secundò, ut est Pontifex, & caput Ecclesiæ, sed solus. Tertiò, ut est Pontifex, sed simul cum Concilio generali, cui præsideat, vel per se immediatè, vel per suos Legatos.

9 Quod attinet ad Pontificem, ut est particularis persona, & privatus Doctor probabile censet *Bellarmin. lib. 4. de Pontifice cap. 6.* eum neque posse errare, sed communiùs post *Covarruviam lib. 1. variar. cap. 8o.* Alii docent eum posse errare non tantùm in rebus scientiarum naturalium, sed etiam in rebus fidei, & esse hæreticum, non tamen permittet Deus, ut id quod pravè sentit, proponat Ecclesiæ credendum; undè Romanis Pontificibus applicari potest, quod de Pontificibus legis Mosaicæ scripsit S. *Augustinus epist. 266. lib. 4. de doctrin. Christ. cap. 27.* exponens illa verba *Matthæi 23. super Cathedram Moysis sederunt Scribæ, & Pharisæi, omnia quæcumque dixerint servate, & facite, secundùm opera eorum nolite facere.* Verba Augustini sunt hæc. *Illa Cathedra non eorum, sed Moysis, cogebat eos bona dicere, etiam non bona facientes, agebant ergo sua &c.* Et posse Pontificem uti personam privatam errare, multipliciter ostendi solet. Primò *ex can. si Papa dist. 80.* ubi asseritur Pontificem posse deponi, & judicari, si inveniatur à fide devius. Potest itaque deviare, aliter frustrà esset *can.* Secundò *ex can. nunc autem dist. 21.* ubi refertur Marcellinum Papam in persequutione Diocletiani thus dedisse Idolis. Tertiò ex *can. à quodam Judæo de consecr. dist. 4.* Ubi Nicolaus Papa rescripsit Baptismum in nomine S. Trinitatis, vel tantùm in nomine Christi esse validum. Sed hoc putant erroneum Canonistæ. Quartò Bonifacius Octavus compilator *lib. 6. decretalium* decernit in *extravaganti unam sanctam de majoritate, & obedientia* esse de necessitate salutis credere omnes fideles subesse Pontifici non tantùm quoad gladium spirituale, sed etiam temporale. At pro Rege, & Regnicolis Franciæ contrarium indulsit *Clemens V. in extravag. meruit de privilegiis.* Ac in odium Bonifacii VI. tunc librum decretalium Gallia non recepit. Quintò *Joan. 22.* sensiebat animas non visuras Deum ante resurrectionem, undè Benedictus XII. qui ei successit, dicit in *extravag. Benedictus Deus*, *speciali providentia fuisse raptum, antequam aliquid definiret.*

Summus Pontifex uti talis cum loqui-
10 tur ex Cathedra, docens nempè universam Ecclesiam, neque potest errare in rebus fidei, adeoque habet infallibilem authoritatem, etiam absque Concilio generali. In hac assertione dissidet Ecclesia Gallicana cum suis Doctoribus Sorbonicis, volens Pontificem, etiam uti Pontificem posse errare in fide, adeoque judicium Papæ posse reformari per Concilium generale, quod supponunt esse supra Pontificem, unde addunt Cathedram Pontificis, in qua errare non potest, esse dumtaxat Concilium generale.

Sed

Digitized by Google

Sed hanc ſententiam *Bellarm. lib. 4. de Pontif. cap. 2.* dicit erroneam, & hæreſi proximam. Nobis autem ſufficiat falſitatem ſententiæ breviter oſtendere, hæreſim autem DD. Sorbonicis effundere non eſt privati hominis. Noſtræ igitur, & communis aliorum Catholicorum aſſertio probatur ex illis verbis Chriſti apud *Lucam 22. Oravi pro te Petre, ut non deficiat fides tua, & tu aliquando converſus confirma fratres tuos*. Ubi vides Petro tantùm, ejuſque in Pontificatu ſucceſſoribus, non autem Petro, & Concilio promiſſam eſſe aſſiſtentiam Spiritus Sancti, ut non deficiant in fide, quin ex Petro pergit ad Concilium indefectibilitas, non è contra, ut patet ex illis: *& tu confirma fratres tuos*. Secundò, ſi judicium Pontificis eſſet reformabile per Concilium, tunc Concilium eſſet ſupra Papam, id verò etſi admittant Sorbonici, nihilominùs eſſe falſum mox probabimus, quin tunc non Pontifex eſſet Paſtor, ad quem ſpectat de ovibus judicare, ſed potiùs oves paſtorem paſcerent, ac dijudicarent. Tertiò, ſi judicium Papæ non eſſet infallibile, tunc non eſſemus certi de veritate tot propoſitionum ab Innocentio IX. Alexandro VII. cæteriſque Pontificibus proſcriptarum contra tot ſententias Caſuiſtarum, ac contra inquietos Janſeniſtas. Id autem eſſet non parùm perturbare conſcientiam Fidelium, & ſubvertere pacem Eccleſiæ. Quartò, quia Pontifex eſt Caput, & Paſtor ſupremus totius Eccleſiæ, ut ſupra probatum eſt, quod etiam concedunt Sorbonici, igitur tota Chriſti Eccleſia tenetur illum audire, & ſequi; ſi autem Papa poſſet errare, tunc tota Eccleſia erraret, quod repugnat. Quintò, ipſa Concilia generalia hanc in Summo Pontifice recognoſcunt infallibilem authoritatem. Sic illa in Leone V. admiſit Concilium Chalcedonenſe Epiſcoporum 630. celebratum anno Chriſti 450. nam priùs, quàm ea Synodus congregaretur Leo Pontifex damnaverat Eutichetem (qui unam tantùm in Chriſto naturam aſſerebat) *in epiſt. Flam. Conſtantinopolitano* inſcripta, hæc enim cum in Concilio lecta eſſet, Patres actione ſecunda acclamarunt: *Anatema ſit, qui ità ſit: Petrus per Leonem loquutus eſt*, hucque ſpectat illud *S. Auguſtini ſerm. 2. de verb. Apoſt. de Sede Apoſtolica reſcripta venerunt, cauſa finita eſt*.

Papa etiam in Concilio generali non
11 poteſt in condendis fidei decretis errare, ac proindè authoritas Conciliorum generalium legitimè per Summum Pontificem convocatorum eſt infallibilis, hæc-que ſententia, quæ communis eſt omnium Catholicorum, contra Luteranos, & Calviniſtas deſcendit ex ſupra probatis, cum enim probatum ſit totam Chriſti Eccleſiam non poſſe errare, & perire, juxtà illud *Matth. 16. Portæ inferi non prævalebunt adverſus eam*; conſequenter Concilia generalia errare non poſſunt, quia per unionem omnium Epiſcoporum Chriſtiani ordinis repræſentant totam Chriſti Eccleſiam: dicunturque tota Eccleſia, non quidem ratione ovium, quibus convenit regi, & obedire; ſed ratione Paſtorum, quibus competit regere, Confirmatur, quia Concilia generalia errare non poſſe, apertè colligitur ex illis verbis *Act. 15. Viſum eſt Spiritui Sancto, & nobis &c.* Si autem primum illud Apoſtolorum Concilium, ex quo formam acceperunt alia, confidenter aſſeruit ſua decreta eſſe à Spiritu Sancto; certè idem aſſerere poſſunt cætera Concilia, nam ſemper militat eadem conſervatio Eccleſiæ. Hinc deſcendit eſſe potiùs moriendum, quàm recedendum à decretis fidei per Concilia generalia editis. Atque hæc eſt fides Patrum, juxtà illud *S. Ambroſii epiſt. 32. Sequor tractatum Concilii Nicæni, à quo nec mors, nec gladius poterit me ſeparare*.

Ex dictis etiam oritur Pontificem eſſe
12 ſupra Concilium Generale, ut eſt communis ſententia, quidquid in contrarium ſentiant Sorbonici, quod liquidò conſtat, quia Pontifex eſt ſupremum in terris caput totius Eccleſiæ. Capiti autem ſupremo competit ſuprema poteſtas, qua maior dari non poteſt, ergò Concilium non eſt ſupra Papam, ſed Papa ſuprà Concilium. Reſpondent Sorbonici Pontificem eſſe caput totius Eccleſiæ, ut eſt diviſim ſumpta, non autem ut eſt collecta in unum corpus per Concilium generale. Sed contrà, quia ſi Pontifex eſt caput, & paſtor univerſalis ſingularum Eccleſiarum, ut ſunt ſparſæ, conſequenter eſt etiam caput omnium Eccleſiarum, ut ſunt congregatæ in Concilio, quia per unionem non deſinunt eſſe oves Chriſti, quas ſine ulla exceptione Chriſtus Pontifici ſubiecit his verbis: *Paſce oves meas*. Inſuper Eccleſia collecta in unum corpus debet habere caput viſibile, aliter eſſet Acephala, & monſtruoſa. Sed non eſt reperire aliud caput viſibile, quàm Papam, ergò &c. Confirmatur principalis aſſertio, quia Papa eſt Chriſti Vicarius, ergo præeſt omnibus, quibus præeſſet Chriſtus, ſi adeſſet in terris. Chriſtus autem præeſ-

Digitized by Google

set Concilio, ergò etiam Papa debet præesse. Hæc eadem veritas declarata est in Concilio Lateranensi quinto anno 1512. sub Leone X. *sess.* 11. ubi totum id asseritur, nempè Pontificem Romanum suprà omnia Concilia authoritatem habere.

Papa illegitimè electus non est Papa, 13 sed Apostata, & Diabolus, *can.* 2. *dist.* proindè non habet claves Cœli, sed Inferni, *Ursill. ad Afflict. decis.* 228. *num.* 5. 14 Et Papa mortaliter peccat si res Ecclesiæ consumet, & dat consanguineis, ex doctrina *Archidiaconi in can. non licet Papæ* 12. *quæst.* 2. *Ursill. ad Afflict. dec.* 226. *num.* 6. Et quod concessio facta à Papa, non se extendat ad concessionem priùs factam ab Episcopo, diximus *to.* 5. *de feud. tit. de feud. quidditate.*

De Pontifice Romano agit per integrum tractatum *Bzovius* de offic. Papæ, & ejus Officialibus, *Æneas Silvius in operibus pag.* 801. de Monarchia Papali *Lipstorpius*, de Dominio Pontificis *Archontologia tom.* 1. *pag.* 1. De Summo Pontifice agunt perintegros tractatus *Lexius*, *Sutlivius*, *Tortentius*, *Matthias à Corona tom.* 3. *VVesselingius*, *Delphinus*, *Boffinacius*, & de eadem materia pertractant *Bellarminus to.* 1. *par.* 1. *pag.* 596. *Idem in opusc. pag.* 1. *Bagnus pag.* 47. *Crespetius in summa pag.* 739. *Bayus in theat. Theolog. pag.* 425. *Herinx in summ. theol. tom.* 3. *pag.* 111. *Bibliotheca theolog. to.* 3. *pag.* 152. *Canisius in Cathec. pag.* 132. *Leonardus de Homin. inst. in fin. Marcant. to.* 3. *trib. anim. pag.* 52. *Carenas de inquisition. pag.* 2. *de Magistris in praxi Eccles. tom.* 1. *pag.* 107. *Barbosa de jure Ecclesiast. tom.* 1. *pag.* 1. *Refus in Molineum Castorus in Enchir. controv. pag.* 113. *Nicolius in flosc. pag.* 561. *Suarez contrà Regem Angliæ pagin.* 119. *Gibalinus tom.* 2. *scien. can. pag.* 8. *Bonaspes tom.* 3. *pag.* 143. *Pilaja in inst. can. pag.* 35. *Corona de sanct. Eccles. to.* 2. *pag.* 163. idem *tom.* 3. *pag.* 243. 526. *Molphesius in summa pag.* 603. *Cappellus in disput. pag.* 1. *Azorius in summa tom.* 2. *pag.* 421. *Tepatus tom.* 1. *pag.* 1. *Sà in aphoris. confess. pag.* 407. *Rubeus in aphorism. Episc. pag.* 443. *Casalius de ritib. Christi pag.* 316. 342. *Magrus in notitia pag.* 387. *Callosius de Hier. pag.* 182. *Fragosius to.* 2. *Reip. pag.* 1. *Currier in dig. fidei pag.* 1081. *Duallius in S. Thom. tom.* 2. *pag.* 690. *Del Bene in summ. theol. tom.* 1. *pag.* 30. *Barbos. in decis. apost. pag.* 511. *Idem in repertorio juris pag.* 269. *Tuscus tom.* 6. *pag.* 23. *Terre tom.* 1. *pag.* 222. *Bordonus tom.* 1. *cap.* 5. *Barseus tom.* 1. *pag.* 644. & *tom.* 2. *pag.* 612. *Crespetius in summa pag.* 689. *Allozza in flor. summ. pag.* 593. *Alphonsus à Castr. in hæres. pag.* 436. *Triumphus de potestat. Eccles. S. Antoninus tom.* 3. *sum. pag.* 378. *Lorichius tom.* 2. *thes. theol. pag.* 1488. *Zerola in prax. Episc. pag.* 277. *Summa Naldi pag.* 552. *Vega in summa tom.* 2. *col.* 598. *Summa Silvestri part.* 2. *pag.* 210. *Cotonus in controv. pag.* 409. *Joannes à S. Thoma tom.* 1. *in* 2. 2. *S. Thomæ pag.* 75. *Amedæus pag.* 145. *Alozza in flor. Summ. pag.* 618. *Gonet tom.* 4. *theolog. pag.* 267. *Amicus in curs. theol. tom.* 4. *pag.* 73. *Theatr. vit. hum. tom.* 6. *pag.* 524. *Abelly in medulla theolog. tom.* 2. *pag.* 319. *Bannes de just. & jur. pag.* 87. *Alanus Coppus in Dialogis*, *Sannig. tom.* 4. *theol. moral. pag.* 63. *Reikerus in vindic. Evang. pag.* 161. De potestate, & authoritate Summi Pontificis *Bellarminus*, *Torrensis*, *Turrecremata*, *Petrus de Monte*, *Barchius*, *Matthias à Corona*, *Duallius*, *Mallæus in theolog. moral. to.* 1. *pag.* 375. *Macedo de clavibus Petri pag.* 7. & 206. *Diana ordin. tom.* 3. *pag.* 1. *Albertus Pius pag.* 149. *Alvarez in Specul. Princip. Triumphus de potest. Eccles. pag.* 1. De authoritate Summi Pontificis *Pavanus de orig. Sac. Inquis. pag.* 396. *Hosius pag.* 334. *Turrecremata in diverss. de author. Summi Pontificis pag.* 1. *Roffensis* Defensio Summi Pontificis, *Vernand.* De potestate coactiva Summi Pontificis, *Stephanus Puissance*, & *authorité du Pape*. De potestate Papæ, & Concilii, *Naclantus*, *Capistranus*, *Cajetanus in opusc. pag.* 1. De potestate Papæ suprà Concilium, *Fabuloteus*. An Papa sit suprà Concilium *Cigaud. pag.* 42. *Bagotlus tom.* 1. *Apolog. pag.* 397. De potestate Pontificis eligendi sibi successorem, *Diana Ordinatus tom.* 9. *pag.* 368. An Pontifex possit sibi eligere successorem, *Candidus tom.* 4. *pag.* 342. De Pontificis potestate ornandi Principes laicos titulo Regio, *Diana Ordinat. tom.* 9. *pag.* 468. De infallibilitate Summi Pontificis, *Diana Ordin. tom.* 9. *pag.* 340. Decreta Pontificum, *Bail. in summ. Concil. tom.* 2. *pag.* 731. De potestate Papæ, & Concilii, *Albanus*. De superioritate, & potestate Romani Pontificis, *VViselingius*. De Primatu S. Petri, & Pontificum, *Natalis Alex. tom.* 1. *Ann. Eccles. pag.* 249. De lapsu Marcellini Papæ, *Scalsrate in antiq. Ill. pag.* 222. De electione Summi Pontificis, *Triumphus de potestate Eccles. pag.* 17. *de Magistris in praxi Eccles. tom.* 1. *pag.* 162. & 187. *Cotanus in controver. pag.* 413. *Tuscus tom.* 3. *pag.* 24. *Accarisius in Bullam Gregor. XV.* De electione Summi Pontificis, *Tugolus*. De Summi Pontificis primatu, *Gregorius IX. Pontifex. Barbosa de potest. Episcop.*

Digitized by Google

scop. to.1. pag.126. Senarus de Monarch. pag.220. Nogarola, De Summi Pontificis Maestate. *Isolanus de imper. milit. Eccles. lib.2. miscellan. impress. pag.1.* De Pontificis temporali Monarchia, *Molineus*. De adoratione Pontificis, *Leander tom.6. pag.189. Diana Ordinatus tom.9. pag.321.* De Pontificis infallibilitate in decret.fidei, *Gravin. in Catbol.præscrip. tom.4. part. ultima pag.41.* De Pontificis titulis. *Casalius de Rit. Christ. pag.326. 437. Raynaudus tom.10.* De auferibilitate Papæ ab Ecclesia, *Gerson. tom.1. pag.34.* De veracitate Papæ, *Caramuel in curs. mor. pag.80.* De Pontificis institutione, *Cajetanus in opusc. pag.42.* De Papa schismatico, *Decianus tom.1. pag.472. 475.* De Summi Pontificis communione, *Rocca*, *Romanus Pontifex*, De Pontifice Oecumenico, *Chamierus*. In epistolis Pontificum, *Blondel*. Apologia pro Summis Pontificibus, *Coquæus*. De resistentia Tyrannorum in Pontifices, *Triumphus de potest. Eccles. pag.135.* De obluctantibus Pontificis imperio, *Aringa in morte peccat. tom.1. pag.591.* Vaticinia de Pontificibus, *Joacchim*, *Thesaurus Pontificalis in tract. Concil.* De Pontifice Veteris Testamenti, *Becanus in quæst. theol.to.3. pag.369.* De Pontificalibus, *Barbosa in decis. apost. pag.538. Rubeus in aphorism. Episcop. pag.476. Riccius in praxi tom.1. pag.46. Barseus tom. 2. pag.655.* Pontificale Romanum.

CAPUT XII.

De Cardinalibus.

SUMMARIUM.

Cardinales undè dicti, & quinam sint explicatur, & quando hæc dignitas incœpit nu.1. & 3. ad eos spectat electio Summi Pontificis nu.2.

Cardinalatus dignitas, & officium est, non ordo num. 4. quam jurisdictionem habeant in Ecclesiis eis in titulum assignatis nu.5. usque ad quem numerum creari possint num.6. verba quæ per Pontificem pronunciantur, cum pileum rubrum novi Cardinalis Capiti imponitur num.7. ubi etiam de praxi claudendi, & aperiendi os, ibid.

Cardinales sunt tantæ dignitatis, & authoritatis, quantæ erant apud Romanos Flamines diales, & Virgines Vestales num.8.

Si Cardinalis obviam habeat aliquem ad mortem traducendam, is liberandus est, quod limitatur in crimine falsi n.9.

Tituli, à quibus Cardinales denominationem habent, enucleantur num.10.

Cardinalis an, & quando possit morari extra Curiam Romanam nu.11. ubi quid peragendum si Papa contradicente moraretur, & qualiter Cardinalis, sive quilibet Beneficiatus absens à Curia Romana, vel loco beneficii, possit per Procuratorem comparere, & se excusare num.12.

Cardinales non comprehenduntur in quacumque generali constitutione Pontificis num.13. sunt pars corporis Papæ nu.14. sunt in quasi possessione ut Papa arduæ Ecclesiæ negotia non faciat de per se, absque eorum consilio nu.15.

Si aliquis Cardinalis Episcopus conferat beneficia simplici Clerico, & hic fiat deinde Episcopus, & moriatur talis, beneficia possunt ab eodem Cardinali conferri ex pluribus latè enucleatur n.16. & explicatur text. in cap. cum in cunctis § cum verò de electione, & *extravagant.* ad regimen de præbendis, *ac regula prima Cancellariæ Apostolicæ, ibid.*

Beneficia vacant per promotionem, etiam si quis habuerit deinde promotionem alterius Episcopatus num.17.

Beneficiorum retentio qualiter intelligatur num.18.

Pensiones non vacant per promotionem ad Episcopatum, Cardinalatum, & Papatum num.19.

Retentio pensionis non specificatæ, si plures sint, de qua intelligatur nu.20.

Retentio pensionis comprehendit Cathedrales etiam num.21.

Retentio pensionis concessa Episcopo an intelligatur cum eadem facultate transferendi, ut per priùs n.22.

Collatores ordinarii vigore indulti, an teneantur conferre infrà sex menses num.23.

Tempus sex mensium currit à die scientiæ vacationis, vel qualitatis beneficii num.24.

Patronis tempus concessum currit à die scientiæ num.25.

Tempus semper currit Episcopis à die devolutionis num.26.

Tempus confirmationis, vel institutionis non est præfixum in jure Collatoribus num.27.

Familiares Cardinalium, & Domestici sunt exempti à jurisdictione Ordinarii num.28.

CArdinales à cardine dicti sunt: quia sicut cardine regitur ostium; ita Ecclesia consilio eorum, ut notatur in *cap. Sa-*

Digitized by Google

Sacrosancta ad fin. 23. distinct. ad eosque
2 nunc pleno jure pertinet electio Pontificis Romani, *Beschel de success. & elect. fol.*180. Isque titulus dignitatis cœpisse
3 dicitur, ante vel circiter tempora Gregorii Magni. Vid. *Lorgi Breviar. Chronologic. fol.* 184. Initio creabantur ab Episcopis, postea legit eos Pontifex ex Episcopis, Presbyteris, Diaconis, Subdiaconis, ut eis tanquam Consiliariis in negotiis Ecclesiasticis uteretur. Eo loco habiti sunt in Ecclesia post Pontificem, quo Reges in politiis post Imperatorem aut Status. Rubro galero insigniti sunt per Innocentium IV. anno circiter 1205. quo jure autem Cardinalatus sit introductus, & de Cardinalium præstantia agit *A. Barbat. in tract. de Cardin. præstant.* adde *M. Steph. de jurisdict. lib.*3. *part.*1. *cap.*5. *fol. mihi* 77. Cardinalatus verò di-
4 gnitas, & officium est, non ordo, quod vel ex eo cognoscere licet, quod alii Cardinales nuncupentur Episcopi, alii Cardinales Presbyteri, alii Diaconi: *Servin. tom.*1. *plaidoyez fol.*238. Nemo autem Cardinalis efficitur, qui infra Diaconorum ordinem sit: quemadmodum nec quisquam inter Canonicos suffragii jus habet, qui saltem Subdiaconus non sit.
5 Habent tamen Cardinales propter ejus dignitatis prærogativam, Pontificiam jurisdictionem in Ecclesiis eis in titulum assignatis, aliisque ipsi titulo subjectis, etsi ipsi in Episcoporum ordine cooptati non sint. *Antonius Cucchus in instit. jur. Canon. lib.*1. *de Cardinalium dignitate, & officio.* Memorat etiam Author discursus Politici *de l'estat de Rome fol.*14.
6 secundùm Bullam Sixti V. septuaginta duos Cardinales esse debere (forsan ad imitationem totidem discipulorum Christi; de quo vide *Camill. Borellum in summa decision. vol.*1. *tit.*5.) eorumque circiter quinquaginta ad Pontificem Maximum residere, reliquos per Orbem Christianum esse dispersos. Qui idem Author *fol.*70. & *seqq.* Pontificem cum
7 galerum rubrum novi Cardinalis capiti imponit, sequentia verba pronunciare, ait: *Ad laudem, & Sedis Apostolicæ ornamentum, accipe galerum rubrum, insigne singulare dignitatis Cardinalatus: per quod designatur, quòd usque ad mortem, & sanguinis effusionem inclusivè, pro exaltatione Sanctæ Fidei, pace, & quiete Populi Christiani, augmento, & statu Sacrosanctæ Romanæ Ecclesiæ te intrepidum exhibere debeas: In nomine Patris, & Filii, & Spiritus Sancti.* Addit etiam, Pontificem novo Cardinali claudere os, hoc est, prohibere, ne in Consistoriis, publicis item ac secretis Consiliis loquatur, nec nisi habitò consilio Seniorum Cardinalium os ipsi aperire. Ac ibi de Cardinalibus, Nepotibus item Pontificum, plura videre licet.

Cardinales sunt tantæ dignitatis, &
8 authoritatis, quantæ erant apud Romanos flamines diales, & Virgines vestales, utque si ad capitale supplicium aliquis duceretur, & casu transisset virgo aliqua vestalis, is necari non poterat;
9 Sic si Cardinalis obviam habeat aliquem ad mortem traducendum, statim is liberandus erit, *Capon. controvers. 1. num.*25. ex multis, & *Clar. in §. fin. qu.*98. *nu.*5. Limita in Reo damnato pro crimine falsi *Maxill. in proem. consuet. Barens. num.*213. *Hippolyt. de Marsil. in leg.*14. *column.*1. *ff. de fals. Barbatia de Cardinal. quæst.*1. Crimen læsæ Majestatis incurrit, si quis sciens contra Cardinalem conspirationem, non denunciet, ut in *cap. filius de pœn. in 6.* necnon & pœnam excommunicationis latam à S. Pio V. 14. Kalendas Januarii 1569. occasione mortis attentatæ contra Sanctum Carolum Borromæum *Dian. part.*5. *tract.*2. *resol.*89. *Scortia in Bulla Pontif. epit.*109. *Thebremat.*

De titulis, à quibus Cardinales non-
10 nulli denominationem habent, videndus est *Baronius in annalibus anno Christ.*111. & 112. ubi *nu.*4. ait, per titulos utique intellig domus Fidelium, divino cultui mancipatas, in quibus Christiani Synaxes agere consueverant, quas nos Ecclesias dicimus; de quibus est exemplum in brevioribus illis, sed plane aureis Pii Papæ epistolis, ad Justum Episcopum Viennensem accepta (ut videtur) nomenclatura à rebus Fiscalibus, cum tituli impositione, rem aliquam sibi Fiscus solitus esset vindicare, ac Principi consecrare: quæ constat fuisse vela quædam imaginibus, aut certè nominibus Imperatorum insignita: quæ nonnulli cortinas regias appellat, eaque vetuit Gregorius imponi Ecclesiasticis rebus: quippe qui sciret titulos Ecclesiasticos, longè à Fiscalibus diversos esse debere. Quamquam putamus, eam fuisse inter vela, & titulos differentiam, quod in velis imago esset depicta Imperatoris, in titulis nomen ejus inscriberetur. Cæterum apud Christianos, titulum, quo domus aliqua divino cultui manciparetur, fuisse vexillum Crucis, multis probatur constitutionibus, & aliis antiquis monumentis. Sed & ea ratione dici potest, Ecclesiam appellatam esse titulum, quod qui ei Presbyter adscriberetur, ab

eo

Digitized by Google

ab nomen, titulumque acciperet. Verùm Romæ obtinuit tandem, ut non omnis Ecclesia titulus diceretur, sed tantùm insigniores, quibus præficerentur Cardinales.

11 Cardinalis non debet morari extra Curiam Romanam, ubi est Papa, etsi moraretur, posset Papa vel procedere ad privationem beneficii, sive dignitatis, vel ad excommunicationem suspendendo primò ab administratione temporalium, deindè etiam spiritualium; & demum si in contumacia perseveret, excommunicando; semper tamen requiritur citatio absentis, qui si sciatur ubi est personaliter, unica peremptoria citatione citandus est, ut infra sex menses compareat, quibus elapsis non comparens dignitate privabitur: Verùm si ignoratur ubi adsit, citandus est per edictum, & tres citationes requiruntur: neque potest supplere una peremptoria, nisi fuerit edictum affixum, quo casu non est ratio differentiæ, si fiant tres citationes, vel una peremptoria continet spatium trium, *Affliƈt. decis.*289. *num.*1. & *seq.* ubi *num* 14. dicit Cardinalem esse expectandum per quinque annos, & Papam non debere illum deponere absque consilio Fratruum, sive Cardinalium *num.*15. & *num.*11. dicit, quod si habuerit licentiam recedendi ad certum tempus, eo finito absque alia citatione privari potest, quia dies interpellat.

12 Cardinalis, sive quilibet Beneficiatus absens à Curia Romana, vel loco beneficii, citatus potest per Procuratorem comparere, & se excusare, ut si licentiam à suo Superiore petiisset, vel adesset consuetudo, ut non teneretur morari in Ecclesia, sive in loco beneficii ex justa causa: Verùm licentia data potest revocari non solùm expressè, verùm etiam tacitè, citando absentem, ut veniat ad residendum. Item si ex justa, & necessaria causa est absens, quo casu poterit servire per substitutum, etiamsi sine justa causa discessit, sed deinde supervenit tempore requisitionis, vel etiam postea: nam poterit excusari, puta si sit infirmus; tamen justa causa debet esse necessaria, non voluntaria, nam si ità sit, solùm operabitur, ut si licentia intra certum tempus data sit, eo lapso sit citandus. Justæ autem causæ videntur esse si habeat in loco residentiæ capitales inimicitias, vel locus ratione belli tutus non sit, etiamsi offeratur salvus conductus, quia hujusmodi salvo conductui oblato credere non tenetur, nisi fuerit solitus concedi, vel etiam propter inimicitiam suorum, vel si est infirmus, vel carceratus, vel aliàs non potest transire per iter, vel propter intemperiem aeris, & pestem, vel sit absens causa Reipublicæ, sivè Legatus, vel propter utilitatem publicam sui Regis, vel pro juvando fratre oppressum, vel pro servitio Papæ, vel Ecclesiæ, vel si detentus esset ab officiali publico sine sui dolo, vel si facto adversarii non posset transire per iter, vel si causa studii, vel voti abesset, *Affliƈt. decis.*289. *à num.*10. Car-
13 dinales non comprehenduntur in quacumque generali constitutione Pontificis, *de Franch. decis.*107. *num.*6. Cardi-
14 nales sunt pars corporis Papæ, *de Franchis decis* 107. *num.*7. Cardinales sunt in
15 quasi possessione, ut Papa ardua Ecclesiæ negotia non faciat de per se absque eorum consilio, *Affliƈt. decis.*289. *nu.*15. ubi *Ursill. eodem num.* Cardinales non tenentur ad solutionem decimarum Papalium, ut diximus supra *tit. de decimis*.

Dubium maximum fuit inter Canonis-
16 tas celebres excitatum, an si Cardinalis, Archiepiscopus Neapolitanus v.g. contulerit N. beneficia simplicia, & deindè N. factus sit Episcopus, moriatur postea in dignitate Episcopali constitutus, an inquam beneficia, quæ habet Episcopus N. possint conferri per eundem Cardinalem Archiepiscopum, an potiùs sint Sanctæ Sedi Apostolicæ reservata: Collegio habito inter plures Canonum professores, reservata esse Sanctæ Sedi Apostolicæ plures voluere. Nos verò in hac re consulti diximus spectare horum beneficiorum collationem ad Cardinalem Archiepiscopum ex infrascriptis. Primò, quia priùs per promotionem ad Cathedralem Ecclesiam de jure beneficia, quæ quis obtinebat non erant reservata, sed poterant Ordinarii collatores illa conferre, *cap. cum in cunctis §.cum verò de electione, glossa in clementin.*1. *in verbo collato, ut lite pendente, Simonetta de reservatione qu.*15. *Quintilianus Mandosius ad Regulam* 1. *Cancellariæ qu.* 15. ex usu tamen, deberent vacare in Curia, & præter consuetudinem supervenit *extravagans ad regimen de præbendis*, confirmata per *Regulam primam Cancellariæ*, ubi sunt reservata Sedi Apostolicæ, & putant aliqui vacare post consecrationem, *Abbas in dict. §.cum verò notab.*3. *Romanus cons.*335. *Mandosius ad regulam* 1. *Cancellariæ dicta qu.*15. *Verallus l.*401. *part.*2. *Cardinalis Aldobrandinus, postea Clemens VIII.* in una *Pharen. pensionis*, quæ est hodiè impressa *part.*1. *decisionum di-*

Digitized by Google

*diversorum dec.*233. *Æranucius in appendice ad Simonettam qu.*25. *in verbo promotionem*, Stylus tamen Curiæ est, ut statim vacarent, statimque conferantur per S. P. *Rota* apud *Cassadorum dec.*21. *de constit. Mandosius dicta qu.*5. tamen, aliàs *Rota* tenuit contra talem stylum, ut ait *Caputaquensis decis.*401. qui quidem stylus non videtur contrarius juris dispositioni, neque Interpretum opinioni, quia, ut benè *Mandosius dicta quæst.*4. decisum referens in Rota die 9. Januarii 1598. licèt beneficia promoti ad Episcopatum statim conferantur, verè tamen, & effectualiter non præsumuntur vacare, nisi adepta possessione, vel nisi promotus fuerit in mora, & per eum steterit, quominus eam adipisceretur, qui stylus est, ut in quibuscunque cedulis consistorialibus dispensationem continentibus, de retinendo priora beneficia dicatur, ut quæcunque beneficia, vel talia beneficia, & *c.* quæ obtines, postquam possessionem dictæ Ecclesiæ, & illius bonorum adeptus fueris, & *c.* una cum Ecclesia, & *c.* retinere possis, ergò dicit *Mandosius* ubi suprà, *quod ante adeptam possessionem nulla dispensatio retentionis est necessaria.* Et ratio est, quia beneficia priùs obtenta, non vacant ante adeptam possessionem Ecclesiæ, quamvis ad eam quis promotus fuerit, aliequin frustrà diceret, postquam possessionem adeptus fueris, & per talē dispositionē non esse cautum promoto, si interim beneficia vacassent, ut benè *Caputaquensis dict. dec.*801. *num.*4. quia datur à lege tempus trium mensium promoto ad faciendum se consecrari, quod si intra dictum tempus non faciat se consecrari, debet ei imputari, & pari modo ei imputabitur, si non docet de impedimento, quare possessionem Episcopatus non fuerit assequtus, itaut beneficia dicantur vacare, quia post assequtum Episcopatus possessionem beneficia vacant, ut benè *Verallus d. dec.*401. *Aldobrandinus d. decis.*233. Quarè licèt sit introductum beneficia vacare per promotionem; id tamen est, quia statim quod Papa aliquem promovet ad Episcopatum, decernit beneficia vacare, & illa illicò confert, & in hoc solùm casu Cancellaria tenet beneficia vacare, statim post promotionem, hoc est, si Papa in eodem consistorio facta promotione alicujus ad Episcopatum illicò conferat beneficia, quæ priùs obtinebat promotus. Et propterea Cancellaria observat, ut unà cum bullis Episcopatus, expeditiones faciat prò retentione beneficiorum, cujus si expressa mentio facta non fuerit, non potest ampliùs fieri; & ideò formatur argumentum, priora beneficia per promotionem non vacare, sed tantùm per apprehensionem possessionis, quæ opinio est verissima, unde duo inferunt DD. primum, quod si promotus ad Episcopatum non adeptus est possessionem, debet restitui suis prioribus beneficiis, quia per ipsum non stetit, quominùs adipisceretur possessionem suæ Ecclesiæ, nam esset durum, & planè inauditum, debere aliquem luere pœnas, cum crimen non commiserit: secundò dicunt DD. cum *Mandosio* ubi suprà *quæst.*41. *nu.*50. regulam illam de beneficiis vacantibus per promotionem non pertinere ad eos qui ad Episcopatus apud Infideles existentes promoventur, cum eorum possessionem ex quavis diligentia assequi minùs possint, quod etiam tradit *Gigas de pensionibus qu.*56. & ideò solebat dicere *Joseph Ferrerius* Referendarius utriusque Signaturæ vir insignis, & abbreviator, quod de stylo beneficia per promotionem tantùm non dicuntur vacare, sed de stylo decernuntur vacare, quem sequitur *Germonius de indultu Cardinalium §. si verò illa nu.*25. *in fin.* Unde quando per *textum in dicto cap. cum in cunctis §. cum verò de elect.* dicitur vacare beneficia electi in Episcopatum, intelligitur, nisi Papa det retentionem, concessa verò retentione, tam de jure, quàm de facto, cessat vacatio, & sic vigore gratiæ retentionis titulus beneficiis non innovatur, sed prorogatur, *l. sed si manente ff. de præcario l.*2. *§. etsi Judex ff. de Judiciis*. Retentio enim nihil aliud est, quàm reservatio quædam juris antiqui, *cap. dudum il* 2. *in fine*, ubi *Abbas n.*16. *de electione*, *Puteus decis.*230. *lib.*2. cujus judicium est, quia in retentione, nec promoto nova fit collatio, nec ei traditur nova possessio; undè adveniente morte Episcopi, beneficia dicuntur vacare per obitum, latè *Marchesanus de commissionibus super Eugeniana §. unico n.*12. *fol. mihi* 465. & ideò *Covarru. practicarum quæstionum cap.*36. *num.*12. & *Lotterius lib.*3. *quæst.*26. *de beneficiis num.*58. *cum seq.* dicunt, quod per retentionem Episcopo concessam de beneficiis, non confertur de novo beneficium, sed impeditur vacatio, prout in simili nullum damnum facit patronis retentio, quam dat S. P. de beneficiis Juris patronatus electo in Episcopatum, quia Papa impedit ne vacent, non autem affert novam provisionem, quia si esset nova provisio, deberet derogare Papa juri præsentandi pro ea vice, at non facit, quia non est nova pro-

provisio, sed impedimentum ne vacent, ut benè citatus *Covarruv.* ubi supra, & sequitur in puncto de Jurepatronatus laicali, *Lambertinus part.3. lib.2. qu. principali art.19.* quia Papa dispensat, ut retineat, nihil de novo conferendo, sed quod habebat *in titulum voluit*, ut haberet in commendam, & durante commenda adhuc durat beneficium, *Lambertinus* ubi supra, qui se remittit ad *qu.6. principalem 14.* ergo vacant talia beneficia deindè per obitum, non verò per promotionem, ergo conferri possunt à Cardinali, non verò à Sede Apostolica.

Probatur secundò, quia Cardinales non subjiciuntur regulis Cancellariæ; quia regulariter regulæ Cancellariæ, & aliæ constitutiones generales non includunt Cardinales, ut post *Jason.cons.115. lib.4.* & alios docet *Gonzalez sup. Regulam 8. Cancellariæ gloss.24. à num.11. cum sequentibus*, ubi ait, quod nullæ regulæ includunt ipsos, & in specie, quod neque regula prima, cum qua conformatur *textus in extravaganti injunctæ de electione*, ubi beneficia Sede vacante, quousque non fuerit capta actualis possessio vacaverint, ad successorem non pertinent in conferendo, sed à S. P. conferri debent, quæ quidem regula non comprehendit Cardinales, undè cernimus approbatas quamplures hujuscemodi collationes, ex eo quod Cardinales non subjiciuntur regulis, nec extravagantibus, & *decisio Cassadori 3. sub tit. de constitut.* quæ dicit, quod sunt reservata per retentionem, procedit in Episcopis, non in Cardinalibus habentibus indultum, quia posita retentione ex Bulla 8.Jul.III. quæ incipit *Sanctissimus in Christo Pater*, retineri non possunt in conscientia talia beneficia, nondum expeditis litteris dispensationis, quam Bullam exornat *Novarius to.1. super Bullis fol.82.* Quod indultum Cardinalibus à Papa concessum nihil aliud operatur, quàm removere constitutiones ordinarias, & sic tollit impedimentum per regulas Cancellariæ, aliasque Pontificias constitutiones ordinarias, quibus impeditur, quominus singulis mensibus, & quæcumque beneficia conferantur, & latè *Germonius de indultu Cardinal. §. sibi quod vixeris nu.42. fol.433.* Sic videmus, quod per *text. in extravag. ad regimen de præbend.* confirmatum per *regulam Cancellariæ primam*, sunt reservata beneficia Familiarium Papæ, & Sedis Apostolicæ Officialium, sed tamen utraque non obstante voluit Pontifex à Cardinalibus ea conferri posse, ut latè *Quintilianus Mandosius ad regulam Cancellariæ 1.qu.6. & ult. Anastasius Germonius de indultu Cardinalium §.etiam ex eo n.44. fol.452. col.1.*

Probatur tertiò, quia Cardinalis vigore *indulti* potest beneficia omnia conferre, etiam duplici, & triplici, & multiplici reservatione affecta, nisi ea Papa sibi expressè reservaverit, uti sunt post Pontificales in Cathedralibus majores, & in Collegiatis principales, item ea, quæ dicuntur consistorialia, vel quæ conventum habent, vel quorum fructus in libris Cameræ taxati reperiuntur, de quibus plura *Germonius de indultu Cardinalium §. etiamsi*, vel ea quæ fuerunt familiarium, & continuorum commensalium ejusdem Romani Pontificis indultum concedentis, eorum, inquam, qui verè, & actualiter familiares, & commensales sunt, aut dum Cardinalatus fungebantur honore, fuerunt, ut in dicto *§.etiamsi*, qua in re duo sunt consideranda. Primùm quod Cardinalis ille, qui potest conferre virtute *indulti* omnia beneficia reservata, exceptis illis, quæ superiùs enumeravimus, est ordinarius collator, itaùt ordinarium, non extra ordinarium habeat indultum, & dummodò talia beneficia vacent extra Curiam. Quare Cardinalis, cui concessum est indultum ordinarium, potest conferre omnia beneficia, illis dumtaxat exceptis, si vacent in Curia, prout benè *Germonius de indultu Cardinalium §. commendare n. 34.* quia indultum nihil aliud est, quàm remotio impedimenti, quo impediuntur ordinarii collatores per regulas Cancellariæ, & Extravagantes, quominùs possint omnia, & singula conferre beneficia. Ante enim promulgationem regularum, & extravagantium, ordinarii conferebant beneficia omnia per mortem cujuscumque: indultu verò concesso sublatum est omne impedimentum, & ordinarius collator restituitur in pristinum ejus statum, si verò indultum fuerit extraordinarium, non ita ratio disparitatis est, quia indultum ordinarium est favorabile, sed extraordinarium est odiosum, & quia odiosum debet restringi, itaùt non extendatur ad beneficia duplici reservatione affecta, de quibus intelligi debent ea, quæ diximus suprà, nam quando Papa concedit Cardinalibus, ut possint conferre beneficia per obitum suorum familiarium vacantia, dat quod ipsi non habent, sed dum concedit Cardinalibus collationem habentibus indultum, nihil dat, sed removit obstacula, quibus impediebantur quominùs conferrent,

rent, ergo est differentia manifestissima. Nec valet dici, quod si Cardinalis habens indultum est melioris conditionis, quàm sit Cardinalis habens indultum quoad familiaritatem, quia Papa concedendo indultum, nihil confert ei, qui habet ordinariam collationem, ergo sequeretur idem esse dicendum de quolibet ordinario, etiam non Cardinali habente indultum: quod est falsum, quia aliter à Rota fuit decisum in *decis.*85. apud *Verallum*, ubi Rota dicit, quod indultum concessum Episcopo conferendi beneficia vacantia apud Sedem Apostolicam, non operatur, ut possit conferre beneficia reservata duplici reservatione. Respondetur enim eadem Rotæ decisione, quod ibi Papa restrinxit se ad unicam reservationem, non enim dubium est, quin inter alias reservationes adsit vacatio apud Sedem, & ex eo quod Papa concessit indultum, ut possit conferre beneficia vacantia apud Sedem ex specificatione facta in indultu, clarè patet Papam noluisse dare provisionem de beneficiis reservatis alio modo, quàm ex vacatione apud Sedem, arg. *in l.cum Prætor ff.de judiciis*, & quia in indultu fuit facta specialis mentio de vacantibus apud Sedem, non videtur quod in ea comprehendatur alia reservatio diversa, & dissimilis, *Rota in decis.*1. *de offic. deleg.* in antiquis, *Cravetta consil.*6.*num.*11.*lib.*1. tum quia sumus, dicit *Verallus in dicta decis.*87.*num.*3. in illis, in quibus Papa solet se difficilem præbere, undè verba quantumcumque generalia non comprehendunt casum non expressum, ut per *Joannem Monachum in cap.*1. *in verbo Natalium de filiis Presbyterorum in* 6. *Baldus in cap.naturalis si de feudo fuerit controversia*, sed in indultu Cardinalibus concesso Papa non se restringit ad unicam vacationem, ergo neque nos debemus eam restringere, cum sit causa fauorabilis, ut benè *Anastasius Germonius de indultu Cardinalium fol.*401. *n.*39.

Quando tamen beneficia vacant in Curia, tunc sunt reservata etiam posito dicto indultu Cardinalium, ut in dicto §.*si verò*, & talis reservatio beneficiorum quæ vacant in Curia, est major reliquis omnibus reservationibus, *cap.*2. *de præbend. in* 6. *Rota decis.*4.*de præb. in novis*, quia talis reservatio non solùm est inducta de jure communi, sed etiam confirmatur per regulas. Verùm Papa non confert beneficia vacantia in Curia spectantia ad Cardinalem vigore indulti, nisi accedat expressus consensus Cardinalis habentis indultum, si est Romæ, vel si est absens, requirit consensum ejus procuratoris, *Cardinalis Puteus decis.*31. *lib.*2. Vacare verò dicuntur in Curia, vel apud Sedem (quæ paria sunt ex *gloss. in cap.statutum de præben. in* 6. *Jacobus Simonetta de reservat. beneficiorum qu.*3. *num.*20.) primò si vacant per obitum, secundò si vacent per alterius beneficii assecutionem, promotionem, privationem, per decretum, si in bullis dicatur quod provisus teneatur expedire novam provisionem, aliter beneficium vacet, vel si fuerint resignata in Curia, licèt procuratoris constitutio alibi facta sit. Sic in Curia vacant reservata, per *extravagantem ad regimen. de præben. Joannes Calderinus cons.*9. *de præbendis*. Rectiùs tamen dicunt alii cum *Rota decis.*4. *in novis de præben.* quod est maxima differentia quando beneficia vacant in Curia per obitum, vel per alios supradictos modos si sint devoluta, & specialiter reservata, nam aliud est dicere beneficium vacans apud Sedem Apostolicam conferre, & aliud reservata Sedi Apostolicæ conferre, quia habens facultatem conferendi reservata, potest etiam conferre generaliter reservata (exceptis tamen vacantibus per obitum apud Sedem) & sic beneficia vacantia in Curia dicuntur specialiter cæteris affecta, *dicto cap.* 2. *Mandosius in regulis Cancellariæ in præfatione quintæ regulæ*. Neque veniunt sub generali facultate conferendi, *glossa in cap.*1. *de offic. legat. Gambarus de legationibus lib.*3. *num.*122. *Mandosius in additionibus ad Lapum alleg.*84. *lit.D. in verbo non includuntur*, *Paulus Granutius in additionibus ad Simonettam dicta qu.*26. *Æneas de Falconibus de reservationibus quæst.*4.*effectu* 43. Undè de vacantibus in Curia, Cardinalis nequit providere DD. *in cap.*2. *de præben. in* 6. *Gabriel de clausulis conclus.*20.*effectu* 8.*num.*90. Verùm S.P. providet, sed cum consensu Cardinalis, ut benè *Cardinalis Puteus decis.*31. *lib.*2. & sic de vacantibus in Curia, eorum collatio spectat ad Papam, habito consensu Cardinalis, ut benè *Germonius de indult.* §. *si verò illa num.*11. *fol.*494. *column.*2. & sic Papa in canonicatibus, qui vacarunt in Curia diversorum Canonicorum ad Episcopatus promotorum, semper consensum requisivit à Cardinali Episcopo, quod fieri solet de honestate, beneficia verò quæ sunt de jurepatronatus non conferuntur à Papa, etiamsi vacent in Curia, ut latè *Germonius* ubi suprà *à num.*13. *cum sequentibus*: Nec defuerunt alii DD. dicentes, quod quo-

mo-

Digitized by Google

modocumque vacaverint beneficia in Curia, non erit valida collatio facta per Papam, nisi accesserit consensus Cardinalis habentis indultum, si præsens fuerit, vel si absens ejus procuratoris, sed ab hac regula excipiuntur beneficia, quæ vacant per resignationem factam in manibus Papæ, ut in dicto indultu habetur.

Imò si Cardinalis habeat indultum, posset conferre beneficia vacantia in Curia per promotionem, amissionem, vel quamcumque aliam dimissionem, etiam in manibus Papæ simpliciter factam, non autem si cessio, seu renunciatio esset facta in favorem certæ personę, *Cardinalis Puteus decis.423. lib.* 20. nam eo casu nisi in favorem illius admitteretur beneficium, non diceretur vacare. Nec omittendum est scire, quod si Papa confert beneficium quod spectat ad Cardinalem vigore indultus, tenetur Papa dicere non obstante indultu, tum propter clausulam decreti irritantis, tum ob reverentiam, quæ S. R. C. Cardinalibus haberi solet, quippè qui non subjiciuntur regulis Cancellariæ, aliisque extravagantibus constitutionibus, nisi nominatim illis includantur *Gomes. in proemio ad regulam qu. 4. & ad regulam de impetrantibus beneficiis vacantibus per obitum fam. Cardin. Germonius in §. alioquin à num.*20. *cum sequentibus*, ergo opus est indulti mentione *Parisius cons.79. lib.4. Puteus decis.*141. *lib.*20. *Caputaquensis decis.*82. *part.*2. & idem *Puteus decis.*190. *lib.*3. dicit sufficere si nominetur Cardinalis, puta non obstante indultu Archiepiscopi Cardinalis Neapolitani cum unus sit Cardinalis Neapoli, & neque requiritur specificatio nominis individualis, vel tituli Cardinalis, ut in *decis.*88. *divers. part.*3. *lib.*20. Sola fuit difficultas in coadjutoria cum spe futuræ successionis, an sit necessaria derogatio indulti, in qua difficultate Rotæ Auditores varii fuerunt: verùm in una Tolosana Canonicatus fuit resolutum esse necessariam *decis.* 82. & 84. *lib.*20. quod alii impugnarunt.

Ampliatur conclusio generalis, ut va-
17 cent beneficia per promotionem ad Episcopatum, etiamsi quis habuerit provisionem ad alterius Episcopatum, *arg. tex. in cap. nisi cum pridem de renunciatione*, vel si promoveatur ad Cardinalatum, *Collectatius in cap. fin. de conces. præb.* vel quando quis ad Summum Pontificatum eligitur, ut in specie consuluit *Hieronymus Gabriel. cons.* 200. quando Joannes Angelus Medices in Pontificem Maximum fuit assumptus, & fuit vocatus Pius IV. quod etiam contingit tempore Clementis VI., ut ait *Collectarius* ubi supra. Limitatur tamen conclusio
18 quando promotus ad Episcopatum impetraverit dispensationem super retentione beneficiorum, de qua retentione plura *Mandosius in praxi signaturæ gratiæ dispensat. super retentione propter promotionem*: verùm literas expedire debet, *Cardinalis Puteus dec.* 327. quod tamen limitatur, ut non procedat in permutatione Episcopatus, quia quoties ex causa permutationis, aliquis accipit alium Episcopatum, toties habet retentionem beneficiorum, nec obligatur ad expeditionem literarum super ea retentione, ideò non cadit in pœnam motus proprii, verum tamen est quod retentio beneficiorum concessa extenditur ad obtenta, tam de jure, quàm de facto, & è contra *Verallus dec.*251. *lib.* 1. *Granucius ad Simonettam qu.*25. ubi etiam quærit an in hac retentione beneficiorum, si promotus, qui beneficia juris patronatus habebat, illa non expressit, censeatur subreptitia, & beneficia vacent ad commodum patronorum, & dicit quod sic, latè *Gambarus de legationibus lib.* 3. *num.* 499.

De pensionibus tamen est difficultas,
19 an vacent per promotionem ad Episcopatum, & responsio communis est vacare, *Rota apud Verallum decis.* 303. 304. 313. 319. & 100. *per* 2. *Aldombrandinus dec.* 233. & licèt aliqui dicant vacare statim per promotionem; tamen veritas est non vacare ante adeptam possessionem, quia data fuit pensio prò sustentatione, *Gigas de pension. qu.* 51. *Caccialupus de pensionibus qu.* 8. idem *Gigas qu.* 96. *Gomesius in regula de infirmis qu.* 16. *Verallus dict. dec.*100. *Barbosa in tract. de exigenda pensione in princ.* ergo amittit pensionem qui Episcopatum consequitur, nisi ei fuerit concessa retentio.

Difficultas tamen est, quid si fuerit
20 data retentio, sed non constet de qua pensione intelligatur, v. g. quis habebat plures pensiones super pluribus, & diversis Ecclesiis, & in gratia retentionis expressa, & individua mentio de Ecclesiis Cathedralibus facta non sit, an pensio quam habet promotus super Cathedralibus intelligatur reservata, cum in generali concessione non comprehendantur Ecclesiæ Cathedrales, *cap.*2. *cap. dilectus de concessione præbend.*, *cap. quamvis de præb. in* 6. & dato quod comprehendatur, an talis retentio intelligenda sit de duabus tantùm, an verò possit in-

intelligi de tribus, aut quatuor, cum enim materia sit odiosa, videtur quod debeat restringi ad duas, non autem tres comprehendat *Collectatius in cap. dudum de electione*, tum quia sufficit quod dispensatio in aliquo operetur, *Cardinalis Puteus dec. 446. lib. 1.* In qua difficultate ambigui fuerunt Auditores Sacræ
21 Rotæ teste *Aldobrandino dec. 233.* videntur tamen concordes, ut gratia illa comprehendat Ecclesias Cathedrales, cum in gratia adsint verba geminata omnibus, & singulis, quæ reddunt gratiam ità amplam, ut Cathedrales comprehendantur, *Oltradus cons. 215. num. 6. Felynus in cap. nostra coroll. 39. de rescriptis*, & non debet extendi ad unas, vel duas Ecclesias, sed ad plures, quia si ad duas tantùm gratia esset redigenda; superflua redderentur illa verba universalia, & geminata, ex quo pluralis loquutio ex sui natura etiam sine signo universali duo comprehendit, & ideò licèt talia verba infinitatem non debeant importare, debent tamen plura, quam duo significare hæc signa universalia, *Cravetta cons. 190. num. 4. & 294. lib. 1. Tiraquell. in l. boves §. hoc sermone limit. 25. ff. de verb. sign. Gomesius in Regula de annali qu. 3. & de triennali quæst. 2.* & est videnda *decis. 233. & 240.*

Sed est difficultas an retentio pensio-
22 nis concessa promoto ad aliquam Ecclesiam, quæ pensio erat eidem a principio concessa cum facultate transferendi, dicatur concessa cum eadem facultate transferendi, *Verallus decis. 303. p. 2. & 99. ac 100. p. 3.* dicit quod in Rota fuit decisum, non esse concessam, nisi in retentione detur etiam facultas transferendi, & quidem expresse, quia facultas transferendi non est quid accessorium ad pensionem, sed est quid extrinsecum, nec est de essentia, & natura pensionis, & *decis. 92. & 319. part. 2.* ergo sicuti in assignatione pensionis si quis vult facultatem transferendi, debet expresse illam petere, & obtinere; sic debet exprimi ipsa retentio translationis in dispensatione, Rota *decis. 61. de rescriptis*, tum quia prorogatio cum respiciat præjudicium tertii, dicitur novus actus, etiam in odiosis, vel in facultate trasferendi, *Dec. in cap. de causis de offic. Deleg.* & in novo actu requiritur expressa mentio illius qualitatis, potestatis transferendi, *Verallus decis. 100. num. 14.* nam natura pensionis est ad tempus, & morte pensionarii extinguitur sicut ususfructus, *cap. fin. de pigno-*

rib. §. finitur, instit. de usufr. Caccialupus de pensionibus qu. 1. num. 50. Gigas de pensionibus qu. 1. num. 50. & facultas transferendi operatur perpetuitatem pensionarii primi, & sic contra pensionis naturam.

Difficultas tamen est, an ordinarius
23 collator, qui habet indultum transferendi etiam reservata beneficia, debeat ea conferre intra tempus à jure communi definitum, quod est sex mensium, *cap. nulla de concess. præb. cap. licèt*, & ferè per totum, *de supplenda negligentia prælatorum Clement. 1. eod. tit. de supplenda neglig. Prælatorum*, & si non contulerit, an collatio devoluatur, & pertineat ad Sedem Apostolicam. Respondetur per-
24 tinere ad Sedem Apostolicam, ità *Cassiadorus decis. 8. de præb. Rota in novis dec. 14. de rescriptis, Aegidius dec. 735. Crescentius dec. 15. de præb.* verùm tempus illud sex mensium non currit, nisi a die habitæ notitiæ vacationis, *cap. quia diversitatem de concess. præb. cap. licèt*, ubi *Innocentius de supplend. negligentia Prælatorum, Romanus cons. 228. Tiraquellus de retract. lignag. §. 35. glossa 4. num. 5. Seraphinus in una Toletana beneficii 18. Novembris 1578.* quæ hodie est *p. 1. decisionum diversorum dec. 481.* Ignorantia tamen debet esse verisimilis, & probabilis, ut in simili decidit *Rota dict. decis. 481.* verisimilis autem existimatur ignorantia ex longitudine temporis, & ex qualitate beneficii, *Abbas in d. cap. quia diversitatem num. 5. Romanus cons. 481. Achilles de Grassis de supplenda neglig. Prælatorum decis. unica*, maximè si adest fumus scientiæ, *Seraphinus d. decis. 481.* semestre ergo non currit, nisi a die scientiæ, non ignorantiæ, alioquin quis puniretur sine culpa sui, quod nec naturalis, nec civilis ratio suadet, vel si collator fuerit legitimè impeditus, & ideò in illo semestri concesso in *dict. cap. quia diversitatem*, non contineri tempus suspensionis rescripsit *Innocentius in dict. cap. quia diversitatem*, quod etiam procedit si suspensus sciat beneficium vacare, nisi sit negligens in petenda absolutione, *arg. tex. in cap. ult. de elect.* ubi *DD. Abbas in dict. cap. quia diversitatem.* Prout in simili de præsentatione dicunt
25 DD. nam patroni Ecclesiastici habent semestre tempus, laici verò quatrimestre, *cap. 1. de jure patronat. in 6.* & hoc tempus non currit eis à tempore vacationis beneficii, sed à tempore notitiæ, sive jure proprio, sive devoluto, *d. cap. quia diversitatem*, ubi *Abbas num. 8. & d. cap. licèt de supplenda neglig. Prælat.*

quod

Digitized by Google

quod si patronus laicus est negligens, ut infra quatrimestre non presentet, ad superiorem devoluitur potestas conferendi; & hic habebit semestre, *d. cap. unico de jure patronatus in 6.* quia mutata conditione personæ, statim mutatur rei, *arg. l. cum quis sibi §. 1. ff. de solut. l. 1. §. is quoque ff. de coll. bonorum, cap. dilectus 3. de præb. cap. translato de constitutionib. Federicus de Senis cons. 124. Abbas in dict. cap. quia diversitatem n. 8.*

Sed quæstio est an illud semestre, quod
26 competit Episcopo ex devolutione, vel alteri superiori, incipiat currere à die notitiæ, quam patronus laicus habuit, an verò a die devolutionis. Putant communiter competere à die devolutionis, ità *Joannes de Selva de beneficiis part. 3. qu. 59. num. 3. & Paulus de Citadinis de jure patronatus p. 6. art. 3. nu. 44.* scribit non solùm ex jure devoluto dari sex menses integros Episcopo ob negligentiam patroni, sed etiam alios integros sex menses Metropolitano ob negligentiam Episcopi, & alios sex integros menses Summo Pontifici ob negligentiam Metropolitani, ità ut jus eligendi gradatim devolvatur, & cuilibet detur terminus, *cap. 2. de conceff. præb. & cap. licet de suppl. neglig. Prælatorum.*

Quoad confirmationem verò, & insti-
27 tutionem non est determinatum infrà quod tempus fieri debeat, sed si fuerit negligens superior, ad quem spectat, poterit præfigi terminus ad confirmandum, vel instituendum, quo elapso ipse supplebit, *Joannes Andreas in cap. cum Ecclesia de electione, Abbas in cap. num. 12. de conceff. præb. Rota decis. 4. de jure patronatus in novis, Selva de beneficiis p. 3. qu. 64.* unde ait ibi *num. 3.* semestre non currere superiori, in cujus manibus sunt beneficia resignata causa permutationis, quia tempus ad confirmandum nullum a jure præfixum reperitur, *cap. cum in te de jure patronatus*, nec aliquid obstat *tex. in cap. nulla de conceff. præben.* quia loquitur in habente liberam potestatem conferendi, ubi non adstringitur renunciantibus conferre, *Clem. 1. de rer. permutat.* & ne beneficia remaneant in suspenso; idem remedium poterit adhiberi quod supra, videlicet, ut collator ordinarius compellatur à superiore ad talia beneficia conferenda, aut ab eo præscribatur tempus ad hoc perficiendum, quo decurso providebit, *arg. tex. in cap. nullus, & cap. irrefragabilis de offic. ordinarii*, vel si ordinarius conferre nolverit, & liquidò constabit de resutatione liberè, poterunt permutantes ad sua priora redire beneficia sub illa conditione resignata, *arg. tex. in cap. si de beneficio de præb. in 6. & cap. potuit de locato, & cap. super eo de appell. & Clement. quamvis de appell.*

Exemptione a jurisdictione ordina-
28 rii gaudent familiariares enim Cardinalium, ipsi enim & ad eorum negotia missi, à jurisdictione ordinariorum sunt exempti, ut cavetur *ex Const. Leonis X. §. 5. in Bull. tom. 1. &* Concordant *text. in Clement. fin. de celebrat. missarum. Concil. Trident. sess. 24. de reformat. cap. 9. in fine*, & tradit *Card. Alb. in tract. de Cardinalatu*, quem ante ejus promotionem edidit *qu. 42. §. quia eorum Privilegium vers. opinarer, Fagnan. in cap. ne pro dilatione num. 43. vers. & Cardinalium de pœnit. & remiss.* Et sanè ad Cardinales spectat jurisdictio erga eorum familiares, & domesticos privativè quoad omnes alios Judices, ad quem effectum tenere etiam possunt privatos carceres *Card. Zabarell. in Clem. ne Romani. §. irritum num. 8. de electione, Choell. de notitia Cardinalat. privileg. 21. §. sed harum Graff. de effectu Cleric. effectu 1. num. 151. Fagnan. in d. cap. ne prò dilatione num. 43. Clar. in prax. Crim. §. final. qu. 35. nu. 17.* quibus in locis habetur expresè, quod familiares Cardinalium judicantur ab ipsis solis Cardinalibus, ita ut ne Vicarius Papæ eos judicet, sed remittat ad suos Cardinales, qui propterea habent privatum carcerem, & ita de stylo Curiæ observari dicunt *Cuccus instit. Major. lib. 2. tit. 4. n. 114. Manfred. in tract. de Cardinal. c. 8. privil. 9. Scappa de jure novo scripto l. p. cap. 12.* per totum, quos refert *Carolus de Graff. ubi supra, effectu primo num. 150.* & alios congerit *Diana p. 5. tractat. 2. resolut. 25.* Quamvis autem hodie non videatur, quod Cardinales in Curia hac jurisdictione utantur; id potius omittunt ad eorum exonerationem, quàm jure coacti, ut tradit *Scaccia de judic. lib. 1. cap. 11. num. 22. in fine*, & sanè hac jurisdictione uti non prohibentur, dum non apparet ipsis fuisse tacite, vel expresè ademptam *Rota decis. 57. num. 11. & seqq. & decis. 70. num. 6. coram Bichio, & decis. 644. nu. 18. coram Dunozet.* eò magis, quia Cardinales sunt speciali nota digni, & sub quacumque generali dispositione eorum privilegia dici nequeunt abrogata *Rota decis. 1680. nu. 149. coram Coccin.* Quid autem procedat in Regno nostro attenta concordia inter Regem nostrum, & Sanctam Sedem Apostolicam, præsertim circa familiam armatam enucleavimus *t. 8. prax.*

2. prax. civil. cap. 9. de foro clericorum, &c. num. 36. de Cardinalibus tractant ultra Authores super relatus *Albergatus*, & *Manfredus* per integros tractatus, & de eadem materia pertractant *Lorichius in thes. Theolog. t. 1. p. 485. Crespetius in sūma pag. 95. Fragosius t. 2 Reip. pag. 555. Summa Lezanæ tom. 3. pag.* 238. *Gavantes in Manual. Episc. pag.* 50. *Vasquez tom. 3. in 3. t. S. Th. pag.* 581. *Azorius in summ. tom. 2. pag.* 397. *Cotonus in controvers. pag.* 401. *Summa Naldi pag.* 107. *Summa Lezanæ tom. 1. pag.* 199. *Summa Sylvestri pag.* 91. *par. 1. Raenus pag.* 156. *Magrus in notit. pag.* 111. *Theatr. vit. hum. tom.* 8. *pag.* 119. *col.* 3. *Nicolius in Flosc. pag.* 107. *Barbosa de jur. Ecclesiastico tom. 1. pag.* 56. *Summa Rodriquez part. 3. pag.* 161. *Tuscus tom. 1. pag.* 377. *Barbosa in decis. Apost. pag.* 138. *in tract. var. pag.* 169. *in Repert. jur. pag.* 45. *S. Antoninus in summ. tom. 3. pag.* 324. *Casalius in Rit. Christ. pag.* 338. & 478. *Bassæus in flor. Theolog. tom. 2. pag.* 130. *Megalius in prompt. tom. 1. pag.* 499. *Molphesius in summ. pag.* 604. *Zerola in prax. Episc. pag.* 65. *Triumphus de potest. Eccles. pag.* 51. *Rubeus in Aphoris. Episcop. pag.* 69. *Collorius de Hierarch. pag.* 188. *Diana ordinatus tom. 9. pag.* 372. *Malletus in Theol. moral. tom. 1. pag.* 285. *Rayy in Theatr. Theolog. pag.* 424. *Glossar. medio latin. tom. 1. pag.* 835. De titulis Cardinalium, *Pax Jordanus Elucubr. tom. 2. pag.* 223. De Cardinalibus protectoribus Regularium, *Summa Lezanæ t. 2. pag.* 151. De protectione Cardinalium in Episcopos, *Gerunda de Episcopo tom. 2. pag.* 332. De declarationibus Cardinalium, *Rodericus in quæst. moral. pag.* 180. De Congregationibus Cardinalium, *Summa Quarantæ pag.* 243. De jurisdictione Cardinalium in propriis titulis *Albizius Cardinalis*. De indultu Cardinalium *Summa Novarii pag.* 349. De dignitate Cardinalium *Platus*. Notitia Cardinalatus *Choellus*. De origine, & dignitate, & potestate Cardinalium. *Villadiegus*. De perfecto Cardinali, *Manfredus*, Historia Cardinaliuum *Hisbar*, *Verdier*, *Donius*, Helenchus Cardinalium *Contelonus*. Vitæ Cardinalium *Ciacconus*, *Pancinus Petramillarius*, *Garimbertus*. Elogia Cardinalium *Sanderus*, *Albi*. Immagines Cardinalium Columnensium, *Ughellus*. De scriptoribus Cardinalibus *Turringius*. De titulis Cardinalium, *De Angelis*. Compendio delle cose che si trattano nell' istoria de tituli de Cardinali *Miscell. impressor. tom. 4. p.* 184.

CAPUT XIII.

De legatis Summi Pontificis.

SUMMARIUM.

Legatus olim habebat nomen à loco, ad quem mittebatur nu. 1.
Legatus Summi Pontificis, quis, & quotuplex sit, explicatur num. 2.

LEgatus eligitur, & mittitur ad aliquod munus exequendum. Olim habebat nomen à loco, ad quem mittebatur, ut legatus *Ciliciæ l. testium 3. ff. de testibus*. Legatus Summi Pontificis est 2 qui à Summo Pontifice mittitur, & est triplex, primus legatus à latere, secundus legatus simplex, tertius legatus natus. Legatus à latere est quando mittitur unus ex illis, qui assistunt Summo Pontifici *cap. si quis 2. qu. 6.* Legatus simplex est si mittatur unus ex illis, qui non assistunt Pontifici, *cap. cum dilecti de accusationibus*. Legatus natus est, qui ex officio legationem exercet, & durat durante officio. Talis erat Archiepiscopus Cantuarienſis, *cap. 1. de offic. legati* Archiepiscopus Remensis, *c. 1. per venerabilem §. verum, qui filii sint legitimi*. De eorum potestate videas *Guazzinum filium lib. 2. de Judice defensa. 1. cap. 7. num.* 147.

De legatis Principum, & de legationibus pertractavimus *to. 4. cap.* 18. & de legatis à latere tractat per integrum tractatum *Turri*, & de eadem materia pertractant *Fragosius tom. 2. Reipublicæ pag.* 410. *Rodericus in quæst. mor. pag.* 626.

CAPUT XIV.

De juribus Episcoporum.

SUMMARIUM.

Episcopus quotupliciter nominetur nu. 1.
habet maximam dignitatem, imo cumulum dignitatum num. 2.
Episcopatus onus est, & nomen oneris 3. & 5.
Episcopus accusatus sedet, non stat coram Judice 4. *debet esse humilis, justus, doctus, Mursupium non emuncens* 6. *debet facere eleemosinas* 7. *debet esse Sanctus summa sanctitate* 8. *Ad minus debet esse annorum* 30. *completorum, qualiter deferat baculum* 9. *ex quibus utatur, mitra, anulo, & aliis insignibus* 10. *qualiter post electionem debeat confirmari*
11. *ubi*

Digitized by Google

11. ubi quando peti debeat consecratio. Interim est prælatus, & quenam possit exercere 12.
Consecratio Episcopi qualiter fiat 13.
Episcopus tenetur residere ex jure divino 14.
Translatio Episcopatus, quando, & qualiter fieri possit 15.
Episcopus potest concedere Clericis subditis translationem de beneficio in beneficium 16.
Nequit sine consensu Papæ, & justa causa suam Ecclesiam deserere 17. in laicos non exercet jurisdictionem, nisi in casibus specialiter concessis 18.
Episcopus quod acquirit, regulariter suæ Ecclesiæ acquirit, nisi stipulatus fuerit tanquam persona laica 19.
Abbas, vel alius ordinarius Episcopo subditus ex quibus non possit jurisdictionem exercere, nisi de licentia Episcopi 20.
Possessio in contrarium ex quibus non suffragetur 21.
Episcopus si accusatur de aliquo crimine interim suspendi non debet 22. Eidem præstandum est charitatium subsidium 23. Civitatem ingrediens, Clerus, & Populus debent ei obviã ire, & honorificè eum suscipere 24. habens potestatem nominandi canonicum, facta semel nominatione, non potest variare 25.
Episcopus effectus Archiepiscopus, retinet causas sibi uti Episcopo commissas 26.
Successor in Archiepiscopatu, an possit revocare concessiones officiorum a prædecessore factas 27.
Episcopus habet intentionem fundatam super exercitio jurisdictionis ordinariæ 28. & reassumitur Authoris responsum pro tuitione Episcopi Caputaquensis contra Abbatem S. Ægidii, qui tentavit se subtrahere cum aliis Sacerdotibus a jurisdictione ordinarii, sub prætextu, quod ejus Ecclesia esset regiæ Collationis, & ipse reputari deberet in spiritualibus superior super omnes personas ejus Parochiæ, & in spiritualibus, & temporalibus super beneficiatis ejus Ecclesiæ, eidemque pertinere cognitionem causarum civilium, & criminalium in prima istantia, & in gradu appellationis Cappellano Majori 29. & seqq. latè.
Exenptiones à jurisdictione, & authoritate Episcoporum ex quibus odiosæ sacris Canonibus, & Conciliorum statutis sint 30.
Ecclesia S. Ægidii est infra fines Diœcesis Caputaquensis 31.
Actus jurisdictionis exerceri non possunt absque titulo, & expressa concessione Pontificis in restrictu alterius Diœcesis 32. Ubi memorantur controversiæ inter Archipræsbyterum Altamuræ, & Episcopum Gravinæ, & inter Episcopum Anclonæ, & Abbatem Monalterii S. Eliæ Ordinis S. Basilii. Immemorabilis possessio quando sufficeret, & ex quibus requirantur tres sententiæ uniformes, & alia ut in nu. 33.
Ecclesia S. Ægidii ex quibus non constet esse Regiæ Collationis 34. & quatenus esset Regiæ Collationis ex quibus non possit deduci exemptio à jurisdictione Episcopi Caputaquensis, ubi memorantur Ecclesia S. Andreæ in Civitate Amalphitensi, & Ecclesia S. Matthei in Civitatæ Salerni Regiæ Collationis, S. Nicolai Barensis, & Altamuræ, quæ prò exemptione habent speciale privilegium, & recensentur pariter controversiæ exortæ cum earum respectivè Episcopis.
Cappellæ Regiæ qualiter fuerant introductæ, & exemptionem habeant, proùt etiam Cappellani Regii enucleatur num. 36. Ubi quod exemptio nõ importat exercitium jurisdictionis activæ in territorio, in quo vivit Clerus, & populus secularis nec exemptus acquirat qualitatem Pastoris super Ovibus, qui pascunt in eo.
Observantia contra legis prohibitionem ex quibus non attendenda 37. & in quibus actus possessivi in hoc non suffragentur 38.
Cum agitur de juribus incorporalibus quasi possessio non acquiritur absque plena scientia, & patientia Adversarii. 39.
Dimissoriæ quænam sint, & ex quibus dari non possint, nisi à proprio Episcopo 40.
Episcopus habet intentionem fundatam prò exercitio jurisdictionis in universa ejus Diœcesi, & ei est concedendum mandatum de manutenendo 41.
Mensæ Archiepiscopali Hydruntinæ non solùm ab omnibus Episcopis suffraganeis, verùm à singulis Hydruntinæ Diœcesis Baronibus in eorum obitu regalia præstantur, quæ sunt Cubile in quo Baro decessit, Equus, seu Equa, Mulus, seu Mula, in qua equitabat cum habena, vel Hesippio, & alia, quæ recensentur nu. 42.
Episcopi, cæteræque personæ Ecclesiasticæ habentes beneficia, & ex illis fructus colligentes, ex quibus possint de illis inter vivos disponere ad eorum libitum 43.

Donatio

Digitized by Google

Donatio inter vivos facta ab Episcopo in infirmitate constituto, ex qua mors secuta est, de bonis intuitu Ecclesiæ acquisitis favore piæ causæ ex quibus valida sit, enucleatur num. 44. latè, ubi etiam contrariis respondetur.

Prælati, vel Ecclesiæ beneficiales laudemia ob alienationes emphiteuticæ rei tempore prædecessorum factas, nec dum exacta, rectè petunt contra novissimos emphiteutas, pariterque agunt pro fructibus maturatis, & non exactis. 45. latè.

Consuetudo, quod Episcopi possint de quarta parte mobilium, & aliorum disponere, si aliqui decedant ab intestato, qualiter laudabilis sit, & observanda, enucleatur nu. 46.

EPiscopus catholicè est idem, ac Præsul, Antistes, Pontifex, superienten-
1 dens, caput Diœcesis, Cleri, Præses Diœcesis habens merum, & mistum imperium, ordinarius Judex *cap. cum Episcopo de officio ordinarii*, dicitur sanctissimus, frater Papæ, diciturque serenissimus, dicitur successor Apostolorum, Apostolus *ad filippens* 2. Angelus *apocalipsi* 12. *num.* 29. vocatur Dei oculus, &
2 habet maximam dignitatem, imo dignitatem dignitatum. *Bologninus tract. de indulgentiis num.* 23. *t.* 5. *tract.* sed quod Episcopatus onus sit, & nomen
3 sit oneris, & non honoris, *Beso d. in thesaur. pract. lit. B. num.* 62. *& lit. E nu.* 60. refert Archiepiscopatuum genera. Et quod appellatione dignitatis Episcopatus non veniat *Afflict. dec.* 265. *num.* 16. cum sit apex, & culmen dignitatum. Et accusatus sedet, non stat coram Judice, *Baldus in l. quoties C. ubi Senatores, vel clarissimi.* Est gravissimum onus,
4 sine quo securiùs pervenitur ad gloriam. *D. Gregorius Nazianzenus* vocat cathedrã certaminis invidiæ plenam. Debet esse humilis, justus, doctus se ge-
6 rens tanquam sit unus ex subditis, Marsupium non emungens, *Petrus Blessentis Epist.* 23. & optimè asserit authoritatem non esse in habitu, & fastu, sed in eru-
7 ditione, & defensione fidei, Cleri &c. debet facere eleæmosynas, *cap. quoniam* 16. *qu.* 1. debet esse sanctus summa sanctitate 1. *ad Timoteum* 3. *num.* 2. ibi; *inreprehensibilem.* Debet esse adminus 30.
8 annorum completorum, *cap. Epis. dist.* 76. *cap. cum in cunctis de electione* defert baculum, & indicat authoritatem pastoralem coercitivam. Et est rever-
9 us in summitate, quia Pastor debet Se incurvare ad subveniendum ovi, & debet illam stimulare ad bonum, & Papa non utitur baculo, nisi in Diœcesi Treverensi, *cap. unico de baculo.* Utitur mitra, quæ etiam dicitur Sidus, thiara, infula, corona, cusia. *Isidorus lib.* 19. *originũ c.* 31. & apud lati-
10 nos est bicornis, indicans fortitudinem, & monomentum utriusque testamenti. Anulus datur Episcopo in signum desponsationis cum Ecclesia. Defertur in indice manus dextræ, ut habeat monitorem promovendi salutem animarum, quia index, dicitur digitus salutaris. Episcopus eligitur, confirmatur,
11 consecratur, ut infra. Electus intra mensem debet acceptare electionem, aliàs amittit jus electionis, *cap. quod si de electione*, postquam electus fuit, debet confirmari, & antequam confirmetur non est Episcopus, nec potest administrare bona Episcopatus, *cap.* 2. *de translatione prælatorum*. Electus infra tres menses debet petere confirmationem, *cap. quoniam dist.* 100. Consecratio post confirmationem debet peti intra tres alios menses, aliàs amittit jus confirmationis, *cap. cum in cunctis de elect.* Episcopus confirmatus, non consecra-
13 tus, est prælatus, & potest exercere, quæ sunt jurisdictionis, *cap. nosti de elect.* non potest exercere, quæ sunt ordinis: nam ista exercentur post consecrationem, per quam recipit ordinem Episcopatus. Consecratur Episcopus die Dominico, *cap. quod* §. *super de elect.* Et debet celebrari missa a consecrante, *cap. ordinationis distinct.* 75. Ad
13 consecrationem Episcopi interveniunt tres Episcopi; licèt unus sit essentialis, cæteri coadjutores. *Azorius, Sanchez*, & alii. Episcopus tenetur residere jure divino. *Joannes* 20. *Trid. sess.* 23. *cap.* 1. *de reformatione* potest abesse per tres men-
14 ses, *Trid. d. loco*. Idque in singulis annis. *Diana quæst.* 10. *tract.* 14. *resol.* 67. & non residens peccat mortaliter, & pro rata non facit fructus suos, *Trid. loc. cit.* Potest residere in qualibet parte Diœcesis, dummodo accedat ad Cathedralem certis temporibus. *Nicolius in floribus vers. Episcopus num.* 91. Non potest tamen accipere tres menses in fine unius, & tres alios menses in principio sequentis anni continuato tempore, *Sacra Congregatio* apud *Nicolium d. loco num* 95. Nec residens per plures annos valet deindè simul coacervare menses, & abesse a Diœcesi, *Fagnan in cap. qualiter num.* 50. *de electione*.

Translatio est transitus ex uno ad alium Episcopatum, *cap. f. de translatione*

15 *tione prælatorum*. Non fit sine causa justa, *Synod. Nic. can.* 16. *can. non licet de consuetudine distinct.* 4. Fit tantùm authoritate Papæ, *cap. nisi de offic. legati*. Nequit fieri ob pinguiores reditus, sed ob bonum Ecclesiæ, *cap. f. de translatione prælatorum*, & transiens ob pinguiores reditus peccat mortaliter secundum *Medinam*, & *Barbosam*, venialiter secundum *Homobonum*, & *Suarez t.* 3. *de relig. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 18. Ait non esse malum acquirere dignitatem sine animo remanendi in illa, sed illam renunciandi cum pensione, vel transeundi ad pinguiorem. Episcopus potest concedere translationem Clericis subditis de beneficio ad beneficium *Clem. de Clerico egrotante*, *Gabasutius lib.* 1. *theoricæ*, & *praxis juris canonici cap.* 12.

Nequit sine consensu Papæ, & sine justa causa Ecclesiæ deserere; nec sponsa Ec-
17 clesia sine causa non debet deseri, *cap.* 1. *de renunciatione*. Justa causa est si nequeat exercere suum munus ob infirmitatem, decrepitudinem, ob Populi proterviam, scandalum &c. *cap. fin. de renunciatione*.

Quamvis Episcopo fuerit concessa jurisdictio super Territorio, in quo habet Diœcesim, in laicos tamen
18 illam exercere non potest, nisi in casibus specialiter ei concessis. *Boer. decis.* 227. *num.* 12. & *seq.* Quamvis Episcopus, quod acquirit regulariter censeatur suæ Ecclesiæ acquirere; secus
19 tamen est quando rem aliquam uti persona laica pro se, & hæredibus stipulatus sit *Ludov. dec.* 476. *per totam*. In causis matrimonialibus, excommunicationibus, & similibus solus Episcopus procedere potest, non autem Abbas, vel alius ordinarius Episcopo subditus. *Staib.* 2. *forens.* 188. *num.* 54. Quilibet Prælatus, cui concessa est jurisdictio in aliquo loco, debet illam de Episcopi licentia exercere, non aliter, *Staib.* 2. *forens.* 188. *num.* 56. Episcopus, & fortiùs alter ordinarius inferior non potest Cives alterius Territorii ad suam jurisdictionem trahere, iique citati non tenentur comparere, cum neque possit delegatus Apostolicus, *Staib.* 2. *forens.* 188. *num.* 58. & 59. Concessa jurisdictione alicui inferiori apud Episcopum, remanet jurisdictio in habitu, quam poterit exercendo ad actum deducere concessionario negligente, *Staib.* 2. *forens.* 188. *num.* 64. & 65. ampliatur etiamsi jurisdictio ei fuisset concessa, privaaivè ab Episcopo idem *loc. cit. n.* 64. Archidiaconus alicujus loci si jurisdictionem ibi per longum tempus exercuerit, nisi de titulo, & concessione jurisdictionis appareat, non erit contra Episcopum in possessione manute-
21 nendus, sed Episcopus illam debet exercere, pœnes quem omnis jurisdictio residet, *Staib.* 2. *forens.* 188. *per totam*, Prælatus, seù Episcopus si accusetur de aliquo crimene, interim suspendi non debet, *Præsid. de Franch. dec.*
22 8. *num.* 10. Episcopo à Clericis præstandum est charitativum subsidium ratione Episcopalis dignitatis, *de Franch. dec.* 131. *num.* 38. Episcopo Civitatem
23 suam ingrediente, debet Clerus, & Populus obviam ire, & honorificè eum suscipere, *Præsid. Franch. dec.* 253. *n.* 1. Quis autem præferatur in deferendo tunc hastã Palii alibi docuimus. Episcopus ha-
25 bens potestatem ex consuetudine sine privilegio nominandi Cononicum in sua creatione, facta semel nominatione, non potest variare, *Affict. decis.* 146. ubi *Ursill.* Propter antiquitatem temporis præsumitur Ecclesia Authoritate Episcopi erecta, & cum ejus consensu, ut dicemus infra *tit. de jur. Ecclesiæ*, *Affict.* 265. *n.* 16. Episcopus effectus Archiepi-
26 scopus retinet causas sibi, uti Episcopo commissas, *Præsid. de Franch. decis.* 445. ubi *de Luc. in addit.*

An successor in Archiepiscopatu pos-
27 sit revocare concessiones officiorum? Affirmativè in individuo judicatũ fuit in 5. Consilio Neapolitano, ut per *Affl. dec.* 101. Verùm si officia solita sint cõcedi ad vitam illa obtinentium, suppositа hac consuetudine, arbitramur contrarium esse respondendum, scilicet quod Archiepiscopus successor non possit revocare dictas concessiones: nam in officiis plurimum potest consuetudo *cap. cum olim il* 1. *de consuetud. cap. ad hæc de excess. Prælat.* & voluit *Innoc. in cap.* 1. *in princ. de offic. Archid.*; & operatur consuetudo in officiis, etiam quoad illorum temporalitatem, ut voluit *Jo: Andr. in c. fin. col.* 3. *vers. hodie verò*, & *vers. item secus de jud. Soc. in regula* 333. & ideò voluit *Pavinus*, qui fuit Rotæ Auditor *in tract. de visitatione in* 4. *qu.* 2. *partis nu.* 31. qui est *in* 3. *tom. tractatuum fol.* 156. secundum impressionem Venetam, quod Notariatus ab Episcopis vendi non possint, sed concedi debeant ad tempus, vel ad vitam Notarii, aut concedentis juxta consuetudinem loci, quæ consuetudo in istis attenditur, ut ipse dicit. Confirmatur autem prædicta sententia ex eo, quod videmus Episcopum

& quemvis prælatum posse infeudare, & alienare res Ecclesiæ infeudari solitas, & successorem non posse revocare, *cap. 1. de feud. Bar. & Doc. in authen. qui rem C. de Sac. Sanct. Eccl.* quod præsertim procedit si accedit etiam confirmatio Pontificis, quæ addit robur concessioni, & solet operari quod successor revocare non possit, ut not. *in cap. ad audientiam il 2. de Eccles. ædif. Ruin. cons. 60. in princ. lib. 1.*

Consuetudo autem concedendi hujusmodi officia ad vitam, est probanda ab illo, qui eam allegat *l. 1. & 2. Cod. quæ sit lon. consu. Oldrad. cons. 226. col. fin. vers. 3. ratio Abbas cons. 53. col. fin. lib. 2.* & ista consuetudo non censetur inducta, ex eo, quod Notarii, & Officiales hujusmodi non fuissent revocati per multa tempora, quia cum revocatio sit actus meræ facultatis, per hoc non censerentur successores, nec ipsi concedentes adstricti ad non revocandum, ut declarat *Abbas in cap. ad nostram in fine nu. 2. de conc. util. vel inutil.* sequitur etiam *Dec.* ibi *col. fin. vers. ult.* *Abbas* ubi declarat quod propterea beneficium manuale non sit irrevocabile, & perpetuum ex eo quod superiores per multa tempore non revocaverint, & facit quod voluit *Calder. cons. 19. de præben.* ubi vult quod in gubernio Ecclesiæ Pisanæ, quæ semper consuevit regi per laicum uxoratum, potest nihilominus esse etiam Clericus, quia cum à principio tam Clerici, quam Laici instituti possent, fuit actus voluntarius, & meræ facultatis instituere Laicum per tantum tempus, & ideò per hujusmodi actus non est inducta consuetudo obligatoria, sequitur etiam *Gemin. in c. cum de beneficio d. col. penult. nu. 9.* est ergo necessarium probare, quod Archiepiscopi aliquando voluerint removere, & non potuerint, ut per *Abbatem in dicto cap. ad nostram in fine*, & declarat *Bart. in l. idem capilli in 2. & 4. ff. de rerum divisione*, *Jas. in l. quo minus vol. 9. ff. de fluminibus*, *Bal. in tract. præscription. in 4. parte 5. part. prin. supr. qu.* Ulteriùs talis consuetudo debet esse præscripta, ex quo de jure communi Archiepiscopi non possent ad vitam concedere, ut per *Affict. in dict. decis. 101.* & de tali consuetudine præscripta expressè loquitur *Innoc. in d. c. 1. de offic. Archid. in princ.* dum dicit quod in officiis multum attenditur consuetudo, quæ sit præscripta, & pariter *Jo: Andr. in d. c. fin. & Soc. d. regula 333.* loquitur de consuetudine antiqua, & regulare est quod ubi fit mentio de consuetudine, intelligitur de præscripta, ut *not. in c. cumana de elect.* repetentes *in c. fin. de consuetud. Gemi. in cap. cum de beneficio in princ. de præben. lib. 6.* Et propterea erit necessarium probare quod per 40. annos fuerint sic concessa, & quod probentur saltem duæ concessiones, ut in simili declarat post alios, quos allegat, *Alex. cons. 9. col. 2. n. 6. vers. prater ea lib. 3. & cons. 2. Cur. Junior. 5. col. 3. lib. 5. in rubrica de consuetudine col. 10. & col. fi. col. 42. eodem tit.* & latissimè *Curt. in tract. feud. par. 2. in 3. & 4. qu.* dum volunt omnes quod res dicatur solita alienari, ita ut successor non possit revocare, quoniam bis alienata est spatio 40. annorum. Et facit etiam *tex. in d. c. cum de beneficio de præb. lib. 6.* ubi certus statutus imponitur beneficio spatio 40. annorum, per quem tex. multi tenent, quod unicus actus sufficiat quando est successivus, *Abbas in d. cap. fin. in ultim. fol. col. 2. Dec. in cons. 134. col. 2. in secundo dubio.* Et confirmatur etiam, quia videmus, quod illi, qui tenuerunt; quod beneficium manuale posset fieri irrevocabile, & perpetuum, & è conversò (licèt eorum opinio non sit recepta) tamen voluerunt quod similiter sufficerent tùm 40. anni, & unicus actus juxtà dispositionem *dict. c. de beneficio.*

Episcopus habet intentionem funda-
28 tam super exercitio jurisdictionis ordinariæ, *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7. cap. cum Venerabilis de Religiosis Domib. Federic. de Senis cons. 145. num. 6. Barbos. de offic. & potest. Episcopi par. 3. alleg. 80. num. 2. & 3. Rota coram Royas decis. 218. num. 9. in recent. decis. 304. & decis. 318.* utrobique *num. 3. part. 11. recent.* & in *Marsicana Jurisdictionis*, quæ est 375. *num. 1.* & in *Anconitana Cappella*, quæ est *decisio 383. num. 1. & seqq. part. 18. tom. 1. recent.* ex qua sola Juris assistentia, debetur manutentio in Jurisdictione ordinaria, etiam possessione non probata, *cap. conquærente 16. de offic. ord. Garz. de benef. part. 9. cap. 2. num. 260. Adden. ad Burat. decis. 219. lit. A.* & apud *Posth. de manut. decis. 64. per tot.* idem *Posth. observ. 45. num. 1.* & in dicta *Anconitana Cappellæ num. 9. & 10.* quod fusiùs procedit si concurrant actus positivi Jurisdictionales, qui jure ordinario facti censentur *Rota decis. 128. num. 8. part. 11. recent.* etiam post Concilium ex rationibus adductis per *Adden. ad Burat. decis. 578. num. 19. & 20.* & acquiritur actualis possessio, cum qua, contrà inferiores exhibentes privilegium, ac etiam exi-

stentes

stentes in quasi possessione datur manutentio propter eandem assistentiam, *Rota* post *Posth. decis.64. à nu.1: dec.628. à num.6. Fagnan. in cap. procurationis à num.28. de censibus.* Et exemptio non redevat in possessorio, & in disputatione manutentionis, cum non probatur quasi possessio exemptionis, per textum apertum *in cap. cum personæ de privil. in 6.* & latè probat *Rota decis. 491. num.4. & seqq. part.1. recent.* & titulus exemptionis non impedit jurisdictionem Ordinarii, donèc causa disputatur de illius relevantia, *Posth. dicta observ.45. à nu.13. Marescott. var. resol. lib.1. cap.11. num.5. Rot. post Posth. decis.157. n.5. & dec.211. num.5.* Et per exhibitionem privilegii, quæ petitorium concernit, non impeditur Episcopo manutentio, donèc lis pendeat super fundatione, & comprehensione casus sub eodem privilegio, juxtà *text. in d.cap.cum personæ de privil.in 6.* & firmat, atque declarat optimè *Rota decis.491. à num. 4. ad 10. &* signanter *num.7. part.1. recent.* in dicta *Marsicana Jurisdictionis num.19. &* in *Barchinonen. Prioratus* apud *Marchesan. de commiss. decis.11. num.3. pag.957. & seq.* ubi proprie deciditur manutenendum esse Episcopum, donèc de comprehensione privilegii cognoscatur, *Barbos. de potestat. Episcopi alleg.127. num.25. part. 3.* cum manutentio pendeat à possessione, non à privilegiis, *Rota in recen.decis.562.nu.3. part.1. & decis.302. num.5. & 6. part.9. & decis.100. num.10. part.11. coram Celso decis.44. num.12. & coram Octobono decis.185. num.7. & 8.* cum exceptio privilegii debeat esse clara per confessionem Partis, vel rem judicatam. *Buratt.decis. 776. num.16.* vel per publicum, & legale instrumentum, adversus quod nihil prorsus in contrarium posset opponi, *Rot. decis.73. num.18. & 19. cum seqq. part.11. recent. Royas decis.223. num.18.* & ad Episcopum Diœcesanum excludendum à Jurisdictione requiruntur plenæ probationes, *Bich. decis.431. à num.15. Millin. decis.34.* & actus clandestini, & extrà Diœcesim, eidem non nocent, non probata ejus scientia, *Rota decis.438. num.18.* apud *Posth. de manutent. coram Celso decis.200. num.12.* quæ scientia, & patientia Episcopi omninò requiruntur, *Gonzalez ad regul.8. Cancell. glos.45.§.2. num.32. Royas decis.218. nu.26.*

Ad hanc materiam pertinent, quæ
29 anno 1732. enucleavimus ad favorem Episcopi Caputaquensis contra Abbatem Sancti Ægydii Altavillæ, in qua adsunt tres Parochiæ, & inter eas una dicta Sancti Ægydii, quæ à proprio Parocho, qui est Abbas administratur, & cæteræ duo tam in temporalibus, quam in spiritualibus subduntur Episcopi jurisdictioni. Anno 1695. Parochus Sancti Ægydii tentavit se subtraere insimul cum aliis duobus Sacerdotibus à jurisdictione Ordinarii, sub prætextu, quod ejus Ecclesia esset Regiæ collationis, & ipse reputari deberet superior in spiritualibus super omnes personas ejus Parochiæ, & in spiritualibus, & temporalibus super beneficiatis ejus Ecclesiæ, eidemque pertinere cognitionem causarum civilium, & criminalium in prima instantia, & in gradu appellationis Cappellano majori, quod privativè cognoscere prætendebat pro ejus Superiore, omnesque prærogativas, quæ admirantur in Archipresbytero Altamuræ absque ullo privilegio, & exemptione præfatus Abbas S. Ægydii usurpare prætendebat, quod ortum habuit eo, quia Episcopus Caputaquensis Pace cum emanasset juxta solitum edicta, quibus requirebantur Abbas, & Sacerdotes eius Parochiæ, prout illi aliarum duarum ad solitam solutionem subventionis carolenorum 13. pro quolibet Sacerdote, renuit Abbas Sancti Ægydii solvere, prout solverant ejus Prædecessores cum Sacerdotibus; recursum habuit ad Proregem tunc temporis, & Regium Collaterale Consilium, quibus prædicta exposuit, & summo artificio deduxit, ejus Ecclesiam esse dumtaxat subjectam jurisdictioni Cappellani majoris, idque ad finem obtinendi relationem favorabilem, prout obtinuit sub quibusdam variis, & insubsistentibus motivis in eadem relatione contentis subscripta sub die 24. Julij anni 1696. & res facilis fuit Abbati, Episcopo Caputaquensi inaudito, obtinere ab olim Regio Collaterali Consilio ad normam prædictæ relationis, literas hortatoriales directas Episcopo, ad hoc ut se abstineret ab attentatis, quorum quærebatur Abbas, & habita per Episcopum notitia literarum hortatorialium respondidit Proregi, & olim Regio Collaterali Consilio veritatem esse in contrarium eorum, quæ Abbas S. Ægydii exposuerat, cum Ecclesia S. Ægydii tanquam comprehensa in confinibus ejus Diœcesis semper fuisset sub ejus jurisdictione, & per plura sæcula usque ad prædictum tempus recognoscebatur cum Abbate, & Sacerdotibus, qui solverant semper subsidia, & in eorum criminibus fuerunt carcerati, compositi, condemnati, & sententiati per ejus Episcopalem Curiam,

prout omnes alii Sacerdotes ejus Diœcesis, & personaliter visitati insimul cum prædicta Ecclesia, ac pariter fuerunt expeditæ Bullæ pro officiis Directoris, Cantoris, & aliis, necnon Abbatem non posse demonstrare aliquod privilegium hujus prætensæ exemptionis, & multò minùs esse Ecclesiam Regiæ Collationis, & quod si adhuc talis esset, non posse ex hoc deduci exemptionem, cum plures sint in Regno Ecclesiæ magis conspicuæ, & Regiæ, prout illa Sancti Andreæ in Civitate Amalphiæ, & S. Matthæi in Civitate Salerni, quæ subsunt jurisdictioni eorum Archiepiscoporum, prout etiam illarum Sacerdotes, quod in actis fuit probatum, prout etiam actus possessivi pro exercitio jurisdictionis practicati tam à præfato Episcopo Caputaquensi, quàm ab ejus Prædecessoribus in præfata Abbatia, cumque de hac re agendum esset in Regio Collaterali Consilio ad relationem Spectabilis Præsidentis Sac. Reg. Cons. D. Francisci Solanes Delegati regalis jurisdictionis, infrascripta fuerunt per nos deducta ad favorem præfati Episcopi Caputaquensis.

Dicebamus enim primò valdè odiosas
30 esse exemptiones à jurisdictione, & authoritate Episcoporum inspectis Sacrorum Canonum, & Conciliorum statutis. Summus Pontifex Alexander III. in *cap. 3. de privilegiis* testatur exemptionem ab Episcopis plures parere excessus, quæ *scandalum faciunt, & grave pariunt periculum animarum*, quapropter *Cironius in paratlitis decretalium* addictum titulum subdit, *lites hac de re, & contentiones non sine magno scandalo, excitari suo sæculo solitas, docet Alexander III. qui si nostro viveret multò majores quotidiè, & periculosiores stuperet*, & ideo in Concilio Constantiensi, quam plures exemptiones nullæ fuerunt declaratæ præviis repetitis quærelis celebris *Gersonis*, qui continuò hujusmodi perniciosas consequentias deplorabat, sic enim ipse *in tract. de potest. Ecclesiastica consider. 10.* post longam considerationem capituum indigentium reformatione, & præsertim exemptionum, quæ conculcabant jus commune, subdit exclamans: *Quis omnia dinumeraret, per quæ nunc vigor Ecclesiarum, imò & Evangelicæ disciplinæ totus verè languit, ac evanescit? Provideat super omnibus Sacrosanctum hoc Constantiense Concilium*, & idem Doctor de statibus Ecclesiasticis *consider. 9.* dicit, *quod si status Episcopalis nimis arctetur in suis juribus essentialibus quoad restrictionem usus, vel exercitii passim communiter, sive hoc esset in exemptionibus Subditorum ab eo, sive in reservatione beneficiorum Ecclesiasticorum &c. ille inquam status Episcopalis posset rationabiliter deferre querelas non dum ad Papam, & generale Concilium, quod est convenientissimum medium, sed ad Principes orthodoxos implorando juvamen opportunum*, & *Alphonsus Guerrerius*, qui fuit Præsidens Regiæ Cameræ temporibus Caroli V. *in tract. de modo, & ordine Generalis Concilii celebrandi, & de reformatione Ecclesiæ Dei* impresso Neapoli anno 1545. directo eidem Imperatori per integrum *cap. 15. agit æquum esse, ut Pontifex annullet exemptiones, easque amplius non concedat*. Et jure meritò hæc procedunt, nam ob exemptiones eximuntur Subditi ab obedientia eorum majorum, quod operatur eorum insolentiam, & superbiam adversus eos, quibus obsequia præstare debent, quapropter turbatur ordo, & regula rerum magis sanctarum, & exsolvitur statutum, & rigor Ecclesiasticæ disciplinæ, & ideò in primis sæculis non aderat exemplum exemptionis sive Monachorum, sive Clericorum, sed regula irrefragabilis erat, *omnes Basilicæ, quæ per diversa loca constructæ sunt, vel quotidiè construuntur in Episcopi potestate consistunt, in cujus territorio positæ sunt*, ut legitur in primo Concilio Orleansiensi celebrato sub Clodovæo *cap. 19.* quod fuit confirmatum à Nicolao I. in *cap. si quis causa 16. quæst. 2. illius est, in cujus territorio Eccles. a surgit*, & quamvis septimo sæculo incœperint exemptiones Monasteriorum ab Episcopis, hoc nonnisi rarò accidebat, ut notat *Altaserr. Ascetic. on. lib. 7. & 12.* hujus corruptelæ sæpè quæritur *Divus Bernardus* præsertim *lib. 3. de consider. ad Eugenium in epist. 42.* directa Henrico Archiepiscopo Senensi, & Riccardus Archiepiscopus Conturbensis in epistola ad Alexandrum III. relata per *Petrum de Blois epist. 68.* sic exclamat; *quid est eximere ab Episcoporum jurisdictione Abbates, nisi contumaciam, ac rebellionem præcipere, & armare filios in parentes?*

Dicebamus pariter non posse in con-
31 troversiam revocari Terram Altavillæ cum tribus Parochiis, quæ eam componunt, positam esse inter confinia Diœcesis Caputaquensis, juxta dispositionem, & repartitionem peractam Diœcesum Regni regiistratam per *Ughell. in Italia Sacra tom. 7. de Episcopis Caputaquensibus*, quod etiam pro vero habebatur per eundem Abbatem S. Ægydii in ejus compa-

ri-

Digitized by Google

ritionibus, hocque præsupposito dicebamus attentata commisisse præfatum Abbatem exercendo actus jurisdictionales, qui non possunt exerceri absque titulo, & expressa concessione Pontificis ratione loci, ubi prætenditur exerceri jurisdictio, & ideò non est permissum Judicibus præbere aures ei, qui quærit exercere jurisdictionem in districtu alterius Diœcesis absque productione clari, & aperti privilegii Sedis Apostolicæ, juxta præscriptum Summi Pontificis Bonifacii VIII. *in cap. cum personæ 6. de privilegiis in 6.* ubi statuitur possessoribus, quibus jus resistit, non posse concedi mandatum de manutenendo, quoties non producunt titulum, aut privilegium Sedis Apostolicæ, cum quo textu concordant alia jura in *cap. 1. de præscriptionib. capit. cum non liceat eodem titulo, cap. ad decimas secundo de restitutione spoliator. in sexto, capit. cum dilecto de confirmatione, cap. dudum de decimis.* Concordat jus civile in *leg. 1. §. permittitur ff. de aqua quotidiana æstiva, leg. 47. de operibus libertorum, leg. sive possidetis 16. Cod. de probat. leg. 1. §. hoc autem ff. de itinere, atque privato, leg. 2. §. quædam ff. de interdictis.* Ob quæ docuerunt Doctores communiter, quod in causis jurisdictionalibus, si non constet de justitia, possessio suffragare non possit possessori, uti post *Bart. Decium*, & *Gersonem*, docuit *Vessembecius in paratit. ff. uti possidetis num. 5. ante finem*, & secundùm id sequutæ fuerunt decisiones, juxta relatam per *Paul. Emil. Verall. part. 3. dec. 304. num. 1. & 2. in med. Reg. de Ponte dec. 40. num. 3. Gargan. allegat. 25. num. 27.* post *dec. Reg. Salern. Reg. Galeot. lib. 1. controvers. 14. num. 6. & Reg. Rovit. in pragmat. 1. de jurisdiction. invic. non turband. num. 30. 31. 32. & 33.* quod procedit etiam in judicio possessorio summariissimo, ut habetur apud citatos Doctores: Et in Regno nostro firma est conclusio, quod debeat obtinere in judicio possessorio is, qui justum titulum ostendit *Vrsill. ad Affict. decis. 364. in fin. Capyc. dec. 55. nu. 5. & 6.* sicque enim observant cætera Tribunalia *Fontanell. de pact. nupt. claus. 7. glos. 3. part. 10. num. 78.* & constat ex *constit. cum gratis sit*, & *constit. ea, quæ ad speciale decus*, ob quas *Joann. Faber* in *§. retinendæ de interdictis num. 19.* scripsit, quod si aliquis prætendat habere jurisdictionem inter confinia alicujus Diœcesis, aut Comitatus, manutentio ei non conceditur, nisi ostendat titulum, cum possessio absque titulo non suffragetur contra eum, qui habet intentionem fundatam de jure communi, ibi: *Et est vera ratio, quia quando aliquis est fundatus de jure communi, constat de proprietate, idcircò non debet fieri executio in possessorio extra de causa possessionis cap. cum dilecto*, ejusdemque sententiæ fuerunt communiter Canonistæ, præsertim *Ancher. in dicto cap. cum personæ Coverru. practicarum quæstionum cap. 17. num. 6. & lib. 1. cap. 16. num. 11. Riccius in collectanea 1999. Gratianus disceptat. forens. cap. 491. & cap. 801. & 870. & Reg. Rovit. in pragmat. 1. de jurisdictione invicem non turbanda num. 29. & 30.* & in propriis terminis nostri casus, aperta est dispositio Concilii Tridentini *sess. 24. de reformatione cap. 20.* ubi statuitur Episcopos habere juri sdictionem in omnibus locis, & super omnes personas in causis matrimonialibus, criminalibus, beneficialibus, & omni eo, quod concernit curam animarum, administrationem Sacramentorum, collationem ordinum, approbationem Confessorum, & Concionatorum, & visitationem Monasteriorum intra confines eorum Diœcesis, eis concessam à Summo Pontifice, qui tamquam Pastor universalis dat curam ovium Episcopis, & ideò prætendens habere intra Diœcesim Episcopi territorium separatum, & exemptum, in quo velit exercere jurisdictionem, quod est vera species Diœcesis, non potest id prætendere, nisi producat clarum privilegium Pontificis, ut disponitur in *cap. cum contingat de foro competenti*, & animadvertit *Panorm. in Comment. prædicti text. & Gratian. disceptat. forens. cap. 212. lib. 2.* Quod eò magis procedit in nostro Regno, ubi duntaxat Pontifici est permissum statuere Diœceses, & separare territoria, ut animadvertunt citati Doctores. Et *Staib. dicta resol. 118. n. 5.* ibi: *Prælatus inferior excepto Episcopo non potest dici habere territorium nec de jure communi, nec de consuetudine, quæ non potest operari, quod in eadem Civitate, vel Diœcesi sint insolidum duo capita, quasi monstra*; idem ad hoc propositum dixit *Cardin. de Luca de jurisdictione discurs. 1. num. 28.* ibi: *Posita situatione resultat de consequenti fundatam esse Archiepiscopi intentionem super lege Diœcesani, & jurisdictione speciale in omnes Ecclesias, & personas tàm de Clero, quàm de Populo in ejus Diœcesi existentes, donec per allegationem, limitationem, seu exceptionem illa probaretur &c. Quoniam Episcopus est Pastor, curam, ac jurisdictionem habet generalem super ovibus pascentibus in Territorio sibi commisso, quare*

onus

onus est Prælati inferioris probare limitationem, qua non probata, remanet probata intentio habentis pro se regulam generalem, de jure autem communi omnes Ecclesiæ, Monasteria, domus Religiosæ, ac personæ jurisdictioni Episcopali subjiciuntur canon. omnes 16. quæst. 1. cap. Abbas 18. quæst. 2. Episcopus caput est totius Diœcesis, quam qui non agnoscunt acephali sunt canone nulla 93. distinction. Nec Ecclesiæ membra dici possunt, qui caput non agnoscunt Episcopum, maximè cum Episcopus ipsa Ecclesia censeatur adhibito Clero, seu Capitulo, cum quo Ecclesiam facit, capit. cum Clerici de verb. significatione. Quapropter si deficit Abbati S. Ægydii titulus, non potest eidem suffragari possessio, quantumvis immemorabilis, & ob hanc rationem semper, ac exortæ fuerunt controversiæ inter Episcopos, & alios Prælatos inferiores, omnes conatus reputati sunt vani, & temerarii, non probata possessione cum titulo specifico Sedis Apostolicæ. Sic in celebri controversia agitata temporibus Regis Caroli Andegavensis inter Archipresbyterum Altamuræ, & Episcopum Gravinæ, nullius roboris fuissent prefato Archipresbytero tot, tantique actus possessivi, quos pro se allegabat, nisi insimul exhibuisset titulum, & privilegium Federici II. expeditum Melphi anno 1232. & bullam Pontificis Innocentii IV. expeditam Lugduni anno 1298. qua confirmabatur Riccardo Erundusii concessio ei facta, suisque successoribus à Federico Archipresbyteratus Altamuræ: *Concedimus tibi, & successoribus tuis eandem Ecclesiam liberam, & exemptam ab omni jurisdictione Archiepiscopatus, vel Episcopatus cujuslibet, ita quod nulli Archiepiscopo, vel Episcopo sis subditus præter Sanctæ Romanæ Ecclesiæ, quæ caput est omnium Ecclesiarum, & nobis, qui eandem Ecclesiam in honorem Beatæ Virginis ædificare fecimus in Terra prædicta liberam, & immunem collatione prædicti Archiepiscopatus nobis, & successoribus perpetuò reservata.* Et totum id per Apostolicam authoritatem fuit roboratum, ut legitur ex bulla Innocentii IV. ad supplicationem dicti Riccardi: *Nos tuis supplicationibus misericorditer inclinati, quod ab eodem Imperatore factum est in hac re ratum habentes, & gratum id authoritate Apostolica confirmamus &c. Nulli ergo hominum omninò liceat hanc paginam nostra authoritate confirmationis infringere, vel ei ausu temerario contraire.* Itaut cum prætendisset Petrus Episcopus Gravinensis anno 1283. to-

rius haud insciis visitare Ecclesiam Altamuræ, cum se ibi contulisset, responsum habuit ei non deberi præstare actum obedientiæ non ostensis privilegiis tam Federici, quàm Innocentii, & exactè eis examinatis, & discussis, voluit eos gaudere quietè eorum exemptione, & immunitate, imò, publicè declaravit, ut omni futuro tempore tàm ipsi, quam eorum successores securi fruerentur dicta immunitate, & quod Episcopus, ejusque successores non possent de cætero illos in aliquo molestare, inserendo in hac declaratione tàm privilegium Imperatoris, quàm Papæ: *Nos autem videntes prædictam concessionem, & confirmationem eorum, & diligenter discussas, & examinatas, non abolitas, nec abrasas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte vitiatas, & omni vitio, & rasuræ vituperio carentes quietè ipsos dimisimus ipsorum immunitate gaudere per nos eidem Archipresbytero, & Clericis, ratione Episcopatus nostri in aliquo innovato, & ut semper omni quo primo tempore futuro, tam ipsi, quam successores eorum immunitate prædicta securi fruantur perpetua, & nos, & successores nostri non possimus de cætero in aliquo molestare ad ipsorum possessorum, & robur perpetuæ firmitatis concessionem, & confirmationem prædictas de verbo ad verbum præsentibus nostris literis testimonialibus inseri fecimus, & transcribi*: cumque anno 1299. à Jacobo Episcopo Gravinæ successore Petri fuisset hæc controversia renovata, & à Rege Carolo II. commissa Episcopo Bituntino, & Lugo Judici ejusdem Civitatis, qui se contulit de persona in Civitate Altamuræ, & per solemnem inquisitionem examinavit testes productos ab Episcopo Gravinæ; major vis hujus fuit in fundando Archipresbyterum non potuisse uti privilegio Federici tanquam nullo, ex eo quia reperiebatur excommunicatus à Gregorio IX. ex quo generaliter usurpaverat jurisdictionem super omnibus Ecclesiis Regni, illas conferens ad ejus arbitrium, & ab Innocentio IV. fuit etiam privatus imperio Regni Siciliæ, & ab omnibus Prælatis fuerat reputatus rebellis Ecclesiæ. E' contra dicebatur per Archipresbyterum, Imperatorẽ Federicum antequam fuisset excommunicatus, fundavisse Ecclesiam Altamuræ, & datam privilegii fuisse anni 1232. tempore quo jam reperiebatur absolutus à Gregorio IX. excommunicatio enim fuit anno 1228. & ab Innocentio fuit excommunicatus anno 1239. & Imperio depositus in Concilio Lionensi anno 1246. ut ex extra-

va-

vagant. ad Apostolicam de sentent. & re judic. & quamvis secuta fuisset depositio ab Imperio, Innocentius IV. anno 1248. in suo particulari privilegio confirmationis eum vocat *olim Romanorum Imperatorem*, & tamen authoritate Apostolica confirmavit gesta per eumdem. Ulteriùs dicebatur per Archipresbyterum Civitatis Altamuræ semper habuisse territorium separatum, & divisum à Diœcesi Gravinæ, & extra illam, & Archipresbyterum esse Cappellanum Regium, & ideò exemptum à jurisdictione Ordinarii, & tamen rationibus prædictis Archipresbyteri non obstantibus, necesse fuit hanc controversiam amicabiliter componere modo, ut legitur in *tom.7. volumin. regal. jurisdict. congestor. per Chioccarelli*.

Sic etiam in alia simili controversia agitata inter Episcopum Anglonæ, & Abbatem Monasterii S. Æliæ Ordinis S. Basilii, cujus instantiam descripsit *Paulus Æmilius Santoxius* Archiepiscopus Consentiæ, qui habet jurisdictionem sæcularem super terra Carbonis, pro qua *Cardinalis de Luc.* compilavit *discursum 9. de jurisdictione*, ob eamdem rationem, quòd per Abbatem non producebatur privilegium clarum, & specificum Sedis Apostolicæ, fuit ei impeditum exercitium jurisdictionis ab Episcopo, qui habebat jurisdictionem ordinariam super dicta Terra, nihil refragantibus quamplurimis actibus possessivis, qui allegabantur per Episcopum, & ad presens si præfatus Abbas exercet jurisdictionem prædictam, id est, quia forsan fuit repertum privilegium, ut observat alter *de Luca ad Gratian. cap.44. num.2.* ibi: *Interim Episcopus manutenetur in quasi possessione exercendi dictam jurisdictionem causarum matrimonialium, criminalium, necnon in concernentibus curam animarum, Sacramentorum administrationem, collationem ordinum, approbationem Confessariorum, Concionatorum, visitandi Monasteria Monialium, & alia, ut Cardin. de Luca dicto discurs. 1. nu.7. ubi ità passim servari, prout ego vidi cum Oppido Carboni, in quo Abbas Monasterii S. Æliæ Ordinis S. Basilii habet jurisdictionem laicalem, de quo idem Cardinalis de Luca differit discursu 9. benè verùm hodiè, ut audio, Abbas habet omnimodam jurisdictionem ex privilegio reperto*.

Nec aliter vidimus practicari in casibus difficilioribus inter Barones, cum aliquis prætendit exercere jurisdictionem in feudo vicini. Nam nunquam fuit habitus respectus ad possessionem, sed dumtaxat ad titulum, ut accidit in causa Marchionis Uriæ, & Bajulum Lytii, qui prætendebat exercere jurisdictionem in Statu præfati Marchionis, & quamvis plures fuissent prò eundem producti actus possessivi, attamen ex quo non corroborabantur titulo, quem non exhibuit, non potuit obtinere lite pendente manutentionem, ut refert *Regens Rovit. in pragmat.1. de jurisdict. invicem non turbanda num.35.* & in causa inter Episcopum Ugenti, & Baronem ejusdem Civitatis, in qua prætendebatur ab Episcopo posse exigere diffidam in duobus feudis sitis in Territorio prædictæ Civitatis, quorum utile dominium prætendebatur esse Cathedralis dictæ Civitatis, ex quo nō fuit productum aliquod privilegium, fuit concessa manutentio Baroni, ut testatur *Reg. Revertera decis.452.* & aliam consimilem decisionem refert in *decision.136.*

Ita etiam non exhibito à possessoribus Regaliarum in promptu titulo, semper fuit decisum absque termino, quod possessores se abstineant ab exercitio illius, ut apparet ex decisione facta in causa inter Ducem Belisguardi apud *Regent. de Philippis dissertatione 2. in fine*, & decisione apud *Regent. Revertera decis.136.* & 457. Si igitur Episcopi recognoscunt authoritatem superioritatis in eorum Diœcesi à Summo Deo, & à Sede Apostolica, id non potest in controversiam deduci per Abbatem S. Ægydii, qui est simplex Parochus.

Et quamvis idem Sacrum Concilium Tridentinum in *sessione 24. de reformat. cap.20.* reformando authoritatem Episcoporum redditam nimis lacrymabilem ex tot exemptionibus Monachorum, restituisset eisdem Episcopis eorum antiquam potestatem, etiam super exemptos illis verbis: *Non obstantibus privilegiis, in multis concordiis, & aliis quibuscunque consuetudinibus*; Attamen ob interpetrationem Canonistarum, & per plures declarationes Sacræ Congregationis Concilii, fuit interpetratum, quod non esset comprehensa in illo decreto præscriptio immemorabilis, itaùt ad præsens regula est, quod qui prætendit exemptionem ab Ordinario, debet illam justificare privilegio claro Sedis Apostolicæ, ut ostensum fuit.

Sed quando etiam sufficeret immemo-
33 rabis, ille, qui in ea fundatur contra Episcopum, non potest prætendere manutentionem, nisi priùs probet per tres sententias uniforme immemorabilem, & interim manutenendus est Episcopus

Circa

Digitized by Google

Circa quod quamplurimæ sunt declarationes Sacræ Congregationis relatæ inter alios à *Garzia de benefic. cap.3. num.* 194. ubi memor fuit illius declarationis sequutæ anno 1575. per Cardin. Pacecco Archiepiscopum Burgensem, & ita etiam refert pluries decisum Rota Romana, cujus sententiæ fuit etiam *Grat. discept. forens. cap.*441.*n.*2. & *Cardinalis de Luca de jurisdictione discurs.*1. ubi *num.* 12. ad nostram rem leguntur hæc verba: *Territorii separati qualitas non præsumitur, sed per allegantem probanda est, atque probatur, & ad duas tamen restringitur species, una fit per privilegium Apostolicum clarum, & expressum, altera per immorabilem benè probatam, juxta requisita vulgaris gl. in cap.*1. *de præscript. num.*6. *&* *num.* 13. subjungit: *Cum hac tamen differentia inter unam, & alteram speciem probationis, quod ubi agitur de prima privilegium explicitum, & clarum illius executione, & observantia statim admittitur, ubi verò de altera per immemorabilem ista exigit canonizationem per tres sententias conformes, interim verò Episcopus manutenetur in quasi possessione exercendi dictam jurisdictionem, ut pluries fuit decisum per Sacram Congregationem Concilii, ac etiam per Rotam,* & ob eandem rationem in causa inter Archiepiscopum Beneventi, & Archidiaconum, pro qua *Staib.* compilavit *resolutionem* 188. non constando de immemorabili, quantumvis Archidiaconus illam probare obtulisset, valdè ad propositum dicebat *Staib.* quod pendente hac probatione, Archiepiscopus erat manutenendus in quasi possessione ejus jurisdictionis, & post allegata exempla relata per *Gratianum*, subdit: *Ea ratione, quia inferior contendens de jurisdictione cum superiore, cui jus assistit, & ipsi inferiori resistit, prout est inter dictum Archiepiscopum, & ejus Archidiaconum, tenetur de vero titulo docere plenariè, non summariè &c.* Simili modo fuit decisum favore Archiepiscopi Teati contra Propositum Atessæ, ut habetur ex *decis. Rotæ* 610. *part.*2. *recen.*

Dicebamus secundò præfatum Abbatem S. Ægydii nunquam ostendisse, nec posse ostendere Ecclesiam prędictam esse Regiæ collationis. Secundò, etiamsi talis supponeretur, non ostendi fundationem, & specificum privilegium exemptionis, quapropter prætendi non poterat exemptio ab Ordinario. Tertiò, non esse præfatum Abbatem Cappellanum Regium, & consequenter prætendere non posse esse sub jurisdictione Regii Cappellani majoris. Quartò, quando adhuc fingi possit Cappellanus Regius, poset hic titulus dumtaxat eū eximere à jurisdictione Episcopi, non jam Presbyteros illius Ecclesiæ, & multò minùs titulum prædictum ei tribuere jurisdictionem temporalem, & spiritualem. Et denique si adhuc adessent actus possessivi, penitùs illi suffragare non posent, tamquam procedentes ex titulo infecto, & vitioso.

Quoad primum dicebamus cuilibet
34 notum esse petentem Ecclesiam esse Regiæ collationis, apertè ostendere debere illam fuisse fundatam, & dotatam à Principe, & habere privilegium Pontificium, aut acquisitum esse immemorabili præscriptione, quod penitùs per Abbatem S. Ægydii ostensum non fuit, imò per Episcopum Caputaquensem contrarium fuit demonstratum, nempè esse prædictam Ecclesiam non collationis, sed dumtaxat præsentationis Regiæ, quod apertè deducitur ex *tomo* 6. *manuscriptorum jurisdictionalium* compilatorum per *Chioccarelli*, ubi cernitur, quod cum mandasset Rex Carolus Secundus Andecavensis anno 1300. fieri destinctum, & completum inventarium omnium Ecclesiarum Regni Regiæ collationis, fuit illud exactè peractum, & cum distincta annotatione Civitatum, & locorum, ubi erant positæ, nec in illo descripta reperitur Ecclesia Sancti Ægydii, quamvis quamplures aliæ minoris considerationis adnotatæ cernerentur, & ex actibus antiquissimis visitationum productis per Episcopum Caputaquensem apertè apparet Ecclesiam prædictam S. Ægydii fuisse dumtaxat juspatronatus Principum Salerni: Nam in visitatione peracta anno 1547. fuit mandatum Abbati ejusdem Ecclesiæ presentatum per dictum Principem residere debere Altavillæ, & curam habere ejus Parochianorum, sub pœna privationis prædictæ Abbadiæ, quæ scriptura omnem meretur fidem, cum conservetur in publico Archivio, ad tradita per *Afflictum dec.*305. & *Bertaz. lib.*1. *cons.* 1. Nihil refragante Abbati S. Ægydii copia assertæ Bullæ Pontificis Clementis VII. sub die 19. Aprilis 1523. ubi cernitur præfata Ecclesia denominata Realis, Abbatialis, Parochialis, tum quia hæc erat merè cartula, cum etiam quia enunciativa expressa in rescriptis, aut Regiis, aut Pontificiis, non tollunt, neque tribuunt qualitatem aliquam rebus enunciatis. Sicque etiam per nos dicebatur, nullius fidei est alias

scri-

Digitized by Google

scripturas, super quibus fundabatur præfatus Abbas S. Ægydii.

Quoad secundum dicebamus, quod 35 etiamsi præfata Abbatia esset Regiæ collationis, nequidem præfatus Abbas posset prætendere exemptionem, quamvis magna sit authoritas Principum super beneficiis eorum collationis, ut scribit *Regens de Ponte de jurisd. tract. 15. num. 80. Reges in iis beneficiis, quæ ad eorum collationem spectant, habent proprietatem, sicut Papa, qui dicitur Dominus beneficiorum, & hoc non propria authoritate, sed Pontificis, qui potuit, voluit, & concessit.* Hæc autem potestas collationis non inducit exemptionem, cujus debet ostendi privilegium Sedis Apostolicæ, alias subjici debet eis, qui à Deo constituti sunt ad regendum illam Diœcesim, intra cujus confines reperitur Ecclesia collocata, quales sunt Episcopi, ut scribit *Cironius loc. cit.* Imò si Pontifex reciperet aliquam Ecclesiam sub sua protectione, & tutela Apostolica, non ideò intelligeretur exempta à jurisdictione Ordinarii, ut disponitur per *Textum in cap. ex parte 18. de privil.* dummodo in Pontificis diplomate non diceretur, *recipimus specialiter in jus Beati Petri*, ut animadvertit *Abbas Panormit. in cap. recipimus num. 2. de privileg.* & sic unanimiter post *Salgad de reg. protect. part. 1. cap. 1. num. 28.* docuerunt Canonistæ, ut advertit *Gonzalez in dicto cap. recipimus*, & *in dicto cap. ex parte*. Et ob hanc rationem quamvis Ecclesia S. Andreæ in Civitate Amalfitana, & Ecclesia S. Matthæi in Civitate Salerni sint Regiæ, recognoscuntur tamen ab Archiepiscopis illarum capita, & Presbyteri. Abbatia curata S. Matthæi posita in Terra Albanellæ non multum distantis ab illa S. Ægydii, quamvis sit Regiæ collationis, attamen subdita est Episcopo Caputaquensi in spirituali, & temporali, ut ex Bulla collationis in personam D. Philippi Porcinari in actis producta. Canonicatus, & dignitates majoris Ecclesiæ Luceriæ, quamvis fundati à Carolo II. Andegavensi, & Regiæ collationis ob Bullas confirmationis Benedicti XI. non adducunt exemptionem aliquam ab Episcopo, qui in eos jurisdictionem exercet.

Dicebamus itidem non esse ad casum applicabilia exempla exemptionum Ecclesiarum S. Nicolai Civitatis Bari, & Altamuræ, cum ibi locum habeat ob speciale privilegium: nam Ecclesia Altamuræ eodem tempore, quo fuit fundata per Imperatorem Fidericum II. speciali privilegio, & bulla Summi Pontificis Innocentii IX. fuit dumtaxat subjecta Sanctæ Sedi Apostolicæ, & tamen hoc non obstante, graves exortæ fuerunt controversiæ inter Archipresbyterum, & Episcopum Gravinę; quapropter opus fuit, illas componi per Carolum II. Andeganensem, quod Ecclesia prædicta Altamurę esset Cappella Regia, quod collatio pertineret regi, quod jurisdictio specialis contentiosa in Altamura spectaret Archipresbytero, illa verò ordinis Episcopalis spectaret ad Episcopum, ut ex manuscriptis jurisdictionalibus *Ciocchabelli*, & hoc non obstante, & quod Archipresbyter Altamuræ anno 1485. ab *Innocentio VIII.* obtinuisset bullam, & privilegium erectionis Altamuræ in Civitatem, ejus Ecclesiæ Parochialis in Collegiatam cum creatione dignitatum Archidiaconatus, Cantoratus, primiceriatus, Thesaurerii, & 24. Canonicorum, & cum concessione Archipresbytero jurium episcopalium deferendi rocchettum, mitram, & anulum cum aliis insignibus Pontificalibus, & dandi solemnem benedictionem, & potestatem conferendi ordines minores subditis, & superioritatem, & punitionem eorumdem suditorum, & absolvendi eosdem ab omnibus casibus episcopalibus; attamen finem non receperunt controversiæ cum Episcopo Gravinæ, a quo anno 1625. fuit prætensum visitare Archipresbyterum, & ejus Ecclesiam, & jam obtinuerat propterisionem a Curia Romana, fecitque prorae publicare cedulones interdicti, & excommunicavit Sindicos, & electos ejusdem Civitatis, quę controversiæ magno cum fervore promotæ per Episcopum durationem habuerunt per annos 22. & tandem fuerunt compositæ hoc modo, nempè in visitatione facienda per Episcopum tamquam Delegatum Sedis Apostolicæ posse providere dumtaxat, & corrigere, & non castigare, pro qua transactione multùm elaboravit Consiliarius Jo: Baptista Melior, qui a Cardinale Zapata missus fuit Romam, postquam Civitas stetit interdicta per annos 18. & excommunicatum capitulum, & regimen ejusdem, & Gregorius XV. brevi Apostolico confirmavit transactionem, ut legitur in volumine 7. manuscriptorum jurisdictionalium. Sic pariter quoad Ecclesiam S. Nicolai Barii dicebamus eandē fuisse dotatam multis reditibus a Carolo II. Andegavensi cum destinatione

ne Canonicorum, & dignitatum præter Priorem cum solemni declaratione, quod Esset Cappella regia, ut ex privilegio anni 1290. & reddita fuit exempta a jurisdictione Archiepiscopi Barii non solùm quia regiæ collationis, sed ob quamplurima privilegia, quibus potitur Summorum Pontificum Paschalis II. & Clementis V. confirmata per Clementem VII. Paulum III. & S. Pium V. & in citato volumine 7. adsunt declarationes super hoc peractæ ab eisdem Archiepiscopis, una anni 1300. Romualdi per actum publicum, ubi declarat celebrasse in Ecclesia S. Nicolai ob ejus devotionem, cum nullam haberet potestatem in Ecclesia, & ejus presbyteros exemptos ab ejus jurisdictione, altera 1571. Antonii Petri Archiepiscopi, & tamen prædictis privilegiis, & declarationibus non obstantibus, omnibus notæ sunt controversiæ, quæ ob spatium duorum sæculorum durarerunt inter Priorem, & Archiepiscopum, qui non negabat esse regiæ collationis, & habere exemptionem ab eo in nonnullis, sed non in aliis pluribus, ut legitur ex allegatione ad favorem Petri Caracciolo Archiepiscopi Barii volumine 7. manuscriptum jurisdictionalium, ex quibus dicebamus, non sufficere, quod Ecclesia sit regiæ collationis, ad hoc udici possit exempta a jurisdictione ordinarii, nisi eadem speciali privilegio Sedis Apostolicæ eximatur ab ejusdem ordinarii potestate, aut sit declarata cappella regia.

Ex hoc oriebatur refragare non posse Abbati S. Ægidii assertam exemptionem sub prętextu, quod ejus Ecclesia esset cappella regia, & ipse regius cappellanus; Dicebamus enim gravissimum absurdum esse dicere, omnes cappellas regiæ collationis esse cappellas regias, fuerunt
36 enim in eorum principio illæ dumtaxat tales reputatæ, quæ erant in regali Domo illius Civitatis, ubi Rex ejus sedem collocaverat, & residebat, propterea, in nostro Regno ante Carolum I. Andegarensem non habemus memoriam regiorum cappellanorum, quia ejus prædecessores non Neapoli, sed Panormi residebant, electa postea Civitat Neapolis pro ejus regali sede, ubi ejus successores habuerunt cappellam regiam, & tunc cappellanus simpliciter denominabatur regius, prout etiam ille Siciliæ, ut cernitur ex epistola, quæ est decima, ubi scribit ad cappellanum regis Siciliæ, & tempore regis Roberti, Reginæ Joannæ, & regis Ladislai dictus fuit cappellanus major regiæ cappellæ, ut animadvertit *Chioccare lli in indice t. 2. de reg. cappellano majore*, postea fuerunt dūtaxat introductæ Cappellæ Regiæ non solùm in Civitatibus Metropolitanis, sed in aliis, ubi solebat per aliquod tēpus Rex morare, & denique in nonnullis Ecclesiis, ubi majorem profitebatur devotionem, & quas profusius dotaverat, erat tamen necesse, quod Princeps illas declarasset suas cappellas. Sic Rex Carolus Secundæ ob summam divotionem erga Ecclesiam S. Nicolai Barii, postquam illam pluribus reditibus ditaverat, multisque prærogativis cumulaverat, in quo sæpè se conferebat, declaravit etiam suam Regiam Cappellam, ut ex privilegio anni 1290. idemque accidit pro ecclesia Altamuræ declarata ab eodem Principe capella Regia, hæcque fuerunt articulata per Archipresbyterum contra Episcopum Gravinæ ad ostendendam suam independentiam, nempè ecclesiam fuisse Regiæ collationis, & fuisse à Carolo I. & II. Andegavensibus, & ab aliis Regibus successoribus declaratam, & habitam pro Regia capella. Sic etiam fuerunt reputatæ Regiæ capellæ illæ positæ intus Regia castra, quare multiplicato in Regno earum numero, multiplicati fuerunt Regii Capellani, & consequenter Magister Regiæ capellæ Neapolis acquisivit majorem authoritatem ob jurisdictionem in Capellanos minores Regios, & Regii Palatii, & Ecclesiarum, quæ fuerunt declaratæ capellæ Regiæ, ideòque fuit vocatus, sicut ad præsens appellatur, Capellanus Major ad similitudinem Arcicapellani apud Reges Franciæ, qui vocatur Dominus Capellarum. Auctus etiam fuit numerus Capellanorum alio ex capite: nam cum obtinuissent nostri Principes privilegia, & exemptiones amplissimas à Summis Pontificibus, etiam quod non tenerentur eorum Capellani ad residentiam pro beneficiis curatis, quæ haberent, quilibet procurabat à Rege esse ejus Capellanum, & postea introductum etiam fuit, hos non deservire Regiæ capellæ, & ab eadem absentes esse, eisque proderant similes patentes occasione impositionum decimarum, quæ decernebantur à Summ. Pontificibus super Ecclesiasticis, quapropter ab eisdē plures fuerunt promulgatæ Bullæ, quibus præscribebatur frui dumtaxat privilegiis Capellanos actu deservientes Regiæ capellæ, sicque fuerunt Leonis X. & Clementis VIII. quæ non fuerunt receptæ, & plures exortæ fue-

runt

runt jurisdictionales controversiæ cum Archiepiscopo Neapolis, cum Episcopo Cotronis, & aliæ, de quibus plenè in 2. *vol. manuscriptorum jurisdictionalium Chioccarelli*.

Ex his deducebamus Ecclesiam Sancti Ægydii nunquam fuisse reputatam capellam Regiam, prout sunt illæ Altamuræ, & Sancti Nicolai Barii, & ad exemplum adductum D. Antonii Quemeda Abbatis S. Ægydii, qui fuit cognitus, & sententiatus à Regio Capellano Majore, & super quem Vicarius Caputaquensis noluit procedere, respondebamus, Quemedam reperiri Capellanum Regium honoris, quod à multis procurabatur, & tanquam talem, & non tanquam Abbatem S. Ægydii fuisse sententiatum, cum expresse dicatur in decreto Archiepiscopali Salerni anni 1570. & in aliis actibus successivè factis, præsertim in relatione Cancellarii Montiscorvini, ipsum esse Capellanum Regiæ capellæ ordinarium. Ulterius dicebamus præfatum Abbatem S. Ægydii consideratum tanquam Regium Capellanum, posse dumtaxat prætendere exemptionem ejus personæ à jurisdictione Ordinarii, non verò ejus Presbyterorum, & ipsum in eos habere jurisdictionem tam in temporali, quàm in spirituali, posse expedire Dimissorias, & habere plebem, & territorium distinctum, quod nec etiam prætensum fuit per Priorem Barii, pro qua re faciunt verba Summi Pontificis Innocentii III. qui scribens Episcopo Vannes *lib. 1. registro 13. epistola 7.* dixit: *Nec enim ex libertate capitis membrorum nascitur libertas, quæ quia juri communi derogat, nominatim, expressèque dari debet, & nominatim probari*. Nunquam enim prætensit Prior Barii habere plebem, aut territorium distinctum, nisi quantum se extendit circuitus parietum Ecclesiæ, ut animadvertit *Card. de Luc. discurs. 1. num. 8.*, & qui prætendit habere, necesse est, quod ostendat privilegium apertum, & specificum Summi Pontificis, cui dumtaxat spectat territoria separare, ut supra dicebamus. Prætensit præfatus Prior posse expedire dimissorias, sed ex decreto Sacræ Congregationis 12. Aprilis 1580. fuit decisum non posse illas facere, quod decretum fuit acceptatum, & executoriatum per olim Regium Collaterale Consilium sub die 7. Junii ejusdem anni.

Ulteriùs dicebamus ex hoc oriri ob separationem territorii, juxta extentionem parietum Monasteriorum exemptorum non posse inferri exercitium jurisdictionis activæ in territorio, in quo vivit Clerus, & Populus sæcularis, & quod ideò acquiratur qualitas Pastoris super ovibus qui pascunt in ea, juxta animadversionem *Cardinal. de Luca de jurisdictione discurs. 10. n. 9.* ubi dixit: *admissa etiam ista impropria, & intellectuali separatione territorii, hæc procedit, quantum ipsius exempti, & privilegiati Monasterii, seù loci territorium se extendit, quod restringitur intra claustra, & ambitum Monasterii materialis, juxta traditionem Cardinalis in Clem. 1. n. 1. de statu Monachorum, de qua Tambur. de jur. Abb. tom. 1. disputat. 15. qu. 7. num. 39. Caputaquensis decis. 225. quæst. 2. dec. 248. nu. 35. part. 11. & alii, & sic quoad personas intra ipsum ambitum viventes: Non inde tamen inferri potest ad concessionem territorii, in quo vivit Clerus, & Populus sæcularis cum activa jurisdictione in istum, acquirendo Pastoris qualitatem cum ovibus in suo Territorio depascentibus, & in qua circumstantia totus est hujusmodi controversiarum punctus, cujus ratione hæc privilegia exemptiva ipsorum Monasteriorum, vel Ecclesiarum quantumvis ampla, & prægnantia in proposito nullius remanent operationis, quia punctus non est in exemptione passiva, sed in jurisdictione activa in territorio non suo, & in populum non suum*. Dicebamus propterea nihil juvare Abbati S. Ægydii quoslibet actus possessivos, quos posset adducere in contrarium, cum sit communis Doctorum sententia, præsertim *Cravett. de antiquitate temporis par. 4. verb. absolutis cap. 60. Bellamer. cons. 10. Paul. de Castro Cons. 423.* quod non juvat præscriptio magni temporis, cujus initii memoria non extat in contrarium, quando producitur titulus vitiosus, & invalidus, seù quando aliter constat de initio vitioso, & hujusmodi sententiæ fuerunt *Mascard. de probat. conclus. 1427. Postb. de manutent. observat. 42. num. 7. & observat. 43. num. 14. Gaill. observat. practic. lib. 1. observat. 148. num. 2. Gratian. discept. forens. cap. 801. num. 27. & cap. 870. num. 15. & seq. Cancer. resolut. cap. 19. num. 59. part. 3. Cyriac. controvers. lib. 1. cap. 10. num. 3. Ludovis. decis. 283. num. 3. Reg. de Ponte decis. 40. numer. 3. vers. tamen quando qualitas, Reg. Rovit. in pragmat. de jurisdict. invic. non turban. num. 31. vers. & novissimè, Larrea alleg. fiscal. 5. nu. 22. Peregr. de jure fisci lib. 6. tit. 8. num. 27. Roderic. de ann. redit. lib. 1. cap. 17. num. 12. Natta cons. 106. & 506. Borgognin. Cavalc. decis. 27. par. 1. nu. 33.*

& alii apud *Capiblanc. de Barón. author. lib.2.cap.77.num.6.* & 7. & possessio contra legem, aut cui lex repugnat, non est alicujus roboris, nec potest à Prætore tueri, ne legibus contraveniat *leg. cum sponsus*, §. & *si res ff. de public. in rem act.* ibi: *Quia his casibus neminem Prætor tuetur, ne contra legem faciat*, qui textus singularis est pro hoc assumpto, *Petrus Frideric. Minaod. de interdict. tit.7. n.12. hisce enim casibus neminem Prætor tuetur, ne contra leges faciat, contra leges possidentem defendendo, lex singularis in l.cum sponsus 12.* § *& si res ff. de publician. in rem act. undè etiam injusto possessori non datur interdictum, Menoch. de retinend. possess. remed.3. nu.252.* & *seq.* & *nu.301.* imò hujusmodi possessio dicit *Bald. in leg. citius de probat. num.2. in fin.* est damnata à jure, & suum possessorem damnat, non juvat, nec potest, nisi minùs justè possessio vocari, sed potiùs appellanda est corruptela, & abusus, cujus nulla est habenda ratio. Inhæret *Archidiaconus* in *cap. cum de beneficio de præbend. in 6.* ubi scribit, quod si Summus
37 Pontifex concedit privilegium Abbati, dummodo non possit conferre beneficia Monastica sæcularibus, etiamsi per longum tempus observantia fuerit contra prohibitionem privilegii, non acquiritur possessio, quæ posset attendi, nec inducitur præscriptio, quia apparet de intentione Principis, quam inferior abrogare non potest, quam doctrinam sequuti fuere *Jo: Andreas Dominic.* & *Bald. in l. solemnibus Cod. de fid. instrument.* hujusmodi sententiæ fuit *Felin. in cap. cum venisset de præscript.* qui pro certo ponit contra legem nihil operare possessionem, & consensum partium, nam sicuti contra obedientiam non potest præscribi; sic contra id, quod fuit ordinatum per Superiorem, quia præscriptio induceret vitium inobedientiæ. Adhæret *Posth. observ.44. nu.20.* & 21. qui dicit, quod ista non dicitur possessio, seu quasi, sed potius iniqua occupatio, allegans *Mascard. verb. possessio conclus. 1203. num. 5. Gratian. cap. 870. num.16.* & *decis. Rot. Roman.* impressam post ejus *tract. decis.215. num.23.* & subdit, quod possessio, quæ est contra prohibitionem statuti, dicitur improba possessio, & non est manutenibilis, ibi: *& dicitur improba, & non manutenibilis possessio, quæ est contra prohibitionem statuti*, & idem repetit *observat.71. num.47.* id quod etiam scripserunt *Boccat. de interdict. uti possidetis cap.4. in fin. Rot. diversi. decis.411. num.1. part.2.* & alii apud *Rovit. pragmat.9. de feud. num.31.32.33.* & 34. Ob hanc rationem nulla habita fuit ratio possessionis in specie, de qua tractat *Reverter. decis.136. col.2.* & determinatum fuit, quod tanquam illegitima non esset manutenibilis, quia habebat resistentiam pragmaticæ: *pro plebeis consideràbatur, quod possessio allegata per nobiles juris habebat resistentiam stante dicta pragmatica sanctione, sicque subintrare dispositionem textus in vulgat. cap. cum personæ, ubi DD. communiter de privilegiis in 6.*, & *in cap. ad decimas; ubi Franc. de restitut. spoliatorum Glos. in cap.1. de præscript. in 6.* & adnotavit *de Marin. ibidem num. 2.* & notissima sunt exempla in terminis pragmaticæ Imperatoris Caroli V. anni 1536. circa electionem Officialium Universitatis, cum nunquam habita fuerit ratio possessionis contra legem, & semper fuerit ordinatum, quod sublato abusu servetur Regia pragmatica. Sicque fuit practicatum in causa Universitatis Mottæ Jojosæ cum Barone, cujus decisionis memor fuit *Præsidens de Franch. dec.210. num.6. Et dicebatur de possessione contra dictum jus commune, & Regiam pragmaticam non esse curandum, quodque aliàs in causa Universitatis Mottæ Jojosæ cum utili Domino ipsius fuit provisum, quod sublato dicto abusu servetur Regia pragmatica.* Sic etiam practicatum fuit in causa inter Universitatem Balneoli, & Comitem Montellæ, nam cum fuisset antiquissimus mos in illa Terra, quod Universitas nominaret duos Syndicos, quorum Comes utilis Dominus feudi eligebat unum, & ex duodecim electis sex, non obstante quod probatum fuisset per Baronem, fuisse in hac quasi possessione per quinquaginta annos, & antea, & post pragmaticam; quia hujusmodi possessio juri repugnabat, & consequenter non merebatur nomen possessionis, sed potius usurpationis, pro indubitato habitum fuit non esse manutenibilem, & decisum fuit favore Universitatis, ut testatur *Præsidens de Franch. d.decis.210. num.6.* & ob hanc rationem per Tribunal Regiæ Cameræ in similibus casibus nulla habita fuit ratio exceptionis præscriptionum, ut habetur apud *Thorum in compend. decisionum part prima verb. præscriptio*, & apud *de Georgiis allegat.14. num.18.* in facto autem dicebamus non produci per Abbatem S. Ægydii nec titulum, nec possessionem.

Et quo ad nonnullos actus possessivos,
38 qui allegabantur per Abbatem S. Ægydii concernentes collationem beneficiorum

rum in ejus Ecclesia, dicebamus nemi-
nem inferiorem posse prætendere ad eum
spectare conferre beneficia in ejus Ec-
clesia, nisi habeat expressum privile-
gium Sedis Apostolicæ, & Prior Civi-
tatis Barii habet collationem medieta-
tis Canonicatuum, & omnium benefi-
ciorum vigore privilegii Clementis V.
concessi ad petitionem Caroli II. Ande-
gavensis, quapropter Archiepiscopus
Civitatis Barii, quamvis quamplurima
in dubium revocasset circa prærogativas prætensas per dictum Priorem,
id tamen in dubium non revocavit, &
deficiente privilegio dicebamus actus
tanquam clandestinos non posse Abbati
juvare, ad tradita per *Gomes. in leg.45. Tauri num.37.* & alios, & cum agitur de
39 juribus incorporalibus dicebamus, non
posse prætendi illorum fuisse acquisi-
tam quasi possessionē absque plena scien-
tia, & patientia adversarii, ut est di-
spositum per *textum in leg.2. Cod. de ser-
vitutib. & aqua*, estque communis Do-
ctorum sententia, ut habetur apud *Fac-
chineum controv. juris lib.8. cap.20. Me-
noch. de arbitr. lib. 2. cent. 2. c. 191. Petrus Knichen de præscrip.par.2.memb.3.
cap.12. num.4.8. 9. & 10. Aymon de anti-
quitate tempor. in 4. princip. num.135. Mascard. de probationib. concl.1215. n.45.*
& multi alii, unde *Garzias de expens.
glos.7. num.7. fol.191.* concludit: *Unde
securior, & verior opinio contra D. Anto-
nium de Menat in l. si quis act. Cod. de
servitut. & aqua num.52. ut scientia, &
patientia allegatur, & deducatur in arti-
culis, & probetur, cum sit de ratione in-
terna quasi possessionis, & immemorabilis
in juribus incorporalibus, sive de jurisdi-
ctione agatur & mero, & mixto imperio*,
unde ex hoc quamvis Abbas S. Ægydii
ostenderet processus condemnationum
factarum ejus Presbyterorum, hi actus
non obstarent non probata scientia Epi-
scopi, ut docent *Soccin. sen. cons.187.* &
Cepb. cons.432.n.23. ibi: *Nec constat Illust.
Dominum Ducem Ferrari sciviſſe, passum-
que fuisse fieri tales accusationes, & con-
demnationes, ideò parti adversæ nulla
fuit acquisita quasi possessio, quæ non ac-
quiritur, nisi cum scientia, & patientia
adversarii l. quoties ultima ff. de servitut.
rustic. præd. l.2. Cod. de servit. & aqua,
Bart. in l. si publicanus §. fin. ff. de publi-
can. Affli&. decis.66. num.1.* & omnes Do-
ctores concordant, uti testatur *Corn.
cons.333. Soccin. junior cons.146. vol.3.*
& relictis aliis *Regens Rovit. in pra-
gmatica 1. de jurisdictione invic. non
turban. num.26.* & *27.* scripsit: *Insuper
nec etiam si sequatur continuatio aliquo-
rum actuum possessivorum, resultare ex
eis poterit aliqua possessio, seu quasi ho-
rum jurium incorporalium, & jurisdictio-
num, nisi cum eis concurrat etiam scien-
tia, & patientia ejus, contra quem acqui-
vitur, seu retinetur, & de cujus præjudi-
cio agitur, & ita fuit judicatum per S. C.
teste Capycio decis. 57. omninò videndo.*
Præterea scripturas productas pro parte
Abbatis S. Ægydii dicebamus esse puras
cartulas, cum non reperirentur autenti-
cæ, & quoad dimissorias dicebamus pe-
nitùs insussistentem esse prætensionem
Abbatis, tum ex juribus supra relatis,
cum etiam quia epistolæ dimissoriales in
usu esse cœperunt post undecimum sæcu-
lum sublato jam usu literarum, quæ dari
solebant Clericis, quadam certa, & spe-
ciali forma græcorum caracterum, ut
observatur apud *Sirmundum tom.2. Conci-*
40 *liorum Galliæ*; dimissoriæ autem fue-
runt dictæ, ut notat *Annibal Fabrosus*,
illæ, quibus Clericus dimittebatur à suo
Episcopo animo transeundi in aliam
Diœcesim, & ibi permanendi, ut ani-
madvertit *Theodorus Balzaman in can.2.
Concilii Chalcedonensis*, hodiè tamen pro
dimissoriis intelliguntur illæ literæ, quę
dantur Clerico à proprio Episcopo, ad
hoc ut ordinari possit ab Episcopo alte-
rius Diœcesis, quocumque tamen titulo
intelligantur, dari non possunt, nisi à
proprio Episcopo, ut notat *Philippus
Brierius de lit. canonicis*, authoritate *San-
cti Leonis epist.88.* ad Germaniæ, & Gal-
liæ Episcopos, ubi declarat, non solùm
simplices Presbyteros, sed Corepiscopos
non posse illas facere, sicque S. Damasus
Papa *ep.9.* & in secundo Concilio Siviliæ
*can.7. nec formatas epistolas mittere cui-
libet, hæc omnia illicita esse Corepiscopis,
vel Presbyteris, quia Pontificatus apicem
non habent, & solùm habere Episcopos
authoritate canonica præcipitur*, quod si
Corepiscopis vetebatur, quanto magis
dicendum est id prohiberi Parocho?

Quoad titulum Episcopi Caputaquen-
41 sis, possessionem, & exceptionem rei ju-
dicatæ, dicebamus clarum, & apertum
esse titulum præfati Episcopi, cum enim
reperiatur Ecclesia S. Ægydii intra con-
fines Diœcesis Caputaquensis, dubitari
non potest Episcopum habere intentio-
nem fundatam, & quod in possessorio re-
tinendæ debeat concedi mandatum *de
manutenendo* ei, in beneficium cujus lex
est, sicuti per *cap. cum personæ de privi-
legiis in 6.* docuerunt Doctores supra re-
lati, & *Pacificus de Salviano interdict.
decis.30. num.3.* & *in recentior. decis.231.
num.1.*

Digitized by Google

num.1. decis.491. n.29. part.1. & dec.416. Marescot. variar. resolut. lib. 1. cap. 1. num.10. Gratian. disceptat.1. 870. & 898. quod principaliter habet locum quando tractatur de rebus jurisdictionalibus, uti scripserunt *Beltrand. ad decis.312. Riccius collect.1314. & 313. Vivian. in prax. jurisdict. part.2. lib.11. num.125. & 126. Posthius de manutent. decis. 198. num.6. & 513. num.8.* namque in materiis jurisdictionalibus, sicuti possessio sine titulo non sufficit, sic è contra solus titulus, etiamsi absque possessione sufficit ad obtinendam manutentionem, uti scripsit *Rovit. cons.58. to.1. n.8.* ibi: *ultra quod etiam circumscripta possessione solus titulus resultans ex privilegio sufficit, nam in his jurisdictionibus, in possessorio solus titulus sufficit, licèt secus è contra, quia sola possessio sine titulo non sufficit, ut benè distinguit glos. in dicta leg.3. §. hoc autem ff. de itinere, actuque privato.* Quoad possessionem dicebamus, quod quoties non constaret esse apud Episcopum Caputaquensem in Ecclesia Sancti Ægydii, conservatam tamen fuisse, ob jurisdictionem universalem in tota Diœcesi, intra quam est eadem Ecclesia, uti docuerunt *Bartol. in leg. 1. §. si quis hoc ff. de itinere, actuque privato, Felinus in cap. auditis de præscriptionibus, Abbas in cap. cum olim eodem tit. Gabriel. de præscript. concluf.2. num.24.* ibi: *Secundò limita, nisi quis haberet concessionem à Superiore, quia tunc usus jurisdictionis in una jurisdictione, tribuit usum in alia, & in hoc casu extenditur hæc consuetudo, & præscriptio* : & idem docuerunt *Roman. consil.378. Tomat. decis. Maceratensi 41.* ubi habetur, quod per possessionem partis servatur possessio totius, specialiter si tractetur de juribus incorporalibus, *Baldus in l. ordinarii nu.9. Cod. de rei vindicatione, Menoch. resolut.3. nu.1272. Reg. Capyc. Latr. cons.28. nu.13.* qui mirabiliter loquitur: *Quæ ipsa concl. ampliatur procedere etiam si Dominus universalis usus sit jurisdictione tantùm in una parte, nam etiam in alia parte ea uti non prohibetur, & ita decisum fuit apud Reg. Revertera dec.313. Innocen. in cap. dilectus de Cappellis Monachorum.*

Mensæ Archiepiscopali Hydruntinæ
42 non solùm ab omnibus Episcopis suffraganeis, verùm à singulis Hydruntinæ Diœcesis Baronibus tamquam feudatariis, in eorum obitu regalia præstantur, quæ nimirùm sunt, Cubile in quo Baro decessit, equus, seù equa, mulus, seù mula, in qua equitabat, cum habena, ephippio &c. vel æquivalens in pecunia, ocreæ, calcaria, vestis, pileus, ensis, & anulus, & ita in puncto singillatim ista enumerat *Julius Lavorius tom.1. variarum lucubrationum tit.2. de prisco, & recenti funerandi more, cap.3. num. 204. vers. quid autem dicendum fol. mihi 101.* & illo relato *Augustin. Barbosa de potest. Episcop. part.3. alleg. 36. sub num.32. in verb. hæredes Baronum*, idemque *Barbos. in summa Apostolicarum decisionum collectan.57. num.4. verb. Baro*; & hęc regalia non debentur jure sepulturæ, sed ratione feudi, & plures Sac. Congregationis decisiones super hac re emersere, quas videre est apud præcitatos Doctores, & notat *Nicolius in Flosculis in verb. Canonica portio num. 5.* Ex his enixiùs colligitur non jure sepulturæ, sed ratione feudi hæc regalia deberi, quod insuper validè confirmat quidquid jure consuetudinis in vsibus feudorum fuit introductum, quod postea firmatum fuit à Corrado Imperatore *in leg. penult. de benefic. & terris tributorum in Longobard.* & licèt Federicus II. infestissimus Ecclesiæ Romanæ hostis, ab Episcopis, & Abbatibus tantam rerum temporalium potestatem abstulerit, ut tradunt *Jacobus Cujacius in tit. quæ sint regalia, & Liparulus ad Andream de Isernia in eodem tit. in 1. addit.* remanserunt tamen Hydruntino Archiepiscopo hujusmodi regalia, nimis exigua pristini dominii insignia, ut de his omnibus disseruit *Jo: Hieronym. Robertin. in suo discursu Juristorico.*

Episcopi, cæteræque personæ eccle-
43 siasticæ habentes beneficia, & ex illis fructus colligentes, possunt de illis inter vivos disponere ad eorum libitum, nulla assignata quantitate, ut habetur ex *cap. Episcopi, cap. sint manifestæ 12. quæst. 1. cap. pr., cap. quia Joannes, cap. fixum 12. quæst.5. cap. primo, cap. ad hæc, cap. quia nos, cap. cum in officiis, & cap. relatum il 2. de test. Authent. licentiam Cod. de Episcopis, & Cleric. Covarruv. cap. in officiis de testament. numer. 5.* quo in loco asserit, posse personas prædictas hoc liberè agere, si nulla præfinita quantitate id faciant, & etiam *Anchar. Barbat. in dicto cap. ad hæc, Antonius de Rosell. in tract. de successione. ab intestat. num.20.* & hanc esse communem opinionem testatur *Molin. de primog. Hispanorum lib.2. cap.10. num.33. & num.51.* nam Episcopus, citra testamentum, quo ad omnia alia usufructuario æquiparatur, qui potest fructus, quos percipit, liberè disponere, & prout libuerit, ex *glos.* ordinaria *in cap. præsenti de offic. ordinar.*

in

in 6. verb. reſervari, quam communiter DD. ſequuntur. Hoc ipſum etiam dixit *Panormitan. in cit. cap. ad hæc num. 3.* & *Philippus Corneus conſ. 314. num. 2. lib. 3.* ubi inquit, hanc eſſe communem opinionem, & de conſuetudine ſervari, nec eſſe ab ea recedendum, idem teſtatur *Bellon. conſ. 3. num. 50.* & *Jul. Clar. lib. 3. ſentent. §. teſtamentum qu. 14. verſ. quartò videndum eſt*. Imò & Prælatus ipſe dominium fructuum collectorum acquirit, taliter quod de eis jure externo facere, quicquod voluerit, poſsit, nec in his alium Judicem habet, quod ab eis rationem exigat præter Deum; & hoc, quia aliàs totus Mundus litibus involveretur, & ſic erunt intelligenda, quæ latiùs explicat *Dominicus Sotus de juſt. & jure lib. 10. quæſt. 4. art. 2. 3.* & 4. & in fine, concludit *Molin.* ſupra cit. ſemper eum vidiſſe in hoc, contra Cameram Apoſtolicam judicatum, & pronuntiatum, quoties de prædictis orta fuit controverſia.

Maxima eſt controverſia inter DD. 44 num donatio inter vivos facta ab Epiſcopo in infirmitate conſtituto, ex qua mors ſecuta eſt, & de bonis, juribus Eccleſiæ quæſitis ſit valida: nam per negativa ſententia adſtipulantur *text. in capit. relatum*, & *in cap. ad hæc de teſt.* quibus juribus cavetur, non poſſe Epiſcopum in infirmitate conſtitutum, niſi aliqua, tamen moderatè donare intuitu eleemoſynæ, & ad pias cauſas, ut notarunt *Covarru. in cap. in officiis de teſtib. num. 5.* ubi aſſerit *modo in hac donatione moderamine utatur, ſi ex ea ægritudine decedat Anchar. Imol. Barbat. & Abb. in cit. cap. ad hæc*, *Adden. ad Molin. de primog. Hiſpanor. lib. 2. cap. 10. num. 1.* idem *Panormit. in cap. cum in officiis de teſt. nu. 6.* aſſerit in hoc neque valere conſuetudinem permittentem perſonis prædictis diſpoſitionem omnium bonorum, & conſanguineis relinquere propter fraudis ſuſpicionem. Secundò facit *gloſ. in cap. præſenti de offic. ordinar. in 6. verb. reſervari*, qua cavetur Clericos in ægritudine conſtitutos, quo ad diſponendum de bonis prædictis uſufructuario æquiparari, quibus nulla bonorum diſpoſitio, in quibus uſum habent, eſt permiſſa, ſed ſolùm ſibi neceſſaria aſſumere poſſunt, pro qua etiam opinione facit *gloſ. in cap. fin. de pecul. Clericor. & in cap. quia nos de teſtib. Barbat. in cap. requiſiſti de teſt. num. 34.* aliique adducti per *Covarruv. in cap. in officiis de teſtib. num. 1.* Tertiò facit, quia Clericus, qui de bonis intuitu Eccleſiæ teſtari non poteſt; ſi ea, in ægritudine conſtitutus donet inter vivos, cenſetur id in fraudem teſtamenti feciſſe, nec ſolùm inter vivos, ſed potiùs cauſa mortis, vel ex ultima voluntate videtur donare, ex *text. in leg. filiæ meæ emancipatæ, & ægræ ff. ſolut. matrim.* Quo *text.* cavetur, quod ſi Pater ſtipulatus fuit filiæ ſuæ, ut ſibi dos redderetur ſoluto matrimonio, & non in caſum repudii, ſi maritus, uxore ſua ægra exiſtente, in fraudem fecit cum ea divortium, ut ſic ipſa in matrimonio non deceſſeret, & dos potiùs hæredibus viri, quam patri redderetur, *Ulpianus* ait, adhuc patri, mortua filia utile judicium recuperandæ dotis, dandum eſſe, ubi *Bart.* rationem aſſignat, quia repudium fraudulentum patri non præjudicat. Quartò, quando aliqua diſpoſitio juxtà regulas juris fieri non poteſt, & in ejus locum ſubrogatur alia, quæ fieri poteſt, quæſito colore, illa alia non eſt valida, & cenſetur facta in fraudem primæ diſpoſitionis, quæ fieri non poterat, ex *text. in leg. Sulpitius ff. de donat. inter vir. & uxor. leg. ſi filiæ ff. de divortiis*, *leg. ſi cum mulier ff. rerum annotar. leg. cum ratio §. fraudis dotem ff. de jur. fiſci*, & *l. qui pœna §. 1. ff. de manumiſſ. gloſ. in cap. Rainutius verb. deducendas de teſtib. Boer. deciſ. 287.* ex quibus juribus colligitur donationem inter vivos factam à Clerico, maxima ægritudine laborante, invalidam eſſe, tamquam de fraude ſuſpectam.

Sed his non obſtantibus contrariam ſententiam veriorem, & probabiliorem eſſe cenſemus, ſicq; quod poſſit Epiſcopus in ægritudine conſtitutus, ex qua ſequatur mors, inter vivos donare de bonis intuitu Eccleſiæ quæſitis nulla terminata quantitate, ſed ad ejus libitum, ad pias cauſas, intuitu eleemoſynæ &c. nec donationem ipſam infirmari ex capite infirmitatis prædictæ, & hæc ſententia multis rationibus, & authoritatibus munitur. Nam pro ea primò facit *Molin. de primogen. Hiſpanorum lib. 2. cap. 10. num. 40. cum ſeqq. Vaſquez in opuſcul. moral. tit. de redit. Eccleſiaſticis cap. 1. §. 3. dub. 6. Sanchez* ſimiliter *in opuſcul. moral. lib. 2. cap. 2. dub. 53.* citat *Navar. opuſcul. de redit. Eccleſiaſticis quæſt. 3. numer. 1. pag. mihi 187. Sarmient. de reddit. part. 4. cap. 4. num. 78.* ubi ſubdit, non valere, ſi fiat in uſus profanos, non quod deficiat poteſtas, ſed quia præſumitur in fraudem fieri. Adſtipulantur etiam *Gratian. diſcept. forenſ. diſcept. 854. n. 59. P. Thom. Sanchez lib. de præceptis Decalogi cap. 6. num. 12.* & moventur infraſcriptis rationi-

Digitized by Google

nibus, & in ejus *opusc. moral. lib.* 2. *cap.* 2. *dub.* 53. Primò, ex eo quia Episcopus sit æger, vel sanus, non impeditur quominùs suam exequatur obligationem, sed tenetur tales reditus in pios usus distribuere, ergo etiam æger potest explere hanc obligationem. Secundò, quia esset valdè absurdum, ut reditus ecclesiasticos; qui pauperibus largiendi sunt, non posset æger donare inter vivos, si inter vivos donatio promota statim valet, ut suprà ostensum est. Tertiò, si apud omnes est absolutissimum, posse Episcopum liberè, de bonis ab ipso Ecclesiæ intuitu quæsitis, quamcumque donationem inter vivos facere, nec aliam dispositionem, quam ultimam voluntatem sibi esse prohibitam, consequens est, ut idipsum facere possit etiam si sit in ægritudine cõstitutus, non enim desinit esse donatio inter vivos, illa quæ ab ægrotante, & etiam morti proximo facta est, ut probatur ex text. singulari *in leg. Seja §. Pater ff. de donationib. causa mortis*, per illa verba: *Eum autem, qui absolutè donaret, non tam mortis causa, quàm morientem donare*, per quem text. ait *Bart.* ibidem, quod infirmus non præsumitur causa mortis, sed potiùs inter vivos donare, nisi de reddendo convenerit, vel mortis mentio fiat, quem ibi communiter Scribentes sequuntur; idipsum etiam sequitur *Alexander in leg. quæ dotis num.* 6. *ff. solut. matrimonio*, *Gulielm. de Benedictis*, qui plura refert in repetitione *cap. Raynutius de testib. verb. testum. il* 4. *num.* 22. *cum sequentib.* Quartò, hoc etiam optima alia ratione comprobatur. Nam si Prælatus ex infirmitate convalesceret, donatio ipsa non revocaretur, sed res donata apud donatarium remanere deberet, igitur nulla alia fraude probata, quam infirmitate, non in fraudem testamenti esse factam dicendum est, cum possit Prælatus convalescere, & res donata apud donatarium remanere deberet. Quintò probatur etiam à simili: nam si filii legitimati per subsequens matrimonium contractum ab existente in articulo mortis, substitutum excludunt, sub conditione si sine liberis decesserit, prout tenent *Alexander in leg. si quis posthumos ff de liber. & posthum. num.* 4. *Jason. in l. sed est quæsitum num.* 11. *ff. eod. Felin. in cap. in præsentia de probationibus num.* 36. *Ripa in leg. ex facto §. si quis rogatus ff ad Trebell. num.* 48. *Covarruv. de sponsalib. §.* 2. *par.* 2. *cap.* 8. *num.* 10. *Paris. cons.* 13. *nu.* 68. *lib.* 1. ubi plura in idem adducit, & alii relati per *Molin. de primogen. Hispanor. cap.* 5. *lib.* 2. *num.* 26. Et hoc ea ratione, quia quamvis matrimonium, quod contrahitur tempore mortis, quodammodo censeatur in fraudem substituti contractum, non tamen dicitur substituti fraudare is, qui jure suo utitur, actumque mero jure permissum facit, prout advertunt prædicti Doctores. Quæ tamen doctrina limitari solet, quandò aliundè constaret matrimonium contractum fuisse in fraudem substituti, ut si quis in articulo mortis matrimonium contraxit, idque expresè dixerit, vel minatus fuerit substitutum, dicens, quod contraheret matrimonium in ejus fraudem, & ad ejus exclusionem; tunc namque quamvis matrimonium validum sit, filii tamen substitutum non excludunt, ut dixit *Alexander in dicta leg. si quis posthumos num.* 4. ubi inquit ab omnibus hoc esse receptum *num.* 11. *Decius in cap. in præsentia de probation. num.* 56. ubi *Ægydius de Bellamera num.* 40. & *Augustinus Berous num.* 203. *cum seqq. Paris. d. cons.* 13. *num.* 68. *lib.* 1. *Anton. Gomes. in l.* 9. *Tauri num.* 58. & 59. *Ripa in leg. ex facto §. si quis rogatus num.* 48. *ff. ad Trebell.* & *Rovit. cons.* 78. *num.* 8. *lib.* 3. aliique adducti per *Molin. loc. cit. num.* 27. *&c.* Sextò comprobatur etiam in ingressu Religionis, nam si quis in articulo mortis constitutus ingrediatur Religionem, adhuc Religio Monasterium substitutum excludit, ut probat *Felin. in cap. in præsentia de probationib. num.* 36. & clariùs *Decius ibidem nu.* 56. & *Antonius Gomes. in dicta leg.* 9. *Tauri nu.* 59. contra *Bald.* qui contrarium censuit *in dicto cap. in præsentia num.* 34. Licèt hoc fallat, si fraus probetur, & fuisse in fraudem substituti ingressum Monasterium, ut putà si ingressus Monasterium hoc expresit, vel minatus fuit substitutum, tunc enim etsi ingressus Religionis valeat, non tamen excluditur substitutus, ut resolvit *Panormit.* referens *Abbatem in dicto cap. in præsentia de probationibus n.* 45. & 46. id quod etiam sequuntur *Felin. ibi n.* 34. & *Decius num.* 56. & *Augustinus Berous num.* 560. & *Antonius Gomes. in dicta l.* 9. *Tauri num.* 58. & idem *Molin. loc. cit. num.* 28. Septimò, propter opera, & officia pietatis, ut scilicet nuptui tradantur viduæ, & virgines pauperes, possunt alienari ipsamet bona Ecclesiæ, per *text. in cap. viduas* 1. *quæst.* 2. *leg. cum is §. si in ea opinione ff. de condit. indebit.* ubi *Bart. &c.* à fortiori eadem causa interveniente poterunt per Episcopos donari inter vivos fructus intuitu beneficii acquisiti, qui ipsis sunt jam quæsiti totaliter,

Digitized by Google

ter, per *text. in authentic. multò magis Cod. de Sacrosanct. Eccles.* Et postremò asserit *Molin. de primogen. Hispan. loc. cit.* sic hoc vidisse receptum, & intellectum in supremis Tribunalibus, & quamvis ipsa Camera Apostolica tentasset hujusmodi donationes infringere, nunquam in ejus favorem pronunciatum fuisse, quamvis propter opinionum varietatem semper hujusmodi lites concordia componi soleant. Et ex his omnibus firma remanet illa secunda opinio, fundata. Ad primam oppositionem respondemus, sicque ad *text. in cit. cap. ad hæc*, duobus modis. Primò text. prædictum loqui non de bonis à Clerico intuitu Ecclesiæ acquisitis, sed de rebus ipsius Ecclesiæ, de quibus ipse Clericus habebat administrationem, & sic illum intellexerunt *Abb. ibidem num.2.3. & 4. & Barbat. ibi notabil.1. Martin. Navar. cap. fin. 16. qu.1. & prima quæst. principali num.86. & 87. Sarmient. de reditib. Ecclesiasticis par.2. nu.3. & part.4. cap.4. n.7.* Id quod magis confirmatur ex *text. in cap. cæterum de donationib.* juncta *glos. verb. ratum*, quo cavetur posse beneficiatum de rebus Ecclesiæ aliquam moderatam quantitatem inter pauperes donare, cujus Decretalis dispositionem *text. in dict. cap. ad hæc*, extendit etiam ad Clericum in ægritudine constitutum, pro quo etiam facit opinio *glos. in cap. præsenti de offic. ordin. in 6. verb. reservari*, ubi distinguit inter Clericum habentem administrationem, & non habentem, & subdit, quod Clericus habens administrationem quamdiù vivit, & sanus est, potest dare aliqua moderatè, juxta dispositionem *cit. cap. cæterum*, & sequitur quod si incipiat infirmari, possit etiam moderatè ad pias causas de bonis prædictis disponere, juxta dispositionem *cap. ad hæc &c.* sensus, & interpretatio assignata à Doctoribus in *cit. cap. ad hæc*, verissima est, quod loquatur de bonis Ecclesiæ, de quibus etiam in infirmitate constitutus potest quis aliqua moderatè ad pias causas disponere. Vel secundò respondere possumus, invalidum esse argumentum à contrario sensu, quod prætenditur fieri, cum sit contra jura supra adducta. Asserit namque text. quod Clerici in ægritudine constituti, possunt moderatè aliqua in pauperes distribuere, ergò non est sumendum argumentum à contrario, consanguineis, vel aliis, non pauperibus, non possunt bona intuitu Ecclesiæ quæsita inter vivos donare in ægritudine constituti: nam argumentum hoc est contra jura supra tradita, quibus permittitur personis prædictis etiam hoc casu inter vivos donare, cum etiam donatio inter vivos dicatur illa, quæ ab ægrotante fit, ut suprà diximus. Ita *glos.* communiter recepta *in cap. significasti de for. compet.* ubi latè *Felin.* & communiter DD. Ad secundum respondemus *glos.* prædictam, veram esse in testamentis, & ultimis voluntatibus, non autem in donatione inter vivos, nam in hoc est falsa, quia nulla terminata quantitate Prælatus in hoc disponere potest, ut suprà diximus. Nec etiam secundùm veriorem opinionem Prælatus omninò usuario, nec usufructuario compatatur, quamvis quoad aliqua, quandoque usuario, & quandoque usufructuario æquiparetur, ut notat *Covarru. in cap. cum in officiis de testib. num.1.* & sic de ratione *glos.* non est curandum. Ad tertium, & quartum respondemus *cit. leg. filiæ meæ emancipatæ, & ægræ ff. solut. matrimon.* cum aliis juribus adductis non obstare, nam omnia jura prædicta loquuntur, quando aliundè constat actum fuisse in fraudem celebratum, prout in specie notavit *Paris. cons.13. num.68. lib. primo*, & hoc casu certum, & absolutum est dolum, & fraudem nemini debere patrocinari, nec sustinendam esse donationem, quæ apertissimè in fraudem ultimæ voluntatis facta fuerit. Nos autem loquimur, quando de fraude aliunde non constat, nam ex sola ægritudine præsumenda non est, nisi aliundè probetur. Idem *Molin. & Gratian.* locis supracitatis.

Prælati, vel Ecclesiæ beneficiales, 45 laudemia ob alienationes emphyteuticas rei tempore prædecessorum factas; nec dum exacta rectè petunt contra novissimos emphyteutas; pariterque agunt pro fructibus maturatis, & non exactis; quod ex infrascriptis in quadam facti contingentia plenè enucleavimus. Dicebamus enim, quod triplex jus successionum super fructibus beneficiati obeuntis considerari potest. Primum commune, locale alterum, seu particulare Julii III. postremum Sixti V. Priori illo, fructus beneficii vacantis futuro successori servabantur *cap. præsenti de offic. ordin. in 6. Clement. statutum eod. tit. cap. cum vos de offic. ordin.* illa tamen adhibita distinctione, ut collecti ad hæredes beneficiati tribuantur, pendentibus ad Ecclesiam, sive in beneficio successorem delatis *Glos. & Bart. in l.1. Cod. de annon. civil. lib.11. Glos. in cap. si propter, in verbo primi anni de rescript. in 6. Covarruv. variar. lib.1. cap.15. num.12. versic. prius*

tamen quam ab hoc egrediamur, *Guttier. Can. quæst. lib.1. cap.33. num.1.* & communiter testantur *Scip. Renden. prompt. sentent. jur. tit.50. num.6. Calder. col.329. in princip.* aliàs *de pecul. Cler. Card. Tusc. tom.4. in verb. fructus concluſ.516. Ricc. tom.4. deciſ. Cur. Archiepiſcop. 98. nu.1.* aliorum autem classis Doctorum eamdem sustinentium opinionem, diversa tamen methodo distinctione illa vsa est; quam in fructibus fructuario vivente maturatis servamus, ut quemadmodum illorum collecti transmittuntur ad hæredes, pendentibus successori servatis, *leg. si ususfructus ff. quib. mod. ususfruct. amitt.* sic etiam in beneficialibus dicendum censuit, ut perceptis hæredi præstitis, pendentes successori tribuantur, quam paritatem tunc demùm dixit procedere, cum beneficium administrationem associam non haberet, secùs quando illam complecteretur; quo casu, licè beneficiatus vivens fructuario comparttur, moriens usuario similis rediture, cui finit usus cum vita, ut proindè fructus adhuc perceptos, non tamen consumptos Ecclesiæ præstet, vel successori, *Glos. in cap. fin. de offic. ordin. in 6.* quam communiter consuetudinem approbasse scripsit *Bell. cons. 3. Bald. cons.255.* incipit *Abbas fecit Tusc. loco relat.* & *volum.1. in verb. beneficiatus concl.79.*

Alteram sectarunt sententiam quidam Doctores, existimantes fructus postremi anni, quo vita cessit beneficiatus inter ipsius hæredes, & successorem fore partiendos, quam *Alberico* displicuisse refert *Covarru. relat. loc.* quod etiam annuit *Episc. Genuens. In praxi Archiepisc. in adnotat. ad cap.53.* & seriùs attestatur *Episc. Ricc. tom.4. dicta deciſ.98. in fin.* inibi acerrimè defendens fructus pendentes nullo modo communicari cum hæredibus beneficiati, in quam opinionem eundem *Covarruvias* descendisse confitetur, sic communem firmat rejecta penitùs præcedenti. Eandem amplectuntur *Thesaur. deciſ.143.* qui Senatum ejus pensiones, & fructus in vita beneficiati maturatos, exclusis illius hæredibus, successori conferre decrevisse tradit, illud fortiùs subdens, quod, & si pro illorum satisfactione prædecessor Judicem adijsset solutione non sequuta, adhuc successori deberi, quam doctrinam Rotæ Romanæ decisione roboratam additio ejusdem *Thesauri* adnotavit adducens *Cavalc. dec.44. nu.23.24.* & *27.* & *dec.18. part.1.* Quæ quidem exarata adeò clara sunt, ut etiam si fructus essent à solo divisi, & in area, vel fundo, vel horreo existentes, Ecclesiæ nihilominùs sint præbendi, itidemque si colonus penès se ipsum illos retineret servatos, nec dum defuncto detulisset, atque etiam si fructus essent collecti, & non consumpti, adhuc ab illis hæredes beneficiati abstinendos esse enixè probavit idem *Cardin. Tusc. d. concluſ.516.*

Illud autem est advertendum ex DD. determinatione fructus beneficiati præmortui ad hæredes transmitti volentium, consuetudine locorum delationem ipsam indici, non autem jure communi, cum ex hoc Ecclesiæ tantùm tribuantur apertissimo *textu in cap. delatum il 2. de testib.* quemadmodum tuetur *Jos. Ludovic. dicta deciſ. Peruſ.33. num.15.* qui ulteriùs etiam quæcumque ex fructibus beneficiorum quæsita ad successorem devenisse probavit ex *Bald. Imol.* & quampluribus *num.16.* quorum vexillum sequuntur alii cum *Cavalcan. deciſ.44. lib.1. num.21. cum ſeq.* ubi plurimis munitam decisionibus refert opinionem pro Episcopo successore, & alibi, nempè *deciſ.30. num.2. lib.1.* ubi fructus, & si mille annorum exacto curriculo existentes, ac bona ex illis obventa ad Ecclesiam, vel successorem, non ad hæredem Prælati, vel Cameram Apostolicam deferri debere, adhuc si essent exacti, quod jus commune Juliana etiam complectitur constitutio. Quæstionem autem illam an bona per Prælatum defunctum adepta quæstum referant beneficii fructibus, nec ne examinandam *Tusco* remittimus *in verb. bona Prælatorum concl.112. vol.1.*

Alterum autem jus locale, sive particulare Julii III. à communi illo parùm distans illius fines egreditur, disponendo fructus etiam perceptos beneficiato Ecclesiam regenti fore servandos, ut annuit idem *Cavalc. d. lib.1.* dictaque *dec.44. num.1. ad 5.* quamvis illud extra Romanam dictionem Mediolanensem dumtaxat statum suis mandatis parentem agnoscat correctione recepta per bullam Sixi V. aliasque, ut ad sensum ostendit *Cavalc. cit. deciſ.30.* & pari claritate *Ricc. collect.659.* & *1749.* licèt nullatenus articulum hunc, an scilicet fructus percepti debeantur successori, vel hæredi jus illud attigisse, testatur *Maceraten. lib.1. var. reſolut.46. num.6.* in quo juri communi conformem se reddidisse asseveravit *num.12.* cui se subscripsit *Marescott. var. lib.2. cap.2.* ubi Julii constitutionem commemorat. Ultima verò Sixti V. fructus non perceptos Apostoli-

ca

Digitized by Google

ea Camera devolvi statuit, juris hujus meminit idem *Cavalc. dicta dec.30.nu.4. cum seq.* ubi tradit bullam Julii de fructibus non exactis disponentem, nec apud Mediolanum servari, cæteras bullas limitationes illi præscribentes amplexum, eodemque *Riccio* in dictis collectaneis advertente.

Quibus omnibus ea congruunt, quæ sparsim vagantur per ora Doctorum, & præsertim *in l.defuncta aff.de usufruct.* Recollectis ante obitum hæredes potiri *Guid. Pap. decis. 109.* pendentibus successori translatis *Joseph. Ludovic. dicta dec.33. Cavalc. dicta dec.30. & 44. lib.1. & 5. Thes. dicta decis.143. Ricc. dicta decis.93. num.3.* eò tantùm, vel Cathedræ, vel fori disputationi relicto, an eadem distinctio simplicia pariter beneficia sit amplexa, juxta tradita per eundem *Cavalc. decis.44.num.4. in fin. Tusc. dicto tom.4.* dictaque *concluf.516. in verb. fructus num.3.* de quibus beneficiatis tribuitur dispositio, nam de iis, qui annexam habent administrationem, libera successori præbetur disponendi facultas distributione quadam in consilium potiùs, quàm præceptum indicta, ut ex *Ricc. nuperrimè cit. loc. num.24.* At ut quæstionem jaculis eo minùs tacta, propriori eo minùs gladio feriamus, *Maurum Burg. in tract de laud. fol.178.* inducimus *part.1. inspect.4. num.54.* in terminis articulum examinantem, an Prælato, vel Ecclesiæ beneficiali decesso, laudemia, nec exacta, nec petita ob emphyteuticam rem viventibus ipsis distractam hæredibus, vel successori debeantur, qui dum hæredibus favens dixisset, illis tribuenda laudemia, quorum intererat præteritas pensiones exolvere, enixè, & apertè deindè subdit, quod in contrarium exclamat veritas, quia fructus pendentes Prælato successori, non hæredi prædecessoris deferuntur *glosam* afferens communiter receptam, ubi cuncti Doctores *in dicto cap. si propter de rescript. dicto cap. præsenti de offic. ordin. in 6. Thom. Franc. Hostiens. Henric. Boice. Cardin. Imol.* & præter eos *Tiraquell. de retract. convent. §.5. glos.4. num.2. Covar.* multoties repetitis locis, & *Joseph. Ludovic. dicta decis.33 num.1.* illis usus rationibus, quarum aliquas, & nos attulimus. Prima, quod quemadmodum successor Episcopalia jura solvit, etiam pro tempore, quo prædecessor vixerat, quove fructus collegerat, ex *Valasc. de jur. emphyt. quæst.17. num.18.* Sic à pari laudemia, & si prædecessore vivente, quæsita successori servanda, cui transit onus jurium Episcopalium. Secunda, quia fructus, & obventiones è jure laudemii demanantes quoad non fuerint exacti solo hærede, atque ad instar fati ex illo pendere videntur, *Surd. cons.84. num.4.* Unde collata Ecclesia successori, fructus ex illa pendentes eidem conferri non est hæsitandum. Postremam subdit illam, nam si laudemium ratione investituræ solvitur, investienti erit præstandum, contrariis exinde ita satisfacit illud habere locum in pensionario, qui separatos penitùs habet fructus pensionis à beneficio, & sic à beneficio ipso disparitate sejunctos; quam responsionem firmamus, etiam doctrina *Riccii dicta decis.98. num.2.* unde etiam fructus ex beneficio quæsitos nullatenus beneficiatus ad hæredes transmittit, prout ex *Gigante*, & *Sua* tuetur allegatis per eum idem *Burgius cit. loc.*

Quibus aliàs ad exuberantiam subnectere libeat ex pluritate modorum præstandi laudemia, quos congerit idem *Burgius* allegata *part.1. inspect.5.* Nam, vel illa debentur ob laudationem, consensum, seu approbationem, ac licentiam distractionis à Domino factæ, & hæc fieri nequeunt, nisi à Prælato tunc Ecclesiam gubernante, & sic venditionem fundi, de quo agitur, non alter poterit laudare, probare, vel in ea consentire, quam Successor Prælatus, cum nemo illam probavit, assentiit, vel laudavit; aut debentur in argumentum subjectionis, & recognitionis, & supponimus alium Prælatum non fuisse recognitum; cuive possessores se submiserunt; aut ratione subscriptionis, vel confirmationis contractus; & alterius Prælati signo alienatio non roborata supponitur; aut ob reverentiam, obsequiumque exhibitum per novum emphyteutam directo Domino illius dominicalia jura colendo.

Congruè superioribus illa poterit subnecti ratio; quod cum laudemium sit onus reale *Jason. in leg. fin. Cod. de jur. emphyt. num.41. Afflict. decis.195. Franc. Solson. de laudem. cell.1. num. 56.* non erit simpliciter inter fructus connumerandum; unde triplici illa adducta fructuum distinctione, naturalium, qui immediatè producuntur à re; industrialium ab hominum ingenio derivantium, & civilium, qui alio vocabulo fructi nuncupantur, cum civiliter immediatè percipiantur à jure, sive obligatione, lege, vel homine providente inducta *l. si navis*, ibi: *non natura perveniunt, sed jure percipiuntur, ff. de rei vindic.* inter hos

noviſſimum ſibi vindicat locum laudemium; ut propterea fructus fictos illa vocaverit *Bald. in leg. traditio in fin. Cod. de act. empt.* qui quidem non propriè fructus nuncupandi ſunt, ſed obventiones, vel emolumenta, cum non ex ipſo corpore, ſed alia extrinſeca cauſa, vel adventitia deveniant, *leg. uſura pecuniæ ff. de verb. ſignif.* latè *Alexan. in leg. divortio in princip. colum. 9. verſ. puto autem ff ſolut. matrim.* cum igitur laudemium non dicatur ſimpliciter fructus, dum Prælati prædeceſſores dominium directum ſuper fundo, vel ignoraverunt, vel obmiſerunt, rectè peti poteſt ab Eccleſia, & pariter à Prælato in ea ſucceſſore (cum Prælati factum Eccleſiæ, vel ſucceſſori non obſit, ut inferiùs.) Quamvis autem ob laudemia non ſoluta res non incidat in commiſſum *Surd. deciſ. 200.* tamen hoc dilegma evitari nequit; nam vel negando ſolvere non curat inveſtiri emphyteuta, & incidit in commiſſum ad ſuperiùs tradita, cum laudemium in recognitionem dominii debeatur, ut præter illos, quos adduximus dicit *Amed. de Pont. de laudim. quæſt. 1.* vel non vult ſolvere negando ſe emphyteutam, & ex hoc cadit à jure ſuo, idem *Corbul. dict. tract. de jure emphyt. tit. 1. num. 2.* Prædictis conſonant, quod Eccleſia immortali vita fruens nunquam objit, licet Prælati illius moriantur *cap. liberi 12. quæſt. 2.* ut propterea adhuc Prælato deceſſo vacare non dicatur, cum ipſa poſſideat, *Bald.* & alii *in leg. final. Cod. de ædict. Div. Adrian. tollen.* & *in leg. unic. in princip. Cod. de caduc. tollen. Pariſ. conſ. 24. num. 7. vol. 1.* imò Prælatus ſucceſſor in juribus Eccleſiæ tanquam illius rerum geſtor ſuccedit, ac procurator, *cap. 2. de donat.* & quod fortiùs, in beneficio ſuccedens, tamquam Prædeceſſoris hæres dicitur advenire, *cap. convenior 32. quæſt. 8. gloſ. in cap. 1. de ſolut. Ricc. dicta deciſ. 98. num. 3.*

Quod autem ſupradicta ſint intelligenda in beneficio ſimplici, non autem in eo habente adminiſtrationem beneficio annexam; colligitur ex dictis per Epiſcopum *Ricc.* in ſæpius memorata *deciſ. 98.* in qua facta mentione ejuſdem conſuetudinis, ac tranſactionis inter Clerum Neapolitanum, & Reverendam Cameram, eandem ſequitur opinionem, nempè fas eſſe Clericis Neapolitanis de beneficiorum fructibus, ac de bonis ex illis quæſitis ad eorum libitum diſponere, & ad eorundem ſucceſſionem admitti etiam venientes ab inteſtato; attamen apertè loquitur de fructibus jam collectis à beneficiato defuncto, & in ejus horreo repoſitis, cum pendentes vel Eccleſiæ, vel ſucceſſori in beneficio ſint deferendi; ut ex pluribus juribus, atque Doctoribus probat *num. 7.* Quamvis autem alicubi etiam in fructibus pendentibus ſuccedant hæredes beneficiati, vel ex teſtamento, vel ab inteſtato; id procedit ex ſpeciali locorum conſuetudine, quemadmodum ex *Barbat. in cap. fin. col. 5. de pecul. Cleric.* tradit idem *Ricc. deciſ. 98. num. 9.* quod firmat authoritate aliorum procedere adhuc in Diœceſi Mutinenſi in Gallia, & apud Hiſpanos, ac alibi *Parlad. diff. 120. §. 1.*

In multis Regni Diœceſibus adeſt im-46 memorabilis conſuetudo, ut quarta pars mobilium, lectum, vel quid aliud debeatur Epiſcopis, vel Eccleſiæ, vel ut aliquid piis operibus per Epiſcopos, vel Archipresbyteros diſtribuatur quando aliqui moriuntur ab inteſtato; ſicut adeſt in Diœceſi Salernitana, ut patet in Synodo Diœceſana edita in an. 1579. *cap. 1. de teſtament.* tenoris ſequentis: *Immemorabilem, ac laudabilem Eccleſiæ noſtræ conſuetudinem hactenus inviolabiliter obſervatam, ut ii, qui inteſtati decedunt, Archipresbyteri teſtamenta conficiant ad pias cauſas uſque ad quartam partem bonorum, approbantes, & præſenti decreto innovantes, præcipimus omnibus, & ſingulis Archipresbyteris, ut ejus rei ſummam curam gerant, & quoties aliquis inteſtatus deceſſerit, adhibeant ſecum loci Syndicum, & Electos, aut alios probos viros ſibi benè viſos, à quibus de perſonæ defunctæ bonis rectè inſtrui poſſint, illius teſtamentum coram eiſdem à publico Notario, vel aliquo Presbytero conſcribendum, & à ſe ſubſcribendum ad pias cauſas conficiant, habita ratione filiorum, aut filiarum, ſororumve, aut conſanguinearum nubilium, ſi quæ ſunt. Quod ſi aliqui in teſtamenti hujuſmodi confectione ſe gravatos prætendant nos adeant, qui rerum, locorum, ac perſonarum qualitate penſata ſuper gravamine hujuſmodi paterna charitate omninò procedere curabimus, prout hactenus fecimus.* Talem etiam conſuetudinem eſſe laudabilem fuit ſimiliter declaratum per Clementem VIII. ut per deciſionem Sacr. Congregationis, quæ in Concilio Provinciali Beneventano reperitur impreſſa tenoris ſequentis: *Sacra Congregatio Illuſtriſſimorum, & Reverendiſſimorum Dominorum S. R. E. Cardinalium ſuper negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, ac Prælatorum, ac viſitationibus Apoſtolicis à Sanctiſſimo Domino Noſtro ſpecialiter deputatorum ad*

tol-

tollendas dubitationes, & controversias, quæ pluribus in Diœcesibus Regni Neapolitani sæpè accidunt super consuetudine illa, qua solent Episcopi disponere de quarta bonorum mobilium decedentium ab intestato, facto priùs verbo cum Sanctitate sua, ita censuit, & declaravit. Consuetudinem antedictam uti laudabilem, ubi viget, omnino retinendam fore, sic verò servandam, ut ab ipsis locorum ordinariis non ad rigorem quarta debeat æstimari, sed vocatis hæredibus certum quid taxari arbitrio boni viri personarum conditione, ac hæreditatis valore perpensis, idque totum absque ulla diminutione pro suffragio animæ defuncti de ipsorum hæredum consilio erogandum. Quòd si hæredes, vel alii contradixerint, juris remediis etiam per censuras Ecclesiasticas in subsidium ab ordinariis compescantur, & quod erit dispositum super bonis hæreditariis, appellatione remota exequatur. Et per Archiepiscopum Salernitanum consulta Sacra Congregatione super prædictis respondit vs. à tergo: *All'Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignor, come Fratello, l'Arcivescovo di Salerno*, impress. verò: *Illustrissimo, e Reverendissimo Monsignore, come Fratello l'Arcivescovo di Salerno. All'avviso dato da V. S. à questa Sac. Congregazione in materia dell'ottatorie spediteli da' Regii, acciò non faccia il testamento* ad pias causas *per quelli, che morono* ab intestato, *conforme all'immemorabili consuetudini, che si osservano costì, quelli Illustrissimi miei Signori m'hanno ordinato di rispondere, che difenda, e mantenga le sue ragioni, e così lodevole, e pia consuetudine, e per suo ajuto si dà ordine al Nuntio di Napoli, che lo assista, lo protègga, e faccia quell'officii, che saranno necessarii per quest'effetto, e nostro Signore la conservi. Di Roma li 21. Marzo 1614. Di V. S. come Fratello affezzionatissimo, il Cardinal Gallo.* Supradictas autem, & alias consuetudines esse laudabiles, & per Episcopos posse cogi laicos ad illarum observationes, est textus adductus *in cap. ad Apostolicam de Simon.* & probantur per legem Imperatoriam *in §. si quis Episcopus vers. de consuetudine in auth. de sanctiss. Episcopis*, & Doctores illas validas esse testantur *in dicto cap. ad Apostolicam Gloss. Innocent. Hostiens. Zabar. Anchar. Butr. Anan. Panormitan. Felin.* & quotquot ibi scripserunt, afferendo exempla de decima, & quarta parte mobilium de lecto defuncti, de vestibus, pecunia, & aliis similibus *gloss. in cap. qui sancta*, & ibi *Turrecremata 67. distinct. Hostiens. in summa de Simon. sub num. 6. vers. quod si deportato*, *Faber in §. pauperum in verb. revertendi instit. de rer. divis. Henricus Boich. in cap. Jacobus num. 6. de simon. Cassad. decis. Rot. unic. de consuetud.* ubi late, *Cacher. decis. Pedem. 99. num. 17. & 18. Ripa de peste §. accedo num. 111. Silvest. in verb. consuetudo q. 8. num. 21. Navar. cons. 1. num. 2. de censib.* & in Hispania adsunt leges partitarum *15. tit. 17.* ubi *Gregor. Lopez, & 9. tit. 19. part. 1. Covarru. var. resolut. cap. 17. sub num. 3. lib. 1.* cum allegatis per *Jo: Gutier. canon. quæst. lib. 2. cap. 21. num. 140. & 141. Suar. de virt. Relig. tom. 1. lib. 4. cap. 49. num. 10.* & pluribus rationibus probat *Genuens. in sua prax. cap. 96. per totum.*

Imò cum hæc sint introducta non ratione Sacramentorum, vel alterius juris spiritualis, sed tantùm vigore consuetudinis consensu Populi, non solùm valet pro operibus piis, sed etiam pro propriis indigentiis, ut per *Card. Zabar. in cap. Jacobus de Simon. num. 3. Jo: Andr. num. 4. Anan. num. 3. Brun. num. 4. Panormit. num. 2. & Felin. num. 3.* & cæteri Scribentes *Cassad. dicta decis. unica nu. 1. Felin. in cap. cum M. Ferrarien. num. 21. de constit.* Et valere consuetudinem, ut Episcopus habeat bona Presbyteri ab intestato decedentis, consuluit *Purpurat. cons. 178. num. 4. lib. 2. Piag. de consuetud. quæst. 11. num. 593.* & consuetudinem Delphinatus, ut decedente Vassallo sine liberis, licèt habeat defunctus alios legitimos hæredes, succe dat Dominus, esse validam, determinat *Guid. Pap.* post *Hostiens.* quem allegat *in decis. 131. per totam.* Ad idem facit *Textus in authen. omnes Peregrini Cod. comm. de succes.* ubi habetur, ut hæreditas Peregrinorum per Episcopos distribuatur in pios usus, cum qua concordat lex Hispana *part. 31. tit. 1. partit. 6.* nec obstat, quod illa loquatur, quatenus defuncti hæredes non habeant: nam respondetur, quod tunc illa bona ad filium pertinerent *leg. 1. §. Divus ff de jur. Fisc. leg. 1. & 4. Cod. de bon. vacant. lib. 10.* Si ergò pii Imperatores, & Reges æquum censuerunt etiam in eorum præjudicium pro anima defuncti in totum ejus bona distribui arbitrio Episcopi, cur non potest in partem per consuetudinem induci in privatorum præjudicium, cum ex eorum consensu consuetudo inducatur? Siquidem consensus Populi est immediata consuetudinis causa *Butr. in cap. fin. num. 7.* & omnes *de consuetudine*, maximè arbitrio Episcopi, de quibus cura satis confidunt, ut est videre in executione piarum dispositionum

num

num *cap. 3. de testament. Concil. Trident. cap. 8. sess. 22.* & in distributiones incertorum *cap. cum sit de Judæis, cap. quamquam de usur. in 6.* & notatur in *cap. cum tu extra de usur.* Ad idem facit *textus in const. Regni Dohanæ*, ubi disponitur, quod quando Fiscus succedit defuncto in certis casibus, tertia pars bonorum pro ejus anima erogetur, & ibi *Affl. nu. 13.* Et si hoc induci potest per legem, cur non per consuetudinem, quæ vim legis obtinet *cap. consuetudo* cum concordant. *1. distinct.* maximè immemorabilis, quæ privilegii assensus constituti, & certæ scientiæ vicem gerit *cap. super quibusdam §. præterea*, ubi *DD. de V. S.* notatur in *leg. hoc jure §. ductus de aqua quotid. & æstiv. Affict. decis. 254. num. 4.* cum allegatis per *Pariscons. 27. num. 33. lib. 1. Piug. de consuetud. quæst. 8. num. 146.* & idem operatur, quod potestas Principis *Afflict. decis. 224. num. 9.*

Corroborantur prædicta ex eleganti doctrina *Covarruviæ in reg. peccatum part. 3. §. 1. num. 4. de reg. jur.* ubi dicit, quod mortuo eorum Domino ab intestato, sicuti lex potuit cognatos vocare, ita Princeps potest vocare seipsum, vel pium locum, aut pauperes, cum hujusmodi successio intestatorum Judicis arbitrio libero sit relicta, immò in fortioribus terminis tenet, quod potest Princeps prohibere, ne peregrinus testetur, in beneficium alienigenarum in bonis in suo Regno acquisitis, sed illa Regi deferre, ut apud Gallos Statutum esse testatur, & allegat *Gulielm. de Benedict. in cap. Rainutius in verb. uxorem nu. 1042. Boer. in consuetud. Butricensi rubr. dat istam §. ultim. Rebuff. in proem. ad leges reg. glos. 5. num. 84.* ergo & consuetudo hoc inducere potest. Confirmatur etiam, nam multa Hospitalia habent privilegia, & consuetudines, ut peregrinis in eis ab intestato morientibus ipsa Hospitalia succedant, adeò quod si eorum bona ab aliis occuparentur, vel aliis obligarentur, ad restituendum, essent obligati, ut in terminis docet *Petr. Navarr. de restitut. lib. 4. cap. 2. num. 61. vers. 7. colligo*, & *Gregor. Suar. in clav. Reg. lib. 10. tract. 2. cap. 2. sub nu. 3.* subdens id sanctè, & justè fieri tàm in favorem morientis ab intestato, & animæ illius, quàm etiam in favorem piæ causæ, & Hospitalium. Insuper si valet consuetudo, ut laici teneantur ad oblationes, etiam quando ministri non indigent, licèt de jure sint voluntariæ, & non necessariæ, *D. Thom. 2. 2. qu. 86. art. 1. in corp. Cacher. dicto cap. 21. n. 149.* cur ergo pro subventione animarum, & præsertim pro anima illius, qui erat Dominus bonorum non valet consuetudo, ut hæredes aliquid in beneficium ejusdem animæ erogare teneantur, cum anima major sit corpore, & cunctis omnibus anteponenda? *cap. ille 22. quæst. 5.* & docet Salvator *Matth. cap. 16. Quid prodest homini si universum Mundum lucretur, animæ verò suæ detrimentum patiatur?* Præterea non est dubium talem distributionem in operibus piis animæ defuncti suffragari quoad satisfactionem, etiamsi ipse de tali distributione non cogitasset, sicut alia suffragia, quæ fiunt pro defunctis non solùm per modum congrui, ut aliqui tenent, sed etiam per modum condigni secundùm alios *cap. animæ 13. qu. 2. Navarr. de jubil. not. 22. num. 20. Bellarmin. controvers. tom. 4. de Indulg. lib. 1. cap. 16. quæst. 4. Afflict. in constitut. Regni Dohanæ nu. 13.* ergò consuetudo laudabilis, quæ non solùm non nutrit peccatum, nec fini æterno repugnat, sed valdè ad eundem finem conducit, & animabus prodest *cap. consuetudo in fin. 1. distinct. Anton. & Panormit. cap. fin. num. 5. de consuetud. Menoch. de arbitr. lib. 2. centur. 1. cas. 82.*

Et ad inducendam istam consuetudinem, non solùm tempus immemorabile, vel quadraginta annorum, sed decennij sufficit *Panormit. in cap. suam num. 9. de simon. Cassad. dicta decis. unica num. 5. de consuetud. Covarruv. var. resolut. libr. 1. dicto cap. 17. num. 3. Guttier. dicto cap. 21. num. 143.* Et declarare adesse laudabilem hanc consuetudinem in istis casibus pertinere ad Episcopos, & Judices Ecclesiasticos, ex *dicto cap. ad Apostolicam*, ibi: *Veritate cognita*, docent *Panormit. ibid. num. 3. Anan. num. 4.* & *Felin. nu. 1. Suar. de virt. Relig. tom. 1. lib. 4. cap. 47. in fin.* & *48. num. 11. Concil. Trid. sess. 24. cap. 14. de reform.*

Et tales consuetudines non solùm in multis Regni Diœcesibus vigent, ut in Ecclesia Salernitana, Nolana, Nucerina, Acernensi, Caputaquensi, Cassanensi, Rossanensi, S. Severinæ, & aliis quamplurimis, sed etiam alibi. Nam in Gallia tales consuetudines esse frequentes, constat ex tractatu *Bernard. Card. altercationis Jurisdictionum in articulo laicorum 64.* & in *responsionibus Prælatorum*, qui tractatus reperiuntur in fine tractatus *de Regal. Franc.* ut refert *Genuens. in prax. dicto cap. 96. num. 1.* & in Hispaniæ adsunt dictæ leges partitarum suprà allegatæ, in Brittania solvitur ter-

tertia pars mobilium, ut teſtatur *Henric. Boich.* indè oriundus in *cap. Jacobus num.6.* & alii Scribentes *de ſimon.* Venetiis item decima pars mobilium pro decimis, quæ in vita non ſoluuntur, licèt hanc conſuetudinem eſſe Eccleſiis damnoſam dicant *Hoſtienſ.* & alii Doctores *in d.cap. ad Apoſtolicam de ſimon.*

Diverſas autem rationes pro prædictarum conſuetudinum validitate aſſignant Doctores. Primò, quia habent ortum voluntarium, & continuando Populus per tantum tempus videtur voluiſſe ſe obligare favore piæ cauſæ, vel in recompenſationem ſpiritualium, ut docet *Panormitan. in cap. tuam num.7. & 8. & in cap. ad Apoſtolicam num.5. Felin. nu.2. & 3. & in cap. Jacobus de ſimon.* idem *Felin. in cap. cum M. Ferrarienſis num.2. de conſtitut.* & facit, quod dicit Apoſtolus *1.Corinth. cap.9. Si nos vobis ſpiritualia ſeminavimus, magnum eſt ſi carnalia veſtra metamur? cap. Eccleſias 13. quæſt. 1. cap ſi Epiſcopus de offic. ordin. in 6.* Alia aſſignatur ratio, has conſuetudines eſſe introductas loco decimarum, ubi non ſolvuntur, vel non integrè in hoc Regno, vel loco malè ablatorum, vel aliorum jurium, ut per *Hoſtienſ. Butr.* & alios *in dicto cap. ad Apoſtolicam.* Tertium aſſignat idem *Hoſtienſ. in cap. Jacobus num.3. de ſimon.* quia jus Eccleſiæ, & Clericorum dicitur publicum *leg. 1. §. hujus ſtudii ff. de juſt. & jur. cap. jus publicum 1. diſtinct.* vel in rerum permutatione, quia laici Clericis Oppido ſunt infeſti, & *Hoſtienſ.* ibi ſequuntur *Joann. Andr. Butr.* & alii *Panormit.* & *Ananiàs Ananias* in ſæpe citato *cap. ad Apoſtolicam de ſimon.* Quartum colligitur ex dictis per *Covarruv. in dicta regula peccatum part.3. §.1. num.4.* quia cum ſucceſſio ab inteſtato ſit juris poſitivi, poteſt per conſuetudinem, & ſtatuta mutari, & limitari. Poſſumus & aliam reddere rationem, quia veriſimiliter defunctus ſi teſtamentum condidiſſet, aliquid pro ejus anima reliquiſſet, juxtà qualitatem perſonæ, & facultatem, prout communiter inter Chriſtianos fieri ſolet, cum nemo præſumatur immemor ſalutis æternæ, *cap. ſancimus 1. quæſt.7.* Pia ergo conſuetudo ſupplet in favorem animarum aliqua diſpenſando in pios uſus; ut tales eleæmoſynis adjuventur, *d.cap. animæ 13. quæſt.2.* cum aliis ſupra allegatis, ſicuti dicunt Doctores, quod quando Dominus eſt incertus fiat reſtitutio pauperibus, & locis piis, ex præſumpta mente ipſius Domini in ejus animæ utilitatem, *D. Thom. 2.2. quæſt.52. artic.5. ad 3. Covarruv. in regul. peccatum part.3. §.1. num.2. Leſſius de juſtit. & jur. lib.2. cap.14. dub.7. num.49. Molin. eod.tractat. tom.3. tract.2. quæſt. 746. Sayr. in clav. Reg. lib.10. tract.2. cap.2. nu.2.* Ulteriùs diſtributio in operibus piis fit non habito reſpectu ad Sacramenta, vel alia ſpiritualia, ſed tanquam conſuetudo, ut dicit *Hoſtienſ. in dicto cap. ad Apoſtolicam, num.1.* quo caſu ceſſant diſtinctiones per Doctores animadverſæ, utpotè introducta conſenſu Populi favore animarum, & ſic non ſolùm non eſt irrationabilis conſuetudo, nec contra jus naturale, vel divinum, ſed favorabilis tanquam conducens ſaluti animarum, ad notata per *Bart. in auth. Sacramenta puberum nu.19. C ſi adverſ. vendit.*

Non obſtant modò, quæ in contrarium allegantur, quod talis conſuetudo non proceſſit cum ſcientia Principis, vel Miniſtrorum ejus. Siquidem reſpondetur in conſuetudine, quæ reſpicit præjudicium privatorum ſcientiam Principis non requiri, ſecundùm magis communem opinionem *gloſſ. in cap. iſtas §. lege 4. diſtinct. Anton. de Butr. in cap. final. num.39. Panormit. num.13.* ubi teſtatur de communi *de conſuetudine*, & in *cap. cum ex officio num.13. de præſcript.* & ita *Felin. num.8.* idem *Felin. in cap.1. nu.13. de tregu. & pac. Bald. in cap.1. nu.3. quæ ſint regalia, Covarru. de matrim. 2. part. cap.6. num.19. Azor. inſtit.moral. tom.1. lib.5. cap.18. quæſt.7. Rebel. de oblig. pot. lib.1. in prælud. quæſt.5. num.15. Piag. de conſuetud. quæſt.3. num.18.* Maximè in conſuetudine immemorabili *Alex. conſil 6. num.4. lib.1.* cum multis allegatis per *Pariſ.* qui teſtatur de communi *conſil.27. num.34. lib.1.* per *Curt. Jun. conſil.154. num.122.* Imò ubi authoritas Superioris requiritur, tempus immemorabile ipſam facit præſumere, ad notata per *Afflict. dec.368. nu.4. cum ſequ.* Adverſus tamen prædicta quamplurima fuerunt deducta, quæ habentur in manuſcriptis juriſdictionalibus apud *Ciocarelli*, ubi etiam de regiis literis hortatorialibus adverſus Prælatos id in praxim deducentes.

De Epiſcopis tractant per integros tractatus *Meſſelinus*, & *Gerunda*, & de eadem materia pertractant *Marcant. in trib. anim. tom.3. pag.165. Leander tom.8. pag.168. Lorichius in theſ. theolog. tom.1. pag.935. Fragoſius to.2. Reipub. pag.602. Archiep. Bonon. pag.9. Summa Lezan. to.1. pag.199. Vega in ſumm. tom.2. colum.571. Turtianus in conſtitut. Pontif. pag.174. Butius tom.1. theolog. moral. pagin.347.*

Bar-

Barbos. de jur. Eccles. tom.1. pagin.113. Tuscus tom.3. pagin.113. Labbata tom.1. theol.moral.pag. . Sum. Naldi pag.196. Summa Silvest.part.1. pag.252. Corona de Sanct. Eccles. tom.4. pag.121. Crespetius in summ. pag.300. Carenas de inquisition. pag.11. S. Gregorius Nazianzenus tom.2. pag.301. Summa Toleti pag.394. Cotonus in contr. pag.379. S. Antoninus in Summa tom.3. pag.355. Abelly in medull. theolog. tom.2. pag.323. Alloza in flor. Summ. pag.230. Alphons.à Castr.de hæres.pag.260 Sà in aphoris.confess. pag.165. Gonet.to.5. pag.506. Rubeus in aphoris.Episc.pag.242. Bannes de justit. & jur. pag. 82. Basæus to.1. in flor. theol. pag.327. to.2. pag.291. Barbos. in decis. apost. pag.272. & in repert.jur. pag.129. Augustinus Veronensis, Zerola in prax. Episcop. part.1. pag.170. par.2. pag.52. Novarius in lucerna regul. pag.78. Gavantes in manual.Episc.pag.105 Molsesius in Summ. pag.605. Bagnus de dignit. Eccles. pag.404. Riccius in prax. tom.5. pag. 25. Pax Jordanus in elucubr. pag. 1. tom. 1. Portellus de dub. reg. pag.138. Malletus in theolog. moral. to.1. pag.194. Rodericus in quæst.var.pag.449. Summa Rodriquez part.4. pag.152.par.2. pag.33. Espengus pag.129. Lancellottus in institut. pag.17. Magalius in prompt. tom.2. pagin.628. Genuens. in man. pastor. pag.1. Alvarez in specul. Princip. Apparatus Concionat. pag.283. Faber in Sum. pag.719. Cellerius de Hierarch. pag.190. Riccius in prax. tom.1. pag.291. Magrus in notit. pag.218. Jugemeus Canoniques, Nicolius in fisc. pag.264. theatr.vit.hum. to.8. pag.218. colum.3. Venerius in exam. Episcop.pag.251. & seq. Valascus in Sum. tom.2. pag.553. Tomasinus de Episcop. Ecclesiæ tom.1. cap.1. & sequ. Glossar. med. latin. tom.2. pag.254. De authoritate Episcopali, ac potestate, *Bonicon. Albertus Pius pag.143. Arauzo in decis. moral. pag.68. 114. 128. Bautus tom.1. theolog. moral. pag.374. Riccius in prax. tom.3. pag.213. Pilaja in institut.canon. pag.49. Molina tom.6.pag.22. Barbosa in decision. apost. pag.297. Matthias à Corona tom.4. pag.1.* De potestate Episcoporum in Regulares, *Novarius in lucern. reg.pag.79. Summ. Lezanæ tom.3. pag.471. Ventriglia in prax. tom.1. pag.423. Bordonus tom.3. part.2. resol.68. tom.4. resolut.144.* De potestate Episcopi in Regulares extra clausuram, *Francus in controv. pag.54.* De residentia Episcoporum, *Alloza in flor. Summ. pag.655. Bagnus de dignit. Eccles. pag.257. Caranza, Venerus in exam. Episcop.pag.257.* De Episcopis Titularibus, *Riccius in prax. tom.4. pag.307. Ricciullus in lucubrat. pag.112. Rulus in aphoris. Episcop. pag.186. Heidegerus tom.2. in Concil. Trident. pag.936.* De Episcopo Regulari, *Lucarinus, Villalobos in summ. tom.2. pag.432. 572. Barbos. in decis. apost. pag.270.* De Episcopo Milite, *Ziteglerus.* De nomine Episcopi, *Tronto in Kalendario pag.1.* De Episcopali dignitate, *Simanca, Matthias à Corona tom.4. pag.1. Rinuccini.* De juribus Episcopalibus, *Fabronius, Carpzov. de jur. Eccles. pag.1. S. Antoninus in Summ. pag.121. tom.3.* Defensio juris Episcopalis, *Bagotius.* De functionibus Episcoporum, *Gavantes in manual. Episcop. pag.131. Barbos. in decis. apost. pag.386.* De obligationibus Episcoporum, *Squillantes.* De officio Episcopi, *Aufrerius.* De statu Episcoporum, *Medius in 2. 2. S.Thom.quæst.185. Valentia to.3.col.2278.* De electione Episcoporum, *Justinian. in addit. ad Novar. part.1.* De statu perfectionis in Episcopo, *Triumphus de potest. Eccles. pag.452. Gantes.* De dogmate, & constitutione Episcoporum, *S. Greg. Nazianzenus tom.1. pag.486.* De actibus Episcoporum cum Capitulo, vel sine Capitulo, *Fermosinus de Capitulo Sede vacante pag.173.* De libera Episcopi electione, *Hincmarus tom.2. pag.188.* De se immiscentibus Episcoporum electioni aliàs indebitè, *Arringa tom.1. in morte peccator. pag.587.* De vita, & honestate Episcoporum, *Acta Eccles. Mediolanens. pag.120.* De Episcopis primitivæ Ecclesiæ, *Triumphus de potestate Ecclesiastica pag.452.* De promovendis Episcopis, *Medices.* De Episcopis intrusis, & simoniacè promotis, *Aringa in morte peccat. tom.1. pag.579.* De Episcopis circa celebrationem Missæ, *Hurtadus to.1. resol. pag.73.* De sacra Episcopi unctione, *Abelly in Enchir. Gallic. Episc. pag.76.* Instauratio Episcoporum, *Idem opus, Nicolaus le Maistre*, Direzzione portatile per li Vescovi, *Palafox* Speculum Episcoporum, *Benzonius*. Manuale Episcoporum, *Gavantes*. Enchiridion Episcopalis sollicitudinis, *Abelly*. Panoplia Episcopalis, *Saussai*. Enchiridion Episcopale, *Abelly*. De jurisdictione, & dignitate Episcopali moderna, *Sitbmannus*. De competentiis inter Episcopum, & Nuntium, *Pegas*. De sacra Episcoporum authoritate, *Filesacius parte 1.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT XVI.

De Vicario Episcopi.

SUMMARIUM.

Vicarius quisnam sit, explicatur, num.1. quotuplex dividatur 2.
Vicarius Episcopi quisnam sit, explicatur, 3. non potest esse Clericus conjugatus, aut bigamus 4. debet esse benè moratus, & saltem annorum vigintiquinque 5. doctus, & Doctor, vel Licentiatus, num.6.
Regularis non potest esse Vicarius 7.
Jurisdictio Vicarii, ex quibus sit ordinaria 8. nomine Ordinarii venit Vicarius 9. ubi quod à Vicario ad Episcopum appellari nequit, ibid.
Suspenso Vicario, non est suspensa jurisdictio Episcopi 10.
Episcopus potest constituere plures Vicarios 11. quænam Episcopo, & non Vicario competant enucleatur 12. quidque possit circa beneficia 13.
Vicarii jurisdictio, ex quibus cessat, enucleatur 14.
Vicarius Episcopi finito officio non tenetur ad Syndicatum 15.
Vicario Episcopi qualiter debeatur salarium 16.
Vicarius Capitularis, qualiter, & quomodo eligi debeat, enucleatur 17. debet esse de corpore Capituli, si adsit habilis, & alia, quæ in eo requiruntur, enucleantur 18. ejus potestas qualis sit 19. non potest se ingerere in beneficiis 20. quando cessat 21. tenetur dare Syndicatum coram Episcopo successore 22. exercens suum munus, lucratur distributiones quotidianas 23.
Vicarius Archiepiscopi quam potestatem habeat, enucleatur 24.
Vicarius Papæ Romæ qualis sit, & quam habeat jurisdictionem 25. quidque dicendum de Vicario Apostolico 26. quale sit ejus salarium 27.
Vicarius foraneus qualis sit, & quale ejus munus 28. nulla ei præcedentia competit ratione officii 29.

VIcarius est, qui alienas vices gerit, *cap. fin. de officio Vicar. in 6. Levitici* 21 *cap.24. num.18.* Vicarius primò dividitur in laicum, & ecclesiasticum, laicus 2 est gerens vices alterius laici, ecclesiasticus est gerens vices alterius ecclesiastici. Vicarius dividitur in natum, & factum, natus est ex officio alterius vices exercens, ut Archidiaconus *cap.1. de officio Archid.* Factus, est, qui eligitur, ut Apostolicus à Papa, Diœcesanus ab Episcopo. Tertiò dividitur Vicarius in generalem, & particularem, generalis quoad omnia, particularis quoad aliq. Datur etiam Vicarius perpetuus, & temporalis, perpetuus durat etiam mortuo illo, cujus est Vicarius; temporalis est quicunque amovibilis ad nutum, vel ad certum tempus, *cap.7. de officio Vicar.*
3 Vicarius Episcopi est, qui Episcopi vices gerit, *cap.1. de officio Vicar. in 6.* Requiruntur plura ad hoc, ut quis sit Vicarius, primò debet esse saltem Clericus primæ tonsuræ, *cap. decernimus de judiciis.*
4 Non tamen potest esse Clericus conjugatus, & multò minùs bigamus, *cap.1. de Clericis conjugatis in 6.* Secundò
5 debet esse benè moratus, & annorum saltem vigintiquinque, quia habet curam Animarum, ad quam curam talis ætas requiritur, *cap. cum in cunctis 7. §. inferiora de electione*, in qua ætate Episcopus nequit dispensare; ut docet *Cardin.* contra *Archid.* Tertiò debet esse
6 doctus, & Doctor, vel Licentiatus in Jure Canonico, *Tridentin. sess.24. de reformat. cap.12. cap.1. in f. de consangu. & affinitate*, ubi est Judex, & Judex debet Canones scire. Sed si non sit doctor, quia haberi nequit, tunc ei dandus est Assessor doctor Canonum, *Bald. in leg. penult. Cod. de judiciis*, doctoratus debet esse in publica Universitate, *Sacra Congregatio apud Pignatel. t.1. consult.112.*
7 Quartò regularis non potest esse Vicarius *Sacra Congregatio apud Pellegr. q.1. praxis Vicariatus sect.2.*

Jurisdictio Vicarii est ordinaria, *Gon-*
8 *zalez* contra *Sotum*, & *Alciatum*, probatur primò, quia est jurisdictio, quæ competit ex officio, & talis est ordinaria, *cap.2. de officio Vicarii in 6.* Secundò, quia jurisdictio data à lege est ordinaria, *leg. quia ff. de jurisdict. omnium Judicum*, & hæc jurisdictio est data à lege, *cap.2. de officio Vicarii in 6.* Nec officit extingui jurisdictionem Vicarii, remoto Episcopo; nam non per hoc est jurisdictio delegata, sed tantùm infertur esse jurisdictionem subordinatam Episcopo, radicatam in jurisdictione Episcopi, quoad negotia cœpta, & incipienda, adeòque facit unum Tribunal Vicarius cum Episcopo, *cap.2. de consuetudine in 6.* Nec valet dici, quòd jurisdictio revocabilis ad nutum sit delegata, & jurisdictio Vicarii etiam sit revocabilis ad nutum, distinguendum enim est, quando jurisdictio exercetur sine titulo procedit revocabilitas, non verò, quando exer-

Digitized by Google

cetur cum titulo, nec est novum jurisdictionem ordinariam posse revocari ad nutum, ità jurisdictio Proregis est ordinaria, & est revocabilis ad nutum Regis. Observa, quod nomine Ordinarii, venit Vicarius *cap. 2. de officio Vic.*

9 Et à Vicario ad Episcopum appellari nequit: quia est idem tribunal, & appellatio est à minori ad majorem Judicem. Ex dictis fit, quod suspenso Vicario non

10 sit suspensa jurisdictio Episcopi, quamvis suspenso Episcopo sit suspensa jurisdictio Vicarii *cap. f. de officio Vicar. in 6.* Principale enim non sequitur accessorium, licèt accessorium sequatur principale. Episcopus potest ad se avocare causam, quam commisit Vicario, *cle-*

11 *ment. 2. de rescriptis*. Episcopus potest constituere plures Vicarios. *Gratian. discept. forens. cap. 655. nu. 44.* & habens duplicem Diœcesim potest constituere unum Vicarium pro utraque, *Innocent. in cap. novit de officio delegati*, nam respectu Episcopi est una Diœcesis, intelligas si commodè utraque Diœcesis possit ibi conveniri, & potest etiam in unaquaque Diœcesi constituere distinctum Vicarium. *Ricc. lib. 2. prax. resol. 199.*

Episcopus habet tria. Primò quæ sunt

12 ordinis. Secundò, quæ sunt dignitatis Episcopalis, ut mitra, pastorale, celebrare cum amulo, sumere paramenta de medio altaris, *cap. accedentibus de excessibus prælat.* Tertiò habet, quæ sunt jurisdictionis temporalis, & spiritualis, *cap. f. de officio Vicar.* Quæ sunt actus ordinis Vicario non competunt. Secundò, nec competunt, quæ respiciunt dignitatem, ut usus mitræ, erectio baldacchini, celebrare cum duobus Clericis cum cottis, & quatuor candelis accensis, *Sacra Congregatio* apud *Gavantum*. Quę sunt jurisdictionis, duo sunt, aliqua generalia, aliqua specialia. Generalia includuntur mandato generali, non verò specialia; nam specialia requirunt speciale mandatum, *cap. f. de officio Vic. in 6. cap. 2. de officio Episcopi*. Habet ergo generalis Vicarius potestatem ad omnes causas spirituales, & temporales, *cap. f. de supplenda negligentia prælat.* & inter causas generales est cognoscere de causa matrimonii, *cap. 1. de frigidis, & maleficiis. cap. 1. de consanguinitate, & affinitate*. Valet etiam dispensare, ut omittant denunciationes in matrimonio, quia *Tridentin.* id concedit Ordinario, qualis est Vicarius, qui etiam potest audire confessiones, si sit Sacerdos, & dare facultatem audiendi confessiones, potest ferre, & relaxare censuras, *clement. 2. de rescriptis*. Potest concedere monitoria, ut revelentur res amissæ, valet instituere præsentatum ad jus patronatus, *cap. frequentibus de institutionibus*. Et potest etiam implorare brachium seculare, lites omnes decidere, nisi sint speciales. Specialia sunt aggratiare, confiscare bona Clericorum, substituere Vicarium, concedere litteras dimissorias ad suscipiendos ordines, causæ beneficiales: Adeoque Vicarius non potest creare novum beneficium, etiam juris patronatus, nec unire, nec dividere beneficia, nec admittere resignationem, nec permutationem, nec visitare Diœcesim; omnia enim ista exigunt speciale mandatum, *cap. 2. de officio Vicar. Trid. sess. 7. cap. 5. cap. inter cætera de ord. judicior.* & idem *Trid. sess. 7. de reform. cap. 8.* Sufficit tamen si mandatum sit generale, cum plena, & libera facultate: nam tunc æquipollet mandato speciali, *Barbosa allegat. 70.*

Quamvis Vicarius generalis Episcopi

13 non possit beneficia conferre, nisi ei specialiter beneficiorum collatio commissa fuerit, cum sit donatio, quæ sine mandato fieri non potest; potest tamen præsentatum in Jure patronatus instituere, eique ordines conferre, *Reg. Sansel. decis. 3. per totam.*

Cessat jurisdictio Vicarii generalis ex

14 multiplici causa. Primò in pœnam, qua removetur ex declaratione Sac. Congregationis 6. Augusti 1601., puta si non defendat libertatem, & immunitatem Ecclesiæ, & ecclesiasticorum. Secundò, si accipiat pecuniam indebitam. Tertiò, si fuit tortus publicè. Quartò, damnatus ex causa banditorum. Quintò, si habeat filios bastardos. Sextò, si exerceat negotia illicita. Septimò, si Clero, & Populo non fuerit acceptus. Secunda causa cessat jurisdictio Vicarii cessante jurisdictione Episcopi, *cap. Romana de appellationibus in 6.* Tertiò cessat mutatione voluntatis Episcopi, vel Vicarii, *cap. 2. de regul. juris*, *clementina f. de*

15 *procuratoribus*. Vicarius Episcopi finito officio non tenetur ad syndicatum, ex constitutione Gregorii XIII. ad Clerum Tarentinum, *Barbosa de potestate Episcopi parte 3. allegat. 54. numer. 186.*

16 Vicario Episcopi debetur salarium, etiam non conventum, nam non solet gratis id exequi, *Seraph. dec. 74. Sbrotius de officio Vicar. lib. 2. quæst. 55.* & ascendit ad 100. aureos, *Sac. Congr.* apud *Pellegr. n. 21.*

Vacante Sede Episcopali morte natu-

17 rali, vel civili, vel per translationem

ad

ad aliam Ecclesiam acceptatam, illicò Capitulum potest eligere Vicarium Capitularem, & debet eligere Vicarium infra octo dies à die scientiæ vacantis Ecclesiæ, itaùt electio facta, antequam vacet Ecclesia, sit nulla, *Trident. sess.24. cap.16. Sacra Congregatio* apud *Marchetti in prax. Vicar. Capitular. quæst. prima tit.1. num.25.* octo dies incipiunt currere à die scientiæ, & dies termini non computatur in termino, *Gratian. discep. forens. cap.16. num.1.* pœna non eligentis intra dictum tempus est, ut amittatur jus eligendi, & devolvatur electio ad Metropolitanam, & si ipsa Metropolitana sit negligens in eligendo sibi Vicarium, tunc devolvitur electio ad antiquiorem ex suffraganeis, & si absens sit, devolvitur ad proximiorem Episcopum Ecclesiæ exemptæ, *Trid. dicto loc. Gabassutius lib.2. praxis juris can. cap.20. §.18.* Si Vicarius electus decedat, tunc Capitulum potest intra octo alios dies eligere alium; nam solùm pro illa vice prima, qua neglexerit eligere ejus Vicarium, jus devolutum fuit, *Quaranta in Summa verb. Capitulum Sede vacante num.4.* In electione servanda est forma, *Trident. Pelleg. part.1. praxis sect.4. subsect.1. n.8.*

Debet esse de corpore Capituli, si ad-
18 sit abilis, *Marchetti part.1. praxis tit.4. num.54.* & Capitularis idoneus præfertur extraneo magis idoneo, *Sacra Congreg.* apud *Pignatel. t.1. consult.411.* debet esse Doctor, vel Licentiatus jure Canonico in publica Universitate, *Trident. sess.24. cap.16. de reformatione*, nec valet eligi Doctor Sacræ Theologiæ, *Sac. Congregatio* apud *de Canonicis cap.24. nu.53.* debet esse ætatis saltem annorum 25. *Nicolius verb. Vicarius Capitularis*; & debet esse annorum 40. si debeat cognoscere ex speciali mandato de causa hæresis, *Marchettus parte 1. praxis Vicarii Capitularis tit.3. num.4.* & saltem debet esse Clericus, & potest esse Parochus ejusdem Cathedralis. Ad electionem Vicarii Capitularis non habent vocem Canonici non in Sacris, *Tridentin. sess.22. de reformatione cap.4.* Capitulum non potest eligere Vicarium ad tempus, nec potest dare Vicarios assessores adjunctos, *Sacra Congregatio* apud *Marchett. part.1. praxis tit.1. num.112.* Nec potest revocari à Capitulo etiamsi fuerit electus, ut valeat revocari ex causis Capitulo bene visis, sed debet adiri Sacra Congregatio Concilii, *Pellegr. parte 1. praxis sect.4. subsect.1. num.19.* Adeoque post electionem transit ad Vicarium jurisdictio privativè, *Sacra Congregatio* apud *Nicolium in flosculis verb. Vicarius Capitu-*
19 *laris num.54.* Potestas Vicarii Capitularis est, quæ competit Episcopo, etiam quoad specialia, *Felinus in cap.7. nu.17. de rescriptis, Ciarlinus controversia 20. num.31. Nicolius in flosculis verb. Vicar. Capitularis num.54.* Adeoque in hoc differt à Vicario Episcopi, & potest dispensare in interstitiis in occultis, vigore *Concilii Trident. sess.24. cap.6. de Marinis t.1. cap.105. num.16. Ventriglia t.2. adnot.15. §.5. nu.10.*

Non potest primò se ingerere in be-
20 neficiis: adeoque non potest conferre beneficia vacantia, excepto beneficiato Juris patronatus, *cap.1. ne Sede vacante in 6.* Secundò, non potest unire, nec supprimere beneficia, *Sacra Congregatio* apud *Monetam de distribut. part.1. qu.5. num.29.* Tertiò, nequit aliquid innovare, cedere, transigere, alienare de spectantibus ad Ecclesias, *cap.1. cap. f. ne Sede vacante*. Nequit substituere Vicarium, nisi ad breve tempus, *Genuensis in praxi cap.86. num.13.* Non potest facere litteras dimissoriales, nisi post annum.

Vicarius Capitularis cessat eo ipso,
21 ac Ecclesia non vacat, & intelligitur vacare usque quo successor possessionem acquirit ostensis bullis Capitulo, & Clero; alias Capitulum remaneret suspensum à beneficiis communibus, & suspensio est reservata Papæ. *Extrau. injunctæ de electione Nicolius in flosculis verb. Vicarius Generalis num.39.* Secundò eo ipso ac mittitur Vicarius Apostolicus cessat Vicarius Capitularis, *cap.is, cui 42. de elect. in 6.* Vicarius Capitula-
22 ris tenetur dare Sindicatum coram Episcopo successore. *Trid. sess. 24. cap.16. de reform. Quaranta in summa verb. Capitulum Sede vacante num.14.* Vicarius Capitularis exercens suum munus lucratur distributiones Ecclesiæ, *cap. ad audientiam de Clericis non residentibus*, quod non currit in Vicario Episcopi, *Rota part.2. diversorum dec.222. nu.5.*

Vicarius Archiepiscopi habet pote-
24 statem ordinariam in tribunali Archiepiscopi eo modo, quod de Vicario Episcopi dictum est *cap. f. de offic. Vicarii in 6.* in suffraganeos verò nullam habet jurisdictionem, nisi in casibus à jure expressis, in quibus se habet, ut ordinarius, *cap. Romana cap. venerabilibus de sententia excommunicationis in 6.* & in talibus a jure expressis debet in citatione exprimere se procedere in tali casu jure permisso. *Genuensis in praxi num.102.*

Digitized by Google

Casus jure permissi sunt per viam appellationis. *Trid. sess.* 13. *cap.* 1. *de reformatione*, idque sive sententia sit definitiva, sive interlocutoria habens vim definitivę, sive gravaminis inreparabilis, *Trid. d. loc.* Hinc carceratus, ut gravatus appellare potest ad Metropolitanum si cõpilato processu Episcopus nolit terminare causam, dicens se velle espectare biennium sibi concessum a *Trid. sess.* 24. *cap.* 20. nam intelligitur Tridentinum si processus non sit compilatus. *Genuensis in praxis cap.* 88. *num.* 4. gravatur. etiam, & appellat a comminata excommunicatione, *cap. solet de sententia excommunicationis in* 6. *cap. ad audientiam de appellationibus* In causa S. officii gravatus non appellat ad Archiepiscopum sed ad Papam ob negotii gravitatem. *Pegna in directorio part.* 3. *commento* 31. Similiter non appellatur ad Archiepiscopum à causa delegata Episcopo: nam tunc appellatur ad delegantem. *Genuensis in praxi c.* 70. *nu.* 7. Appellans ad Archiepiscopum potest absolvi ab Archiepiscopo ab excommunicatione, ad hoc, ut habilitetur ad agendum, *cap. venerabilibus §. porrò de sententia excommunicationis in* 6. Archiepiscopus non potest visitare Provinciam, nisi ex causa probata in Concilio Provinciali. *Trid. sess.* 24. *de reform. cap.* 3.

Est Vicarius Papæ unus constitutus
25 Romæ pro Urbe Romana, & districtu, ubi habet jurisdictionem *cap. tua nobis de offic. Vic.* Secundus, Vicarius Apostolicus missus ad partes, scilicèt ad Dioceses aliorum, & mittitur quandoque
26 Ecclesia non vacante, quandoque vacante Ecclesia, & exercet jurisdictionem Episcopalem, à quo appellatur ad Metropolitanum, non ad Papam, nec dat licentias ad suscipiendos ordines, nec confert beneficia Sacra Congregatio in una Tranensi 9. Junii 1645. Solet etiam mitti contra Episcopum, si sint querelæ mali regiminis, imperitiæ, inhabilitatis, si nolit residere, si vocetur ad Urbem. *Mandosius ad regulas Cancellariæ* 44. *de male promotis qu.* 6. *num.* 13. & durante Vicario Apostolico nequit capitulum eligere capitularem, & ipse tunc exercet, quod exerceret capitularis. *Sacra Congregatio* in una Aquilana 22. Septembris 1628. Salarium Vicarii Apostolici ultra 50. ducatos pro accessu,
27 & recessu constitit quod quolibet anno habet ducatos biscentum monetæ Romanæ ex reditibus Episcopalis mensę *Sacra Cong.* in una Caputaquensi Septembris 1580. *Dulebasta de Vicario foran.*

Foreneus Vicarius est, qui extra Ur-
28 bem costituitur pro locis in Dioecesi limitata jurisdictione *cap.* 1. *verb. foraneus de offic. ordinarii in* 6. *clem.* 2. *in fi. verb. foraneo de præscriptionibus Covarr. practicar. cap.* 4. & hic non facit unum Tribunal cum Episcopo *Sbrotius lib.* 1. *de offic. Vic. cap.* 23. *num.* 5. & ab ejus sententia appellatur ad Episcopum *Abbas in cap. dilecti de appellationibus Cassaneus in catalogo gloriæ mundi part.* 7. *consideral.* 20. jurisdictio Vicarii coercetur loco, causa, tempore, summa tenui juxta voluntatem Episcopi. *Sacra Congreg.* apud *Pelleg. part.* 1. *praxis Vicariatus sect.* 7. *subsect. unica num.* 4. & in criminalibus tantùm accipit informationes trasmittendas Vicario Episcopi cum relatione facti. *Sacra Congr.* apud *Pelleg. loc. cit. num.* 5. Præcedentia ei nul-
29 la competit ratione officii in choro, in sessionibus, in processionibus, in functionibus capitularibus, & stat in suo stallo ita ac si non esset Vicarius *Sacr. Congr.* in una Nolana 17. Septembris 1787. in uno Tranensi 2. Aprilis 1605. apud *Pelleg. loc. cit. n.* 7. non debet turificari ante alios, potest prohibere, ne fiat capitulum sine ejus licentia. *Sacra Congr.* apud *Sellium in Sylva canonica tit.* 468. *nu.* 5.

De Vicario pertractant ultro Authores supra citatos. *Summa Sylvestri part.* 2. *pag.* 366. *Zerola in prax. Episc. pag.* 353. Idem *parte* 2. *pag.* 129. *Abbelli in Enchir. solic. Episc. pag.* 317. *Barbosa in decis. apost. pag.* 534. *Barbosa in repert. Jur. pag.* 399. *Mallætus tom.* 1. *Theol. mor. pag.* 429. 435. & 437. *Alvarez in Specul. Pricip. pag.* 83. *Summa Naldi pag.* 743. *Catonus in controv. pag.* 398. *Carena de inquis. pag.* 24. 25. & 37. *Crespetius in summa pag.* 882. *Portellus in dub. Regul. pag.* 696. *Summa Rodriquez par.* 4. *pag.* 503. *Barbosa de jur. Eccles. tom.* 1. *pag.* 203. *Tuscus tom.* 8. *pag.* 338. *Rodericus in quæst. mor. pag.* 974. *Fermosinus de S. Unctione pag.* 555. *Basnius tom.* 1. *Theol. mor. pag.* 408. *Larichius t.* 2 *Thes. Theol. pag.* 1928. *Barsæus tom.* 1. *pag.* 833. *Idem tom.* 2. *pag.* 844. *Molina to.* 6. *pag.* 38. *Graffius tom.* 1. *consil. pag.* 30. *Barbosa de potest. Episc. tom.* 3. *pag.* 110. *De Magistris tom.* 1. *prax. Eccles. pag.* 457. *Gavantes in Manual. Epis. pag.* 260. *Garzias tom.* 2. *Polit. Reg. pag.* 559. *Nicolius tom.* 2. *Resol. pag.* 47. *Pax Jordanus tom.* 2. *elucul. pag.* 554. *Alozza in flor. sum. pag.* 752. *Sa in Aphorif. confess. pag.* 520. *Rubeus in Aphorif. Epis. pag.* 591. *Barbosa de jur. Eccles. tom.* 2. *pag.* 138. *Garzias de benef. tom.* 1. *pag.* 483. *Goffredus in decretal. pag.* 90.

Acta

Acta Eccles. Mediol. pag. 242. Nicolius in lucer. Regul. pag. 268. Ventriglia tom. 2. prax. pag. 223. Venerus in exam. Episcop. pag. 219. Velascus in summa tom. 2. pag. 786. De Vicario Perpetuo. *Summa Quarantæ pag. 637. Acta Eccles. Mediol. pag. 118. Conradus in prax. benef. pag. 416. Ventriglia in prax. t. 1. p. 222.* De Vicario Capitulari. *Vidal. in arca salut. pag. 642. Marchettus, Nicolius in flosc. p. 758.* De Vicario Apostolico. *Nicolius in flosc. p. 744.* De Vicario foraneo. *Nicolius in flosc. pag. 766. Acta Eccles. Mediol. pag. 242.* De Vicariis S. Officii *Bordonus t. 1. c. 39.* De Vicariis Monialium *Miranda t. 2. Manual. p. 148.* De Vicariis Religionum *Summa Lezanæ tom. 4. pag. 605.* De Vicarii mercede *Nicolius in flosc. p. 699.* De Vicarii Syndicatu. *Summ. Novarii pag. 564.* Quæstiones Vicariales *Marriquez.* De Officio Vicarii. *S. Antoninus tom. 3. summ. pag. 249. Pilaja in instit. can. pag. 82. Sbrozius* De Vicario assessore Episcopi *Venerus in exam. Episc. pag. 278.* De Vicariis Parochorum *ibid. pag. 372.* De Vicariis Episcoporum *Tomasinus de discipl. Eccles. p. 1. cap. 19.*

CAPUT XVII.

De Visitatione per Episcopum facienda.

SUMMARIUM.

Episcopus qualitèr teneatur visitare Diœcesim, & habeat intentionem fundatam pro peragenda visitatione prædicta num. 1.

Visitat etiam Parochialem Ecclesiam, & locos exemptos, & qualitèr 2. ubi recensentur alia, quæ potest Episcopus visitare.

In decretis visitationnis qualitèr procedatur 3. a decretis visitationis non admittitu appellatio suspensiva 4.

Acta visitationis qualitèr probent 5.

Episcopus impeditus tenetur visitare per suum Vicarium, vel aliam legitimam personam 6. semel in anno, & si Diœcesis sit ampla, quolibet biennio 7. non potest pluries eodem anno sine causa visitare 8. non debet esse onerosus visitandis 9. quænam debeantur Episcopo visitanti 10.

Pœna impedientis visitationem est excommunicatio 11.

Episcopus ex quibus possit in Ecclesiis exemptis confirmationis Sacramentum administrare in actu præsertim in visitationis 12. latè.

Paræbiales Ecclesiæ ex quibus non possint dici quoad visitationem exemptæ 13.

Archiepiscopus ex quibus non possit ad præsens visitare Diœceses suffraganeorum, quamvis olim poterat 14.

Metropolitanus non est Judex subditorum Episcopi suffraganei, nisi in gradu appellationis tantùm 15.

Judex Ecclesiasticus, & Episcopus an possit concedere facultatem exumandi cadaver occisi, vel visitandi vulneratum ad requisitionem Judicis laici 16.

Quælibet Ecclesia existens in Diœcesi regulariter est subjecta Episcopo Diocesano quoad ejus administrationem, & ab eodem visitari debet 17. limitatur, quando ex fundatione ejusdem Ecclesiæ aliter constitutè fuerit cum consensu Episcopi 18. & ex quibus deducatur exemptio prædicta 19.

Exemptio per fundationem acquisita, in quo differat ab exemptione dativa 20.

Si Ecclesia fuerit fundata ad instar similium, quæ non visitantur ab Episcopo, non poterit ab eo visitari 21

Visitari non potest Ecclesia per Episcopum si esset sub immediata protectione Regis 22. Regis protectio potest etiam probari conjecturis, & præsumptionibus 23.

Ecclesia Sanctissimæ Annunciationis Civitatis Neapolis est sub immediata protectione Regis, & fundata tempore Regis Roberti à Regina Sancia, & ab eadem dotata 24.

Protectio Regum immediata ex quibus probetur d. n. 23. 25. & 26.

Episcopi non valent, præsertim in nostro Regno, videre computa Ecclesiarum, Hospitalium, confraternitatum, aliorumque piorum locorum a laicis administratorum 27.

EPiscopus tenetur visitare Diœcesim *proverbiorum 27.* Quivis Prælatus habens subditos potest illos visitare *ad Romanos 12.* Episcopus habet intentionem fundatam visitandi quidquid existit infrà fines suæ Diœcesis, quia donec probetur exemptio, præsumptio stat pro Episcopo, qui de jure communi visitare valet totam Diœcesim, & partes suæ Diœcesis, *cap. cum personæ de privilegiis in 6. Triden. sess. 24. cap. 9.* ubi visitat etiam loca exempta *sess. 7. cap. 8. de reformat. Merlin. part. 1. recentiorum dec. 101. num. 5. Marescottus 2. variar. cap. 15.* & visitat etiam parochialem Ecclesiam Religionis Hierosolymitanæ. *Sac. Congr.* 2 apud *Pignatell. t. 2. consult. 26. num. 28.* Episcopus visitat in ordine ad promovendum bonum spirituale personas, &

res

res Ecclesiasticas per dignitatem in ordine ad correctionem. Visitat etiam exemptos, ut delegatus Sedis Apostolicæ, *Trid sess. 24. de reformat. cap. 11.* & qui dicunt se exemptos a visitatione Episcopi, possunt cogi, ut intrà certum tempus ostendant titulum exemptionis, *cap. cum personæ de privilegiis in 6.* Visitat personas Parochorum etiam Regularium, *Pignatel. t. 1. consult. 254.* ex declaratione Sacræ Congregationis, & visitat etiam Parochos Religionis Hierosolymitæ habentes curam secularium. Clemens VIII. & Sacra Congregatio apud *Pignatel. t. 3. consult. 75. num. 2.* Visitat res Sacras, Ecclesiam, sacramentalia, Reliquias, imagines, ne quid profani contineant. Episcopus proximior, & delegatus Sedis Apostolicæ visitat omnes Ecclesias nullius Diœcesis, visitat etiam Ecclesias juris patronatus *Trid. sess. 22. cap. 15.* visitat Ecclesias Regularium habentes curam Animarum. *Trid. sess. 7. de reformat. cap. 7.* visitat Hospitale. *Trid. dict. loc. cap. 8. & 9.* visitat Confraternitates Laicorum, & eorum montes pietatis, & Extauritas scilicèt Congregationes, sivè uniones Collegia Laicorum, erogationes consumendas ad usus pios, alendi, dotandi, redimendi pauperes. *Ricc. part. 4. praxis resol. 318. Rosa t. 1. consult. 10. numer. 27. & 28.* Intellige si sit locus Religiosus, non verò si sit locus pius non religiosus, nam locus pius ab Episcopo non visitatur. *Rosa loc. cit. n. 40.* ex declaratione Sacræ Congregationis apud *Marant. de jurisdict. part. 1. cap. 18. num. 5.*

In decretis visitationis proceditur
3 sommariè, sola facti veritate inspecta, nec potest poni pœna delictis, nec procedi in causis ordinariis, nec ad specialem inquisitionem, nec in decretis visitæ potest imponi pœna pecuniaria *Covar. lib. 2. variar. cap. 9. num. 9.* & à decre-
4 tis visitationis non datur appellatio suspensiva: quia tendunt ad correctionem morum, licèt detur devolutiva, *Trid. sess. 13. cap. 1. ex cap. irrefragabili de officio ordinarii* Acta visitationis probant,
5 si sint scripta per Actuarium, *Maceratensis t. variar. resolut. 110. num. 2.* Episcopus tenetur visitare Ecclesiam per se,
6 & legitimè impeditus per suum Vicarium, vel aliam idoneam personam, *cap. decernimus 10. quæst. 1. Trid. sess. 24. cap. 10. de reformatione* Idque se-
7 mel in anno, & si Diœcesis sit amplæ, quolibet biennio debet visitationem complere, *Trid. sess. 24. de reform. cap. 3.*
8 Non potest tamen pluries eodem anno visitare sine causa, & si pluries visitet, semel procuratio debetur. *Salodius in praxi Visitationis part. 1. cap. 4.* Debet se celerrimè expedire, *Trid. sess. 24. de reformat. cap. 3.* Non debet esse onerosus
9 visitandis *Trid. dict. loc.* Debetur ei procuratio, *cap. procurationibus de censibus* intelligas nisi consuetudo sit in contrarium. *Trid. loc. cit.* Procuratio consistit,
10 ut Episcopo visitanti, ut ordinario, dentur tantùm victualia, exculenta, & poculenta, non tamen debentur vecturæ equorum, *cap. cum Apostolus cap. olim de censibus Pignat. t. 1. consultat. 445.* Si visitet locum, ubi residet, nihil ei debetur. *Riccius part. 4. praxis resol. 151. num. 2.* procuratio debet esse moderata, ac frugalis *Trid. sess. 24. de reform. cap. 3.* non potest exigi in pecunia, nisi pro electione visitati, *cap. felicis de censibus in 6. Naldus verb. visitare num. 50. Tonnutus t. 1. lib. 1. cap. 25. nu. 9. & 10.* ubi ait nec domesticos visitantis posse aliquid accipere sub pena maledictionis, interdicti, ingressus Ecclesiæ, & restitutionis dupli, etiam parte remittente, *Trid. sess. 29. cap. 5. de reformatione cap. 1. §. prohibemus de censibus.* Si una die visitet plures Ecclesias, non multiplicatur procuratio, & Ecclesia pauper est visitanda propriis impensis Episcopi, *cap. cavendum 10. qu. 3.* ut etiam gratis visitatur parochialis Religionis Hierosolymitani ex constitutione S. Pii V. quæ incipit *exposcit.* Confraternitates, & oratoria Ecclesiæ visitatæ debent contribuere cum Parocho pro procuratione si talis sit consuetudo. *Sacra Congregatio* apud *Pignatell. t. 1. consult. 388.* Non tamen tenentur cuntribuere laici, & Universitates, nisi aliter sit consuetum. *Trid. sess. 24. cap. 3. de reform.* Pœna impedien-
11 tis visitationem est excommunicatio in *cap. dilectos de sententia excommunicationis, & in bulla cenæ canone 15.*

An autem Episcopus possit in Eccle-
12 siis exemptis confirmationis sacramentum administrare in actu præsertim visitationis earundem, multoties vidimus disputatem. Qua in re dicimus, quod eum Episcopus habet de jure intentionem fundatam super exercitio jurisdictionis in omnibus locis intra fines suæ Diœcesis existentibus, *cap. omnes Basilicæ 16. quæst. 7.* etiam si Monasteria sint, & loca religiosa, *cap. Monasteria 18. q. 2.* dummodo non sint exempta, *c. cum venerabilis, & cap. cum dilectus de Relig. domib.* sequitur Episcopum hanc jurisdictionem Chrismandi posse exercere, in Monasteriis, & Ecclesiis Parochialibus

Re-

Regularium in sua Diœcesi existentibus. Cum enim omnes exemptiones, & privilegia Ecclesiis Parochialibus Regularium concessa circa ea, quæ curam respiciant animarum, & ad Sacramentorum administrationem pertineat, fuerint revocata per constitutionem Leonis XI. 22. ac deinde per decreta *S. Conc. Trid. sess. 7. c. 8. & sess. 25. cap. 11. de Regul.* & successivè per constitutionem Pii IV. 94. & Gregorii XV. 18. quoad hæc dici non possunt hujusmodi Parochiales Regularium ampliùs exemptæ, sed existunt sub primæva dispositione juris communis, cum revocatio privilegiorum operetur, ac si privilegia non fuissent concessa, ut dixit *Rota in una fundationis Monasterii 20. Junii 1650. coram Celso §. revocatio*. Nec dicendum est supradicta jura revocasse exemptionem solius Parochi, non autem Ecclesiæ. Quia verum est non revocasse, nec abstulisse exemptionē quoad Instituta Regularium, & statum Ecclesiæ, quem Episcopus commutare non debet, ut dixit *Rota coram Pæn. d. 707.* sed in iis revocasse quæ ad curam animarum, & ad Sacramentorum administrationem pertinent, quia quoad hanc effectum tam personæ exercentes, quum Ecclesiæ parochiales non sunt exemptæ, & conprænduntur sub dictis decretis Concilii Tridentini, præsertim *d. c. 11.* ut ex lectura evidenter apparet ibi: *In Monasteriis, seù domibus, seù mulierum, quibus imminet animarum cura*, & paulo ulteriùs. *Personæ tam Regulares, quàm Sæculares hujusmodi curam exercentes subsint immediatè in iis, quæ ad curam, & ad Sacramentorum administrationem pertinent jurisdictioni, visitationi, & correctioni Episcopi, in cujus Diœcesi sunt sita*, & successivè: *Nec ibi aliqui etiam ad nutum amovibiles deputentur, nisi ejus consensu*, & in fine. *Salvo tamen eorum Episcoporum jure, qui majorem in prædicta loca, vel personis jurisdictionem exercent*. Ex quibus verbis clarè colligitur sub dicto decreto comprænduntur non solùm personas curam exercentes, sed etiam Ecclesias. Et ita esse intelligenda præfata verba S. Concilii expressè colligitur ex declaratione facta per S. Pium V. *in constit. 136.* in terminis Ecclesiarum Parochialium Equitum Hierosolomynitanorum, & Gregorii XIV. 5. ubi *in §. 10.* ita dixit. *Præsentes litteræ non comprehendant, neque Ecclesias, neque personas in iis, quæ ad curam animarum pertinent, in quibus decreta Concilii Tridentini hujusmodi omnino servari debeant*, ex quibus colligitur S. Concilium Tridentinum etiam Ecclesias comprædendere, aliàs hunc modum loquendi S. Pontifex non fecisset, frustra enim antea posuisset illa verba, *neque Ecclesias*, si postea S. Concilium illas faceret exemptas. Ideò idem de Parochialibus quorumcunque Regularium dicendum est, quia animus concedentis privilegium colligitur ex alio simili privilegio, *Bonac. de leg. disp. 1. qu. 3. punct. 7. §. 1. nu. 3.* Imò multò magis in aliis Ecclesiis Regularium ista declaratio locum habere debet, cum non eadem, sed inferiora privilegia cæteræ Religiones obtineant. Præterquam cum loquamur de facultate Episcopis concessa *a S. Concil. Trid.*, & de re ad commune bonum, & animarum salutem spectante, latè facienda est interpretatio, *Bonacin d. §. 1. num. 19. Sanchez in oper. moral. l. 4. ca. 54. num. 7.* prout nec subsistit interpretatio illa, nempe hanc exemptionem esse restrictam in ipsis tantùm, quæ ad curam, & Sacramentorum administrationem pertinent, respectu scilicet ipsius Parochi, ejusque officii, non autem Episcopi. Quia in dictis textibus nō dicitur in iis quæ ad Parochum, vel ad ejus officium, sed in iis, quæ ad curam, & sacramentorum administrationem pertinent, quod verbum pertinet latè patet *l. verbum illud 181. ff. de verb. signif.* & ideò comprædendit omnia quæ ad curam, & sacramentorum administrationem spectant, sivè jure communi respectu ipsius Episcopi, sivè jure speciali, ut ex privilegio, sive jure delegato, ut in istis Parochis, ut notat *gloss. in cap. quoniam de elect. in 6. verb. pertinet*, & in nostris terminis *Rocc. in tract. visit. fol. 82.* Quæ cura, & sacramentorum administratio Episcopis principaliter incumbit, cum ei principaliùs oves fuerint demandatæ, *cap. regenda c. quæcunque quæst. 1.* Et ideò Episcopus dicitur Parochus suæ Diœcesis, *gloss. in c. de pœnit. & remiss. in 6. Butr. in cap. sicut num. 2. de præb. & in c. cum ignores n. 4. de præb.* Et tota Diœcesis dicitur Parochia Episcopi *cap. bonæ rei 12. qu. c. Apostolicæ de donat.* & ibi *Abb. num. 2. Barbos de potest. Episc. decis. 80. nu. 12.* Alibi verò Parochi dicuntur Coadjutores ipsius *Episcopi 1. final. de offic. Archidiac. Barbos. d. n. 12.* & latè dixit *Rot. Rom. in una Hispalen. juris amovendi curatos 21. Junii 1641. coram Butrgerio §. non obstant.* Cum enim nihil in Parochia ipsi facere possint, nisi de licentia Episcopi, patet quod in eadem

eadem Parochia adhuc majorem potestatem ipse habeat, ut pulchrè de hac re tradit *Turrecrem in d.cap. quacunque 10. quæst. 1.* Undè si Parochus inferior potest in Parochia sua confessiones audire, baptizare, & cætera ad simplicem Parochum spectantia, poterit Episcopus eadem, & alia majora facere, quæ ei tanquam supremo Parocho sunt reservata, ut est chrismare, istud namque sacramentum cum sit complementum, & præfectio Baptismi, convenit, ut à primario Ministro detur, cum in omnibus rebus ultima forma imprimatur à primo agente *Bellarm. controv. tom. 3. lib. 2. c. 12. vers. 3.* Et ideò hæc tria chrismare, baptizare, & consecrare ejusdem juris esse, & ad eumdem Episcopum spectare, sub cujus Diœcesi Parochia existit, ait *Innoc. in c. 1. nu. 2. de relig. Dom.* Et in terminis Parochiarum exemptarum ait *Lop. in alleg. 139. num. 11.* quod non est aliqua Ecclesia Parochialis, ubi non oportet fieri ea, quæ juris Episcopalis sunt, nempe visitare, chrismare, ordines conferre, & pluries etiam firmavit *Rota* præsertim *in Marsicana jurisdictionis 26. Junii 1587. coram Robusserio*, & *in eadem coram Comitulo*, quæ inter ejus impressas est *decis. 83.* ubi *nu. 12. & seqq.* & apud *Postb. de manut.* est *dec. 71. n. 6.* Undè videtur concludendum posse Episcopum semper, & quandocunque in omnibus Ecclesiis Parochialibus suæ Diœcesis hoc sacrameneum confirmationis ministrare etiam extra visitationem, & in visitatione nullam adesse dubitationem disponitur *in S. Concil. Trid. dict. sess. 7. cap. 8.* his verbis: *Locorum Ordinarii Ecclesias quascunque quomolibet exemptas auctoritate Apostolica singulis annis visitare teneantur, & cura animarū si qua illis immineat, aliisve debitis obsequiis minimè defraudetur.* Debitis autem cura defraudaretur obsequiis si Episcopus sacramentum istud omitteret suis subditis conferre, cum visitatio ad hunc principalitèt effectum fuerit instituta, ut est text. expressus *in c. relata 10. quæst. 1.* ubi *Turrecr. num. 2. Joan. And. in c. 1. de relig. Dom. 22. par. 2.* & id exemplo Apostolorum qui de loco ad locum pergebant ad effectum imponendi manus super iis, quos alii baptizaverant, ut legitur *Actor. 8.* & advertit *Bellarm. d. c. 12. fol. 331. col. 1. vers. sed his*, & *Turrecr. d. nu. 2.* Quod comprobatur ex resolutionibus hujus Sacræ Congregationis, ad quam cum pluries fuerit recursum pro declaratione in Episcopo sacramentū confirmationis extrà visitationem ministranti an debeantur victualia, seu procurationes rescripsit in una *Sabinen. 13. Novembris 1638.* in his verbis *Episcopo accedenti ad Sacramentum Chrismatis conferendum, victualia minimè deberi, sed fieri posse tempore visitationis Diœcesis.* Sed & clariorem legem habemus in Pontificali Romano, quod jura sectando, in ordine, quem præscribit Episcopis ad visitandum Parochias, inter alia vult quod hoc sacramentum Parochi conferant, ut ibi in rubrica videre est. Nec dicatur dictum Pontificale id non præcipere, neque hanc authoritatem Episcopis concedere, cum in ultima rubrica ejusdem tituli legatur per verbum poterit, ut ibi: *poterit Pontifex postèa confirmare Pueros.* Quia hoc verbum *poterit* non solùm importat, facultatem, & liberam voluntatem *l. sæpè audivi in veram necessitatem ff. de offic. Præsid. Seraph. de privileg. juram. part. 1. pr. 33. n. 69. Gratian. discept. 106. num. 55.* sed etiam cum Episcopus specialiter ad administrationem hujus Sacramenti teneatur ratione subjectæ materiæ; hoc verbum poterit, idem importat, quod verbum debet *Seraph. d. privil. 33. n. 71. Rota dec. 48. n. 6. p. 2. rec.* & quando, prout hic ponitur sumus in lege dante formam, & regulā, importat necessitatem, & obligationem *gloss. in §. sin autem in verb. post instit. de Satisdat. Corn. cons. 173. sub num. 8. vol. 3. Surd. decis. dicis. 268. num. 13. Seraph. d. privil. num. 71.* & potiùs dicere putamus, quod cum in superiore rubrica ejusdem tituli dicatur. *Quinto ad exhibendum Sacramentum confirmationis* & infra dicatur. *Poterit postèa Pontifex confirmare Pueros*, potiùs in hoc secundo loco videtur demonstrativè positum, videlicet hoc loco, vel his peractis poterit confirmare Pueros. Et eo ipso quod Regulares admittunt Episcopum ad agendū in eorum Ecclesiis Parochialibus aliqua, quæ dictum Pontificale præscribit, & quæ jurisdictionem important, impedire non possunt eundem Episcopum, quin reliquas actiones sub eodem titulo, ac rubrica contentas etiam agat, cum Bulla Clementis VIII. super observantia dicti Pontificalis edita, nihil ei addendum, vel omninò detrahendum esse, sed ità restitutum, & reformatum in omnibus universi Terarum, orbis Ecclesiis, Manasteriis, Ordinibus, & locis etiam exemptis recipiendum, & observandum esse præcipiat. Ubi notandum est verbum illud *omninò*, quod indistincte omnes casus comprehendit,

præ-

præcisamque executionem importat, ità ut aliquam restrictionem non patiatur. *Menoch. cons.* 2. *num.* 256. *Tiraq. in l. si unquam verb. revertatur num.* 78. Quod autem liber Pontificalis tanquam lex in causis decisivis sit servandus, tradunt per *Text. in Clem.* 1. *de jur. jur.* & ibi *gloss. verb. Pontificale Joann. Andr.* & *Hostiens. in cap. consulvit de ser. non ordin. Menoch. cons.* 32. *num.* 71. *Gratian. dec.* 111. *num.* 7. & *disc.* 298. *n.* 28. *Panain de visit. qu.* 5. *prim. partis num.* 34. *Fuscus eodem tract.* 10.

Prædictis accedit, quod Ecclesiæ Paro-
13 chiales exemptæ, non possunt dici omninò exemptæ, sed exemptæ quoad non Parochiam, non exemptæ quoad Parochianos, cum eorum respectu non spectent pleno jure ad exemptos, & ideò eas non capit privilegium exemptionis, ex notatis per *Anchar. in cap. per exemptionem num.* 3. *de privileg. in* 6. *Chokier. de jurisdict. in exempt. part.* 1. *qu.* 14. *nu.* 3. Licet ergò Episcopus in dictis Ecclesiis quoad non Parochianos, non possit nisi ea quæ sunt honoris, *Ruin. decis.* 21. *per tot.* Tamen quoad Parochianos potest agere ea quæ sunt ordinis, & jurisdictionis, cum exemptio quoad Parochianos in nihilo præjudicet Episcopo, neque quoad jura Parochialia, neque quoad jura Episcopalia, ad *text. in dict. cap. per exemptionem de privileg. in* 6. ubi *Anchar. num.* 3. *Joan. Andr. num.* 1. *in fin.* expresse firmant, quod possit etiam chrismare, idemque dicit *Innocentius in cap. recepimus num.* 3. *de privileg. Lapus allegat.* 139. *num.* 1. ubi quod jura Episcopalia per exemptionem nunquam abdicantur ab Episcopo, nisi Ecclesia alteri Episcopo conferatur. Etsi aliter diceremus, non solùm fieret deterius jus Episcopi per exemptionem contra *textum in cap. per exemptionem*, sed fieret quoque deterius jus Parochianorum, quod tamen per exemptionem Ecclesiæ Parochialis, & Parochi non crescit, neque decrescit, ut dicunt *Anchar.* & *Innoc.* in locis præcitatis. Ità quoque servat Praxis, cum Episcopi in Parochialibus exemptis baptizant, confessiones audiant, absolvant à reservatis, Indulgentias largiantur, & similia, quæ non possunt exerceri in Ecclesiis omninò exemptis, *Grat. discept.* 467. *per totum*. Unde non potest dari ratio, quare non possit etiam chrismare, præsertim cum baptismus, & chrisma sint correlativa, *gloss. in cap.* 1. *distinct.* 5. *verbo post baptismum*. Possunt igitur Episcopi quocumque tempore chrismare in Parochialibus exemptis, sed longè magis in actu visitationis, cui chrismatio est annexa, quia inter munera, quæ Episcopo injunguntur, dum visitat, est chrismare, *Fusc. de visit. cap.* 4. *num.* 12. *Barbos. de Episc. alleg.* 73. *num.* 78. *part.* 9. Quamobrem si potest, & debet Episcopus visitare Parochiales exemptas, potest quoque, & debet ibi chrismare, cum injuncta visitatione per Sacrum Concilium, censeantur quoque injuncta, & permissa omnia ejusdem visitationis consecutiva, *Seraph. decis.* 1067. *num.* 4. *Campanil. in diversi. Jur. Canon. rubr. in cap.* 13. *num.* 51. *Barbos. de Episc. alleg.* 74. *num.* 2. *part.* 3. & *ad Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 11. *nu.* 15. *Lezzan. in Mari magn. minor. sub num.* 38. *Tambur. de jur. Abbat. tom.* 3. *disputat.* 5. *quæst.* 11. *num.* 51.

Quamvis Archiepiscopus antiquitùs
14 poterat visitare Diœceses suffraganeorum, *cap. Romana*, & ibi *glos. de supplend. neglig. Prælat.* hodie tamen attenta nova dispositione *Sacr. Concil. Trident: sess.* 24. *cap.* 3. *de reformat.* id facere non potest, nisi causa cognita, & probata in Concilio Provinciali, quod absque difficultate procedit, ut advertit *Barbos. de jur. Eccles. universal. lib.* 1. *tit. de Archiep. seu Metropol. cap.* 7. *num.* 91. *colum.* 2. *fol. mihi* 104. cum aliis per eum citatis. Hinc gesta de facto per Judicem Metropolitanum, sunt nullius momenti, ex defectu jurisdictionis, quàm in subditos suffraganeorum non habet. Sacrum siquidem *Concil. Trident.* facultatem visitandi suffraganeos Archiepiscopo concessit, quoties cumque in Concilio Provinciali causa visitandi cognita, & probata fuerit, ut in *cap.* 3. *sess.* 24. *de reformatione*, cum verò talis qualitas non intervenerit, id facere non poterit, quia qualitas respiciens habilitatem personæ, & præcisè quando est tributiva jurisdictionis, in primis est concludenter probanda, & intervenire debet in principio actus, *Vermigl. cons.* 98. *nu.* 9. & *Oldrad. cons.* 18. *num.* 5. *circa fin. vers. nam circa*, *Bald. in leg. Titius de testament. militari.* Præcipuè, quia dictum *Concilium* disposuit per ablativum absolutum, ibi: *Causa cognita, & probata in Concilio Provinciali* &c. quæ verba important conditionem, & dant formam, & ea non adimpleta, totum redditur ipso jure nullum, nam quando jurisdictio conditionaliter est data, nunquàm acquiritur nisi antè omnia conditio adimpleatur, aliàs judicium ex defectu jurisdictionis subsistentiam non habet, *Rota part.* 16. *recent. decis.* 335. *num.* 4. & *part.* 17. *rec.*

dec. 322. *num.* 2. cum aliis ibidem allegatis, & jurisdictionis defectus importat nullitatem gestorum, *Rota part.* 17. *recent. decis.* 205. *num.* 30. & *par.* 7. *recen. decis.* 707. *num.* 2. *in fin.* & *par.* 11. *dec.* 8. *num.* 2. Unde omnia per Judicem Metropolitanum gesta, sunt ipso jure nulla, & subsistineri non possunt, ut firmavit *Quarant. in Summ. bullarum verb. Archiepiscopus num.* 17. *in fin.* & propriè non indigent nullitatis declaratione, quia nullitèr existere, & penitùs non existere, paria sunt, *Rota part.* 19. *rec. decis.* 150. *num.* 11. nullum quod est, nullum operatur effectum, cum non entis nullæ sint qualitates, *Rota part.* 19. *rec. decis.* 313. *nu.* 17. Archiepiscopus quamvis sit Judex ordinarius suffraganeorum, in aliquibus casibus; non est tamen Judex subditorum dicti suffraganei, in quos Metropolitanus nullam habet potestatem, nisi in casibus in jure expressis, *Text. in cap.* 1. *de supplend. neglig. Prælatorum*, & ad ipsum excludendum sufficit dicere: *Casus iste non est in jure expressus*, *Quarant. in Summ. Bullar. verb. Archiepiscop. authoritas num.* 11. *ante fin. glos. in cap. pastoralis de offic. ordin. n.* 4. *conclus.* 1. Propterea visitando subditos suffraganei, absolvere, vel censuris subjicere non potest, & actum jurisdictionis contentiosæ exercere non valet nisi in casibus in jure expressis, ex allegatis per *Quarant. in Sum. Bullar. verb. Archiepiscopi authoritas num.* 13. & ità per *Sacrum Concilium* fuit declaratum, ibi: *Metropolitani, Episcopi, Primates, aut Patriarchæ in suffraganeos, eorumque subditos, non judicent, nisi in casibus à jure expressis*: annuente *Pontifice Clem. VIII. de anno* 1600. ad sedandum controversias ortas inter Archiepiscopos, & Episcopos, ut refert *Genuens. in prax. cap.* 88. *num.* 36. *vers. Metropolitan.*

Et Metropolitanus non est Judex sub-
15 ditorum Episcopi suffraganei, nisi in gradu appellationis tantùm, & in alios casus nullam habet potestatem, *cap. pastoralis de offic. ord.* Quod est adeò certum, quòd alios compellere neque potest ad ferendum testimonium in causa pendente coram ipso in gradu appellationis, *Barbos. cit. cap.* 7. *num.* 66. *cap. Pastoralis de offic. ordin.* quia per appellationem devolvitur jurisdictio ad Archiepiscopos quoad partes, non quoad alios, nisi sponte se offerant super illa re, super qua est appellatum, ex allegatis per *Genuens. in prax. cap.* 88. *num.* 8. & *vers. secundus casus.*

An possit Judex ecclesiasticus, & Epi-
16 scopus concedere facultatem exhumandi cadaver occisi, vel visitandi vulneratum ad requisitionem Judicis laici, ad finem illa recognoscendi? *Genuens. in prax. cap.* 42. impress. Rom. 1609. *nu.* 10. tenet affirmativam partem, & allegat Concilium Provinciale 5. Mediolanense, extra tamen Ecclesiam, vel Hospitale, & affert rationem, quia alter alterius debet jurisdictionem juvare cum requiritur. Cæterum adsunt variæ declarationes contrariæ. Sic in una Callien si 22. Novembris 1619. Sacra Congregatio Episcoporum laudat Episcopum, quod noluerit concedere licentiam petitam, quia à foro Ecclesiastico non sumunt laici indicia in causis criminalibus. Et hoc idem declaratum refert *Sperell. decis.* 51. *num.* 18. Conciliantur autem opiniones, & declarationes; nam non debet Judex ecclesiasticus permittere, quod hi actus fiant in Ecclesia, vel Hospitali, sed extrà Ecclesiam, & Hospitale benè potest.

Quoad facultatem visitandi pro Epi-
17 scopo, habet locum regula, quod quælibet Ecclesia existens in Diœcesi est subjecta Episcopo Diœcesano, quoad ejus administrationem, juxtà *text. in cap. de Xenodochiis*, juncto *cap. ad hæc de Religiosis domibus*, & in *Clem. quia contingit eodem tit.* juncto *cap. omnes Basilicæ* 16. *quæst.* 7. & *cap. si quis Episcoporum* 16. *quæst.* 2. cum aliis allegatis per *Prosperum Fagnanum in dicto cap. de Xenodochiis num.* 2. *Barbos. de jur. Eccles. par.* 2. *cap.* 11. *num.* 46. & latiùs *part.* 1. *cap.* 1. *num.* 3. & 4. *Reg. Valenz. tom.* 1. *cons.* 58. *num.* 10. *Jul. Capon. tom.* 3. *discep.* 134. *n.* 2. & 7. & Ecclesia subjecta visitari debet ab Ordinario, *cap.* 1. *de censib. in* 6. juncto *cap. conquærente de offic. ordin.* ità *Tamburr. de jur. Abbatiss. tom.* 3. *disp.* 53. *num.* 1. cum aliis adductis per *Barbos. de potest. Episcop. part.* 3. *allegat.* 73. *num.* 21. *Stephan. Vveyms. de constitut. ex jure antiquo descriptis*, & *per Concil. Triden. innovatis constit.* 16. *num.* 22. *Reg. Valenz. tom.* 2. *cons.* 122. *Paris. cons.* 34. *numer.* 1. *cum seqq. Ciarlin. lib.* 1. *controvers.* 65. *num.* 1. Itaùt jurisdictio Ordinarii juris præsumptione extenditur per totam Diœcesim, *cap. cum Episcopus de offic. ordinarii in* 6. juncto *cap. cum contingat de foro compet.* latiùs alia tradit Episcopus *Maranta in apologia impressa in fin. volum.* 3. Adeoùt quovis in loco pro Tribunali sedere, & jus reddere potest *Erasmus à Chokier de jurisdict. ordinarii in exemptos part.* 1. *quæst.* 8. *num.* 2. allegans *Navar. cons.* 2. *de offic. ordinarii to.* 1.

Bel-

Bellench. de charitativo subsid. quæst. 32. num. 3. Cuccum instit. Canon. lib. 1. cap. 12. & alios. Imò etiam si in ipsa fundatione Ecclesiæ, facta absque consensu Episcopi dictum sit, quod Episcopus non possit visitare illam Ecclesiam, adhùc eandem visitare potest, *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 338.* & maximè quoad cultum Divinum, & ad decentiam illius Ecclesiæ, secundùm Doctores citatos. Hæc autem, quamvis de jure verissima sint; tamen patiuntur multas limitationes, quæ placet hùc enucleare.

Prima limitatio est, quando ex fundatione ejusdem Ecclesiæ aliter constitutum fuerit cum consensu Episcopi, quia tunc Ecclesia taliter fundata eximitur ab omni jurisdictione Episcopi, & uti libera, neque in spiritualibus à Diœcesano visitari potest. Certissimum namque est de jure Pontificio, quod si Ecclesia à laicis sit fundata, sive constructa, aut dotata; ex tali fundatione, constructione, & dotatione constituitur sub jurepatronatus laicorum, ità probatur per *text. in cap. nobis de jurepatronatus, cap. quicunque 18. quæst. 1.* ac *cap. filiis 16. quæst. 7.* cum aliis concordantibus, *Glos. in cap. piæ mentis 16. qu. 7. Innoc. in rubric. de jure patronatus vers. acquiritur*, & post *Joan. Andr. Abbat. Ancharan. Archidiacon. Imol.* & alios, latissimè Episcopus *Lambertinus de jurepatron. lib. 1. part. 2. quæst. 2. art. 2. nu. 1.* benè *Barbosa de jur. Eccles. part. 2. cap. 11. nu. 86. Christinæus vol. 1. decis. 252. num. 1. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. nu. 1. cum seqq. Viv. de jurepatr. lib. 1. cap. 1. n. 142. & 145. & cap. 2. num. 8. & 10. & cap. 3. num. 11. & lib. 2. cap. 1. numer. 1. & seqq. Card. de Luca lib. 13. de jurepatr. disc. 55. Jul. Capon. tom. 3. discept. 193. nu. 4.*

18 Quod maximoperè procedit si in fundatione, aut constructione, sive dotatione Ecclesiæ ordinarii consensus intervenerit, & etiam consensus Capituli (quamvis Capituli consensus non sit totaliter necessarius, sed magis ad benè esse, secundùm *Lambertinum*) tunc enim ipsis laicis fundatoribus, sive constructentibus, vel dotantibus absque vlla controversia jusjpatronatus illius Ecclesiæ liberè acquiritur, ità per *text. in capit. nobis de jurepatron.* & in *cap. nemo de consecratione distinct. 1.* satis benè *Archidiac. in cap. 1. de jurepatr. in 6. Innocent. in dicto cap. nobis*, ubi *Abbas num. 1. Card. de Luca de jurepatr. discurs. 55. num. 4. Solorz. de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 4. num. 25. & 26. & cap. 2. num. 12. & c. 33. num. 18. Constantin. Cæsar. peregrin. qu. 50. num. 30. Vivian. de jurepatron. lib. 2. cap. 1. num. 5. & 8. Chokier de jurisdict. part. 5. quæst. 11. num. 7. & 9. & quæst. 22.* Si verò fundaretur Ecclesia sine consensu Diœcesani, tunc per Episcopum demoliri posset, juxtà *cap. cum olim §. 2. de privil. cap. placuit 2. qu. 2. Lambertin. sup. art. 3. num. 13. & lib. 1. part. 1. quæst. 2. art. 18. Viv. sup. part. 1. lib. 2. cap. 1. nu. 23.* Hic enim consensus simplex Diœcesani in fundatione Ecclesiæ per laicos est sufficiens pro acquisitione jurispatronatus per laicos, itaùt non requirantur duo consensus, unus scilicet pro fundatione, & alius pro acquisitione jurispatronatus: quia simplex consensus Episcopi in fundatione satis est pro acquisitione jurispatronatus laicorum, prout disputato articulo fundat Episcopus *Lambertinus in dicto tract. lib. 1. part. 1. quæst. 2. art. 3. per tot.* & sic concludit *num. 12.* undè si laici obtinuerint simplicem consensum pro fundatione Ecclesiæ: quamvis dictum non fuerit, etiam pro acquisitione jurispatronatus, adhùc laicis juspatronatus indubitanter acquiritur, *Reg. de Marin. lib. 1. resol. 224. num. 13.* Episcop. *Riccius in prax. t. 1. de jurepatr. resol. 123.* Ratio, quia consensus Episcopi solummodò requiritur in fundatione Ecclesiæ, sine quo Ecclesia per Episcopum demoliri potest; nam posteà juspatronatus acquiritur laicis ministerio juris, ex *text. in cap. significavit extr. de testam.* juncto *cap. 1. & cap. nobis de jurepatr. Lambertin.* ubi *sup. lib. 1. part. 1. quæst. 2. art. 4. num. 2. 12. & 16.* Et ad hoc, ut non acquiratur juspatronatus laicis fundantibus Ecclesiam, necesse erit, ut expressè renuncietur juripatronatus, dicendo nolle juspatronatus acquirere, absque qua renunciatione, semper censetur juspatronatus laicis acquisitum, ità per *text. in dicto cap. significavit*, & alia jura tradunt *Card. de Luca de jurepatron. lib. 13. discurs. 55. num. 3. Viv. de jurepatronat. lib. 1. cap. 2. num. 50.* juncto *lib. 2. capit. 1. num. 9. Christin. vol. 1. decis. 352. num. 2. Riccius* ubi suprà. Et in ipsa fundatione Ecclesiæ facienda per laicos, cum consensu tamen Diœcesani, apponi possunt quæcumque conditiones, reservationes, & pacta, non solùm, quæ sunt juri consona, juxtà *Reg. de Marin. lib. 1. res. 224.* verùm etiam ea concernentia spiritualitatem, & quæ essent omninò, ac expressè contrà jus, & sacros canones, nam adhùc tunc conditiones, & pacta, apposita tamen cum consensu Episcopi, quamvis concernentia spiritualitatem, ex ipso jure canonico benè sustinentur,

ità per *text. in cap. significatum de prabendis*, & in *cap. præterea il 2. de jurepatron. Rocc. de Curte in tract. de jurepatr. verb. pro eo quod quæst.16.* satis benè, & latissimè Episcopus *Lambertin.* disputat articulum *lib.1. part.1. qu.9. ex num.32. vers. quid dicamus*, juncto *num.48.& 55.* allegans plura jura, & alium *textum in cap. cum dilectus*, ubi *Glos. verb. constitutum de consuetud.* alter Episcopus *Barbos. de authorit. Episc. tom.3. allegat.70. num.39. Card. de Luca de jurisdict. lib.3. discurs.26. num. 8. discurs.27. num.3. discurs.40. num.4. & discurs.41. numer. 7. Viv. de jurepatronat. lib.2. cap.8. per tot. Chokier de jurisdict. part.5. qu. 46. vers. nisi*, & *Reg. de Marin. lib.1. resolut.224. n.11.& 15.* Tunc enim patronus quamvis laicus, de consensu tamen Episcopi fundans Ecclesiam,& acquirens juspatronatus disponere potest, etiam de rebus spiritualibus ipsi Ecclesiæ necessariis, ità Episcopus *Lambertin. lib.1. qu.2. part.1. art.3. num.8. vers. quintò facit ratio*, & omnes citati Doctores.

Hæc omnia non solùm procedunt in homine, sive persona vera fundante, sive construente, vel dotante Ecclesiam, sed etiam procedunt in persona ficta, puta Civitate, Universitate, Collegio, Confraternitate, & similibus, quæ personæ fictæ, ex fundatione, constructione, sive dotatione Ecclesiæ, cum consensu ordinarii, acquiri possunt juspatronatus cum omnibus conditionibus, reservationibus, & pactis appositis in ipsa fundatione; quamvis contra jus, & sacros canones, etiamsi concernerent spiritualitatem, ità *Paul. de Cittadin. de jurepatronat. part.3. quæst.17. & part.8. quæst.11. Rocc.de Curte eodem tract.verb. competens alicui quæst.11. Lambertin.* post *Archidiacon. Cardin.* & alios *lib.1. part.1. quæst.1. art.10. & quæst.7. part.1.art.15. per tot. & quæst.8. art.5. per tot. & lib.1. part.1. quæst.11. art.11.* latè *Barbos. de jur.Eccles. part.2. cap.11. num.86. Viv.de jurepatron. lib.1. cap.6 num.30.* Undè infertur ex his, quod quamvis Episcopus non posset eximere Ecclesiam, ne ab eo visitetur in spiritualibus, tamen hoc procedit in Ecclesia jam fundata, sive constructa, ità *Reg. de Marin. lib.1. resolut.339.* sed non procedit in Ecclesia fundanda, & construenda, quæ in ipsa fundatione eximi potest per Episcopum, ne ab eo, & à suis successoribus visitetur, quod de jure canonico permittitur, ut alliciantur homines ad fundandas Ecclesias, ità post *Cald. cons.5. de reb. Eccles. non alienan. Oldrad. cons.172. & cons.234.* & alios Doctores, fundat *Cokier. de jurisdict. part.1. quæst.3. num.5. cum seqq. & part.5. quæst.11. quæst.22. & quæst.29.* & hæc, & alia jura, ac rationes ponderant Episcopus *Lambertin.* Episcopus *Barbos. Card. de Luca*, & *Viv.* suprà citati. Et ob id *Sacrum Concilium Tridentinum sess. 22. cap. 8. de reformat.* decrevit, omnes Ecclesias debere visitari per Episcopum, etiam uti delegatum Sedis Apostolicæ, sed exceptuavit casum si in fundatione Ecclesiæ, sive juspatronatus aliter fuerit constitutum, tunc enim obstante lege fundationis *Sacr. Concil. Trident.* vetuit, ut Episcopus possit illam Ecclesiam visitare. Quapropter colligitur ex supradictis, quod in fundatione juspatronatus cum consensu Episcopi apponi possunt conditiones, reservationes, & pacta, quamvis contraria juri canonico, & concernentia spiritualitatem ad favorem laicorum fundantium juspatronatus.

Et ad fundandam exemptionem non
19 alligantur contrahentes certis formulis verborum, sed sufficiunt solummodò verba generalia; ex quibus quoque modo constaret de exemptione ab ipso ordinario, ità expressè *Erasmus à Cokier de jurisdict. ordinarii in exemptos parte 1. quæst.9. ex num.1.* adducens *text. in cap. si Papa §. licèt autem de privileg. in 6. & cap.1. §. per declarationem de verborum signif. in 6. & cap.1. ne Clerici, vel Monachi*, & ex lege civili, per *text. in l.damni infecti in fin. ff. de damn. infect.* Verba enim generalia quamvis expressè de visitatione non loquantur, adhuc sunt sufficientia ad excludendam visitationem ordinarii, maximè si adsint verba taxativa, utpotè dictio *tantùm*, & aliæ quæcumque dictiones sinonymæ, quia etiam tunc exemptionem à visitatione ordinarii excludunt, ità in puncto *Cardin. de Luca lib. 3. de jurisdict. disc.40. nu.7.* dicens, quod substantia conventionis est attendenda, & non formula verborum, & exemptio etiam ex conjecturis, & præsumptionibus ipsius fundationis arguitur, idem *Card. de Luca in d. tract. discurs.41. in fin. versic. non negabam*, maximè de fundationibus antè Concilium Tridentinum, quo tempore magis de plano agebatur, & non cum tanta observatione. Et regulare est in omnibus contractibus, quod substantia conventionis, & non verba ipsius attendatur, ut post *Mantic. Menoch.*& alios dicunt Doctores. Undè, si in fundatione Ecclesiæ dictum fuerit, quod Ecclesia fundanda simpliciter pertineat ad aliquem, ex

dicta

dicta dispositione, & ex dicto verbo *pertinere*, sive ex aliis verbis sinonymis, tunc plena exemptio ab Ordinario indicatur, ità per *text. in cap. cum tempore de arbitr. & cap. 2. §. nos igitur de restitut. in integr. cap. cum olim 1. de privil. cap. si Papa §. si autem de privil. in 6. Cokier de jurisd. part. 1. quæst. 9. nu. 1. versic. in primis*. Præterea ex constitutione census, sive reditus, in reliquis totalitèr libera, & exempta Ecclesia remanet à jurisdictione Episcopi, utpotè quod præstatio census signum sit perceptæ libertatis, taliter quod Episcopo Ecclesia non subjicitur, & ab eo visitari non potest, *Joan. Petrus de Ferrariis in pract. Papiensi rubr. forma libelli ad effect. præstat. & rei relaxat. vers. fictum dicti temporis præteriti fol. mihi 741.* ubi *sub n. 8.* antea dixit, quod patroni, & fundatores Ecclesiarum possunt censum imponere, ex *text. in cap. constitutus de relig. domib. & in cap. præterea de censibus*, & deindè *sub num. 10.* addit: *Aliquando* (loquitur de impositione census) *est signum perceptæ libertatis, putà quando Ecclesia aliqua dat piper, vel aliud pro censu, quo videtur exempta à subjectione Episcopi, & immediatè subiecta ipsi Papæ.* Et quod secundùm subjectam materiam census impositio importet omnimodam, & plenam libertatem ab Ordinario, tradit expressè *Chokier supr. de jurisdict. part. 1. quæst. 10. num. 76.* per *text. in dicto cap. si Papa §. & idem de privileg. in 6.* & conferunt tradita per *Card. in cap. constitutus num. 12. de relig. domib.* maximè quando secundùm subiectam materiam hoc importaret, itaque totum pendet ex aliis circumstantiis, juxtà quas judicandum erit, juxta *text. in cap. recepimus de privileg.* fundat *Abb. in cap. omnis omnia num. 3. de censib. & in capit. fin. de caus. possess. & propriet.* & adest doctrina *Geminiani cons. 81. n. 3.* Et quoties ex quibuscumque verbis fundationis, quamvis generalibus, inspicitur Ecclesiam esse exemptam, & in plena libertate constitutam, tunc concludunt omnes Canonistæ, & Morales: Episcopum Ecclesiam exemptam etiam in spiritualibus non posse visitare, ità *Barbos. de jur. Eccles. lib. 2. cap. 11. nu. 48.* Pater *Diana* acerrimus immunitatis defensor *part. 1. tract. 2. resol. 84.* Et de Confraternitate laicorum ad intelligentiam *Sacr. Concil. Trident. sess. 22. cap. 8. de reform.* idem *Barbos. supr. part. 1. cap. 14. nu. 26. & 27.* & de Ecclesiis, aliisque locis piis gubernatis per laicos, ajunt *Lapus allegat. 42. Card. cons. 11. Barbos. de potestat. Episc. part. 3. alleg. 76. num. 9. & Jul. Capon. tom. 3. discept. 134. num. 4. 40. & 62. Reg. de Ponte in tract. de jurisdict. manuscripto in allegat. pro Hospitali Incurabilium.*

20 Et cum agitur de exemptione per fundationem acquisita, cum sit exemptio dativa, largissimè est interpretanda, utpotè habens ortum ex fundatione ipsius Ecclesiæ, ex quadam specie justitiæ, & ex contractu correspectivo inter Fundatorem, & Episcopum: ideòque in ea largiùs erit procedendum, quod secus esset in exemptione dativa, ideòst ad formam privilegii, in qua strictiùs erit procedendum, ità *Reg. de Ponte supr. in dicta allegat. pro Hospitali Incurabilium*, & etiam tradit *Card. de Luca de jurisdict. discurs. 26. numer. 7. 8. & 9.* quod etiam tradit *discurs. 27. n. 4. & seq.* allegans multas decisiones Rotæ *Gabr.* & alios Doctores. Et ob hanc rationem in nostro Regno Ecclesia SS. Annunciatæ Civitatum Neapolis, Capuæ, & Averiæ non visitantur ab Archiepiscopo Neapolitano, neque in spiritualibus, & A. G. P. uti Ecclesia Regia connumeratur per *Jul. Capon. tom. 3. disc. 134. num. 19. in fin.*

21 Si autem aliqua Ecclesia fuerit fundata ad instar similium, quæ non visitantur ab Episcopo, non poterit ab eo visitari, cùm privilegia, prærogativæ, pacta, conditiones; & observantiæ unius Ecclesiæ communicentur alteri Ecclesiæ fundatæ ad instar illius, ita in specie *Barbos. in tract. de claus. verb. ad instar alterius Ecclesiæ claus. 5. num. 3. fol. mihi 355.* allegans *Abbat. Felin. Roman. Paris.* & alios, *Chokier de jurisd. part. 1. quæst. 17. num. 17.* & omnia, quæ competunt principali Ecclesiæ, competunt, & censentur repetita alteri Ecclesiæ ad instar fundatæ, arg. *text. in leg. omnia Cod. de Episcop.* juncta *leg. asse toto ff. de hæredib. instit. Reg. de Ponte in d. tract. de jurisdict. in allegat. pro Hospitali Incurabilium*, tradit *Barbos. supr. d. claus. 5. num. 4.* cum relatum sit in referente cum omnibus ejus qualitatibus, *Menoch. consil. 837. n. 3. Reg. de Ponte*, ubi supra, & quoties conceditur privilegium uni Ecclesiæ ad instar alterius, & in similitudinem, sive eodem modo, si privilegium primæ Ecclesiæ quocumque modo augetur, diminuitur, vel revocatur; tunc augetur, diminuitur, vel revocatur in beneficium alterius Ecclesiæ fundatæ ad instar; quia in omnibus secunda Ecclesia regulatur à prima, *Mandos. in tract. de privileg. ad instar quæst. 6. Mart. de claus.*

clauſ. part.2. primæ quæſt. clauſ.176. n.2. fol.mihi 59. Emanuel quæſt. regular. to.2. quæſt.55. art.19. Azeved.conſ.36. Suarez de legibus lib.8. cap.15. num.5. 11. & 16. idem *Barboſ.* ubi ſuprà, & privilegium ad inſtar, ſive in ſimili modo, non ſolùm ſimilitudinem importat, verùm etiam illud idem exiſtimatur, ità *Marta* ubi ſupra, & *Barboſ. in tract. de dictionibus diction. 165. & de axiom. axiom. 208. num.2.* ac etiam *in tract. de locis loc. 101. num.2.* per *text. in leg.non poſſunt cum ſeq. ff.de legib. §.rectè inſtitutionum mandati*, idem *Mandoſ. de privileg. ad inſtar qu.1. num.2.* & exemptio extenditur etiam ad acquirenda quocumque modo, & titulo in futurum ſi Eccleſia fuit fundata ſub conditionibus, & pactis, quibus altera Eccleſia exempta tenebitur, ità *Card. in clement. 1. §.ad hoc quæſt.7. de ſtatu Monach. Caccialup. de unione art.4. nu.7.* adducti per *Chokier de juriſdict. part.1. quæſt.37. n.8.* præcipuè quando ageretur de præjudicio Ordinarii, quia tunc omnis interpetratio latiſſima eſt; facienda contra ipſum concedentem, & exemptio extendi debet ad futura acquiſita per aliam Eccleſiam, ad inſtar cujus, ſive ſimili modo fundata erit nova Eccleſia, ità *Chokier. ſup.num.4. & 5. & quæſt.38.n.3.* Et ex verbis enunciativis Papæ, ſive Principis probatur exemptio, *Bart. in leg. ex hac ſcriptura ff. de donat.* ex *text. in leg.publia ff.depoſiti, & in cap.ſi Papa*, ubi DD. *de privil. in 6. clem.1.* ubi *Card. Zabarell. de probat. Roman. conſ. 80. per tot.* adducti per *Chokier. de juriſd. par.1. quæſt.9.num.10.* & credendum eſt verbis enunciativis Bullæ Apoſtolicæ, ut tradit in ſpecie *Solorz. de jur.Indiar. to.2.lib.3. cap.2. num.5. & 6.* motus ex *text. in cap. cum à nobis de teſtib.* & ex *Zabarell. in dicta clem.1.* Sicuti atteſtationi Cardinalis de latere plena fides eſt adhibenda, maximè in antiquis *Card.Tuſc. lit.C. concluſ.103.* & ex conſuetudine inveterata Curiæ Romanæ receptum eſt, ut fides habeatur indiſtinctè aſſertioni Cardinalis legati, ut teſtatur *Maſcard.* poſt *Joann. Andr. & Alex. de probation. concluſ.140. num.17.*

Secunda limitatio eſt, quando Eccle-
22 ſia, quæ prætenditur viſitari per Epiſcopum, eſſet ſub immediata protectione Regis; tunc enim Eccleſia, ſive Hoſpitalis, vel quicumque locus pius per Ordinarium etiam in ſpiritualibus ſine expreſſa licentia, ac arbitrio Regis, nullo modo viſitari poteſt, & per Regem deputatur ad viſitationem in ſpiritualibus, vel ipſe Ordinarius, vel alius Epiſcopus ad arbitrium Regis: hæc propoſitio eſt ſine difficultate deſumpta ex eodemmet *Sac.Concil.Trident. ſeſſ.22. cap.8. de reformat.* illamque latè exornant *Reg. de Ponte in tract. de juriſdict. in alleg. pro Sac. Hoſpitali Incurabilium Civitatis Neapolis*, benè *Pereyra de manu Regia part.1. cap.17. num.10. Card. de Luca de juriſdict. diſc.40. num.3. Regens Merlin. cent.1. cap.65. num.11. Pignatel. tom.1. conſult.113. num.13.* & quamvis *Barboſ. de jur. Eccleſ. lib.2. cap.11.n.56.* dixerit, quod hoc Regi conceditur ex ſpeciali favore, & contrà regulas ordinarias: tamen alter Epiſcopus *Lambertinus de jurepatr. lib.1. part.3. quæſt.9. art.11.* hoc de jure fundavit ex viſceribus Sacrorum Canonum, ita etiam *Rebuff. in prax. ſignaturæ part.3. à num.61.* & *Reg. de Ponte in alleg. prædict. Jul.Capon. tom.3. diſcept.134. num. 34. Velaſc. tom.2. conſult. 105. num. 62. Cabed. de Patronat. Reg. Coron. cap. 39. num.3.* & *cap.42. num.5. Danza de pugn. Doctorum tom.1. lib.3. tit. de leg. piis cap.8. nu. 16.* & ſub generali protectione inter regalias Regum illa maxima, & præcipua exiſtimatur, Eccleſias protegere, cuſtodire, & promptuariè defendere, & proprium Regis eſt, Eccleſiam protegere, quod ex omni jure tàm divino, quam humano, & ex canonico, & civili ſatis latiſſimè, ac doctè fundavit *Salgad. de Reg. protect. part.1. cap.1. per tot. præludio 1.2.3. & ſeqq.* & etiam *in tract. de retent. Bullar. part.1. cap.1.* Epiſcopus *Franges in tract. de competentiis juriſdictionis quæſt.40. ex num.31. cum ſeqq. Solorz. de jur. Indiar. tom.2. lib.3.cap.2. ex num.2. & cap.3. num.52.* ac abundantiùs *num. 64. & Sac. Concil. Trident in. ſeſſ.25. cap.20. de reformat.* vocat Reges Eccleſiarum Protectores. Quod autem iſta generalis protectio Regis ſit ſufficiens ad excludendam viſitationem Epiſcopi reſpectu Eccleſiarum adminiſtratarum per laicos, ad intellectum Sac. Concil. Tridentin. benè fundavit *Reg.de Ponte in dict. tract. de juriſdict. in alleg. pro Hoſpitali Incurabilium*, & ultrà multas rationes de jure, quas allegat, aliam adducimus: nempè, quia quoties Eccleſia ex fundatione illius eximitur à poteſtate Ordinarii: ſtatim intelligitur miniſterio juris ſubmiſſa ſub immediata protectione Regis, & ſub ſuo jurepatronatus: dum Eccleſia protectorem ſemper habere debet; quod colligitur ex *Pereyr. de man. Reg. part.1. cap.27. ex num.8.* & faciunt tradita per *Gizz.* ad

Reg.

Digitized by Google

Reg. Capyc. Latr. decis. 95. num. 13. & per *Azor. instit. moral. lib. 5. cap. 14. quæst. 3.* & dum Ecclesia non est subjecta alteri jurisdictioni, dicitur tunc sub immediata Regis protectione, ut colligitur ex *Gabr. tom. 2. cons. 195. num. 6.* arg. *text. in cap. ex parte 1. de privil.* Maximè si Ecclesia sit de majoribus Regni sui, quia tunc super ipsa Ecclesia Regi tribuitur potestas, majoritas, protectio, jurisdictio, & præeminentia, ità *Anton. Corsetus de potest. Reg. part. 3. quæst. 34. num. 60. inter tractatus tom 16. fol. mihi* 137 & Reges nuncupantur Ministri Dei in terris, *Joann. Redin. in tract. de Majest. Princ. in princip. num. 2. 10. & 32.* inter tractatus *tom. 16. fol. mihi* 145. *à ter.* Ideòque Reges possunt dare Ecclesiis plenariam libertatem ab Ordinario, non solùm in temporalibus, verùm etiam in spiritualibus, ità *Corset.* ubi suprà *par. 3. quæst. 31. num. 57. fol. 137. Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 2. num. 2.* & tantò plus possunt Ecclesiam ipsam sub Reali sua protectione recipere, *Casar. dicta quæst. 50. num. 20. & num. 24.* Undè in Regno nostro videtur absolutum, & declaratum à tempore Regis *Ferdinandi Primi*, quod omnes Ecclesiæ, Hospitalia, & quęcumque alia loca pia, quæ gubernantur per meros laicos, censentur sub protectione Regis, non solùm quoad bona, sed etiam quoad regimen, & gubernium, & quod sic in Regno practicatur, ex *Affict. in tract. de jure protomis. nu. 13.* testatur *Constant. Casar. dicta qu. 50. nu. 29.*

Quamvis ob antiquitatem temporis
23 post cursum sæculorum in promptu non exhibeantur diplomata ad ostendendum hanc Regis immediatam protectionem, hæc immediata protectio Regis probari posset aliis mediis: utpotè conjecturis, & præsumptionibus, prout in specie testantur *Constant. Casar. quæst. 50. n. 36. & 37. Jul. Capon. tom. 3. discep. 193. num. 12. Salgad. de protect. Reg. part. 3. cap. 1. num. 280. Valas. de jur. emphyteut. quæst. 19. num. 16. vers. rursus cum dico:* quod ratione confirmatur, dum protectio Regis non est de illis actis, qui necessariò requirunt scripturam, quos omnes recollexit *glos. magistralis in cap. 1. de censibus in 6.* sed etiam sine scriptura protectio Regis probari potest, idem *Casar. dicta quæst. 50. num. 8.* Undè Regia protectio probari potest per famam, *Casar. sup. quæst. 50. num. 36.* allegans *Put. decis. 256. num. 4. lib. 2. Tambur. de jur. Abbat. disput. 7. quæst. 5. num. 12.* & *Pignatell. tom. 1. consult. 113.* Et ex simplici subjectione etiam sinè jurepatronatus immediata Regis protectio probatur, ità *Pignatell. sup. num. 14.* ex *text. in cap. si Papa de privil. in 6.* allegans *Gaill. ad Misinger. lib. 2. observat. 54.* & *Chokier de jurisdict. part. 1. quæst. 9. num. 3.* Immò ex simplici appositione manus Regis in Ecclesia, colligitur, & probatur ejus immediata protectio, ità *Velasqu. tom. 2. consult. 105. num. 63.* benè *Solorz. de jur. Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 64.* & Neapoli Ecclesiæ, quæ principaliter sunt sub immediata protectione Regis, enumerantur per *Julium Capon. tom. 3. disceptat. 134. num. 19. in fin.* maximè Ecclesia Spiritus Sancti, Ecclesia Sancti Nicolai propè Regiam Dohanam, Ecclesia Sancti Honuphrij, vulgò *delli Vecchi*, & inter ipsas Ecclesias connumerat Templum, & Hospitale A. G. P. & non dubitatur, quod ipsa Ecclesia Sanctissimę Annunciationis Civitatis Neapolis sit sub immediata protectione Regis, & ità communiter existimatur usu, & exercitio, quia cum illa Ecclesia dicatur præcipuè sub immediata protectione Regis, & sub suo Jure patronatus, quæ à Rege fundata, constructa, & dotata est; Ecclesia, & Hospitale Sanctissimæ Annunciatæ Neapolis à Regina Sancia tempore Re-
24 gis Roberti fuit ædificata, constructa, & dotata, prout testatur *Joann. Anton. Summonte part. 2. histor. lib. 3. fol. mihi* 418. his suis propriis verbis: *Nel tempo istesso la Regina Sancia edificò la Chiesa, & Ospedale di Santa Maria Annonziata, con l'occasione, che segue, perciochè desiderosa d'ampliare il Monastero di Santa Maria Maddalena, opra delle sue mani, e non potendo ciò eseguire, sol che con avvalersi dell'Ospedale con la Chiesiola dell' Annonziata ivi contigua, e per ridurre a fine il suo pensiero, mandò od offerire alli Maestri, e Confrati di quello un luogo maggiore con promessa di erigerli a sue spese una nuova Chiesa, & Ospedale più ampii, alla qual richiesta Pietro Massaro, Sergio Spasiano, Alessandro Tagliamilo, e Matteo d'Acerra allora Maestri, convocarono li Confrati, proponendo la dimanda della Regina, e considerato da tutti l'util le grande, che da ciò perveniva, si concluse* unanimiter, concorditer, & nullo penitùs discrepante, *(per usar le proprie parole dell'Istromento) di compiacerli, riponendo in mano della sua Real Corte il bisogno dell' Ospedale. Finalmente si stabilì un luogo ampliss imo dirimpetto a quello, ove dalla Regina fù edificato il nuov'Ospedale con la bellissima*

Chie-

Chiesa, & altri commodi edificii, ove al presente si vede, e la picciola Chiesa, che per addietro fù edificata dalli Sconditi, con l'Ospedale, e Corte della Confratavia, furono rilasciati, e cessi per ampliazione del Monastero di S. Maria Maddalena, e ciò si cava da uno Istromento in pergameno, che si conserva nell'Archivio di detta Casa Santa per mano di Notar Santillo Russo di Napoli, con intervento del Giudice Filippo Cimino dell'istessa Città a' 29. di Maggio 1343. Indict. 11. anno primo Reginæ Joannæ &c. da noi visto: alla quale permutazione fù prestato l'assenso dal sudetto Giovanni Arcivescovo di Napoli a' 6. di Giugno dell'istesso, ove si scorge la sottoscrizzione di questo Prelato, e di ventisette suoi Canonici, la maggior parte de' quali erano nobili; E benche per addietro questa Casa Santa sin all'anno 1339. fusse stata governata dalla Confratavia, e poi sin al 1343. per quattro Maestri, nondimeno essendo accresciuta l'opera fù da quel tempo sin all'età nostra governata da cinque Maestri, uno Nobile di Capuana, e quattro del Popolo. Hęc Summonte.

Ulteriùs probatur protectio Regum
25 immediata ex existentia insignium super Ecclesia, ut dicunt *Salgad. de protect. Reg. part. 3. cap. 10. num. 269. Cafar. quæst. 50. num. 43. vers. respondeo.* Conferunt tradita per *Anan iam cons. 86. num. 2. Gabriel. cons. 196. num. 10. lib. 2. Posidor. Rip. observat. 68. Pignatell. tom. 1. consult. 113. num. 3.* quò spectat illud Evangelii: *Ostendite mihi denarium, cujus habet imaginem, & inscriptionem? & respondentes dixerunt, Cæsaris, & ait illis: reddite ergo, quæ sunt Cæsaris Cæsari, & quæ sunt Dei Deo.* Præterea ex gubernio
26 laicorum inducitur, & probatur Regia protectio, benè *Velasq. to. 2. consult. 105. nu. 27.* ubi latissimè allegat, & *Constant. Cafar. quæst. 50. num. 29.* juncta *quæst. 18.* Ex ista autem hac Regia protectione immediata, Episcopus non potest ipsam Ecclesiam in spiritualibus visitare, juxta *Sac. Concil. Trident. sess. 22. cap. 8 de reformat.* ita ultrà Doctores citatos *Piasecius in prax. Episc. part. 2. cap. 3. art. 5. num. 11. Azeved. tom. 5. lib. 8. tit. 14. l. 13. num. 9. Ugolin. de potest. Episc. cap. 24. §. 1. num. 3.* quod admittunt Doctores omnes. Et quamvis aliqui dicant, quod Episcopus exclusus à visitatione Ecclesię existentis sub immediata protectione Regis, non excludatur ab illa visitatione, quo ad simplicem cultum divinum, ita DD. apud *Dian. tom. 1. tract. 2. resol. 1.* tamen *Pereyr. de man. Reg. par. 2. cap. 17. num. 12.* dicit, quod stylus aliter observat, & conferunt tradita per *Reg. de Ponte in dicta alleg. pro Hospitali Incurabilium*, dum visitari debet Ecclesia jubente Rege, quoad cultum divinum, vel per ordinarium, vel per alium superiorem ab ipso Rege eligendum, ità *Solorz. de jure Indiar. tom. 2. lib. 3. cap. 3. num. 60.* & in hujusmodi Realibus Ecclesiis Episcopus non potest tenere Sedem Pontificiam cum Baldachino, & alia jura Episcopalia, & Pontificia exercere absque Regis jussu, & voluntate Gubernatorum, ita in puncto *Chokier de jurisdict. part. 2. quæst. 1. ex num. 4. 5. & 7.* ubi latè allegat, & disponit *Sacr. Concil. Trid. sess. 6. cap. 3. de reformat. & sess. 14. cap. 2.*

Antiqua fuit controversia an Episco-
17 pi valeant videre computa Ecclesiarum, Hospitalium, Confraternitatum, aliorumque piorum locorum à laicis administratorum, pro qua sciisse fuerunt Doctorum sententiæ, ut videre est apud *Anton. Gabriel. comm. concl. tit. de pia causa concluf. 1. & 2. Mastam de jurisdict. part. 2. cap. 18. ex num. 1. Paris. cons 34. lib. 1. Velasc. tom. 2. consult. 105. num. 5. Valenz. tom. 2. cons. 122. ex num. 38. Jul. Capon. tom. 3. discept. 396.* Sed communis sententia residet in illa distinctione. Aut Ecclesia, Hospitalis, Confraternitas laicalis, & quilibet alius locus pius fundati fuere authoritate Episcopi, & tunc quia habetur tanquam pius locus: gaudens omnibus privilegiis, & immunitatibus ecclesiasticis, & in illis Episcopus videre poterit computa, & facere omnia concernentia temporalitatem. Aut verò fundati fuere sine authoritate Episcopi, & tamquam loci profani Episcopus se intromittere non potest. Cum ista distinctione transeunt *Christin. vol. 2. decis. 15. num. 2. Barbos. de jur. Eccl. to. 2. cap. 11. num. 14. 49. & 78.* quod repetit *de potestate Episcopi par. 3. alleg. 75. n. 26. Velasc. sup. num. 45. Chokier de jurisdict. part. 1. quæst. 31. Fagnan. in cap. de Xenodochiis num. 10.* juncto *cap. ad hæc num. 2. de Relig. domib. Reg. Merlin. centur. 1. cap. 65. Ansald. de jurisdict. part. 2. tit. 11. cap. 14. Danza de pugn. Doctor. tom. 1. tit. de legat. piis cap. 3. Jul. Capon. tom. 3. discept. 134. num. 2. 37. & 79.* juncta *discept. 154. num. 11. de Ros. consult. 10. per tot.* Verùm hęc quęstio absque dicta distinctione erat supita in Regno nostro; dum ob antiquissimam consuetam, & inveteratam observantiam totius Regni Episcopi in omnibus locis piis, utpotè Ecclesiis, Confraternitatibus, Hospi-

ta-

Digitized by Google

talibus, & aliis administratis per laicos, non poterant se intromittere in administratione temporali, computa videre, ac etiam significatorias expedire; dum solummodò computa videbantur per Rationales laicos, & revidebantur per Officiales regios, & significatorię quando contigerat expediri ob malam administrationem, exequebantur per Ministros Regios: Et solùm in quibusdam locis permissum fuit, quod Episcopi assistere possent in visitatione computorum, ita *Danza* ubi suprà. Hęc enim observantia introducta fuit à tempore Regis *Ferdinandi Primi*, prout colligitur ex *Afflict. in tract. de jure prothomis. in princip. notab.3. num.12.* Et idem *Afflict.* in quadam *apostilla* impressa per *Reg. de Marin. in fin. lib.2. fol.716.* in primis impressis Neapolis; Et testatur *Napod. in consuet. si Ecclesia num.75. de jur. congr.* in specie *Reg. de Ponte cons.18. num. 6. tom.1.* loquens de Hospitali Sanctissimę Annunciatæ Neapolis *Anna singul.90. Reg. Capyc. Latr. decis.95. num.5.* ubi Addictionator *Gipt. num.13. Dominicus Manfrella* alter Addictionator *dicta decis.95. num. 10. Constantin. Cafar. Peregrinar. quæst.18. num.20.* qui moventur ex multis rationibus, & præcipuè quia cum locus pius fundatus fuerit per laicos, & administretur per ipsos laicos subjectos Regiæ jurisdictioni, & ipsi laici eligantur similiter per laicos, & non per Episcopum; nullo modo se intromittere potest Episcopus cum sua ecclesiastica jurisdictione omninò incompetente, & incapace, ità *Julius Capon. to.3. discep.134.* vbi varia exempla pro Regia jurisdictione adducit, & sub *num.45. in fine*, ait, quod sic practicatur Neapoli, & sub *num.90.* subdit, quod sicuti Gubernatores laici eliguntur ab ipsis laicis: ipsismet laicis erit reddenda ratio, non autem ordinario, & posteà *num.93.* subjungit: quod hæc est praxis in toto Regno, & sub *num.96.* quod Neapoli non potest ordinarius rationem laicorum Gubernatorum cognoscere; quæ omnia repetit *tom.3. discept.154. num.7. & to.5. discept.397. num.59.* ubi fundat de jure, rationum cognitionem dari non posse Episcopo, & quod hæc sit indubitata praxis in Regno: Et *Constant. Casar. dicta quæst.18. num.16. vers. ergo*, adducit exemplum contra Episcopum Bojani, qui dum excommunicavit quosdam laicos administratores suę Ecclesiæ nolentes solvere eleæmosynas quarumdam Missarum; vigore hortatoriarum illos posteà demum absolvit, & hæc praxis non solùm viget in Regno nostro, sed etiam in Regno Lusitano, prout testatur *Pereyr. de man. Reg. part.1. cap.17. num.7. & 8.* Sed contra ea, quæ scripsit *Constant. Casar.* allegationem composuit *Consil. Joseph de Rosa consult.10.* Sed in causa succumbuit, ut patet in fine *dict. quæst.18. Casar.* Et quod Episcopus possit visitare Montes, & Collegia non erecta ipsius authoritate, sed privata laicorum, licèt tunc solùm spiritualia possit visitare, *Joseph de Rosa loc. cit. num.40.* pro controversiis ad hanc materiam pertinentibus ad præsens institutum reperitur Tribunal mixtum, de quo scripsimus peculiari titulo *tom.8. prax. civil. cap.29.*

CAPUT XVII.

De Prælatorum, ac Abbatum Jure.

SUMMARIUM.

Prælati quinam propriè, & strictè dicti mereantur, & quinam eorum nomine comprehendantur num.1.
Prælatura quid sit num.2.
Abbates quinam dicantur num.3.
Abbas, vel Titulatus renuncians Abbatiam, vel titulum, ex quibus retineant præcedentiam, & ubi num.4.

PRælati propriè, & strictè dici merentur, qui beneficia majora, ut Pontificatum, Patriarchatum, Archiepiscopatum, Episcopatum, Abbatiam &c. possident, non verò Rectores Ecclesiarum, ut tuetur latè *Konig. in theatro politico part.1. cap.37. num 3.* Et quod Prę-
1 lati nomine intelligatur Ecclesia, & ministerium Prælati, dicit *glos. in cap. edoceri de rescriptis.* Et Prælati quinam dicantur, habetur in *cap. quæ in Ecclesiarum de officio ordinarii cap. decernimus extra de judiciis*, & an omnis habens curam animarum dicatur Prælatus, tractat *Abbas in cap.2. de judiciis.* Et quod Prę-
2 latura sit Prioratus, Guardianatus &c. secundùm diversitatem ordinum, constat ex *cap. nullus de elect. in 6.* Abbas verò
3 vox est Syra, quę Patrem significat, *Alciat. in leg. 1. Cod. de in jus vocando*, & Abbatis officium explicatur in *Canone nullam 16. quæst.2.* Monachis, & Cœnobiis præest, undè & Cœnobiarca appellatur, *Alciat. loc. cit.* Legibus autem Longobardorum sancitum est, ne Abbas minus 50. Monachos sibi subjectos habeat, qui cum eo regulariter vivant in

Digitized by Google

Lombard. lib. 2. tit. 34. leg. 18. Abbas etiam ab Abba est pater, & vulgò sumitur pro Monasterii Præfecto: unde & dicitur Prælatus, *Anton. Perez in regul. S. Benedicti fol. 70.* Abbates aliquando nuncupantur in historiis Proceres, seu Nobiles, quod usque in montibus Pyrenæis observari, testatur *Cujacius lib. 1. feud. 1.* & Hugonem illum Capetum, qui Galliæ Regnum ante fuit adeptus, Abbatem Hugonem fuisse nuncupatum, asseverat *Hothomanus in lex. feud. verb. Abbas.* Et ità *Gulielm. Paradin. annal. Burgun. lib. 2.* sub anno 1103. testatur se monumenta vidisse quamplurima, in quibus Proceres Galliæ his nominibus usi fuerint, Dux, & Abbas, Comes, & Abbas, & plura alia ad rem refert *Besold. in thesaur. pract. lit. A. num. 11.* Abbates olim utrumque gladium habuerunt *Broeter. antiqu. Fuldens. lib. 1. cap. 19. Besold. loc. cit. num. 11.*

4 An Abbas vel Titulatus renunciantes Abbatiam, vel titulum retineant nomen, & præcedentiam, & ubi; in quadam facti contingentia, ex infrascriptis affirmativè enucleavimus. Dicebamus enim quod Consiliarius, seù Senator motus, & privatus officio per Principem retinet pristinam dignitatem, & immunitatem. *Guid. decis. 377.*, & subdit *additito* ibi hæc non procedere in privato ob delictum, sequitur *Guid. Pap. Arism. Tepatus libr. 2. var. Jur. sententiar. tit. de dignitat. vers. consiliarius fol. 316. col. 4.* & *Guid. Pap.* allegat. Textum *in l. unica Cod. de comit. qui prov. reg. libr. 12. l. quia*, & *l. eam quam C. de excusat. muner. libr. 10.* ubi notat optimè *Jo: de Platea.* Et si hoc est verum in consiliario, cujus officium non trasfertur ad hæredes, multò magis procedit in Marchione, & titulato, cujus dignitas patentior est ossibus affixa, quia privilegii virtute ad hæredes transfertur.

Heinc qui deposuit officium advocationis adhuc dicitur in dignitate, & in eo procedit Textus in *l. ad egregias ff. de jur. jur. Bald. in l. 1.* per illum textum *C. de advoc. Judic. Purpurat in l. 1. num. 65. ff. de offic. ejus*, qui etiam dicit quod appellatur clarissimus in memoriam pristinæ dignitatis. Sequuntur etiam *Bart. & Ant. in d. l. 1. Tiraquellus de nobilit. cap. 59. num. 10. Felin. cap. si quiternum num. 3. in fin. extra de testibus*, & *Jacobus Benius in tract. de privileg. Doctorem part. 3. privileg. 66.* ad idem Textus *in l. fin. ff. de decurionibus*, ubi de eo qui desierit esse, si decisio sequatur quod damnetur, non erit torquendus in memoriam pristinæ dignitatis, & tradunt ex illo Textu post alios *Jas. in l. si ita stipulatus ero §. Chrysogonus num. 26. & 26. ff de verbor. obligat. & Lancell. Corrad. de decurionibus num. 106.* Et ex hoc infertur quod Abbas qui semel fuit Abbas, deposito officio absque culpa obtinet primum locum in choro, & stallum post Abbatem. Ita *Purpur. loc. tit. num. 26.* allegat *Felin. in cap. quæ in Ecclesiarum col. 19. vers. fallit quinto de constitut. &c.* Et legatis debetur reverentia in memoriam pristinæ dignitatis, ultra *Speculatorem in tit. de legato §. finitur num. 8.* tradit *Jas. loc. cit. num. 27. & Corrad. in tract. de decurionib. nu. 89.* Sic officialem tempore Sindicatus offendens debet puniri, ac si offendisset tempore officii in memoriam pristinæ dignitatis. *Ita Bald. in l. observare §. pro Fisco in 7. qu. de offic. pro con. & Jas. loc. dit. num. 77.* Istis accedit quod antiquitus qui quæsturæ officio functi erant exquæstores dicebantur, sicut exconsules qui consules fuerant, sicque etiam illis dignitatis nomen remanebat, ut post *Petrum Cremens.* tradiderunt *Anton. Augustin. lib. 3. emendat Jur. cap. 3. Antonius Vacca in adnotation. ad proœmium Institut. §. nos verò fol. 7. Jo: Cevæus & Eguinarius Baro in §. cumque hoc in proœm. Institut.* Heinc in Concilio Tridentino Ferdinandus Stunius Archiepiscopus Amalphitanus olim, & tunc Episcopus Bocunensis sedit in primo loco Archiepiscoporum, tanquam Archiepiscopus. Et hoc non alia ratione, nisi quia dignitas semel collata non tollitur, licèt sit finitum exercitium voluntate Principis, vel renunciatione dignitatem habentis. Nec sit mirum quod Ferdinandus existente alio Archiepiscopo sedit ante ipsum, cum tamen Doctores supra allegati dixerint quod Abbas qui deposuit officium sedet post Abbatem; quia respondetur quod illud procedit in loco exercitii, & sic intus Monasterium, ubi unus Abbatiam habuit, alter non; tunc enim præfertur habens in actu, sed in loco communi Abbas priùs sedit ante secundum, si aliter consuetudo non se haberet; sicut Archiepiscopus Ferdinandus in loco Concilii sedit ante Archiepiscopum secundò electum, sed in Diœcesi Amalphitana sedisset post ipsum. Vide in hac materia omninò decisionem *Jo: de Platea num. 2. & Jacobi de Rebuff. in l. 1. C. de præpos. Sacr. cubic. lib. 12.* & vide etiam *Tiraquell. in tract. cessante causa 15. & 16. limitatione*.

De

De Abbatibus tractant *Glossarium Mediolatinum tom.1. pag.10. Novarius in lucern. Regul. pag.1. Barb. de jur. Ecclesiarum pag.212. in decision. Apostolicis p. 1. in tract. variis pag.153. in repert. juris pag. 1. Nicolius in Flosculis pag.1.& to. 2. resolut. pag. 9. Zerula in praxi Episcopali part.1. pag. 10. part.2. pag. 9. Vega in summa tom. 1. pag. 1. Rodericus in quæst. moralibus pag.1. Brancatus in Epist. Canonicis pag. 1. summa Rodriquez part. 3. pag.1. Megalius in promptuario tom. 1. pag.1. summa Lezan. tom.3.pag.1. Basseus in flor. Theolog. tom.1.pag.1. Sà in Aphorismis confessariorum pag. 1. Rubeus in Aphorismis Episcoporum pag.3. Caramuel. in Theolog.mor.reg. num.1479. Alvist. in privilegiis Regularium pag.84. S. Antoninus in summa tom. 3. pag. 294. Allozza in floribus summæ pag.1. Tamburrinus* per integrum tractatum *Tuscus tom.1.pag.3. Coppinus ut jure Cœnobitarum pag.43. Gavantes in manuali Episcop.pag.1. Malletus in theolog. moral. tom. 1. pag. 438. summa Naldi pag. 2. Lorichius in thes. theol. t.1. col.5. sum. Quarant pag.1. Rauny t.1. theolog.mor.p.521. Cotonus in controvers.p. 322. Hæstenus in disquisitionibus Monasticis pag.309. Theatrum Vitæ hum.t.8.p. 5. column. 2.* De Sede Abbatiali *Novarius in lucerna Regularium pag. 234.* De Abbatibus quoad consecrationem Altarium, & collationem ordinum *Bossius in moral. pag. 763.* Vitæ Veterum Abbatum *Cassianus de inst. pag. 226.* De Abbate seculari *Malletus in theologia mor. pagin. 467.* De Abbatibus, vita, & sanctitate Claris *Theatrum vitæ hum. tom. 1. pagin. 3.* Abbates Cistercienses an habeant usum pontificalium, possint benedicere, consecrare, &c. & adest integer tractatus. De Abbatiis *Barb. in tract. variis pagin. 153. & repert. juris pagin. 1. Crespetius in summ. Cathol. pagin. 6. Megalius in prompt. jur. tom. 1. pag. 6. Branc. in Epithom. Canon. pagin. 1. Novarius in lucern. Regul. pag. 3. summa Lezzanæ tom. 3. pag.9. Tuscus tom.1. pag. 11.* Cathalogus Abbatiarum *Jordanus Pax tom. 1. Elucubrationum* Cathalogus Abbatiarum Urbis *Brancatius Cardinalis in dissertationibus pag.60.*

De Prælatis tractant *Barbosa in decis. apost. pag. 549. idem in tract. var. pag. 283. idem in repert juris p. 293. Donat. in praxi Regul. tom. 2. pag. 160. Molfesius in summa pag. 607. Alozza in flor. summ. pag. 620. Sà in Aphoris. confess. pag. 428. Rubeus in Aphoris Epis. pag. 487. Bannes de just.& jur. pag. 337. S. Antoninus tom. 3. sum. pag. 339. Summa Rodriquez part. 4. pag. 260. Vega in summ. tom. 2. col. 653. Tuscus tom. 6. pag. 197. Portellus in dub. Regul. pag. 359. Lorichius to. 2. Thes. theol. pag. 1598 summa Sylver. part. 2. pag. 240. Barsæus t. 1. p. 689. Theatr. vit. hum. tom. 6. pag. 573. summa Naldi pag. 589. Zerola in praxi Episc. pag. 302. Layman. tom. 2. lib. 4. pag. 265. Velascus in summ. t. 2. pag. 636.* De Prælatis Regularibus tractant *Summa Lezzanæ tom. 2. pag. 260. idem tom. 1. pag. 207. Marcant. tom. 3. trib. anim. pag. 306. Bonagratia in quæst. Regul. pag. 421. Miranda in manual. t. 2. pag. 1. idem t. 2. pag. 288. & 403. Summa Lezanæ t. 4. pag. 491. Novarius in Lucer. Regul. pagin. 292. Summa. Rodriquez part. 2. pagin. 73. Pellizar. tom. 2. pag. 823. Roderic. in quæst. moral. pag. 803. & Cassesing.* per integrum tractatum. De Prælatorum regularium potestate in foro interno per integrum tractatum *Polaccus, Donatus tom. 2. prax. regul. p. 108. Garzias tom. 2. polit. regular. p. 209. & 541.* De Prælatis habentibus jurisdictionem quasi Episcopalem *Ricc. t. 4. p. 99.* De Prælatorum Regularium potestate in foro interno. *Donatus tom. 2. prax: regul. p. 108 Garzias t. 2. polit. Regul. p. 209. & 541.* De Prælatis vitiosis miscre obeuntibus *Aringa tom. 2. mort. peccat. pag. 515.* manuale Prælatorum *Miranda.*

CAPUT XVIII.

De Capitulis, & Collegiis.

SUMMARIUM.

Capitulum propriè quid sit, & quinam capitulares dicantur, explicatur nu. 1.
Episcopus est quasi caput Ecclesiæ, cujus sunt membra Canonici, & Capitulum 2. prælatus etiam an veniat nomine capituli, enucleatur num. 3.
Collegium, & capitulum potest esse sine Prælato 4. Electio facta a majore parte capituli servanda est 5. Collegium, sive Capitulum semper idem est, licèt mutati sint homines de collegio 6.
Doctor relegatus non gaudet collegio Doctorum 7. quinam in eodem sint promotores 8. Admissio ad collegium qualiter necessaria sit 9.

CApitulum propriè est paruum caput, est verò etiam locus, ubi Monachi
1 & Canonici congregantur, qui inde capitulares dici solent, quia ibi capita Religiosorum considerent, *Goldast. Aleman. tom. 1. fol. 200.* Et major pars Canonicorum facit Capitulum, & ideo si

litigetur inter Canonicos, Procurator electus per majorem partem, debet expensas a capitulo habere *Vivius decis.42.*
Episcopus est quasi Caput Ecclesiç, cujus
2 propria quasi membra sunt Canonici, & ipsum Capitulum, sic ad literam *c.novit de his quæ fiunt a Præl.* Nam ut Pontificis Cardinales; ità Episcopi corporis pars sunt Canonici. *Panormit in d. c.novit.* Appellatione Capituli, aliàs propriè,
3 & strictè accipiendo, Prælatus non venit, quia licèt sit caput, non est tamen de capitulo, quippe eo ipso, quod Caput sit capituli, definit esse in Collegio; & ita jus Prælaturæ, distinctum est à jure Capituli. Sed quia tamen in Episcopi jurisdictione est Capitulum, semper in omni fere actu subintelligitur hoc cum Episcopo, etiamsi soli Episcopo conveniat. *Nicol.Reusner. vol.3.cons.11. num. 184. & seq.* De Capitulo Sede vacante, ejusque potestate, *vid. Ricc. in prax. Ecclesiast. fol. 500. &c. Arumæ. in tract. d. Comitiis Imperii cap. 4. num. 104. &c.* Commenda Sede vacante, an ad Episcopum, an vero ad Capitulum pertinent? habet *Card. Tusch. practic. conclus. lit. D. conclus. 551.* Et Collegium, aut Capitulum potest esse sine Prælato,
4 & major pars dicitur caput illius. *Reg. Merlin.1. forens.6.num.19. & 21.* Et electio facta à majori parte capituli servanda est, nisi statutum requireret omnium præsentiam ad exornationem text. *in cap. quod si major.ff.de reg.Jur.* latè *Præsid. de Franch. dec. 2. per totam.* Collegium, aut capitulum semper idem est,
6 licèt sint mutati homines de Collegio, & in locum defunctorum alii subrogati, & factum ab aliquibus de Collegio censetur factum a subrogatis in ipsorum locum. *l. proponebatur ff. de Judic. de Franch. dec. 544. num. 9. & 10.* Doctor
7 Relegatus non gaudet collegio Doctorum *Mart. digest. Novis. part.2.cap.pr. verb. Relegatio* In Collegio Doctorum
9 hujus Civitati's Neapolitanæ promotores, qui quatuor esse debent excepto Priore, & eo qui puncta assignavit, debet doctorandus eligere, præterquam quod si adessent Regentes Regiam Cancellariam, qui sunt necessariò promotores,
8 nisi alii quoque adsint Regentes; nam tunc posteriores sunt promotores, *Reg. Sanfelic. decis.324. num. 9. & sequ.* Salarium, sivè munuscula quę debentur judicantibus de doctoratu in almo Collegio Napolitano, quamvis debeantur Officialibus jurisdictionem exercentibus, licèt non adfuerit, non tamen an debentur Cardinali absenti ut alibi docuimus.
9

Admissio ad Collegium est utilis, & necessaria eidem Collegio, etiamsi sit prohibita admissio, nisi quinque, cum id sit benignè interpetrandum, non amarè tractandum. *Præsid. de Franch. decis.270. in fine.*

De Collegiis tractant *Tuscus tom. 1. pag.538. Vega in summ.tom.1.pag.876. Sà in Aphor. confess. pag. 61. Tepatus tom.1. pag. 136. Rubeus in Aphor. Episc. p.118. Megalius tom. 1. prompt. pag. 654. summ. Sylvestr. p.1. pag. 110. Lorichius in Thes. Theol. tom. 1. pag. 616. Barbos. in tract. jur. pag.186. In decis. Apost.pag.182. Nicolius in flosc. pag. 151. Zerola in prax. Episc. pag. 94.* De Collegiis Religiosis. *Miranda in manual. Episc. pag. 227.* De Collegiis Opificium *Fritschius.* De Collegiis Illicitis *Decianus tom.2. pag. 193.* An Collegium Ecclesiasticum censeatur extinctum, & ad secularem Principem redire per defectum omnium, qui de Collegio sunt. *Jo: à S. Thom.1.in 2.2.D. Th. pag.470.*

De Capitulis tractant *Crespetius in summ. pag. 94. Megalius in prompt. tom. 1.pag. 463. De Luc. in Theatr.verit. tom. 12. Pilaja in instit. Canon.pag.91. Allozæ in flor.summ. pag.59. Rubeus in Aphoris. Episcop. pag. 82. Sà in Aphorism. confess. pag. 44. Bonagratia in quæst. Regul. pag. 141. Barbos. in dec. Apost. pag.129. Barbos. in tract.var.pag.169. idem in Repert. jur. pag.42. Idem de jur. Eccles. tom. 1. pag. 303. Gavantes in manual. Episcop. pag. 54. Catonus in contr. pag. 367. Zerola in prax. Episcop. pag. 92. & par. 2. pag. 32. Frances in Eccles. Cathedr. pag. 364. Summ. Lezan. tom. 3. pag. 233. Bassæus in flor. Theol. tom.1. pag.90. & tom. 2. pag. 127. Tuscus tom. 1. pag.361. Acta Eccles. Mediolanensis pag. 189. Nicolius in flosc. pag. 101. Magrus in notit. pag. 107. Lorichius in Thes. Theolog. tom. 1. pag. 478. summ. Naldi pag. 105. summ. Sylvestr. part. 5. pag. 89.* De Capitulis Regularium *Summa Lezanæ tom. 2. pag. 213. Atfrenus in disquisit. monast. pag. 735. Donatus in prax. Regular. tom.2.pag. 201. Garzias tom. 1. polit. Reg.pag.510. Miranda in manual. tom. 2. pag. 41. Pellizarius tom. 2. pag. 983. Miranda in manual. tom. 2. pag. 120. summ. Lezanæ tom. 4. pag. 402.* De Capitulo sede vacante. *Molina tom. 6. pag. 44. Barbos. in decis. Apost. pag. 132. Ventriglia in praxi tom. 2. pag. 241. Diana ordin. tom. 2. pag. 381. Termolinus. Tuscus tom.1.p. 363. Genuens. in prax. Archiepis. p. 439. summa Rodric. part. 3. p. 129. Riccius in prax. tom. 1. p. 318. summ. Quarantæ p. 169. Megalius*

Digitized by Google

sius in promptuar. tom.1. p. 465. Garzias de beneficiis tom. 1. p. 570. Gavantes in manual. Episc. p.36. Novar. in summ. Bullar. p. 49. De potestate Capituli sede vacante *Alvarez. in specul. Princip. p. 144.* De voce Capituli *Gloss. med. latin. tom. 1. p. 810.*

CAPUT XIX.

De officio Parochi, & Jure Ecclesiæ Parochialis.

SUMMARIUM.

Parochialis Ecclesia, ex quibus potissimè dignoscatur num.1. quidque circa Parochiarum distinctiones præscripserit Concilium Tridentinum, enucleatur nu.2.

Parochus olim quotupliciter vocabatur, & quisnam sit num.3. debet esse idoneus, & qualiter ita intelligatur n.4. ubi qualiter fiat concursus, & quando fieri non debeat. Adepta possessione qualiter teneatur facere professionem fidei num.5. tenetur residere num.6. qualiter præcedat alios beneficiatos num.7. ad quæ teneatur num.8. ejus salarium quid sit num.9.

Parochiani, cujus Parochiæ debeant dici num.10.

Decimæ personales debentur Parocho à Civibus, & eis, qui domicilium habent in Parochia num.11. nec potest illas petere, si unquam ipse, & ejus antecessores exigerunt num.12.

Fructus Parochiæ si excedant summam Conciliaris Tridentini, non potest Parochus petere decimas prædiales nu. 13. Et generaliter non debentur, ubi adest consuetudo in contrarium num.14.

Decimæ præteritæ, nisi videantur petitæ, minimè debentur num.15.

Parochus unius Parochiæ administrando Sacramenta Parochianis suis, potest promiscuè transire per fines alterius Parochiæ num.16. An possit Ecclesia Parochialis esse unita cum Monasterio num.17.

Parochiæ de jure præsumuntur distinctæ, nisi contrarium probetur num.18.

PArochialis Ecclesia ex his tribus potissimùm dignoscitur, nempè quod ha-
1 beat fontem baptismalem, sepulturam, & curam fori pœnitentialis per unum Sacerdotem, latè *Zipæus in analis. jur. Pontific. tit. de Parochiis lib.3. fol. 279. & Sacr. Concilium Tridentinum sess. 24.*
2 *cap.13.* ad hoc ut magis vultum pastoris sui, cognoscant oves suæ, mandavit, ut iis in locis, ubi Parochiæ certos fines non habent, nec earum Rectores proprium Populum, quem regant, distincto Populo in certas propriasque Parochias, unicuique situs perpetuus, peculiarisque Parochiis assignetur, à quo solo licitè Sacramenta suscipiantur, aut alio modo utiliori, prout loci qualitas exegerit, provideantur. Si tamen Parochiæ non certos quidem fines habeant, sed certum Populum, certasque Familias, usque adeò ut Sacramenta promiscuè non administrentur; sed Parochi suos noscant, & tunc satisfactum erit Concilii decreto, magis tamen fini, intentionique, quàm ejus verbis, nisi distinctio ex circumstantiis utilior sit per Familias, quàm per certas Regiones, *Zipæus loc. cit. fol. 283.* ubi latè agit *de officio Parochi*.

Parochus olim appellabatur Presbyter Cardinalis *D. Gregorius lib.1. epist.15. ad Balbinum*, absolutè dicitur Presbyter, *Concil. Carthagin. quartum cap.36.* dicitur proprius Sacerdos *cap. nuper de sententia excommunicationis*, dicitur Plebanus, *cap. cum olim de præscript.* dicitur Curio, quia regebat Curiam; dicitur Rector, & olim Parochia dicebatur Parœcia, & idem est ac Diœcesis, *Concil. Nicæn. prim. c.16.* hodiè est, qui ex officio ministrat suis ovibus, *cap. in D. minicis 2. de Parochis.* Parochus debet esse idoneus. Primò morum honestate. Secundò ætate saltem annorum 25. etiamsi sit Coadjutor, *Trident n. sess. 24. de reformat. cap.13.* & collatio facta ante dictam ætatem est nulla, *Sà verb. beneficio num.9.* Ætas 25. annorum requiritur ad illum, etiam qui concurrit ad beneficium curatum, *Navarr. cons.2. num.5. de ætate, & qualitate*, & potest admitti ad concursum habens talem ætatem, etiamsi non sit Sacerdos, dummodò intra annum possit assumere Sacerdotium *cap. ex litteris de transactionibus, cap. licet canon. de elect. in 6.* Tertiò debet esse doctus, ut possit suum munus exercere, & ejus doctrina debet probari per concursum, *Trident. sess. 24. de reformat. cap.18.* Et approbatus in uno concursu, debet iterum concurrere, si velit transire ad novam Parochiam, *Sacra Congregatio* apud *Barbos. collect. 552. num.43. Parisius lib.8. de resign. quæst.9. n.83.* Concursus verò non requiritur, si Parochia sit tenuis valoris, si proposito edicto nemo compareat, *Barbos. de potestate Parochi qu.1. cap.2. num.16.* Secundò non requiritur in Parochiali resignata in manu Summi Pontifici ad favorem tertii, tunc enim sufficit

Digitized by Google

cit ſi Reſignatarius ſit idoneus, etiam examinatus ſine concurſu, *clementin. unica de rerum permutatione*. Tertiò, nec fit concurſus in curis adminiſtratis à regularibus, vel à Collegiatis ſæcularibus, *Barboſ. part.1. de offic. Parochi cap.2. num.26.* In Parochiis juriſpatronatus non requiritur concurſus, ſi juſpatronatus ſit laicum, requiritur ſi ſit eccleſiaſticum, *Trident. ſeſſ 24. cap.18.* 5 *de reformat.* Parochus adepta poſſeſſione Parochiæ tenetur facere profeſſionem fidei, *Trident. ſeſſ.24. cap.12. de reform.* Quę profeſſio poteſt fieri etiam per Procuratorem cum ſpeciali mandato, *Trid. dicto loc.* & non faciens profeſſionem intrà duos menſes, amittit fructus ipſo jure, qui decurrunt poſt duos menſes uſque dum faciat fidei profeſſionem, *Tridentin. dicto loc.* qui fructus applicatur pauperibus, vel fabricæ Eccleſiæ, ubi eſt Parochus, *Trideni.dicto loc.* Tempus ad profeſſionem fidei emittendam currit à die captę poſſeſſionis, *Tridentin. loc. citat.* Parochus tenetur reſi- 6 dere de jure divino, *Tridentin. ſeſſ. 23. de reformat. cap.1.* Et tenetur reſidere intra fines Parochiæ, etiam tenui reditus, & trium focularium, vel perſonarum, *Garzia de beneficiis part.3.cap.2. num.176.* & habens duas Parochias unitas, tenetur reſidere in digniori, & frequentiori, & in pari dignitate in alterutra, *Caſtropal. to.2. tract.13. diſput.5. punct.2.* Poteſt abeſſe per duos menſes continuatos, vel interruptos, relicto idoneo ſubſtituto, *Tridentin. ſeſſ.23. de reformat.cap.1.* & debet habere licentiam in ſcriptis ab Epiſcopo, ſi velit abeſſe per bimeſtre, *Sanc. 6. decalogi cap.16. num.29.* licèt Epiſcopus poſſit illam oretenus concedere. Ultra bimeſtre non poteſt abeſſe ſine gravi cauſa cognita per Epiſcopum:, & non reſidens amittit omnes fructus pro rata abſentiæ,& poteſt compelli cenſuris ad reſidendum, appellatione remota, & deveniri uſque ad privationem beneficii, *Trident.dicto loc.* 7 Parochus prçcedit omnes, etiam in Eccleſiis regularium, Conſtitutione Clementis VIII. incip *decet Romanum Pontificem*, & prçcedit omnes beneficiatos ad inſtar Epiſcopi in ſua Parochia, *cap. benè de dolo*, & *contumacia*: Et multò magis in aſſociandis funeribus, *Gratian. diſcept.forenſ. cap.298.* debet docere do- ctrinam Chriſtianam, *Sanc. 2. decalogi* 8 *cap.3. num.15.* debet prædicare agenda, & credenda, *Tridentin. ſeſſ.5. de reform. cap.1.* in erigendis Parochiis requiritur Epiſcopi authoritas, qui etiam invitis Parochis, poteſt novam Parochiam erigere, pro ſubveniendis Parochianis diſtantibus, tunc enim irrationabiliter Parochi eſſent inviti, niſi vellent ibi tenere Coadjutorem, *cap.ad audientiam de* 9 *Eccleſiis ædificandis*. Salarium Parochi eſt centum aureorum, deductis impenſis, *Tridentin. ſeſſ.24. cap.13. de reform.* 10 Si quæras ſub cujus Parochia ſit Parochianus, dicas eſſe in illa Parochia, intra cujus diſtrictum habet domus portam frequentiorem, *leg. quod conclave 47. ff de damno infecto*. Et ſi habeat duos aditus æquè frequentatos, tunc conſideratur pars nobilior domus, *leg. cum in diverſis ff.de relig.& ſump.* Et ſemper eſt attendendus aditus prò hominibus, non pro jumentis, *l. apud labeonem §.domum ff.de injuriis*. Confines Parochiæ ſola poſſeſſione annorum quadraginta præſcribuntur, ut latè docuimus *tom.3. cap.60. de finium erection.& manutention. n.10.*

Decimæ debentur Parocho à Civi- 11 bus, & eis qui domicilium habent in Parochia, cum illic Sacramenta recipiant, ac Altaris fructus ſapiant, ſi ſermo ſit de decimis perſonalibus, *cap. 1. §.his iſtaque, cap. Eccleſias 13. quæſt. 1. cap.decimæ*, & *cap.decimarum 6. quæſt.1. cap.ex his 12. quæſt.1. cap. ad apoſtolicæ, cap.cum ſint*, & *cap. paſtoralis de decim. Ricc. part.2. prax. reſolut. 69. verſic. ulteriùs*.

Nec poteſt Parochus illas petere, ſi 12 nunquam ipſe, & ejus anteceſſores exegerint, *Moneta de decim. cap.5. num.92. Gutierez can.99. lib.2. cap. 21. numer.9. verſ.Hunc verò*. Quia cum decimæ perſonales ſint juris humani, & non divini, poſſunt in totum conſuetudine deleri, *Monet. loc.cit. Mauſon. de cauſ. execut. ampliat. 34. num. 74. verſ. declara* 13 *quartò*. Et ſi fructus Parochiæ excedunt ſummam Concilialis Tridentinæ ſubſtentationis, non poteſt ille jure petere prædiales decimas, *cap.cauſam*, & ibi Doctores omnes *de præſcript. Triviſan. deciſ. var. civil. 29. num. 15. Mareſcott. var. reſol. cap. 95. num. 28.* & *30. verſic.* & *quod talis libertas*; & lic. Doctores iſti locuti ſint de quota, tamen *Guttier. can.99. lib.2. cap.11. num. 61. verſ. laici verò*, & *num.63.* docet etiam de tota, dummodò Rector congruam ſubſtentationem habeat, & teſtatur eſſe communem, & in praxi tutiorem, & ità reſpondet contrariis contraria putantibus, *Mauſon de cauſis execut. loc. cit. num.67. verſic. contrarium tenet*, aſſeverans in hujus Regni partibus ex antiquiſſima con-

Digitized by Google

consuetudine, & tempore immemorabili tàm in parte, quàm in totum decimas non deberi, imò in eodem loco *n.8. vers.quintò*, adducit conventionem habitam inter Regem Carolum Secundum, & Archiepiscopum tunc Neapolitanum non solvendi decimas, ut etiam fatetur *Tappia in Constit.Quantò cæteris in verb. procurent num.19.*

Inhærent attenta negativa consuetudi-
14 ne etiam in decimis personalibus, *Leo in prax.Ecclesiast.in tit. de decim.cap.27. num.7. & num.11. Marescott. var. resol. cap.54. n.5. & 6. vers.nam licèt, Guttier. dicto cap.21. num.65. & 66. versic. prima conclusio*, qui ad id alios adducit *Navar. in Enchyrid. man. num.31. versic.sequitur secundò*, ibi: *Idem dicendum de personalibus, quod de aliis v3. Quod non debentur, ubi est consuetudo legitimè præscripta eas non solvendi, qualis est ferè nostra etate in toto Orbe Christiano*. Et *Ricc. in prax. part.1. resol.38. num.4. & dicta part.4. resolut.510. & 511. Guttierez cap. & num. sup. citat.* aliique Doctores cum *Mauson. de caus. execut.* allegati. Et ratio est, quia, ut ait *Navar.* cum Doctoribus citatis, juris divini tantùm est congrua substentatio Ministris ecclesiasticis, qui sunt de duodecima Tribu Levi, *Navarr. sup. cit.* Altari servientibus. Nam qui Altari servit, de Altari vivere debet, ut effatum Canonicum Regulare est. Ergo data Parocho congrua substentatione, omnia decimarum antiqua consuetudine tolli possunt, *Guid. Papa decis.24. Ricc. loc. sup. citat. dicta resol.510. & 511.*

Decimæ præteritæ, nisi videantur pe-
15 titæ, minimè debentur de cætero, *Rot. Roman. in decis.1. aliàs 25. de decim. in antiqu. Paris. consil.151. num.26. vol.3. & Addentes ad dictam decisionem Rotæ*, & eam appellant mirabilem. *Div.Thom. 2.2. quæst 87. art.1. ad 5.* & ibi expresse *Cajetan. Felin. in cap. si autem num.5. de rescript.* cum aliis Concordantibus allegatis per *Monet.de decim.cap.6.n.21.vers. secunda conclusio, Caputaquen. decis.21. & 244.* Quod à fortiori procedit accedente antiqua consuetudine illas non solvendi, *Marescott. dict. lib.2. cap.93. Monet. ubi sup. sub num.35.* adeòque in prædicto casu Parocho resistit jus, *Ricc. sup. cit. 4.part. resol.110.* & sufficit, ut unquam nedum pro præteritis, sed etiam pro futuris maturandis, molestari quis possit, *Mauson. loc. sup.cit. n.76.* adducens *Marescott.ubi sup. cap.95.n.29.* quique *Mauson.* ita conciliat *Guttierez sup. cit.* contrarium putantem, & *Rot. in una Hispalen. coram Cardin. Pamphil. Covar.* & alios adductos per *Monet. loc.cit. num.21. 22. & 23.*

Parochi unius Parochiæ administran-
16 do Sacramenta Parochianis suis, possunt promiscuè transire per finem alterius Parochiæ, *Joseph de Rosa consult. primæ num.28. vers.dicunt sanctissimè*. Non po-
17 test Ecclesia Parochialis esse unita cum Monasterio, neque Clerici Sæculares cum Regularibus, neque quoad curam Animarum, quæ non potest esse penès plures: Verùm si Ecclesiæ ità unitæ reperiantur, manuteneri debent, *Ludovis.*
18 *decis. Rot. 370.* Parochiæ de jure præsumuntur distinctæ, nisi contrarium probetur, quod ab allegante probandum est, *Joseph de Rosa consultat. 9. num. 4. tom.1.*

CAPUT XX.

De Coadjutore.

SUMMARIUM.

Coadjutor quisnam sit, qualiter dari soleat in spiritualibus, & quotuplex sit, explicatur num.1.

Semper ejus datio respicit favorem Ecclesiæ num.2.

Causa dandi Coadjutorem debet esse justa, illaque cessante, cessat Coadjutoria, num 3.

Coadjutor datus, si fiat inhabilis, extinguitur Coadjutoria, & datur alius Coadjutor, qui succedit mortuo Coadjuto num.4.

COadjutor solet etiam dari in spiritualibus alteri impedito senectu-
1 te, amentia, infirmitate, *cap. unico de Clerico ægrotante in 6.* potest dari ad tempus, & in perpetuum. Ad tempus dicitur temporalis, & cessat elapso tempore, cessante impedimento, puta cessante infirmitate, ob quam fuit datus. Perpetuus est cum spe futuræ successionis, scilicet ut succedat ad dignitatem, ad officium mortuo Coadjuto, & constituere Coadjutorem cum spe futuræ successionis, non spectat ad Episcopum, sed ad Papam, *cap. ne captandæ 3. de concessione præbend. in 6.* Semper respicit favo-
2 rem Ecclesiæ, ne scilicet divinus cultus minuatur, *cap. ex parte de Clerico ægrotante, Puteus lib.3. decis.225. nu.17.*
3 Causa dandi Coadjutorem debet esse justa, & cessat Coadjutoria, cessante causa etiam ex parte Coadjutoris, *Zacchias qu.medico legal. lib.10. decis.65. num. 7.*

4 Et

Digitized by Google

4 Et sic Coadjutor datus, si fiat inhabilis extinguitur Coadjutoria, & datur alius Coadjutor, qui succedit mortuo Coadjuto, *Cassadorus decis.3. num.5. de prebendis*.

De Coadjutoribus tractant *Barbos.dec. Canon. pag.184. de offic. Paroch. pag. 204. Garzias de benefic. tom.1. pag.243. Vermiglia in prax. tom.2. pag.215. Acta Eccles. Mediola. pag.118. Rubeus in aphoris. Episcop. pag.114. de Magistr. in prax. Eccles. tom.1. pag.563. Riccius in prax.to.4. pag.373. Barbosa in decis. apost. pag.174. in Repert. Jur. pag. 62. Zerola in prax. Episc. pag.111. part.2. pag.35. Lorichius in thes theolog. tom.1. pag.647. Megalius tom.1. pag.586. Barbosa de jur. Eccles. tom.1. pag.203. Pilaja in institut. Canon. pag.91. Tuscus de visit. pag.429. Barbos. tom.3. de potest. Episcop. pag.218. Tuscus tom.1. pag.320. Gavantes in manual. Episcop.pag.70. Sum.Silvest. part.1.pag.110. Nicolius in flosc. pag.146.* De Coadjutoriis *Remorampius*, & *Barbos.de jur.Eccl. tom.2. pag.163.*

CAPUT XXI.

De Regularibus, eorumque juribus.

SUMMARIUM.

Regulares quinam sint, & quinam Monachi explicatur num. 1. in Religionibus maximè approbatis requiritur annus probationis etiam in militibus Hierosolymitanis, & quando incipiat currere 2.

Novitius nequit absque licentia Superioris pernoctare extra claustra 3.

Professio qualis, & quotuplex sit explicatur 4. Ætas ad profitendum qualis sit num.5.

Professio dubia, aut nulla ratificari, & convalidari potest, & quando hæc præsumatur 6. ubi quando possit dici de nullitate professionis, ibid.

Qui debet emittere professionem, qualiter infra duos menses proximos ante professionem debeat facere renunciationem, ex dispositione Concil.Trid.ubi quænam comprehendat 7. ubi quod non includantur ultimæ voluntates, sive sint testamenta, sive codicilli, legata, donationes, causa mortis, ibid.

Religiosus professus, an & qualiter possit transire ad aliam Religionem, & qualiter licentia requiratur, enucleatur 8. & 15. & quid si quis exeat à secunda Religione, & revertatur ad primam, num.9.

Monachus si à Religione egrediatur qualiter omnia, quæ alteri donaverat, aut cesserat, recuperet 10. & 17.

Religio Patruum Theatinorum, Carmelitanorum, Jesuitarum, Cruciferorum, Capuccinorum, qualiter sint incapaces, aut capaces, enucleatur 11.

Ad solum Summum Pontificem spectat regulas Monasticas probare 12.

Regulares professi ex vi Regulæ ad quænam obligentur 13.

Regularibus non est permissum vagare extra claustra 14.

An liceat Monacho, ut parentibus subveniat, à Religione exire 16.

Usufructu alicui relicto, si ingrediatur Monasterium, ad illud transit durante vita Monachi 18. ubi quid de concessione alicui facta ad vitam, & quid de emphyteuta 19. quidque de feudo concesso pro annua præstatione 20. vita, & militia 21.

Monachus per professionem in aliqua Religione omnia nedum bona, sed voluntatem amittit, & omnia forensia, & sæcularia Monachis sunt interdicta absque licentia Superioris 22. & 27. omnia, quæ acquirit, acquirit Monasterio ubi residet 23. quidque dicendum de eo, qui se obtulit alicui Cappellæ, vel Ecclesiæ cum omnibus bonis 24.

Si Monachus fuerit privatus re legata, vel donata in casu, quo professionem emitteret in aliquo Monasterio, non per hoc censetur prohibita acquisitio Monasterio 25. jura sanguinis non transeunt in Monasterium 26.

Meretrix, quæ inhonestè vivit, & exercet meretriciam artem in propria domo, juxta conventum Religiosorum, potest ab ea expelli 28.

Regularium Provinciales qualitèr habeant jurisdictionem quasi Episcopalem in utroque foro, respectu eorum Regularium 29.

Superiores regulares singulis annis tenentur visitare, & corrigere subditos 30. grave crimen est visitationis omissio 31. particulariter fuit id præscriptum constitutionibus Generalibus Serafici Ordinis, & signanter Capuccinorum 32.

Visitatio procedit de jure divino 33. visitationis tùm necessitas tùm utilitas recensetur 34.

Visitatio generalis facienda est omnium locorum 35.

Sanguis cujusque subditorum requiritur de manu Superioris 36.

Regularium Instituta initio circumscripta, & subjecta erant jurisdictioni Ordinariorum 37.

Pri-

Digitized by Google

Privilegia Summorum Pontificum, ex quibus crevit exemptio Regularium, memorantur 38.

Sedes Apostolica manus imponit, & procedit contra Regulares ratione abusus jurisdictionis in Superioribus Regularibus 39. *ubi ex pluribus exemptificatur ratione negligentiæ* 40. *ratione appellationis* 41. *ratione recusationis Judicum regularium solemniter, & cum juramento* 42. *Et qualis sufficiat recusatio* 43. *Et ex quibus multò magis id procedat, si recurrentes contra Superiores regulares, sint in numero decem, aut ultra* 44. *ubi plurima favore numeri denarii recensentur.*

Materia, seu causa finalis recursus pro bono publico Religionis commendabiles, & probatos efficit recurrentes, adhuc si arguantur ob defectum licentiæ recurrendi 45. *ubi declarantur Textus Conc. Trid. & cætera jura canonica de hac materia, præsertim si recursus habitus fuerit ad Supremam Majestatem S. Sedis Apostolicæ* 46. *adducitur decretum Sacræ Congregationis super disciplina regulari anni* 1695. *nu.* 47.

Monachus an possit repudiare hæreditatem invito Abbate, vel illam non adire; & an possit Abbas invito Monacho, qui velit adire, hæreditatem repudiare 48. *& 51.*

Relictum non Monasterio, sed ipsis Monialibus an teneat, & an legatum istud si non valet favore Monialis, valeat tantùm favore Monasterii, enucleatur num. 49.

Moniales qualiter possint de vitalitiis cum expressa, aut tacita voluntate Abbatissæ disponere 50. *& 52.*

REgulares, qui Clericorum nomine etiam utuntur, vivunt sub regula, &
1 appellantur Canonici, & Clerici regulares, *cap. quod Dei 5. de statu Monachorum*. Monachus dicitur à μόνος, ideſt, unus, quia solitariam vitam profitetur, cæteri dicuntur Fratres, & Mendican-
2 tes. In religionibus maximè approbatis requiritur annus probationis, etiam in militibus Hierosolymitanis, & incipit currere quando legitimè constitit de requisitis, puta de nobilitate. In aliis verò religionibus incipit currere ab hora assumpti habitus novitiatus in Convento deputato, et si extra novitiatum dabitur habitus, incipit currere ab hora, qua introducitur in novitiatum, ex constitutione Urbani VIII. incipit *Religiosos*, & currit tempus novitiatus de momento ad momentum, & duo dies anni bisextilis censentur unus, *leg. denique 3. §. minorem ff. de minoribus*. Annus probationis debet esse continuus, & interruptus reddit nullam professionem, *cap. ex parte de regularibus, cap. 1. de regularibus in 6.* Adeòque Novitius nequit
3 absque licentia Superioris pernoctare extra novitiatum, *Naldus verb. Noviatus num.* 4. Facto novitiatu debet fieri
4 professio, quæ est actus legitimus, quo quis certa solemnitate se dicat divino servitio. Est duplex una expressa, altera tacita. Expressa fit verbis, scriptura. Tacita fit ipso facto, hoc est, assumendo habitum professorum, exercendo inter illos actus proprios professorum cum voluntate profitendi, *cap. vidua 4. cap. ad nostra, cap. porrectum de regularib.* requiritur ad tacitam professionem, ut Superior sciat, & non dissentiat. Secundò, ut spontaneè fiat cum tacita voluntate profitendi, *Sanch. to. 2. lib. 5. cap. 3.*
5 *num.* 14. & 15. Ætas ad profitendum, est hodie annus 16. completus de momento ad momentum, scilicèt ex hora, in qua fuit natus, itaut nulla sit professio antea facta, etiam per quadrantem, *Trident. sess. 25. cap. 15.* & comprehendit etiam Novitios biennales Societatis Jesu, *Sanc. 5. Decalogi cap. 4. num. 7.* Professio
6 dubia, vel nulla ratificari, & reconvalidari potest, novo consensu Professi, vel Superioris, si fuit nulla ex defectu consensus, *cap. signatum 11. 12. de regularib.* Et præsumitur ratificatio lapsu quinquennii post professionem, cum intra quinquennium semper reclamari possit, *Trident. in. sess. 25. cap. 19.* inter quinquennium reclamare quis potest coram Episcopo, vel Superiore, post quinquennium debet adire Summum Pontificem, qui potest concedere, ut post quinquennium moveatur causa nullitatis professionis. Reclamatio quę fieri debet inter quinquennium est veluti protestatio nullitatis professionis intentandæ suo loco tempore facta pro foro contentioso coram legitimo Superiore, *Tridentin. sess. 25. cap. 19.* Quod quinquennium est continuum, & reclamatio continet causam proponendam nullitatis professionis, *Trid. sess. 25. cap. 19.* Urbanus VIII. in Constitutione incipit *Religiosos viros*. Etiam religio reclamare valet contra Religiosum nulliter professum, ut recedat à religione, *Portell. verb. professionis nu.* 48.

Qui debet emittere professionem antea
7 quam profiteatur, intra duos proximos menses ante professionem debet facere renunciationem, quæ effectum non sortitur,

tur; nisi sequuta valida professione, & aliter facta etiam cum juramento non tenet, *Tridentin. sess.25.cap.16.* Si tamen fuerit facta intra duos menses immediatos ante tempus legitimum professionis, & deindè ex causa differatur professio, tunc renunciatio tenet, *Sacra Congregatio* apud *de Marin. tom.2. cap.596. nu.5.* Decreto autem Tridentini includuntur omnes renunciationes, ex quibus potest professus damnificari, sive sit renunciatio hæreditatis, officii, beneficii, sive sit liberatio Tutoris, sive donatio, *Suar. tom.3. de religione lib.5. cap.16. numer.2.* Non tamen in Trident. includuntur ultimæ voluntates, sive sint testamenta, sive codicilli, legata, donationes causa mortis &c. *Novar. de regularib. cons.83. num.3. de Marinis tom.2. lib.2. cap.196. num.2. Riccius collect.584.* nec includuntur renunciationes factæ etiam inter vivos ante susceptum habitum, etiamsi factæ fuerint intuitu ingressus Religionis, *de Marinis dicto loco n.7.& 13. Grat. decis.37.*

8 Nemo potest transire ad aliam religionem cum injuria propriæ ex temeritate, vel levitate, *cap.licèt 18. de regularibus,& transeuntibus ad religionem.* Ex causa tamen rationabili an possit transire; distinguendum est, vel velit transire ad strictiorem, an ad æquè strictiorem, an ad laxiorem. Primò ad austeriorem, seù strictiorem transire potest, petita, licèt non obtenta à suo Superiore licentia, *cap. licèt 18. de regularibus, & transeuntib.* Et Superior, à quo debet scire religionem ad quam, esse arctiorem. & velle illum admittere, *dicto cap.licèt.* Licentia est petenda ante discessum, *Sanc. 6. Decalogi cap.4.* Si transeundum sit ad pariter arctam, tunc est obtinendus consensus à religione à qua, quæ habet jus quæsitum in professo, quo nequit inaudita spoliari sine causa, *cap. licèt de regularib. 2. ad Corinthios 3.* Tertiò, si religio, ad quam sit laxior, tunc ad ad transeundum requiritur licentia Summi Pontificis, *Trident.sess.25.cap.19. in fin.* Quænam autem sit perfectior, contemplativa, mixta, activa. Mixta excedit contemplativam. Contemplativa excedit activam; secundùm *D.Thom.2.2. quæst.18. art.6.* Quænam autem inter mixtas sit perfectior unusquisque pugnat pro sua religione: Nam *D. Bonav.* suam præponit reliquis, *D. Antoninus* aliter discurrit, *Passarellus* Minimorum præponit cæteris, quæ controversia est odiosa, ut rectè *Caramuel. in regular. num.536.* & ipse relativè concludit dicendo illam esse meliorem, in qua quis sanctior fit, & in particulari si quis

9 exeat à secunda Religione, debet reverti ad primam, quia in illa fuit professus, nec recuperat antiqua jura revertens, *cap. mandam 19. quæst.3.* & in secunda religione debet facere novitiatum, *cap. nolentes de statu Monachorum, Vecchius disput.15. dubio 2. num.12.* Omnes possunt transire ad religionem Carthusianam, & ad Camandulense Eremitæ transire valent, Paulus V. in Bulla, incipit *Romanum*, A' Societate Jesu possunt transire ad Carthusianam semel cum licentia Generalis. Hodiè ad conservandam pacem Mendicantes non possunt inter se transire, nec ad strictiorem sine licentia Papæ, & Superioris, ex Constitutione Pauli III. incipit *Romani*.

Monachus in aliqua Religione profes-
10 sus, si deindè ab ea egrediatur, omnia recuperat, tum ea quæ alteri donaverat, aut cesserat, cum etiam ea, quæ in Monasterium transtulerat. Quod ampliatur, etiamsi sua culpa à Monasterio egrederetur, dummodò interveniret Superiorum licentia, *Staib.2.forens.125. n.27. & resol.126. nu.10.* de qua re infrà latiùs sermo erit in sequēti titulo. Regularis si à Monasterio, in quo est professus ad aliud cum Superioris licentia transitum fecerit, an cum illo bona quoque sua transeant, vel remaneant penès primum, & transitus Monialium de uno Monasterio ad aliud, ex quibus causis permittatur, & de pluribus ad ornatum, & explicationem *Textus in cap. licèt de regularibus*, latè *Petrus Caravita* in allegat. penès *de Marin. allegat. 105. tom.3.* & nos etiam in sequenti tit.

Religio Patrum Teatinorum licèt sit
11 incapax bonorum in particulari, est tamen capax in communi, *Reg. de Ponte cons. 159. tom. 2. num. 1.* Religio PP. Carmelitanorum licèt ex instituto sit incapax in communi, tamen ex privilegio effecta est capax in communi, & de facto possidet bona, *Fusar. cons.88. tom.primo num.11. & 14. vers. ad sextum.* Fratres Carmelitæ sunt Religiosi mendicantes, quemadmodum & Patres Jesuitæ, & Patres *delle Crocelle*, qui omnia, quæ habent, non pro se, sed pro piis operibus habent, *Staiban.1.forens.resol.51.nu.25. & sequ.* Et quod Patres Jesuitæ sint tales, idem *Staiban. 1.forens.97. num.4.* & latiùs *2.forens.162. num.2. & per tot.* Quinimò sunt mendicantes ex regula ad instar nedum Minorum de Observantia, sed etiam Capuccinorum, *Staiban. 2.forens.*

Digitized by Google

*renſ.*163. *num.*26. & 27. Et de Societate Jeſu, ejuſque inſtitutis, & quinam ejus loci ſint bonorum capaces, latè *Mar.Cutell. de donat. diſcurſ.* 2. *particul.* 4. Et quod non ſint incapaces ſucceſſionis, ad hoc ut alteri transferant, cui ante ingreſſum renunciaverunt hæreditates devolvendas, deciſum fuit per Magn. Curiam Vicariæ die 22. Novembris 1689. in cauſa Joannis Pauli, & Martini Crivelli cum illis de Cantalupo in Banca Cambaraſii. Religio Clericorum Theatinorum, licèt ſit incapax in particulari, eſt tamen capax in communi, *Affiſt. controverſ. Jur. cap.*29. *num.*3. Et Monachi mendicantes non dicuntur, qui ex neceſſitate mendicant, quia nihil de facto habent, non ex inhabilitate habendi ex jure Regulæ, vel etiam ex Regula, quæ non ſit à Summo Pontifice approbata: *hi* enim poſſunt mutare voluntatem, & non mendicare, ſed bona acquirere, quemadmodum non mendicantes dicuntur, qui nec publicè, nec privatè mendicant, ſed eleæmoſynæ uſque ad eorum Cœnobium deferuntur, *de Franch. deciſ.*14. *numer.*10. 11. & 12. ubi dicit ex Sac. Concil. Tridentini ordinatione omnibus licere etiam in communi bona habere, exceptis domibus Divi Franciſci, & Capuccinorum, & Minorum de Obſervantia.

Ad ſolum Summum Pontificem ſpectat
12 regulam Monaſticam approbare, quæ nihil aliud eſt, niſi quaſi lex, & normæ perfectionis approbatio, imò ſub anathemate Innocentius III. cavit, ne quis ſine expreſſa Pontificis approbatione Religionem inſtitueret. Poteſt tamen Epiſcopus dumtaxat approbare honeſtum quendam vivendi modum cum votis ſimplicibus, qui tamen ideò non cenſebitur Religio.

Ex vi Regulæ quilibet Regularis pro-
13 feſſus ad ſex dumtaxat ſub peccato mortali obligatur. Primò ad obedientiam Superioris præcipientis. Secundò ad non habendum proprium. Tertiò ad non contrahendum matrimonium. Quartò ad obſervantiam præceptorum Regulæ. Quintò ad non agendum ex contemptu. Sextò ad tendendum ad perfectionem, quæ eſt finis omnis Religionis, ideſt ad nunquam contemnendum habitus virtutum.

Exoſa eſt Sacris Canonibus vagandi
14 Regularium, & Religioſorum extra clauſtra libido. Oderunt Pontifices illos Religioſos, quibus nullum placet vitæ inſtitutum, qui apud omnes omnia experiri ſatagunt. Et de Regularibus, & Religioſis extra clauſtra vagantibus, ac de pœna eorum, qui in ætate legitima religionis votum emittentes, à profeſſo vitæ inſtituto deficiunt, & ad alios ordines tranſeunt, agitur *libro* 7. *Decreta-*
15 *lium tit.*7. *cap.*1. Regularis petens licentiam tranſeundi in ſtrictiorem Religionem, eaque negata, habetur pro obtenta, *cap. licèt de regularib. de Franch.*
16 *deciſ.*455. *num.*2. Monacho, ut parentibus ſubveniat à Religione, in qua ſolemnibus votis perſiſtere Deo promiſit, egredi fas eſt *Reg. Sanfelic. dec.*255. *n.*2.
17 Bona Monaſterio donata non recuperat Monachus, ſi de Superiorum licentia ad aliud Monaſterium, vel Religionem tranſeat, ſed irrevocabiliter Monaſterio, in quo profeſſionem emiſit, intelliguntur acquiſita, quamvis ſecus ſit ſi is, qui ſe, & ſua bona Monaſterio obtulit, in aliam Religionem intrare voluerit. *Altimar.*
18 *ad Rovit. deciſ.*10. *num.*2. Uſufructu alicui relicto, vel alia ex cauſa debito, ſi Uſusfructuarius Monaſterium ingrediatur capax, & in eo profeſſionem emittat; uſusfructus non extinguitur, ſed in Monaſterium tranſit, ſaltem quoad naturalem illam commoditatem, *Reg. de Ponte conſ.*159. *num.*5. & *ſeq.* Conceſſione alicui facta ad vitam, ſi ille Monaſterium ingrediatur, quod ſit capax; non extinguitur conceſſio, ſed Monaſterio debetur quoad ille vixerit, vel illius filiis ſi habeat, *Reg. de Ponte conſ.*159. *num.*15. & *per totum*, præſertim *nu.*19. & *ſeq.* præcipuè ſi diſpoſitio per verba naturalia loquatur, *Regens de Ponte*
19 *num.*25. *ibid.* Si quis emphyteutica bona poſſidens Monaſterium capax ingrediatur, quoad emphyteuta vixerit, Monaſterio bona debentur, *Regens de Ponte*
20 *conſ.*159. *n.*16. Feudo conceſſo pro annua præſtatione, ſi Conceſſionarius Monaſterium capax ingrediatur, durante ejus vita Monaſterio debetur, *Reg. de Ponte conſil.*119. *num.*17. *vol.*2. Vita, & militia
21 ſecundo genito debita durante ejus vita, ſi ille Monaſterium capax ingrediatur, donec vixerit, Monaſterio debetur, *Regens de Ponte loc. cit. num.*18. Mona-
22 chus per profeſſionem in aliqua Religione nedum bona, ſed voluntatem amittit, & proindè omnia forenſia, & ſæcularia Monachis ſunt interdicta abſque Superioris licentia, & in ſpecie id accidit in Monachis militantibus ſub regula Divi Auguſtini, *Affiſ. contr. forenſ. cap.*11. *num.*31. & *ſeq.* Monachus
23 omnia, quæ acquirit, acquirit Monaſte-

Digitized by Google

sterio ubi residet, vel ubi est Prior tempore acquisitionis, *Afflict. controv. Jur. cap.11. num.51.* Verùm simplex oblatus
24 sibi acquirit, non Monasterio, ut mox dicemus. Qui se obtulit alicui Cappellæ, vel Ecclesiæ cum omnibus bonis, si deindè alia bona acquirat, sibi acquirit, non Monasterio, cum non sit ei interdicta acquisitio, nisi sæculo renunciaverit, & proindè de eis potest liberè disponere, *Bart. consil. 74.*
25 *volum. 2. num.1.* Si Monachus fuerit privatus re legata, vel donata in casu, quo professionem emitteret in aliquo Monasterio, non per hoc censetur prohibita acquisitio Monasterio, *Reg. San-*
26 *felic. decis.194.* Monachus non excluditur à successione feudi, etiam concurrente sorore defuncti, & quando id procedat, docuimus *tom. 5. titul. de inhabilit. ad feuda.* Jura sanguinis non transeunt in Monasterium, propterea ubi jure sanguinis succeditur, Monasterium excluditur, *Afflict. decis.320. n.7.*
27 Monachus sine licentia Abbatis, sive Superioris, non potest se sæcularibus negotiis immiscere, nec unam causam suscipere, nisi Monasterii exposcente utilitate: undè actus ab ipso factus sine Superioris licentia nullus est ipso jure. Sic venditio rei Monasterii facta per Religionem Ordinis Servorum Dei, qui militant sub regula D.Augustini, ipso jure nulla est, *Reg. Sanselic. decis.195. per totam.*

Meretrix, quæ inhonestè vivit, &
28 exercet artem meretriciam in propria domo juxta Conventum Religiosorum, potest ab ea expelli, quia lege cautum est aliquem posse dominio propriæ rei privari propter publicam utilitatem, *leg. item si verberatum §.1. ff. de rei vind. leg.Lucius ff.de evict.* quæ publica utilitas consistit in Sacris, & Sacerdotibus, & in Magistratibus, *leg.1. §.1. ff de justit. & jur.* Et propterea illud quod dicitur in supradictis juribus, *dicta leg. item si verberatum*, & in *leg.Lucius*, ut quis possit privari dominio rei propriæ pro assignando illam militibus, procedit etiam in Ecclesia, & in Sacerdotibus, *leg. si quis sepulchrum ff. de relig. & sumpt. fun.* & hoc sæpiùs in Sacro Consilio judicatum fuit. Item non solùm quis potest privari dominio rei suæ propter publicam utilitatem, sed magis propriè ad casu, potest prohiberi ne exerceat artem, per quam publica utilitas impediatur, ità in specie *glos. in leg.1. ff. solut. matrim.* quam sequuntur *Bart.* & cæteri Doctores ibi, qui dicunt, fabrum posse expelli à propria apotheca, si exerceat artem juxta studium, ob quam impediuntur Doctores, & Scholares in legendo, quia in studio versatur publica utilitas, & sicut expellitur faber propter impedimentum studii; eodem modo, & à fortiori expellitur si sit propè Ecclesiam, & impediantur divina officia, *text.* est *in cap. pridem 18. qu.2.* Canonistæ in *cap. fin. de judic. Jason. in dicta leg. prima ff.solut. matrimon. nu.45.* & ibi *Rip. num.131.* Et si impeditur, & expellitur faber, qui exercet artem licitam, & honestam propter dictum impedimentum; multò magis ratione publicæ honestatis debet expelli meretrix, quæ exercet artem cum peccato, & inhonestam. Et quod ratione publicæ honestatis quis non possit de re sua disponere ad sui libitum, sed impediatur facere id, quod alioquin sibi liceret, dicunt *Cyn. & Salycet. in leg. altius Cod. de servitut. & aqua*, ubi dicunt, quod si quis altiùs tollendo (quod unicuique licèt) videret Moniales in Monasterio, vel Religiosos viros potest prohiberi, ne altiùs tollat. Idem dicunt *Angel.& Paul. de Castr. in leg. cum eo ff.de servit.Urban. præd. Joannes de Imol. in leg. si in meo fundo ff. de servit.Urban. præd.* Ultimò dicimus, quod quilibet vicinus potest expellere meretricem, ità dicit singulariter *Gulielm. de Cuneo in leg.2. Cod. de Summ. Trinit.* refert, & sequitur *Bart. Cepoll. de servit. pascendi qu.6.* & in nostra Civitate peculiariter hoc repetitur præscriptum per nostrum Regem.

Regularium Provinciales utpotè as-
29 sumpti in partem Apostolicæ sollicitunis, habent jurisdictionem quasi Episcopalem in utroque foro jure communi, & ex privilegio, quam possunt exercere ubique, cum non habeant territorium, quamvis multò decentiùs sit illam in Conventibus propriæ Provinciæ exercere. Hæc tamen jurisdictio respicit tantùm regimen, nam ad Pontificalia minimè se extendit, quamvis in pleriſque majorem habeat potestatem, quàm Episcopus Vic.generalis quoad absolutiones, & dispensationes *Emanuel Rodriq.in compendio quæstionum regularium verb. jurisdictio.*

Superiores Regulares singulis annis
30 tenentur visitare, & corrigere Subditos, *Can. Visitandi 28. Can. non semel, 29. 18. quæst.2. cap. in singulis, de Stat. Monach.* ibi: *Studeant visitare corrigentes, & re-*

Digitized by Google

& reformantes, quæ correctionis & reformationis officio viderint indigere, vel saltim ultra triennium non porrigenda Visitatio, *citato c. in singulis §. Provisos de Stat. Monach.* quia de triennio in triennium fiunt Capitula Monachorum, ut benè inquit *Joannes Franciscus de Pavinis* gravissimus Doctor antiquus, & Causarum Sacri Palatii Apostolici Auditor, in *tractatu de Visitation. quæst. 4. primæ part. num. 5. tract. Generalium, tom. 14. pag. 181. à tergo.* Ad idem ferè tempus antiqua Jura Canonica statuere, quod Patriarchæ, Primates, Metropolitani, & Episcopi propriam Diœcesim per se ipsos, aut, si legitimè impediti fuerint, per suum Generalem Vicarium, aut Visitatorem, si quotannis totam, propter ejus latitudinem, visitare non poterunt, saltem majorem ejus partem visitare debeant; ità tamen, ut tota Visitatio biennio compleatur. *Can. Episcopum 10. qu. 1. Gloss. final. & Abbas in cap. cum venerabilis, de censib. Rot. decis. 263. in novis, & decis. 166. part. pr. divers.*; Et quid *Sacrum Concilium Tridentinum* provideret *sess. 25. cap. 3. de Reformat.* habetur ex *Declaratione Sac. Congregationis Concilii* apud *Paulum Piasecium Prax. Epis. part. 2. cap. 3. art. 1. de Visitatione in genere, num. 1. Anton. Dadin, Alteserr. in suis Vindic. Ecclesiast. Jurisdict. lib. 1. cap. 18.* Et advertit *Antonell. de Regimin. Eccles. Episcopal. lib. 2. cap. 57.* Adeò quod graviter peccant, omittentes Visitationem per id temporis, juxtà *Can. Decernimus, Can. Episcopum, Can. Placuit 10. quæst. 3. Conc. Trid. d. cap. 3. Medin. de Pœnitent. lib. 1. cap. 16. §. 1. Genuen. in Manual. Pastor. cap. 34.* Quàmque grave crimen sit, Visitationis omissio, deplorat laudatus *Joannes Franciscus de Pavinis* dicto *Tract. de*
31 *Visit. quæst. 10. primæ part. num. 1. pag. 189. à tergo*, qui *num. 4.* pergit ad secundum excessum: *Secundus excessus est* (sunt ejus verba) *quià plerique Prælati, non sinè multæ temeritatis audacia, suis Subditis aliquandò interdicunt, nè ipsorum Superioribus, aut Apostolicis Legatis, vel Inquisitoribus ad inquirendum, corrigendum, reformandum in eorum Ecclesiis, Monasteriis, sivè Locis à Sede Apostolica deputatis, vel aliis quibuscunque Personis, per quas ad prædictorum valeat notitiam pervenire, statum Ecclesiarum, Monasteriorum, seu locorum suorum, Personarum, & rerum ipsarum, insinuent, vel exponant; sub censuris, & aliis pœnis, & adstringant vinculo juramenti; & ideò districtiùs prohibentur similia attentaria & attentata, nullius penitùs existere firmitatis decernuntur, & præsumptores tales à Superioribus, & legatis, & inquisitoribus, animadversione condigna præcipiuntur castigari, cap. Quià plerique, de offic. ordinar. lib. 6. quod si Prælati non faciunt, peccant; quià quod præcipitur, imperatur. Et can. 14. quæst. 1. quod præcipitur, de verborum significatione. Et sunt in culpa, 28. distinct. quia sunt, & notat Gloss. final. in d. cap. Quia plerique.* Et præter regulas aliorum Ordinum, specialiter præscriptum habetur vigore constitutionum Generalium Seraphici ordinis à Sancta Sede A-
32 postolica confirmatarum; & signanter Ordinis Capucinorum *c. 10.* ubi hæc habentur: *Però si ordina, che il molto R. P. Ministro Generale si sforzi, nel tempo del suo officio, di visitare personalmente tutte le Provincie, e se è possibile, anco tutti i nostri luoghi, ò almeno di vedere tutti i nostri Frati. Et i Ministri Provinciali visitino tutti i loro luoghi, e Frati, almeno due volte l' anno; e tanto essi, quanto i Guardiani, non cessino di caritativamente esortare i Sudditi alla perfetta Osservanza, &c. Et constitutiones Urbanæ* ad explicationem regulæ S. Francisci, *in c. 8. ejusdem Regulæ, tit. 18. §. 1. & 2.* hæc habent: *Cùm nihil sit, quod ad rectum totius ordinis regimen magis conferat, quàm frequens per idoneos Viros, Regularisque Disciplinæ cupidos, Visitatio, qua omnium Religionis Conventuum, singularumque Provinciarum vivendi ratio exploretur; decernitur propterea, ut Generalis Minister, vel per seipsum, vel per Visitatores, universam Religionem; quemadmodùm, & Provincialis totam Provinciam, ex officio, visitare debet; Provincialis singulis annis; Generalis autem sex annorum spatio. Quod, si nondùm completa Visitatione, novus Generalis, expleto sexennio deligeretur, ubi Prædecessor desiderat, indè Successor Visitationem auspicetur, & prosequatur. Decernitur propterea, ut unaquæque Provincia, singulis quoquè trienniis, sub finem cujuslibet Provincialatus, generaliter visitetur. Si itaquè per seipsum Generalis Minister, aliis necessariò detentus negociis, hoc præstare nequiverit, Patres qui, & Magisterii insignibus, & Vitæ probitate, & Regularis Disciplinæ zelo, aliisque conspicuis conditionibus, in Religione emineant, dummodò illius Provinciæ, quæ visitari debet, non sint; ad id muneris eligere,*

Digitized by Google

eligere, ac deputare debeat: Ex his mirum ingerere non debet, si Interpretres omnes, Teologi, & Moralistæ cõmunitèr grave scelus extimaverint Visitationis omissionem, acerrimè coerçendum, vindicandum nullatenùs dissimulandum, Omnibus siquidem innotescit, Visitationem procedere de *jure Divino*. Loca ex *utroque testamento* diligentissimè colligunt *Prosper Fagnan. in cap. ex parte, num.* 39. & *seqq. de Cleric. non residen. Episcopus de Rosa de Resident. Episcopor. cap.* 4. *sect.* 6. ferè per totam, *Gabriel. Berart in Specul. Visitation. cap.* 1. *num.* 8. *part.* 2. *Emanuel Roderic. quæst. Regular. resol.* 38. *nom.* 1. *Romaguer. Synod. Gerunden. lib.* 1. *tit.* 1. *c.* 7. *ex Trid. sess.* 24. *c.* 3. *de Reformat.*, & cæteri passim. Pariter & innotescit, tùm necessitas, tum utilitas visitationis, ut apud cit. *Be-*
34 *rart cap.* 1. *num.* 11. *part.* 3. *Genuen. in Manual. Pastor. cap.* 34. Convenitque, etiàm rationi Status Visitatio, ut apud Magistrum Politicæ *Cornel. Tacit. Annal. lib.* 10. de Romanis ità loquentem: *Olim quidem non modò Prætor, aut Consul, sed inferiores Magistratus, ac etiam Privati mittebantur, qui Provincias Imperio subjectas viserent, & quid de cujusque obsequio videretur, referrent.* Pergit acutissimus *Tacitus* ad enarrandum fructum Visitationis, ità: *Trepidabantque Gentes de existimatione singulorum*. Verba apprime notabilia! Generales antea quicunque Ordinum Regularium (ut *Emanuel Roderic. quæst. Regular. resolut.* 123. *num.* 50. & 51. rectè advertit) vocati sunt in partem solicitudinis Apostolicæ. Et visitatio generalis facienda est omnium Locorum juxta exemplum Divini Pastoris, de quo notabiliter *Sanct. Matth. cap.* 4. & *cap.* 9. *Quod circuibat omnia Loca*: Et ad *cit. cap.* 4. & 9. *Matth.* videndus *Cornelius à Lapide*; & non vacandum propriis Commodis, *Apostolus* 2. *ad Corynth.* 12. Aliàs non Pastores, sed Mercenarii, *Can. Sunt in Ecclesia* 8. *quæst.* 1. *Genuen. in Manual. Pastor. cap.* 34. & 35. cum aliis apud *Van-Espen Jur. Eccles. univers. tom.* 1. *part.* 1. *tit.* 17. *de Visitation. cap.* 1. 2. 3. & 4. Aliàs contravenirетur quoque *Tridentino sess.* 25. *cap.* 1. *de regul.* & *Emanuel Roderic. quæst. Regular. cit. resol.* 123. *num.* 51. *in fine*, loquendo de Capitulorum Generalium cura, ità scribit: *Præcipua autem est, ut Observantia conservetur, labefactata reparentur, vitia expurgentur, virtutes, & virtutis Sectatores augmententur, favoribusque opportunis ad profectum properent; atque ità Religio, & reformetur, & reformata proficiat.*

In jure Canonico exploratum est,
36 Sanguinem cujusque Subditorum requiri de manu Superioris Regularis, *c. Nè Religiosi, in princ. de Regular. cap. Irrefragabili, de offic. ordinar. S. Bernard. in Florib. lib.* 5. *cap.* 19. & in Ordinibus Regularibus suos esse constitutos Judices Regulares præ cæteris, advertit *Bordon. var. resolut. part.* 3. *resolut.* 145. *per totam*. Et negari non potest Regularium Exemptionem, recentioribus sæculis statutam in suis respectivè casibus, per quamplura Privilegia Summorum Pontificum. Quibus verò *Legibus* circumscripta fuerint ab initio Regularium Instituta, videre oportet in *Can. Ecclesia, Can. Placuit, Can. juxtà*, & *tota* 16. *qu.*
37 1. & 18. *quæst.* 2. & *cap. venerabilis, de Religios. Domib.* ubi Regulares subduntur jurisdictioni Diœcesani, *Abb. in cap. nimis prava num.* 4. *de Excess. Prælat. Piasec. Prax. Episcopal: part.* 2. *cap.* 3. *art.* 6. *de Visitat. regular. num.* 1. Adeò quod ex antiquissimo jure, & spectata primæva Institutione Episcopatus, & Monachorum, Monachi, & Abbates subjecti erant jurisdictioni Episcoporum, *Concilium Generale Chalcedonense, act.* 3. *Can.* 1. & *act.* 15. *Can.* 4. Et plura *Concilia Provincialia* relata per *Passerin.* Ordinis Prædicatorum Theologum, & Canonistam insignem, *de Homin. stat. t.* 3. *quæst.* 189. *art.* 10. *inspect.* 10. *num.* 664. & *seqq.* Et patet etiam *de jure Civili, Novell. constit.* 123. *cap.* 4. *leg.* 40. 44. & 49. *Cod. de Episcop. & Cleric. leg.* 6. *Cod. de Episcopal. Audien.* Et quod Diœcesanus habeat intentionem fundatam in jure super omnes in sua Diœcesi, patet ex *Text.* Omnes *Basilicæ*, 16. *quæst.* 7. *cap. cùm Episcopus de offic. ordinar. in* 6. Idque etiam super Abbates, & alios Prælatos Regulares, *Can. Abbates*, 18. *quæst.* 2. *cap. ultim. de confirmat. util. vel inutil. Decius ibidem. num.* 16. *Rot. decis.* 78. *part.* 1. *divers. Piasec. cit. nu.* 1. Supervenere deindè, uti diximus,
38 quamplura Summorum Pontificum Privilegia, collecta apud *Rodriq.* cujus meminit *Piasec. art.* 6. *de Visitat. Regular.* Et ex his sensim crevit Regularium exemptio. Crevit autem usque ad abusum, & (quod notandum) contrà mentem Institutorum: ut de Sanctissimo Patriarcha, Divo Francisco Assisiate observavit eruditissimus modernus Canonista *Van-Espen. jur. Eccles. univers. tom.* 1. *part.* 3. *tit.* 12. *de Exemptione Monachorum a jurisdictione Ordinariorum*,

Digitized by Google

rum, cap. 4. num. 42. transcribens S. Francisci Apophtegma: *Hoc meum, & Fratrum meorum est privilegium, nullum habere privilegium super terram, &c.* Idemqua *Van-Espen num.* 43. subdit ità: *Meritò proindè Cardinalis Baronius ad annum 696. notat, ut Monachi ab Episcopali Obedientia, hujusmodi privilegiis se subtraherent, nec gratum fuit S. Francisco, sed Fr. Eliæ, hominis non Divino Spiritu, sed Carnis prudentia nitentis, opus fuit.* Hactenus ex *Baronio*, *Van-Espen*, qui fusiùs repetit *tom.* 2. *part.* 4. *in Epilog. Repagul. Canonic. contrà Exemptiones*, ubi affert doctissimum Ordinis Franciscani scriptorem, *Alvarum Pelagium de Planctu Ecclesiæ lib.* 2. *cap.* 66. & ne reliqua de abusu Exemptionum hic prosequamur, allegasse sufficiat laudatum *Van-Espen jur. Eccles. ast. Univers. tom.* 1. *part.* 3. *tit.* 12. *de Exemptione*, &c. per sex capita, & *in suis Opuscul. var. sivè jur. Eccles. ast. univers. tom.* 2. *Repagul. Canonic. part.* 2. de Repagula nimiæ Exemptionum extensioni objecto, per duo capita. In his locis citatis eruditissimus iste *Author* percurrit omnia secula, Concilia, Canones, decretales Epistolas, Pontificum Constitutiones, Authorum placita de hac materia Exemptionis: & totam materiam perstringit ad certas Regulas probatissimas. Primò ratione *Abusus*. Superioribus Regularibus non visitantibus, non curantibus, immò destruentibus Regu-
39 larem Observantiam, Archiepiscopi, Episcopi sive Ordinarii Locorum, haud obstante, quod Monasteria Regularium sint exempta à visitatione Ordinariorum, monere possunt Superiores Regulares, ut ipsi visitent, & corrigenda corrigant: qui si intrà sex menses post monitionem, visitare neglexerint, adhùc Ordinarii ipsi visitare possunt, & corrigere, nullo privilegio, aut appellatione obstante, *Concil. Trident. sess.* 21. *cap.* 8. *de reformat.*, & videndus est *Piasec. cit. art.* 6. *de Visitat. Regular. per tot.* signanter *num.* 31. & *seqq.* & post eum, *Van-Espen. ubi suprà*. Ad hoc facit piissima Justiniani *Novella Constitutio*, de qua Sacræ Cenciliorialis Aulæ Advocatus Bononiensis *Vizzanus de Mandat. Princip. cap.* 16. *per tot.* ut nempe Legum, etiàm Laicalium, observantia in Provinciis ad Episcopos pertineat, qui invigilent. Utique ratione Abusus, Baro maletractans Vassallos, privatur Feudo, & jurisdictione, *Gramnat. decis.* 104. & *consil.* 162. *Roland. à Valle consil.* 8. *volum.* 3. & *consil.* 40. *vol.* 4. *Boer. decis.* 304. *Frecc. de subfeud. authorit.* 8. *Ann. singular.* 155. *Prat. discept. forens. lib.* 1. *cap.* 11. Et in omni officio, ob malam administrationem, Officiali is illo privatur, *Capyc. Galeot. Respons. Fiscal.* 15. *à num.* 130. *Merlin. Pignatell. controv. forens. lib.* 2. *c.* 20. *Petra ad Rit. Magn. Cur. Vicar.* 273. *n.* 106. *tom.* 3. Ità ex prædictis, Superiores Regulares abutentes, si qua jurisdictione pollebant per Privilegia Summorum Pontificum, eam amiserunt.

Secundò ratione Negligentiæ. Cun-
40 cta devoluuntur ad Sanct. Sedem, nam propter negligentiam Superiorum Regularium, supplere potuissent jurisdictionem Ordinarii Locorum, absque alia interposita appellatione, aut recursu, *Text. cap. Quanto de Offic. Ordinar.* ibique *Imol. num.* 1. ubi quod eadem dispositio intrat in quibuscunque Superioribus Regularium, quocunque nomine nuncupentur, *Cesped. de exemption. Regular. cap.* 16. *dub.* 244. *num.* 46. ex *Trident. sess.* 25. *cap.* 4. *de Regul. Berton. de Negligent.*, & *Omission. part.* 2. *artic.* 1. *de Negligent. Abbat. num.* 6. Cohæret *Fagnan. in cap. Tuarum, de Privileg. num.* 25. ex supra citato *Text. cap. Quanto*, & ibi *Abbas de offic. ordin. cap. relatum, nè Cleric. vel Monach.* Gl. 1. *in cap. Illud autem*, 20. *quæst.* 1. de communi *Navarr. consil.* 9. & *Concilium num.* 4. *de privileg.* idemque *Fagnan. in cap. sanè* 2. *de offic. & potest. at. judic. Delegat. num.* 61. ubi decisio Sacræ Congregationis in casu illicitæ negociationis, cum Populi scandalo, *ex Concil. Trid. sess.* 25. *cap.* 14. *de regular.* Compescendum præcipue ob *Constitut. sa. me. Clem. IX.* quæ incipit: *Sollicitudo Pastoralis. Dat. Romæ* 17. *Junii* 1669. Idem *Berton. loc. cit. num.* 3. exclamat ità: *Quæ utinàm servarent r ab Abbatibus, ac Superioribus Regularium, eorumque negligentiam supplerent, vel saltèm excitarent Episcopi; quià Summi Pontifices hodiè non fatigarentur in suppressione Religionum, ac Regularium moderanda laxitate. Dixi, (vel saltem Episcopi supplerent authoritatem, excitarent Abbatum negligentiam) quià ex d. cap. quanto de offic. ordinar. constat, Episcopos ad hæc teneri, & si negligunt, in culpa gravi sunt:* & in eodem *art.* 1. *num.* 12. *Berton.* hæc habet: *Quia Prælati, & Abbates debent cæteros exemplo præire; quòd si negligant vitam communem, idest, esse cum aliis in Monasterio, in Refectorio, & Choro, & aliis locis, in quibus communitèr concurrunt, & conveniunt Monachi,*

Digitized by Google

nachi, alioquin, si singulariter vivens, non frequentans Chorum, Refectorium &c. propriis commodis incumbens, id facilè trahitur à subditis in exemplum, cap. magnæ de Vot. hinc Monachorum murmurationes, detractiones, neglectus, dissidia, quorum omnium occasio, nè dicam causa, fuit Abbatum negligentia, de quibus verificari illud Ezechiel. 44. Veh Pastoribus in Israel, qui pascebant semetipsos, nonnè Greges à Pastoribus pascuntur? Emanuel Roderic. quæst. Canon. Regular. tom. 3. quæst. 34. art. 5. verb. omnia hæc etiàm: semper enim debet Abbas habere præ oculis illud eccles. 32. Esto & in illis, quasi unus ex illis; & si volunt præesse, præsint etiam in Choro, in Monastica Disciplina, in Observantia, in Oratione, meditatione: idest primi sint in eis: nec putent, eorum negligentiam in eis parvi esse momenti; quia ideò hodie non floret Sanctitas in Monasteriis, ut olim, quia Abbas negligit Observantiæ Religiosæ se in omnibus, & cæteris exemplum præbere. Da namque Abbatem Sanctum, & ecce Monachorum status reformatio in meliùs, ut totiès docuit experientia. Et utinàm in hoc saperent, & intelligerent, si sint, qui negligant. Et tandem Abbates, ac Religiosorum Priores debent esse potentes in opere, & sermone, Gonzal. ad Regul. 8. hodie 9. Cancellar. gloss. 8. num. 114. ut exemplo Vitæ, verboque Doctrinæ Fratres suos instituere possint in bono, & à malo etiàm revocare, ut sunt formalia verba Text. in cap. Cùm ad Monasterium §. Prior autem de Stat. Monach. ubi subsequitur, quòd, si Abbas fuerit prævaricator Ordinis, aut contemptor, seù negligens, aut remissus, pro certo se noverit ab Officio deponendum: sed & alio modo secundùm regulam castigandum. Subsequitur idem *Berton. num.* 13. adversùs negligentiam Officii Divini debitis horis, & statutis temporibus persolvendi, per *Clementin. 1. de celebrat. Missar.* Addenda est *Constitutio san. mem. Clementis VIII.* incipiens: *Nullus omninò &c.* data Romæ die 25. Junii 1599. *de Assistentia in Choro, aliisque. Decretis pro Reformatione Regularium* & legitur impressa apud *Prosperum Fagnan. in cap. Nè Religiosi de Regular. pagin.* 124. & *seqq. edition. Roman.* Addendus est *Capon. discept. forens. tom. 2. discept. 73. num. primo*, ubi quod Regulares infamiam Facti incurrunt Chorum deserentes: & allegat præ cæteris *Suarez de Religion. tom. 2. lib. 4. de Hor. Canon. cap. 10. num. 8. Bartholomæum à S. Fausto de Hor. Canon. lib. 2. quæst.* 18. & inquit, quòd posset ob hoc crimen Prælatus privari suo Officio, ex *Can. Si quis Presbyter* 92. *distinct.* Postremò ob negligentiam Inferiorum causas avocari ad ipsum Papam, firmat *Scacc. de Judic. lib. 1. cap. 66. num. 12.* & *de Appellat. quæst. 15. num.* 289. & *quæst.* 17. *num.* 54. & 55.

Tertiò ratione Appellationis quoque,
41 & Recursus cuncta devoluuntur ad S. Sedem, *Text. cap. ut debitus honor, de Appellat.* in illis verbis: *Coram eodem Judice causa probabilis appellationis*: Per quem *Textum* Interpretes communiter inquiunt, ob vigorem Appellationis cuncta devolvi ad Superiorem. Appellationem, & Negligentiam, quoad devolutionem jurisdictionis ad Superiorem, æquiparari, mirabiliter juxtà morem docuit *Fagnan. in cap. irrefragabilis, §. Excessus, de Offic. Ordinar. nu.* 23. ex notatis per *Abbat. in cap. Cæterum, num.* 12. *de judic.* & *in cap. Licèt ex suscepto num. 9. versic. Hæc dicta,* & *in cap. Pastoralis num.* 10. *de For. competent.* & post alios *Capon. discept. forens. tom. 4. discept. 268. num.* 12. ubi quod per processum inferioris contra jura, ritè appellatur ad Superiorem majorem, ex notatis per *Berart in specul. Visitat. cap. 27. num. 67. Mendez in prax. Lusitan. part. 2. lib. 2. cap. 3. num. 34.* & alios.

Quartò ratione Recusationis judicum
42 Regularium solemniter, & cum juramento Incontrovertibile est, favorabile hoc recusationis remedium procedere etiàm inter Regulares, *Bordon. Prax. Criminal. cap. 82. sect. 1. num.* 20. ubi quòd etiam Generalis recusatur. Ità ex *Longo Capuccino cas. 5. §. 4. per tot.* & ex aliis *Peyrin. de subdit. Regular. quæst. 1. cap. 19. §. Dico primò.* His addendus modernus Lusitanus *Didacus Guerreyrus Tract. de recusat. omn. judic. lib. 1. cap.* 18. ubi quærit, num *Generales, Provinciales, cæterique inferiores Prælati Regulares recusari possint à Subditis?* & resolvit per hæc verba *num. 1. 2.* & *3. Prælatos, Generales, Provinciales, cæterosque quocunque nomine dictos, sive inferiores, sive Superiores, recusari posse affirmamus, quin tuas offendant aures; cùm detur passiva, & activa, & sint sub carne humana, obnoxia passionibus humanis, cum Quesada ilo controv. forens. cap. 37. num. 54. Torrecill. in tract. intitulato de consultas Allegados, tom. 1. tract. 10. consult. 3. num. 19.* & 20. *Bassæus in Florib. Theolog. tom. 2. verb. Visitatio 1. num. 3. Fr. Franciscus de S. Juliano*

liano in ſuo Tribunal. Regulari cap. 7. advertentia 2. §. 2. à num. 3. Peyrin. tom. 1. de ſubdit. quæſt. 1. cap. 19. §. 1. qui alios referunt. Quibus adde, quos citabimus lib. 3. cap. 6. Tum quià recuſatio eſt remedium naturale, quo Religioſi non inveniuntur à jure excluſi; quare eis non eſt denegandum; ut cum aliis docet Torrecill. ſupra num. 21. Tùm quià recuſari poſſunt omnes Judices cujuſcunque generis, ſivè ſint Ordinarii, ſive ſint Delegati, ex l. Apertiſſimi Cod. de Judic. cap. Poſtremò, cap. 2. requiris, cap. cum ſpeciali. de Appellat. cap. cauſam quæ, c. inſinuante, c. ſuſpicionis, de Offic. Delegat. Fermoſin. in cap. ſi quis contrà Clericum de For. competent. quæſt. 9. Guazzin. defenſ. 1. cap. 19. per tot. cum multis Cortiad. deciſ. 18. num. 11. quacunque, etiam ſuprem a dignitate præfulgentes, Guazzin. ſuprà num. 14. Cortian. ſuprà num. 25. Fontanel. deciſ. 5. per. tot. Roman. conſ. 3. num. 17. Ergò etiam Generales, Provinciales, Viſitatores Generales, & cæteri Inferiores Prælati, Torrecill. dicta conſul. 3. ubi per tot. de Recuſatione Viſitatoris, & conſul. 4. ubi per tot. de cauſis Recuſationis. Fermoſin. in cap. ſi quis contrà, 4. de For. competent. quæſt. 33. per tot. Quæ ſunt omnia quæ ad cæteros Judices recuſandos ſufficiunt, Nogueyra quæſt. ſingular. & experimental. diſput. 3. quæſt. 75. à §. 1. ad 5. Hactenùs Guerreyrus. Multò magis inter Regulares precedit Recuſationis remedium, ſi inter eos orta fuerint diſſidia talia, quòd degenerarint in factiones; Torrecill. tom. 1. de Conſultis Alegados, & Quæſtiones, Tract. 10. conſult. 3. num. 29. Guerreyr. de Recuſat. lib. 3. cap. 16. num. 10. & 11.

Quod aſſumptum adeò certum eſt in ju-
42 re, ut ad repellendum Judicem in cauſa propria, non requiratur recuſatio: ſed ſufficit Partis oppoſitio, Trentacinqu. variar. reſolut. lib. 2. tit. de Judiciis reſolut. 5. Epiſcop. Barboſ. in leg. unic. nu. 14. Cod. Ne quis in ſua Cauſa. Cardoſ. in Prax. verb. Recuſatio num. 13. Valaſc. conſul. deciſ. 163. num. 19. Petrus Barboſ. in leg. Si quis ex aliena ff. de Judic., Xamar de Offic. Judic. part. 1. qu. 14. num. 2. Guerreyro de Recuſat. lib. 4. cap. 8. num. 14. Et Judex, qui parti Adverſæ ſe favorabilem reddidit, legitimè recuſatur, Torrecill. tit. 10. conſult. 4. nym. 22. Guerreyr. d. tract. lib. 4. cap. 9. num. 51. & 52. Et eundem effectum operantur verba contumelioſa ſuperiorum regularium ſcripta in Recurrentes, eundem, inquam, effectum producunt tales contumeliæ, ad Text. in l. Obſervandum 11. ff. de Offic. Præſid. l. Nec 32. ff. de injur. Pacian. de probat. lib. 2. cap. 44. Epiſcop. Barboſ. vot. deciſ. 66. num. 19. lib. 2. Gloſſ. in ca. Cùm ſuper, de Offic. Delegat. Rip. in cap. Si quando de reſcript. num. 4. Matthienz. in Dialog. Relator. part. 3. cap. 38. num. 10. Auſrer. de recuſat. tit. primo, num. 30. in fine; Aviles in cap. 4. Prætoris, Gl. fin. num. 17. Bobabill. Politic. lib. 2. cap. 21. num. 117. & 118. & lib. 1. cap. 1. nu. 119. Apicell. de Tutam. Pauper. tit. de ſuſpicion. Official. num. 62. circà fin. Ripoll. var. cap. 2. num. 8. Guerreyro de recuſat. libr. 4. cap. 9. numer. 17. & ſeqq.

Sancti quoque ſuos Judices recuſarunt, ut advertit præclarus Sardiniæ Juriſconſultus Quæſada Pilo controv. forenſ. cap. 37. num. 17. Berart Specul. Viſitat. cap. 6. num. 3. Capyc. Latr. conſult. 101. num. 3. Guerreyr. ſæpe cit. tract. de recuſat. lib. 1. cap. 1. num. 7. Remedium hoc in jure eſt favorabile. & conſequentèr etiam in dubio judicandum eſt pro illius admiſſione, tanquam remedii favorabilis, Queſada Pilo loc. cit. num. 16. Anton. Merend. controverſ. jur. lib. 22. cap. 26. n. 5. Anell. de Amat. conſ. 27. Ganaver. deciſ. Reg. Cam. Neapol. 57. num. 1. Calà de reſtitut in integr. Minor. denegan. cap. 30. num. 1. Guerreyro d. tract. lib. 1. cap. 1. num. 18.

Et denique remedium hoc nulla lege interdicitur, Queſada cit. cap. 27. num. 18. Guerreyr. cit. cap. 1. num. 9. Quod ſi de facto recuſandi facultas appareat prohibita, de frivola recuſatione, non autem de legitima, & ex rationabili cauſa procedente, intelligenda eſſet prohibitio, Carol. de Graſſ. de except. except. 24. num. 16. Queſada Pilo num. 18.

Et quidem, ſi in hujuſmodi Popularibus actionibus, in quibus agitur de jure publico, &, ut elegantèr loquuntur Paulus l. 1. ff. de popular. action. ibique Cujac. in comment. in lib. 8. Paul. ad Edictum Oper. poſthum. tom. 2. idemque Cujac. in Ppratitl. in lib. 47. Digeſtor. tit. 23. hujuſmodi actiones ſuum jus Populi tuentur, & ex iis cauſis, quæ publicam tutelam merentur; cuilibet competat facultas recurrendi, Gloſſ. in l. 2. Cod. quibus res judic. non noc. Altimar. de nullit. judic. tom. 1. rubr. 4. quæſt. 4. num. 45. Curia Piſan. lib. 2. cap. 16. per tot. cum aliis apud Guerreyr. de recuſat. lib. 3. cap. 16. num. 13. Abſque ullo
44 dubio multò magis, ubi non numerus ſingularis unius perſonæ recurrentis; ſed pluralis, plenus, copioſus numerus,

Digitized by Google

rus, ut decem, aut plurium recurrentium concurrat: De jure Canonico decem homines faciunt Plebem, seù populum, & Parochiam, ut pluribus Sacrorum Canonum, & antiquorum Interpretum locis firmat *Prosper Fagnan. in cap. Vestra, num. 89. 90. & 117. de cohabit. Cler. & Mulier.*, ubi post citatum *Joannem*, antiquum *Glossatorem*, de quo per *Specular. in tit. de Notor. Crimin. §. jam de notorio, num. 6. Bartol. in l. Scriptum, ff. de Religios. & sumpt. Funer.* hæc habet: *Nam, si essent decem, vel plures, factum nullatenùs posset dici occultum; cùm decem homines faciant Plebem, seù Populum; & sufficiant ad infamandum Presbyterum; itaut sit ei purgatio indicenda, ut Can. Unio, cum sua Glossa, in verb. Mancipia. 10. quæst. 3. junctο Can. Presbyter si à Plebe, & Can. Omnibus, 2. quæst. 5. & fusiùs dictum est suprà num. 58. & 59. item decem homines faciunt Parochiam, & testimonium unius Parochiæ facit crimen notorium, ut ex Speculatore, & aliis dictum est suprà num. 89. & 90.* De jure Civili, tanta est numeri denarii qualitas: ut in habendis, & colligendis *Legibus* missi fuerint ad Græcas Urbes *Decem Viri*; ut est *Textus in l. 2. §. Et cùm placuisset, ff. de Origin. Jur.* Et Universitatem constitui ex numero Denario, probat ex *cap. Regis Roberti*, incip. *Statuimus, ut quoties Personæ citatæ fuerint numero decem &c. Matth. de Afflict. in Prælud. suor. Comment. ad constit. utriusque Sicil. quæst. 5. num. 3.* cujus meminit *Jorius de Privil. Universit. in Isagoge Operis, num. 12. fol. 3. Reg. Petra ad Rit. Magn. Cur. Vicar. Neapol. 269. num. 45. tom. 3. de Angel. ad Foller. in prax. criminal. rubr. Audiantur Excusatores, numer. 1. vers. Octava declaratio. Scialoya in prax. For judicat. cap. 8. ex num. 25.* Et populum constare, & constitui ex decem hominibus, advertit *Lasæus de jur. Universit. part. 1. cap. 2. num. 63.* ubi affert *Gloss. in cap. 1. de elect. Boer. in tractat. de seditios. cap. 3. num. 3.* Denique, ut multa de magno pondere numeri denarii, brevitatis causa omittantur, unum præcunctis indicasse sufficiat, præclarissimum monumentum in *Fastis Catholicæ Ecclesiæ*, Bullam scilicèt sa: mem. Pauli III. Datam Romæ apud S. Petrum anno 1543. qua approbata fuit Institutio Illustrissimæ, & nunquam satis laudatæ Societatis Jesu, convenientibus in unum ad tantum opus Regulare pro Catholica Ecclesia, decem Patribus, quorum nomina commendavit idem Pontifex Paulus III. citata Bulla, quæ incipit: *Regimine militantis Ecclesiæ &c.* Et ab eo numero recurrentium quævis censura distat, ut magistraliter, & nervosè *Genuen. Practicabil. Eccles. tricenar. 12. qu. 331. per totam* constito de ipsamet materia, seu causa finali Recursus, nempe bono publico Religionis, hic enim commendabiles, & probatos effi-
45 cit Recurrentes, adhuc si arguantur ob defectum licentiæ recurrendi, ut in terminis, post *Henriquez Summ. Theolog. Moral. lib. 6. cap. 13. num. 4. & cap. 15. num. 6. Peyrin. de subdit. Regular. qu. 1. cap. 8. §. 50. vers. Sed quid, Capon. discept. for. vol. 1. discept. 13. nu. 11. & seqq.*, qui *num. 17.* ità scribit, respondendo quoque *Tridentino*, cæterisque in contrarium allegari solitis. Cum enim est Recursus ad Sedem Apostolicam per viam querelæ dandæ Superioribus, vel per viam opportuni remedii petendi ad observantiam Regularem, vel à S. Sede opportuna remedia petendo pro seipsis; hoc casu licitum est recurrere ad Sedem Apostolicam, ut post alios *Lezan. tom. 1. cap. 9. num. 4. & 7. & tom. 3. in verb. Appellare, & Appellatio num. 4. & in verb. Recursus num. 20.* Quandò enim à suis Superioribus non sperant remedium, possunt Religiosi immediatè à suo Superiore appellare ad Sedem Apostolicam, *Can. ad Romanorum, il primo, 2. quæst. 6. cap. Si duobus, cap. Dilecti filii il 3. de Appellat.*, ubi dicitur, quod omnes ad Sedem Apostolicam possunt appellare. Ratio est, quià Papa est principalis, & universalis, ac immediatus Superior Regularium, undè illorum est Prior, Provincialis, & Generalis, *Sot. lib. 8. de justit. quæst. 3. art. 1. Peyrin tom. 3. Privileg. Minor. cap. 4. num. 4. Scortia, de Invalidit. Profess. dub. 25. & 6. Bordon. resolut. Canonic. cap. 32. num. 26.* & hoc casu, si Superior nollet dare licentiam, posset Regularis sinè illa mittere, vel accedere. Quià Decretum Concili, *sess. 25. cap. 4.* in quo prohibetur Regularibus accedere ad suos Superiores sinè licentia, non intelligitur pro isto casu; quià non est credendum, Concilium loqui de Religiosis ab eorū Superiore gravatis contrà omne juris debitum, vel de Religiosis recurrentibus pro bono Religionis, ut ex *Navarr.*, & *Sayr.* docet *Lezan. tom. 1. cap. 16. num. 9. Bordon. ubi suprà num. 50.* ex *Rodriquez, Sanchez, Azor.*, & *Barbos.* quos refert. Sic etiam Decreta Summorum Pontificum Clementis VIII. & Urbani VIII.

de

de quibus *Lezan. tom. 1. cap. 10. num. 16.* & Conſtitutio Sixti V. ac Declaratio Sacræ Congregationis apud eundem *nu. 15.* ubi prohibetur Recurſus Regularium ad Urbem, ſine licentia Generalis, vel Protectoris, ſub pœna privationis vocis activæ, & paſſivæ, non comprehendit caſum præſentem; quia loquuntur de alio acceſſu, non ſub bona fine; ut benè *Peyrin.* ubi ſuprà, *num. 15. & 17. Bordon.* ubi ſuprà, *num. 28.* quià licentia formalis, & expreſſa neceſſaria non eſt in illis, quæ aliàs ſunt conceſſa, qualis eſt prædictus Recurſus; præſertim cùm in illo includatur tacita licentia ad talem acceſſum, *Bordon.* ubi ſupra. Nec pœnas contrà Proprietarium incurrit ille, qui operatur rationabiliter, ut latè *Lezan. tom. 3. in verb. Recurſus num. 3.* in puncto *Jo: Franc. Girard. de Regim. Regul. part. 3. dub. 42.* Undè Sacra congregatio die 1. Martii 1641. declaravit, Generalem non potuiſſe privare voce activa, & paſſiva, quoſdam Religioſos ſui Ordinis, qui ad Sacram Congregationem recurſum habuerunt, quin potiùs in integrum reſtituendos eſſe, ut ait *Lezan. dicto tom. 3. in verb. recurſus num. 6. in fine*. Et Bullis Pontificum præſertim Pii II. de qua *Lezan. in verb. reformati*, diſponitur, Prælatos Regulares Reformotionem ſuorum Ordinum procurare debere cum expediat, Regulares vivere Reformatos, & Obſervantes in Regulis ſuorum Ordinum, ut benè *Lezan. de reformat. regular. cap. 1. & 2. Jo: Euſeb. in doctrin. Aſcetic. lib. 1. doctrin. 4. cap. 36. & lib. 3. doctrin. 8. cap. 61. 63. 64. 65. & ſeq. & lib. 6. doctrin. 5. per totam*; & ſunt decreta ſub Clemente VIII. & Urbano VIII., & Bulla Sixti IV. & *Concil. Trident. ſeſſ. 25. de regular. cap. 1.* apud *Lezan. in Mare Magnum Carmelitarum §. 26. & tom. 4. in verbo reformati regulares*, & *in integro Volumine de reformat. regular.* quæ reformatio eſt facienda, non ſecundum uſum, ſed juxta Regulam permiſſam, *Sorbus in Addit. ad privil. Mendicant. Et Mare Magnum Servitarum §. 59. nu. 188.* Quapropter ſimiles Recurrentes digni ſunt premio; & e contrà Prælati Regulares qui Recurrentes vexarunt, vel vexant, adhuc ſuis factis, vel dictis ſe opponentes Obſervantiæ, & Reformationi, illamque impedientes, ne ſequatur, in Excommunicationem incidunt, à qua, nonniſi per Papam, abſolvi poterunt, ut latè *Lezan. in Mare Magnum Carmelitarum §. 26. in fine*. Videant ex eo Superiores, quid fecerint, & quam pœnam incurrerint. In hac ſpecie Religioſi recurrentes ad Superiores ſupremos, & ſi ſine licentia, nequeunt dici *Fugitivi*, *Text. l. Quis ſit fugitivus, §. Apud Labeonem, ff. de Ædidit. Edict.* Et in his terminis, Recurrentes ad Principem non puniuntur, *Text. §. Sit tibi quoque, Auth. de Mandat. Princip. Joannes Franciſcus de Ponte de poteſtat. Pro-Reg. §. 7. num. 3. Maſtrill. deciſ. Sicil. 217.* Quià adire Superiorem, recurrendo ob gravamen injuſtum, habet vim appellationis, *Text. cap. de Priore, de Appellat.* Et huic appellationi eſt deferendum; cum Monachis permiſſum ſit accuſare Prælatos ſuos, *cap. Ex parte tua 11. de Appellat.* Egregiè *Donat. prax. regular. tom. 1. part. 2. tract. 7. de Fugitiv. quæſt. 11. num. 15.* ubi declaratextus *Concil. Trid. ſeſſ. 25. cap. 4. de regular. Conſtitutianes Summorum Pontificum*, & cætera Jura Canonica prohibentia exitum Regularium à ſuis Monaſteriis, ſub prætextu eundi ad Superiores, ut *Text. cap. Ut periculoſa, ne Cleric. vel Monach. lib. 6. Decretal.* accipient da eſſe de Exeuntibus, vel ex levi, vel ex nulla cauſa: non autem accipienda eſſe in caſibus, quibus Religioſi eſſent gravati, & quando appellatio non fuit admiſſa à Superiore Majore; & grave ſcandalum urgeret &c, *Etenim* (ità diſtinguit *Donatus* caſus à caſibus *citat. nu. 15.*) *aliud eſt, quod Religioſus non debeat exire e Conventu: & aliud, quod gravatus non poſſit appellare, nec ſe defendere; ſed more Bidentium mori. Et aliud eſt exire ſub prætextu, & liberè: & aliud eſt ex neceſſitate cogente &c.* Fortiùs, ſi aliud legitimum remedium Recurrentibus non ſuper fuit, quam recurrere ad S. Sedem Apoſtolicam, *Sanchez in Decalig. lib. 6. cap. 8. num. 17. in fine, Rodriquez Sum. part. 1. cap. 43. nu. 5. Donat. cit. tract. 7. de Fugitiv. quæſt. 12. num. 5.* Et in eandem ſententiam accedit *Navarr. Comment. 2. de Regul. num. 61. & Comment. 3. num. 51. verſ. Ad quartum, & in ſuis Conſiliis, tit. de Appellat. conſ. 4. Donat. prax. regular. to. 1. part. 2. tract. 10. de Appellat. qu. 38. nu. 2.* hæc habet: *Inſuper & per viam defenſionis, quæ eſt de jure naturali, vel per modum exponendi querelam contrà Gravantem, poteſt Romam adire, Rodriquez cap. 13. ſecundæ partis Summ. in Ordine Judiciario concluſ. 3., & libere Romam ingredi, abſque alia facultate Superioris.* Atqui omittenda non ſunt reliqua notabilia verba ejuſdem *Authoris Praxis Re-*

Digitized by Google

gularium tom.2. part.1. tract.12. de Authoritate Capitul. General. quæst.7. nu.2. Nam (is inquit) *qui sua sponte se subjecit Regulæ, & jurejurando promisit Regulam servare, quantùm est ex se, non debet se opponere Religionis meliori bono, sed debet esse promptus, & paratus, & procurare, ut Regula collapsa reformetur, & reformatam observare; quia hæc omnia non sunt contrà, nec præter Regulam, sed secundùm Regulam; omnia enim necessaria ad Regulæ conservationem, certè sunt illa, sine quibus bonus status Religionis non potest diù conservari; nec Vota essentialia custodiri, pertinet ad Regulam saltem implicitè; & indirectè, prout docet D. Thomas quodlibet. 10. art. 10. & in 2. sentent. distinct. 44. art. 8. & ibi Durand. quæst. 4. & Cajetan. 2. 2. quæst. 88. art. 8. dub. ultim. & Filius, qui suæ Matris dedecus procuraret, vel eam sineret mori, crudelis esset; ne dicam, inimicus: A' pari, bonus Religiosus, ne suam Religionem, quam profitetur, videat vilipendi, vel dissolvi, omni conatu debet reformationem procurare, & pati, & observare. Sylvester, & Tabien. verb. Religio quæst. 21. num. 22. Secùs nequam, aut sceleratus diceretur, & meritò.*

Ulteriùs, ipsamet Majestas suprema
46 Sanctæ Sedis Apostolicæ, ad quam fit recursus, omnem (si quid omissum, juxtà nonnullorum Authorum opinionem) eliminat criminis præsumptionem, quæ necessaria est ad incurrendas pœnas, *Peyrin. tom.3. seù Addit. ad Constitut. Leonis X. cap.4. num.17. Bordon. resolut.32. quæst.9. num.27.* Quicumque enim pro his, & similibus concernentibus bonum publicum Religionis, recurrit, seù appellat ad Papam, qui universalis Ecclesiæ Doctor, & Magister, supremus est omnium Religionum Superior, & Moderator, jure dicitur recurrere, *Emanuel Rodriquez quæst. regular. tom.1. quæst.29. art.2. post medium, vers. nam tunc, Lancellott. de attentat. part.2. cap.19. de attentat. pendent. recurs. nu.1. & seqq. Sayr. de censur. lib.3. cap.15. il 2.* incipiente *Excommunicatio 12. numer.5. vers. tertiò recurrere;* & his relatis *Vermigliol. cons. criminal. 380. num.5.* Conveniunt ea, quæ de *Suprema Majestate Principis* ad favorem Subditorum oppressorum expendit acutissimus *Horatius Montanus de regal. in prælud. quæst. 3. & 4. & in verb. potestas constituendorum Magistratuum num.18. fol.138.* est enim Princeps Supremus Magistratus, ut. 1. *reg.8. Glos. leg.2. ff. de adoption.* Causas verò graves, etiam absque appellationis remedio, avocari à Judicibus inferioribus, & devolvi ad Superiorem, advertit *Franciscus Maradei Jur. tract. crim. part.3. cap.21. num.39. & 40.* ubi tranſcribit verba *Cruſii de indiciis part.4. cap.29. num.3. & 4.* tanquam satis proficua, ibi: *Quin quod jure eveniat, litem pro re nata avocari, & transferri in Curiam Superioris ab Inferiore, sine appellationis beneficio, Thoning. cons.65. num.11. Parth. Litig. lib.2. cap.12. num.22.* Et infrà traditur ratio: *Nè quid duriùs, aut remissiùs Inferiores decernant per imperitiam; homine imperito nihil est iniustiùs, ait Comicus. Undè Italorum effatum:* Di tutto gran male essendo cagione la mala vita, e l'ignoranza degl'Inferiori. *Malitia, & ignorantia, (quæ quasi catenatim cohærent) Inferiorum Judicum multa producunt, & coacervant inconvenientia, quæ ad Superiorem devoluta, nonnisi gravi diluuntur industria, & cura. Et quomodò tandem constabit coram Altissimo, & Supremo, Superior ille in judicio extremo, ubi rationem redditurus est muneris sibi commissi à Deo; an nè excipere poterit, se Judicum Inferiorum fidem, ac religionem fuisse secutum? Bodin. 4. de Republic. cap.7.* Romana Ecclesia totius Orbis est caput, *undè omnia venerandæ Communionis jura dimanant,* verba sunt *S. Ambrosii* apud celeberrimum *Christianum Lupum de appellat. ad Sanct. Sedem Apostolicam dissertat.2. de Africanæ Ecclesiæ Romanis appellationibus cap.20. fol.398.*

Et meminisse oportet Superiores,
47 cæterosque Judices Regulares ex tremendorum illorum verborum, quibus Sacra Congregatio à sancta memor. Innocentio XII. super Disciplina Regulari specialiter deputata die 18. Julii 1695. ejusdem Sanctissimi Pontificis authoritate decrevit, quæ præ cæteris impressa, habentur apud *Van-Espen suorum operum tom.2. seù Jur. Eccles. univers. part.4. in opusc. de vitio peculiari pag.128. & 129. edition. Colon. Agrippin.* pronunciavit, & concluſit: *Ut omni mora postposita, sicuti Filios obedientiæ decet, ad Regulæ, quam amplexi sunt, præscriptum, vitam instituant, & componant, decretisque Apostolicis, pro æterna illorum salute editis, sincerè, ac fideliter pareant, nec ab eorum observantia, inanibus interpretationibus, & fallaciis, aut relaxationum prætextibus, ad excusandas excusationes in peccatis, abduci se sinant; sed Professionis suæ memores, qua se totos Dei obsequio manciparunt, susceptum Christianæ perfectionis iter, arduum quidem, sed*

di-

Digitized by Google

divinæ charitatis dulcedine aſperſum, abjectis terrenarum rerum curis alacriter proſequantur: Nimis enim turpe eſſet, ad ſæcularia deſideria, quibus ſemel, aſpirante Domino, renuntiarunt, animum revocare, & obligatam Deo, qui non irridetur, primam Fidem irritam facere. Meminerint, ſe ad peculiarem Salvatoris noſtri ſequelam vocatos, qui, cum Dives eſſet, propter nos egenus factus eſt, veterumque illorum Fidelium glorioſos imitatores, ac veluti hæredes eſſe, quorum erat cor unum, & anima una; nec quiſquam eorum, quæ poſſidebat, aliquid ſuum eſſe dicebat, ſed erant illis omnia communia.

48 Monachus an poſſit repudiare hæreditatem invito Abbate, vel illam non adire, tractant Doctores, prout etiam ſi poſſit Abbas invito Monacho, qui adire velit hæreditatem, repudiare. Tractant ſi poſſit Monachus, & Abbas abſque ſolemnitatibus jure civili in *authen. de reb. Eccleſ. alien. vel non*, & jure canonico in *tit. de rebus Eccleſ. non alien.* introductis repudiare, & ſumma diſtinctio hæc legitur quod vel hæreditas, vel legatum eſt jam delatum, & acceptatum, vel non eſt aditum, acceptatum, & Monaſterio incorporatum. Primò caſu requiruntur ſolemnitates. Secundo caſu poteſt Monachus, & Abbas ſolus non adire, vel repudiare. Ità *Bald.* in *conſ.* 246. in terminis monialis cum authoritate Abbatiſſæ, & in *conſ. ſeq. lib.* 1. quem ſequitur *Card. Tuſc. concluſ.* 336. *verb. monialis num.* 3. *Pater Sanchez de matrim. diſp.* 4. *num.* 11. quod nulla ſolemnitas requiritur, ſed ſolùm conſenſus Superioris Monaſterii, & ipſius Monachi, ea ſæpiùs repetita ratione, quia hujuſmodi non eſt alienatio, ſed nova acquiſitio, in puncto *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 568. *n.* 56. *verſ. amplius prædicta*, ubi allegat multos, & quod ità fuit deciſum in Rota, & quod iſta opinio ſervatur in practica, tanquam communis, ità etiam tenet *Regens Merlin. tom.* 1. *cap.* 6. *numer.* 9. *verſ. ex quibus juribus*, ubi *nu.* 10. addit non tantùm cum Prælatus facit actum aliquem permiſſum præjudicare ſuæ Eccleſiæ in quærendis, ſed etiam cum delinquit, ut ibi per eum, & quod non ſit neceſſarium, ut aliqua ſolemnitas interveniat in repudiando ea, quæ quæſita non ſunt, dicit *Borgninus Cavalc. dec.* 1. *num.* 52. *part.* 3. & omiſsis aliis videndus eſt *Pater Tamburrinus de jure Abbatum tom.* 3. *diſput.* 11. *qu.* 4. *nu.* 61. *fol.* 223. ubi allegat omnes, & quod dicitur de Abbate, & Monacho, dicitur de Abbatiſſa, & Moniali, ut probat *Barboſ. de jur. Eccleſ. lib.* 1. *cap.* 43. *nu.* 14. & *Ricc. collect.* 3928. Minùs obſtat, quod cum renunciatur, fatendum eſt priùs acquiſitionem, & additionem præceſsiſſe, ſine qua nihil in ceſsione contineretur, unde videtur eſſe alienatio juris quæſiti, quæ ſine ſolemnitatibus eſt invalida, quia respondet *Gratian. dicto cap.* 568. *num.* 05. quod verius eſt, quod iſta acquiſitio momentanea non eſt conſiderabilis, quaſi non dicatur factum, quod non durat, prout in puncto concludit *Soccin. conſ.* 53. *viſo inſtrumento col. penult. in fine nu.* 27. & 28. *verſ. ſed ad hoc reſponderem lib.* 4. ſecus ſi eſſent duo actus ſeparati, licèt in continenti unus poſt alium facti, puta ſi Monaſterium priùs adiviſſet hæreditatem, deindè in eodem inſtrumento ceſsiſſet, & renunciaſſet, prout declarant *Phanuc. de lucro dotis gloſ.* 8. *num.* 18. *verſ. quæ concluſio*, & *Gratian. loc. cit. ex num.* 67. *uſque in finem*, ubi allegat infinitos, & Rotæ deciſiones. Minùs obſtat *Concil. Trid. ſeſſ.* 25. *cap.* 16. ex pluribus, & quia Concilium non loquitur cum renunciatur juri quærendo, ſed cum renunciatur juri quæſito, loquitur in renunciatione facienda per Novitium ante profeſsionem, non verò in renunciatione facta per Monachum profeſſum, de quibus Concilium non cogitavit, ſed remanet ſub regula juris communis, quæ eſt prædicta magis communiter à Doctoribus, qui poſt Concilium ſcripſerunt, tradita.

49 Relictum non Monaſterio, ſed ipſismet Monialibus, an teneat, tàm inter antiquos, quàm inter neothericos Doctores, ſatis ſuperque exagitata fuit quæſtio, & an legatum iſtud, ſi non valet favore Monialis, valeat tantùm favore Monaſterii, quam ultimam quæſtionem tractant *Pater Sanchez lib.* 7. *cap.* 17. *per totum*, & *Pater Tamburrin. de jure Abbatiſſ. diſputat.* 8. *quæſt.* 5. & quod non valeat favore Monialium, quod non poſſint habere iſta vitalitia peculium, vel partiales proventus, etiam ad nutum Abbatiſſæ revocabiles; diſtinguunt; vel quæritur de jure antiquo ante Concilium Tridentinum in *cap.* 2. *ſeſſ.* 25. *de regularibus*, vel poſt Concilium. Ante Concilium dicunt id Monialibus, & Monachis licuiſſe. Poſt Concilium nequaquam, ut diſputant P. *Azorius lib.* 12. *cap* 9. *verſ. ſecundò quæritur colum.* 1502. *Corduba quæſt.* 54. *Valentia in* 2. 2. *diſputat. prima quæſt.* 4. *punct.* 3. *Carolus Tappia in auth. ingreſſi, verb. ipſo ingreſſu cap.* 3. *num.* 55. cum aliis per *P. Tamburrin. de jure Abbatiſſa-*

tissarum disput.8. quæst.3. post numer.11. vers. prætermissis, & vers. quapropter, quia ut Cassianus lib.7. institut. cap.21. docet, non solùm Monialibus pecuniarum est cavenda possessio, verùm etiam voluntas ipsa ab animo estrudenda, Sed contra est communis opinio, Moniales etiam post Concilium, quinimò etiam post bullam Clementis Octavi de largitione munerum, posse habere aliquod peculium, & quid vitalitium, & id non esse prohibitum ex natura voti paupertatis, ut docent post alios Episcopus Barbos. de jure Ecclesiast. lib.1. cap.22. de statu regularium ex num.75. & propriè num.79. & Idem decisionum Apostolicarum collect.511. circa finem, & de potest. Episc. allegat.103. in fin. P.Dian. resolut. moralium tract. de paupert. religios. resol. 32. Ricc. in praxi par.2.resol.194. n.1. & part.4. decis.345. cap.5. cum concordantibus per P.Tamburrin. dicto tract. de jure Abbatiss. dicta disput.8. quæst.1. ante num.13. vers. contrariam tamen, ubi dicit Ledesmam de statu Religios. in communi cap.4. concl.3. dubit.13. citare Joannem Gallum, quem ait fuisse præsentem Concilio Tridentino, nec tamen unquam intellexisse vitalitios annuos reditus fuisse prohibitos à dicto Concilio loco citato.

Hac tamen conditione, nec aliter, nec alio modo, ut id teneant ad nutum Abbatissæ amovibile, alioquin manerent in peccato mortali, & in statu damnationis, & essent excommunicatæ, quia esset contra votum paupertatis, & omninò debent dependere à nutu, & concessione Abbatissæ, ut in puncto docent Barbos. de jur. Ecclesiast. lib.1. cap.43. de statu regular. num.79. & 80. & nu.77. & 75. & dicta collect.511. circa finem, quod de dictis vitalitiis cum Superioris licentia liberum usum habeant, & quod
50 Concilium non loquitur de istis vitalitiis, neque illius dispositioni subjacent, ut probat etiam P.Diana dicto tractat. de paupert. religios. resolut.19. & 32. & ex doctrina dicti Ledesmæ, & Joannis Galli sequitur dictus P.Tamburr.dicto quæst.1. & quæst.6. num.5.vers.advertunt tamen, Rico. decis.340. Curiæ Archiepiscopalis. Quinimmò possunt de dictis vitalitiis non solùm cum voluntate expressa, sed cum voluntate tacita Moniales disponere, ut probat P. Diana dicta resolut.19. & de hoc adest rescriptum Summi Pontificis datum Romæ 8. Martii 1602. quod ponit Quarant. in summa Bullarii verb. Monasteria Monialium fol.mihi 339. ibi : Sua Beatitudine ha ordinato si declari a V. S. Illustrissima, che sia lecito alla Abbatessa, e Superiora di ciascuno Monasterio di permettere alle Monache, che possa ciascheduna di esse spendere qual cosa delle suvvenzioni, che le vengono date senza passar per le mani di Ministri comuni del Monasterii, e senza obligo d'haverne a rendere altro conto, come saria a ragione d'un scuto il mese per servizii minuti, purchè s'osservi nel resto il decreto come stà &c. Ecce, quod de subventionibus disponunt Moniales ad nutum Abbatissæ, absque eo, quod transeat per manus Ministrorum communium Monasterii, & absque onere, ut de eis teneantur reddere computum. Demum Pater Tamburr. de jur. Abbatiss. disput.9. quæsitu 3. num.23. fol.61. dicit hæc formalia verba : poterunt insuper Abbatissæ de licentia Superioris, & ipse Moniales de Abbatissæ licentia ex peculio eis licitè permisso (appellatione peculii dicimus contineri annuos reditus vitalitios) vel ex aliis sua industria acquisitis pro aliqua pia, & rationabili causa, v. g. pro nuptiis cognatorum pauperum, pro gratificatione beneficiorum, & in similibus munus decem aureorum largiri, vel etiam plurium, maximè si loquamur de parentibus, juxta eorum necessitatem, arbitrio prudentis viri pensandam unà, & pluribus vicibus in anno, ex Beja 4.par. casu 32. col.3. Vega 2.part.summ. cap.86. casu 30. Rodriquez tom.2.summ. cap.32. concluf.3. dubit.9. Sanchez in Decalogo lib.7. cap.19. num.64. Peierin tom.1. de subdiacon. quæst.2. §.6. concl.2. Facundez in præcept. Decalog. artic.2. lib.8. cap.6. num.12. Cordub. in summ.quæst.54. Lopez part.1. instruct. cap.152. Joannes de la Crux de statu religiosorum cap.prim.par.3. dubit. prima num. 162. ibi : qui licèt loquantur de viris regularibus, nihilominùs non video ullam esse differentiam cum utrius sexus sit eadem obligatio propter votum paupertatis. Hæc ille.

Quamvis plures Doctores dixerint,
51 Prælatum sæcularem, vel regularem posse hæreditatem, vel legatum Monasterio delatam repudiare, sequendo opinionem Federic. de Senis consil.9. Attamen in puncto juris non desunt, qui magnæ authoritatis communiorem dixerunt contrariam sententiam, quia in jure civili, vel canonico textum non habemus expressum habilitantem Prælatum præjudicare Ecclesiæ in hoc casu, quinimmò repugnat sibi juramentum præstitum in initio administrationis utilia agendi, & inutilia prætermittendi, sicuti testantur Laur. de Rodulphis in

sua

Digitized by Google

ſua repetit, cap. ſi ſine except. 52. 12. qu. 55. Caſar Lambertin. Epiſcop. Inſulan. de jure patronat. lib. 3. quæſt. 2. artic. 9. num. 21. ubi diſputato articulo, ſic concludit, *verſ. ergò quantumcumque res pertineat ad Eccleſiam aliquo jure, non poſſunt alienari, vel repudiari per ſolum Prælatum, abſque Capitulo ſine debita ſolemnitate, Arias Pinell. ad leg. 1. Cod. de bon. mater. part. 3. num. 103. verſ. alia ampliatio*, ubi teſtatur opinionem *Federici de Senis* à multis fuiſſe malè prolatam; Et hanc pro Eccleſia veriorem, & tutiorem opinionem in puncto juris, concludit etiam *Quaranta in ſumm. Bullar. verb. alienatio rerum Eccleſiæ num. 43. in fin.* ibi; *Licèt verior, & tulior ſit opinio contraria ſuprà relata, ſcilicet, quòd non tantùm in acquiſitis, ſed etiam in acquirendis non poſſit fieri remiſſio à ſolo Prælato, abſque ſolemnitate, ex deciſ. etiam Caput. 359. part. 2.* & ſic fuiſſe deciſum in Sac. Conſil. ait *Reg. Sanſelic. part. 2. deciſ. 280.* ubi agebatur de interponendo decreto ſuper tranſactione hæreditatis quondam Joann. Baptiſtæ Capycii Minutuli nondum incorporatæ, & factæ de menſa Eccleſiæ, & nihilominùs Sacrum Conſilium ordinavit, quòd impetrato priùs aſſenſu Apoſtolico, providebitur ſuper interpoſitione decreti.

Aliud tamen eſt licere Moniali, & 52 cuilibet Religioſo abſque præjudicio voti religioſæ paupertatis, habere annuos vitalitios expendendos in ſuos religioſos uſus ad libitum tolerante, vel permittente ſuo Prælato, & in hoc articulo certum eſt tàm ante, quàm poſt Concilium Tridentinum Doctores concludere licere, ſicuti *P. Laurent. Peyrin. tom. 1. de ſubdito religioſo quæſt. 2. cap. 2. §. 1.* adducit omnes *P. Diana par. 1. tract. 6. reſolut. 19. Ludovic. Beja reſponſ. part. 4. caſu 32. Cened. de paupert. relig. dub. 17. num. 9. & dub. 32. num. 9. & 15. Valer. de different. utriuſque for. in verbo munera num. 73. Quaranta in ſumma Bull. in verbo caſus reſervati, & in verbo munerum largitio ad declarationem Sac. Conc. Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. cap. 2. Auguſt. Barboſ. Apoſt. deciſ. collect. 511. & de offic. & poteſtat. Epiſcop. allegat. 103. num. 9. & 11. & de jur. Eccleſ. to. 1. lib. 1. de ſtat. & vit. regul. cap. 43. nu. 77.* Aliud eſt, quod Monialles iſta annua legata vitalitia acquiſita poſsint unica vice in totum donare, & ad libitum alienare, & nullo jure poterit fundari hoc aſſumptum. Quoniam cum in ordinationibus Sacræ Congregationis ſuper regular. 2. Julii 1589. in ſpecie pro Monialibus Civitatis Neapolis fuiſſet ordinatum de iſtis ſubventionibus vitalitiis, legatis, vel donatis Monialibus licere eiſdem ad nutum Abbatiſſæ, & de manu illius pro religioſis neceſsitatibus aliquid erogare, dummodò Ordinarii, ſive Superiores Monaſterii quotannis exigant rationem, ut id, quod ſupereſt, ſit ad utilitatem Monaſterii erogatum, ut habetur in dictis ordinationibus *num. 45. & 46.* apud *Quaranta in verbo Monaſteria Monialium fol. mihi 458.* Fuit poſteà 3. Martii 1602. à Sacra Congregatione reſcriptum Ordinario ejuſdem noſtræ Civitatis ad declarationem decreti Sacri Concilii Tridentini, & ordinationum prædictarum, licere Abbatiſſæ permittere Monialibus de prædictis vitalitiis ſubventionibus abſque onere reddendi computum, diſponere de aliqua modica quantitate, ibi: *Come ſaria a ragione di uno ſcuto il meſe per ſervizii minuti, purchè ſi oſſervi nel reſto il decreto come ſtà.* Et ſecundùm iſtam declarationem loquitur *Aſcanius Tamburrin. de jure Abbat. tom. 2. diſputat. 21. quæſt. 9. num. 6.* ſic dicit, quod pro indigentia conſanguineorum uſque ad ſummam ducatorum decem, ſecundùm judicium prudentum, & conſanguineorum indigentiam poſſet erogare, ut pro aliqua veſte, & aliquando pro cibo, & potu, eleæmoſynaliter licere, *P. à S. Fauſto dicto lib. 8. quæſtion. 224. P. Iſmardus in ſuo Codice minimo, verbo paupertatis votum in 1. oppoſit. fol. mihi 197.* & *P. Facundez in quinque Eccleſ. præcept. lib. 8. cap. 6. num. 12.* dicit, uſque ad decem aureos, modò religioſis poſteà non deficiat. Neque in terminis juris dici poteſt contrarium, quia ſi Monialis habet ſolùm nudum, & indenominatum uſum facti ad nutum Abbatiſſæ, ſicuti fatentur omnes præcitati Doctores, quando permitteretur etiam cum licentia Abbatiſſæ concedere alteri integros hos vitalitios, eſſet illam facere dominam uſufructuariam, non autem ſimplicem uſuariam facti religioſo modo, quod nullatenus ſuſtineri poteſt, ſicuti probarunt *P. Rodriquez quæſtion. regular. tom. 3. quæſt. 29. art. 10. verſ. tertia concluſio, P. Peyrin. dicta quæſt. 2. cap. 2. §. 2. P. à S. Fauſto de tribus votis lib. 8. qu. 142.* idem *P. Facund. in Decalog. tom. 2. lib. 7. cap. 6. à rum. 13.* aliter vitari non poſſet, non ſolùm actus nullitas, ſed incurſus in pœnas Bullæ Clementis VIII. *de largitione munerum*, ſuper qua ſolemniter ſcripſit *P. Pellizzar. de bon. regular. non alienand. tract. 6. cap. 9. ſect. 1. & per tot.* Quidquid enim habet Religioſus, certum

Digitized by Google

tum est fuisse Monasterio acquisitum, *dicto cap.2. & dicto cap. cum ad Monasterium, de statu Monach.* ubi *Abb. Sac. Concil. Trident. sess.25. cap.2. de regular.* taliter quod neque etiam Summus Pontifex, in sensu tamen composito, Monacho manente Monacho, potest concedere illi hanc facultatem disponendi, sed solùm in sensu discreto, faciendo illum de non Monacho Monachum, ut declarat *Cajetan. secunda secundæ quæst.88. art.11. P. Vasquez moral. disput.165. numer.104. P. Azor. moral. part.1. lib.12. cap.7.* in tantùm quod legatum factum religioso cum conditione, ne Monasterio acquiratur, habet in se repugnantiam reprobatam à jure, *Abbas dicto cap.2. num.8.* nam ità se habet respectu Monasterii, sicut respectu Domini Servus, cui nec per momentum jus aliquod consistere potest, *leg. placet 78. ff. de acquirend. hæredit.* late *P. Sanchez moral. lib.7. cap.17.* imò strictiori vinculo obligatur religiosus, quantò strictior est servitus spiritualis, dicit *Abb. ibidem*, & propterea quamvis toleretur à Superiore habere peculium, sive etiam permittatur expresse, non tamen ullo tempore intelligi potest, ut illud tanquam proprium administret, sed tanquam simplex usuarius ad nutum Superioris, dicit *Bart. in auth. excipitur num. 2. Cod. de bon. quæ liber.* & si vellet transire ad aliam Religionem, tunc remanet illud penès primam, nisi quantum pro alimentis opus haberet, transit in secunda, *authent. de Monach. §. si verò derelinquens*, adducit omnes *Covarruv. cap.1. num.21. de testament.* & casu prædicto donatarium teneri etiam in foro conscientiæ, statim ex tunc omnia restituere nec posse, juxtà Bullam absolvi, nisi priùs integrè donatum restituatur, testatur *Pater à S. Fausto de tribus votis lib.8. quæst.225.* quia dum recipit à non habente potestatem dandi, clarum est, quod tenetur restituere vero domino, qui est Monasterium, inquit *P. Sanchez in Decal. lib.7. cap.19. num.30. P. Peyrin. de subdito relig. dicta quæst.2. cap.2. §.1. vers. ex dictis collige.* Quibus addimus eundem *P. Pellizz. to.2. manual. regul. tract.6. cap.8. numer.115. & seq.* ubi in terminis probavit de communi non solùm requiri assensum Apostolicum, sed etiam Ordinarii regularis, si sunt exemptę, & Episcopi si non sunt exemptæ, *P. à S. Fausto de tribus votis lib.8. quæst.210.* Ulteriùs addimus, quod sumus in materia isti annui reditus, qui pro necessitatibus Monialibus permittuntur, ut Monasteria releventur ab onere illis in totum subveniendi, ut superiùs fundatum est, & testatur P. *Passarell. in notand. ad privil. minim. tit. de propriet. abdicand. fol. mihi 446. num. 19. & 20.* & colligit omnes idem *August. Barbos. in colle ct. ad Sacrum Concilium Tridentinum sess.25. cap.3. numer.13. de regular.* Idcircò neque cedi, vel donari, neque transmitti possunt, *leg. cum hi 8. ff. de transact. leg. alimentis 8. Cod. eod. Napod. in consuetud. verum num. 43. de aliment. præstand.* latè *Surd. eod. tract. tit.8. privil.55. num.4. P. Molses. eod. tract. qu.10. num.5. tom.1.*

De regularibus tractant *de Lugo in respons. moral. pag.100. Barbos. in decis. apost. pag.179.* Idem *in Repert. jur. pag. 317. Zerola in prax. Episc. pag.268. Marcant. Trib. Anim. tom.2. in fin. Lezana in Summa, Rubeus in aphorism. Episcop. pag.517. Navarra tom.1. pag.26. Zerola in prax. Episc. part.2. pag.79. & 107. Francus in controvers. pag.217. Molphesius in Summa pag.606. Summa Novarii pag.532. Barsæus tom.2. pag.709. Acta Eccles. Mediolanen. pag.305. De Luca in Theatr. veritat. tom.14. Lorichius tom.2. thes. theolog. pag.1647. Franc. in controv. pag.35. Tuscus tom.6. pag.495. Piasecius in prax. Episc. pag.189. Nicolius in flosc. pag.637. Pax Jordanus tom.2. elucub. pag.77. Graffius tom.1. cons. pag. 104.* Idem *tom.2. pag.164. Pilaja in Instit. Canon. pag.209. Donatus in prax. Regular. tom.4. pag.1.* De jure Regulari, *Gibalinus tom. 2. scient. Canon. pag.240.* De causâ judiciali Regularium, *Summa Lezanæ tom.3. pag.260.* De pactis Regularium, *Rodericus in quæst. mor. pag.779.* De Superiori Regulari, *Barbosa in decis. apostol. pag.622. Vidal in Arca vitali pagin.480.* Idem *in Arca salut. pag.301.* De statu, & vita Regularium, *Barbosa de Jur. Eccles. tom.1. pag.609.* De Regularium ordinatione, *Francus in controv. pagin.95.* De Privilegiis Regularium, *Bordonus tom.3. part.2. resol.52. Pellizzarius to.2. pag.399. Aluiset.* De Privileg. Regul. in partibus Infidelium, *Verricellus de Apostol. miss. pag.219.* De Regul. facultate ad concionandum, *Aranzus in decis. moral. pag.241.* Idem *pag.39. & 200.* De Regular. obligatione non commorandi extra Regularium domum, *Scotus Placentinus in opusc. pag.1.* De modo, & ordine procedendi criminaliter contra Regulares, *Trivisanus.* De pœnis Regularium, *Fragosius tom.2. Reipub. pag.981.* De punitione Regularium sub prætextu recursus ad Superiores, *Riccius to.4. prax. pag.239.* De quibusdam, quæ Regularibus

Digitized by Google

bus interdicuntur, *Cotonus in controver. pag.534.* De Regular. quoad Sacram Inquisitionem, *Franc. in controv. pag.162.* De Regular. subjectione quoad Episcopos, *Francus in controvers. pag.170.* De Regularibus ordinandis, *Summa Novarii pag.448.* De Regularibus reformatis, *Summa Lezanæ tom.4. pag.472.* De Regularibus curam Animarum habentibus, *Summa Novarii pag.519.* De modo corrigendi Regulares, *Franciscus de Sancto Juliano.* Regularium Quæstiones, *Rodriquez.* Regularium Politica, *Garzias*, Regularium Manuale. *Pellizarius.* De exemptione Regularium, *Summa Lezanæ tom. 3. pag. 529. Rodericus in quæstion. moral. pag.467. Pellizarius tom. 2. pag. . Summa Lezanæ tom.1. pag. 17.* De Regularibus delinquentibus extra Clausuram, *Summa Novarii pag.521. Novarius in lucern. regul. pag.56. Riccius tom.1. prax. pag.68.* De Regularium transitu, *Summa Lezanæ tom.4. pag. 581. Nicolius tom.2. resolut. pag.154.* De Regularium recursu ad Sedem Apostolicam, *Summa Lezanæ tom.4. pag.466. Novarius in lucer.regul.pag.224.* De Regularium regimine, *Giracus. Ragius, Cotonus in controvers.pag.555. Raynaudus tom. 13. pag. 293.* De Regular. allocutione cum Monialibus, *Novarius in lucern. regul. pag.11. Verde de prohib. opin. pag.64. Francus in controv.pag.309.* De Regularium dubiis, *Diana Ordinat. tom.7. pag.1. Portellus, Summa Lezanæ tom.3. pag.434.*

CAPUT XXII.

De nullitate, aut validitate professionis Regularium.

SUMMARIUM.

Professio quotupliciter sit nulla, enucleatur num.1. & qualiter sit nulla ex metu illato nu.2.

Criminosi, & debitores non possunt profiteri n.3.

Episcopus non potest profiteri sine licentia Papæ num.4. Parochus potest profiteri n.5.

Tertius pro suo interesse debet audiri in causa nullitatis professionis alicujus num.6.

Ad validam professionem, quæ requirantur n.7.

Professio qualiter probanda sit ab allegante num.8. In Moniali præsumitur ex renunciatione num.9. Ex quibus deducatur num. 10. Quid dicendum de mulieribus, quæ intrant aliquod Monasterium, ubi vera professio non emittitur, an veræ Moniales sint n.11.

Professio vi, & metu emissa nulla est, & qualiter vis, & metus probentur n.12. latè: & præsumpta ratificatio professionis in casu prædicto ex quibus diluatur n.13.

Metus præsumptio in professione locum non habet, nisi concurrant apertissimæ probationes num.14. & semper in dubio pro validitate professionis judicandum est n.15.

Metus cadens in constantem virum quando dicatur, & ex quibus oriatur, num.16.

Metus reverentialis qualiter consideretur, & ex quibus non sufficiat ad annullandam professionem num. 17. Quibus ex causis religionis ingressus sequatur, num.18.

Persuasiones, & allectiones Novitio factæ ad ingrediendum Monasterium sunt licitæ n.19.

Religionis vocabulum tripliciter sumitur, & quomodo n.20.

Religionis status est libertatis, non servitutis n.21.

Novitiatus cur dicatur, & quid sit n.22.

Novitii pro bona educatione qualiter sint tractandi n.23.

Novitiatus non interrumpitur, si de licentia Superioris retento habitu exierit Novitius à Monasterio, & quando dicatur interruptus ad finem annullandi professionem n.24.

Monachus, & Novitius, si egrediantur à Religione, qualiter recuperent bona, & hæreditates num.25. ubi quamplures recensentur ampliationes, & declarationes.

ULtra ea, quæ ad materiam professionis Religiosorum spectantia disseruimus in præcedenti titulo, convenit disserere hoc capite pertinentia ad validitatem, aut nullitatem ejusdem. Professio est nulla primò ex defectu sexus. Sic vir non potest profiteri inter Moniales: hermafroditus nequit profiteri, quia casus simplex excludit casum mixtum, *l. si ità scriptum ff. de lib. & posthum.* Secundò nulla est professio facta non coram legitimo Superiore, *cap. ad Apostolicam de regularibus.* Tertiò nulla est professio coacta, metu incusso facta, *cap. 1. de his, de regularib.* & nulla pariter est professio facta etiam ob metum reverentialem, *cap. puella 20. qu.1.* metus tamen debet probari, & probatur per testes etiam de

auditu, etiamsi testes sint inhabiles. Metus est difficilis probationis, cum regulariter fiat clandestinè, & quando res est difficilis probationis, tunc admittuntur testes inhabiles, *Farinac. de testibus quæst.69.num.67.* Probatur etiam querimoniis, & protestatione professi, *Farinac. tom.2. decis.643. num.77.* Debet
2 probari, quòd metus sit injustus, & fuerit incussus in ordine ad professionem extorquendam. Pœna incutientis metum est excommunicatio, si metus incutiatur fœminis, intelligas sequuto effectu, *Trident. sess.25. cap.15. de regular.* Nulla etiam est professio, si annus noviciatus fuerit interruptus, vel non completus, si non habeat 16.annum completum, *Trident. sess.25. cap.15. de regular.*
3 Nulla etiam est professio facta contra statuta irritantia Religionis. Criminosi non possunt profiteri, si coram Judice laico sit inchoata inquisitio, vel accusatio, nec fuerit prolata sententia ex bulla Sixti V. 71. §.17. Debitores verò non debent profiteri, licèt professio teneat, ex
4 bulla Clementis VIII. Episcopus non potest profiteri validè aliquam Religionem sine licentia Papæ, *cap. nisi 10. de renunciatione*: Parochus verò potest,
5 *cap.2.19. quæst.2.* Professio nulla nullum producit effectum, adeòque cum professione cessant vota, nec etiam remanent simplicia, quia voluntas fuit vovere voto solemni, non simplici: si tamen quis recipiat ordinem sacrum, remanet cum cha-
6 ractere. Tertius interesse habens potest, & debet audiri, quando tractatur de nullitate professionis alicujus. Ità in puncto *Chartar. dec.52.n.2.6. & 8.* idem asserens, sive interesse sit plenum, sive semiplenum, sive quale quale, & *num.2.* ait esse omnium sententiam. Tertium interesse habentem posse causæ assistere, probant *Franc. Marcus part.2. dec.33.n.4. & dec.316. n.1. Vivius lib.2. decis.291.num.1.* Patet ex *cap. fin. ut lite pendente in 6. cap. cum sup. de sententia, & re judic. cap. super eo de officio, & potestate Judicis delegati, cap.venient, cap. ad Apostolicam de testib. cap. sæpè de re judic. leg. à sententia de appellationibus, leg. si suspecta de inofficioso testamento, leg. venditor ff. de judiciis.* Et tertius interesse habens audiendus est etiam invitis partibus, *leg. principaliter 2. Cod. de liberali causa auth.hodiè de appellationibus, Giurba decis.1. num.2.* Et non admissus appellare potest, *Oldradus cons. 254. Barbosa in cap. sup. num.6. de sententia, & re judic.* Undè cognati ratione successionis, renunciationis, donationis consequendæ interesse habentes etiam ratione delicti veri, vel imputati audiendi sunt in nullitate professionis, *Chartarius dicto loc. n.8. & n.27.*

Ad validam professionem *Lessius de*
7 *just. & jur. lib.2. cap.41. d'sput.7.* novem requiri docet. Primò est ætas 16.annorum expletorum. Secundò annus probationis. Tertiò animus profitendi. Quartò, quòd non sit fraude, vel metu impulsus. Quintò admissio per Superiorem habito consilio sui Conventus, & si non assensu. Sextò in Religione approbata. Septimò nuncupatio expressa, vel implicita trium votorum substantialium. Octavò nulla adjecta conditione substantiæ Religionis repugnante, & nonò nullo obstante Professi tenti impedimento. Quod in eo ordine censetur essentiale, & professionem redderet nullam. Quòd si non sit essentiale, sed valdè obstet ordinis functionibus, scilicèt morbus caducus, aut similis à regula pro essentiali impedimento non habitus, professionem non irritat, si verò Professus eum celaverit ob dolum, ejici potest, si verò Superior impedimentum novit, & potest dispensare, admittendo dispensasse censetur, *Paulus Zipæus in annal. Juris Pontificii lib. 3. titul. de Regularibus fol.311.*

Professio probanda est ab allegante,
8 & quòd fuerit legitimè facta, ac sollemniter, ac cum debitis requisitis, puta cum expresso consensu majoris partis Capituli, & similiter, *Reg. Sanfelic. decis.217.num.10. & sequ.* Professio à Mo-
9 niali emissa censetur, ac præsumitur, prout voluntas perpetuò in Monasterio permanendi ex renunciatione facta omnium bonorum in beneficium conjunctorum, *Menoch. de præsumption. lib.6. præsumpt.83. num.26. & cons.397. numer.13. Lap. allegat.129. num.13.* Professio in
10 aliquo Monasterio probatur ex susceptione, & gestatione habitus Religiosi, & vita communi, ut dicemus infrà. Monachus in Monasterio capaci professus, quamvis ante professionem validè testamentum condiderit; ejus tamen hereditas in suspenso est, donec naturaliter vivit, ut alibi docuimus. Mulieres,
11 quæ intrant aliquod Monasterium, ubi vera professio non emittitur, sed solùm simplex votum præstandi obedientiam, & vivendi in communitate, ac suscipiunt habitum Monasticum, verè, & propriè Moniales dicuntur, ac Religiosæ, eaque tacita professio dicitur, ut scribit *Spada cons.140. lib.3. num.12. & sequent.* & decisum refert *Rot. Roman. decis.216.*

part.2.

Digitized by Google

part.2.diverſ. Sanchez de matrimon.lib.2. diſput.18. num.4. & in Monialibus tertii Ordinis Sancti Franciſci ſcribit *Soccin. conſ.245.* & quòd ex ſola promiſsione obedientię tacita profeſsio dicatur, *Lapus allegat.129. num.8. & ſequ.* vel ſi in communi vivant, & habitum Religioſum geſtent, *Menoch. conſ.397. n.13. & ſequ.* Et legatum relictum ſub conditione nubendi, vel monacandi, an debeatur hujuſmodi mulieribus, proprio loco docuimus. Is, qui ſe obtulit alicui Monaſterio, quando id non efficit animo perpetuò ſerviendi Monaſterio, non comprehenditur in privilegiis Regularium, & ligatur ſtatutis laicalibus, ut alibi docuimus.

Profeſsio vi, & metu emiſſa omni jure infirmanda eſt, *cap.1. de regular. cap. interrogaſti 27. diſtinct.* cum aliis concordantibus, & facit *Tridentinum ſeſſ.25. cap.19. de regular. cap. nullus de regular. cap.1. & cap.dilectus de iis, quæ vi, metuſque cauſa, Pariſ. conſ.75. n.13. lib.4. Rot.* apud *Buratt. deciſ.205. nu.22.* & in *Ulyſbonen. nullitatis profeſſionis 13. Januarii 1653. §. nam ex præfatis* coram *Terraconen.* & in *Neapolitana nullitatis profeſſionis* ſub *die 23.* ejuſdem menſis, & anni *§. fin. coràm Dunozetto, & deciſ.211. num.4. part.13. recentior.* Probatis autem minis, & præcedentibus verberibus, metus probatus cenſetur, ad tradita per *Bart.in leg.ſi ob turpem col.1. in fin. verſ.exemplum ff.de condict.ob turpem cauſ.* & per Scribentes in *leg.ſi donationis Cod.quod met.cauſ.* eſtque communis opinio, de qua teſtantur *Boer.dec.100. num.11. & Monter. deciſ. Aragonen. 32. num.30.* Verbera enim cum corpus cruciant, juſtum metum inducunt, *Bart. & Bald. in l. interpoſitas 13. Cod. de tranſact. Barbat. conſil.60. num.3. verſ. capio nunc, & num.ſequenti, Herculan.in tract. de cautione de non offenden. capit.1. num.11. Rota* penès *Buratt. cit.deciſ.205. num.10.* & in terminis aliàs firmavit in *deciſ.105. num.1. part.4. recent.* & maximè accedente etiam victus denegatione, ex qua reſultat metus mortis, cum alimenta negare, ſit necare, ut dixit Imperator in *leg. necare ff. de liber. agnoſcend. cap. paſſæ 86. diſtinct.* quod ſimiliter in propoſito conſideravit *Rota* in *Toletana nullitatis profeſſionis 19.Novembr. 1614.* coram *Ubaldo ſeniore*, & rursùs *deciſ.779. ſub num.2. part.3. recentior.* & ex carceratione metus præſumitur, *text. in leg.qui in carcerem*, & ibi *Bart. ff. quod metus cauſa, Cynus in leg.2. Cod. eodem tit. Decius conſ.691. nu.5. Menoch. de arbitrar. Judic. caſ.136. num.4. & ſeq. Maſcard. de probat. vol.2. concluſ.1055. num.30.* aliique Doctores penès *Guidon. Papam quæſt.254.* ac dubitari non poteſt dictum metum eſſe de illis cadentibus in conſtantem virum, & fortem, prout in ſimili requiritur ſecundùm *Rotam deciſ. 343. num.16. & 17. & deciſ.40. num.3. & 4. part.6. recent.* & fortiùs attenta mala qualitate ejus, qui metum incutit, & bona qualitate, ac minori ætate profeſſi: minor enim metus requiritur in minore, quàm in majore, & in robuſtiore, & provectæ ætatis, *Decius conſ.127. lib.1. Paul.de Caſtro conſ.174. num.3. lib.1. Salon. de juſt. & jur. quæſt.62. art.2. controverſ.5. in 2.concluſ. Rota* coram *Cardin. Seraphino deciſ.771. num.4.* & coram *Buratto allegat. deciſ.205. nu.21. & dec.105. num.3. part.3. recent.* & rursùs *deciſ.211. num.8. part.13. recent.* Nam metus dicitur cadere in conſtantem virum, conſiderata perſona illum inferentis, & ejus, cui infertur, *Calderin. conſil.1. tit.quod met. cauſ. Surdus deciſ.194. num.3.* & dixit *Rota* coram *Gregorio XV. dec.ſ.326. num.6.* & ità in terminis optimè diſtinguendo ponderavit *Cardin. de Luca de regularibus diſcurſ.44. numer. 4. & 5.* Minæ verò videntur benè probatæ, ſi deponantur à vicinis de viſu, ex quo ratio vicinitatis, & viſus optima reputatur, *Magon. deciſ. Florent. 17. num.3. Farinac. de teſtibus quæſt.70. numer.164. & ſeq.* & ſi illatæ fuerint ad illum præciſum finem extorquendi profeſsionem, *Roman. conſ.96. num.20. & ſequ. Tondut. quæſt. benefic. cap.120. num.25. Sperellus deciſ.79. num.41. Rota deciſ.514. num.16. part.18.recent.t.2.* & provenientes ab eo, qui eas exequi poterat, utique timendæ erant, *leg.quæſitum ff.ad Trebellian. Alberic. in leg. metum num. 2. verſic. ſi autem 10. ff. de iis quæ vi, Rot. deciſ.779. num.4. part.3. recent.* & vim coactionis habent ad irritandam profeſsionem, ut dixit *Rot.* coram *Merlino deciſ.590. n.5.* & coram *Gregorio XV. cit.dec.326.nu.16.* & 18. & ſolæ minæ, juncta reverentia minanti debita, juſtum inducunt metum, *text. in cap.ex litteris de ſponſal.* & *can.puellæ 20. quæſt.1. Azor. inſtitut.moral. lib.12. cap.5. quæſt.4. verſic. ſi Reges part.1. Rot. dicta deciſ. 779. ſub num.4. part.3. recent.* quicquid alii dixerint, ſolum metum reverentialem ſufficere ad irritandam profeſsionem, de quo *Rodriquez quæſt. regular. tom.3. qu.17. art.18.* Imò metum etiam reſpectu Tutoris ad invalidandam profeſsionem conſiderari dixerunt *Henriquez de matrimon. lib.11.*

cap.9.num.5. Sanchez eodem *tract. lib.4. disput.6. num.28.* & dixit *Sperell. cit. decis.79. nu.21.* ideòque, attento metu cadente in constantem virum, nulla redditur professio, *cap. præsens clericus 20. quæst.3.*

Præambula autem protestatio facta à professo paulò ante susceptionem habitus manu publici Notarii, licèt de per se metum non probet, *l. metum Cod. quod met. caus.* valdè tamen prodest, quia removet consensum ab actu sequenti, non obstante, quòd absente parte facta, sit, *Natta cons.451. num.21. & sequ. Mascard. de prob. vol.2. conclus.1051. nu.10. Osasch. decis.100. num.10. vers. ideò, Rota* apud *Buratt. in alleg. decis.205. num.15. & seq.* & si palàm fieri non potuit, ex quo magis augebatur timor, sufficiens est clandestina protestatio, nec dicitur ab ea recessum ob subsequutum actum susceptionis habitus, & professionis, quia id procederet in simplici protestatione, non autem in illa metu vestita, & declaratoria voluntatis circa actum futurum, *Rot. decis.54. tom.1. part.19. recent. per totam*, & cum non sit actus judicialis, *Alex. cons.78. num.17. vol.5. Tiraquell. de retract. consanguin. ad fin. num.83.* sed actus extrajudicialis, *Natta cons.172. num.15.* suffragatur ad excludendum consensum ab actu sequenti, *Rot. decis.211. num.20. part.13. recentior.* cum deserviat ad declarandum animi penetralia, *Episcopus Maranta controv. jur. part.4. respons.6. num.45.* & alibi: ideòque multùm coadjuvat probationes metus, *Honded. cons.29. num.55. lib.1. Surd. decis.144. num.26. Rot.* apud *Card. Seraphin. decis.859. num.4.* & in *Hispalen. coadjutoriæ 25. Januarii 1610.* coram *Cardin. Lancellotto*, quod pariter firmavit *Beltraminus ad Gregorium XV. citat. decis.326. & decis.211. num.12. part.13. recent.* adeo ut adminiculata sufficienter probet metum, *Farinac. in fragment. in verb. metus à num.190. Barbosa voto 77. à num.98. Martinus Montor. dec.45. n.26.* imò tollit expresè professionem, *Basilius Pontius de matrimonio lib.4. cap.21. num.9. Gregor. XV. decis.385.* ubi *Oliverius litt.C.* Quamvis defectus ætatis requisitę à constitutionibus regularibus non habentibus clausulam decreti irritantis non annullet professionem, dummodò profitendus habeat ętatem conciliarem, ad tradita per *Fagnanum in 5. ad cap. qui presbyterum de pœnitent. num.85.* & per *Barbosam in collectan. ad Sac. Concilium Tridentinum sess.25. cap.15. nu.12. & 13. de regular.* & notavit *Card. de Luca de regularib. discurs. 45. num.6.* & in *annot. ad dictum Concilium. disc.39. num.7.* attenta tamen minori ætate professi, & qualitate personæ, quæ timore percellit, inspectisque aliis circumstantiis, arguitur, atque præsumitur dolus, *Lucas de Penna in leg. quemadmodum Cod. de agr. & cens. lib.11. Vulpinus in succo Farinac. quæst.89. inspect.4.* Nam cujus finis malus est, ejus præordinatio præsumitur dolosa, *l. si quis adulterium 33. ff. de adulter. leg. aut facta §. eventus ff. de pœnis, Aymon cons.18. num.4. Rot. decis.54. num.10. part.14. recent.* & licèt protestatio fuerit contrario facta ob subsequutam professionem, & ideò nihil operari videatur, *cap. cum M. Ferrarienses*, ubi Scribentes *de appellat. cap. cum accessissent de constitut. Rot. decis.15. in fin. de offic. delegat. in novis*, id tamen est verum, quoties illa ordinatur ad tollendum factum, ex quo facta pro infectis haberi non possunt, at ubi ordinatur ad removendum consensum futurum, tunc utique operatur, *l. Labeo ff. de supellectil. legat. leg. obligationum substantia ff. de act. & obligat. Abb. in cap.1. extra de litis contestat. Alexan. cons.130. num.17. lib.4.* idque dixit *Rota in Neapolitana nullitatis professionis 15. Junii 1599.* coram *Gyptio*.

Neque obstitit, minas, ac verbera fuisse illata ante professionem, illamque præcessisse: nam adhùc nec minùs præsumeretur libertas consensus, quia sufficit minas præcedere, tametsi in illo actu profitendi non illatas, *Rota* coram *Gregorio XV. in* sæpè *cit. decis.326. nu.30. & decis.772. num.43. part.7. recentior.* & rursùs *decis.211. num.11. part.13. rec.* ex quo metus semel illatus præsumitur semper durare, quamdiù vivit ille, qui metum incussit, ex *Fagnano in cap. perlatum de iis, quæ vi num.6.* quod indubitatum dixit *Rota decis.705. num.1. par.2. recent.* si ergò vivat author, & causa, metus, actus subsequutæ professionis, estò quod sponte fieri visus fuerit, nullus reputatur, *Gratian. cons.20. num.10. lib.1. Boer. decis.140. num.3.* adeò ut, etsi in actu externo apparuerit libertas consensus metum passi, faciendo actus positivos, qui aliàs possent liberum consensum ostendere, ratificationem inferre, vel tacitam inducere; quia tamen in eos influxit causa metus adhuc durans, præsumuntur & ii meticulosi, commentitii, ficti, & simulati, & non sponte eliciti ad effectum profitendi, & in religione permanendi, cum semper metus prædictus durare præsumatur,

cap.1.

Digitized by Google

cap.1. & ibi *glos.* & *DD. de iis, quæ vi, metusque caus. Bart. Bald.* & cæteri Scribentes in *leg.2. Cod. eodem tit. Cravetta cons.869. num.11. lib.3. Surdus cons.573. num.41.* & *42. Rota* coram *Merlino decis. 628. num.1.7.* & *8.* & apud *Buratt.dec.86. num.33.* & *decis.772. nu.43.* & *44. par.7. recent.* & ex his diluitur præsumpta ra-
13 tificatio professionis, quia, probato semel metu, probatus remanet dissensus, & repugnans voluntas: nam tempus non inducit jus, sed est mensura durationis actus, qui geritur, *Carena resolut.81.* cum pro hac tacita ratificatione requiratur novus consensus, & nova voluntas profitentis, *cap. significatum, cap. sicut tenorem, & cap. consulti de regularib.* nam talis actus, cum omnimodò pertineat ad voluntatem, novum consensum, & propositum requirit, quo quis nunc ex integro vult, vel denuò vult, quod olim voluit, ut egregiè distinguit *Cajetanus in Divum Thomam 2.2. qu. 89. art.3.* in nihilo suffragante præsumptione continuationis veteris voluntatis, *Suarez de religion. tom.3. lib.7. capit.1. num.3. Tamburrin. de jur. Abbat. tom.3. disput.6. quæst.17. num.1.* Posita siquidem animi aversione à statu religioso, neutiquam allegari valet professio tacita, quæ cum fundetur in simplici præsumtione juris, eliditur ex quibuscumque actibus, seu declarationibus in contrarium editis, *glossi. in cap. tuarum verb. signatos*, & ibi *Abb. num.6. Dec. nu.33. de privilegiis, Cyriacus controvers. 371. num.36. Adden. ad Gregor. XV. decis.385. sub num.6. versic. excluditur, Rot.dec.94. num.4. tom.1. part.9. recent.* & in *Mediolanen. nullitatis professionis 3. Mart.1690. num.22.* coram *Emerix*, quæ est *decis. 2. sub tit. de regular. 2. tom. ad theatrum verit.* & *justit. Card. de Luca.* Ex querimoniis autem, & lacrymis, durante quinquennio, dissensum, & renitentiam præseferentibus, excluditur omnis præsumptivus consensus ratificationis, ut plenè firmavit *Rota in Ulysbonen. nullitatis professionis 13. Januarii 1653. §. cum ergò* coram *Arguelles*, & *decis.211. num.19. part.13. recent.* Querimoniæ enim animi repugnantiam declarant, *leg. si quis §. plerique ff. de relig.* & *sumpt. funer. leg. mihi*, & *tibi §. interdum ff. de legat.1.* & removent assensum ab actu, *leg. si quis in princip. testamenti ff. de legat. 3. Natta cons.451. nu.20. Rot.* coram *Gregor. XV. alleg. decis.326. nu.9.* & *decis.105. part.3. recentior.* Nihil est tam consensui contrarium, quàm metus, *leg. nihil consensui ff. de regul. jur.* & quæ metu gesta sunt, rata haberi non debent, *leg.1. ff. quod metus causa*: Deus autem voluntarios, & non coactos milites sibi elegit, *cap. non est 15. quæst.1.* cum liberum debeat esse arbitrium in vovendo, *cap. per latum de his quæ vi, metusq; caus.* & *cap. licèt de voto.*

Metus quidem præsumptio ex variis
14 causis colligitur, quas congerit *Mascar. de probat. conclus.1054.* licèt enim nemo contrahens præsumatur metu compulsus, *leg.2. Cod. de his, quæ vi, metusque causa &c.* cum delinquere sit metum incutere, & delictum non præsumatur, *leg. merito ff. pro socio, Alciat. de præsumption. reg.3. præsumpt.7. Menoch. lib.3. præsumpt.126.* & qui illum allegat, gravissimis probationibus probare debet, *Farinac. in fragmen. 2. part. lit.M. n.167.* & quia est difficilis probationis tàm ex parte illum patientis, cum in ejus animo sit reconditus, quàm ex parte profitentis, cum secretò, & clam inferatur, ut ait *Rot. coram Greg. XV. decis.326. n.2.* & 3. propterea conjecturis, & indiciis posse probari crediderunt *glos.* & *DD. in leg. metum Cod. de his, quæ vi, metusque causa fiunt, Mascard. concl.1045. Mongollon de metu cap.10. §.3. à nu.12. Monterius à Cueva decis.32. à num.38.* & *39. Surd. decis.154. num.24. Fontanel. de pact. nuptial. claus.7. glos.20. part.5. num.39.* & licèt aliqui tales conjecturas, & indicia remittant Judicis arbitrio, ut *Menoch. de arbitr. cas.136. Thesaur. lib.1. quæst. forens. quæst.151. Farinac. dec.643. Peguera decis.30. num.8.* ita ut probationis qualitas Judici relinquatur, teste *Mandosio in regul. Cancell. regul.34. de annali quæst.71. num.9.* & 10. & non sufficit probari metum in genere, nisi probetur in specie, secundùm *glos. in l. interpositas in verb. nec tamen Cod. de transact.* semper tamen excluditur metus præsumptio, quando præsentes fuerunt consanguinei, qui nihil ob emissionem professionis sperare poterant, & personę qualitas facit induci præsumptionem metus, si id aliàs plenè comprobetur, *leg. ad invidiam Cod. de his, quæ vi &c. Sanchez de matrimon. lib.4. qu.7. Avenn. de metu lib.1. cap.9. per totum.* Illa tutem regula generalis tàm pro conscientia, quàm pro foro externo procedit, quòd quando, pensatis pensandis, dubitatur de validitate professionis, vel alterius actus, censeri debet, validam, vel
15 validum esse, *l. quoties ff. de reb. dubiis, l. quoties ff. de verborum obligat. l. si quando ff. de legat.1.* & hoc procedit in omni dispositione, videlicèt contractu, testamen-

mento, juramento, attestatione, & privilegio, *Giurba decis.36. num.18.* nam omnis interpretatio admittitur ad sustinendum actum, & validitas actus est regina aliarum interpretationum, etiamsi aliquid disponatur præter intentionem agentis, & etiamsi verba impropriare oporteat, *Card. Tusc. litt. A. conclus.136. Barbos. de axiomat. juris axiom.18. Lezzana consult.9. à num.6. cum seqq.* & regula procedit multò magis in casu de validitate professionis, quæ cum ad instar matrimonii sit indissolubilis, nisi urgentissimæ causæ aliud suadeant; ideò in dubio de validitate illius judicandum est, quòd valeat, argumento *leg. sunt personæ ff. de relig. & sumpt. fun.* in qua dicitur: *Summa est ratio, quæ pro religione facit; Lezzana* ubi supra *n.11.* & sicut in casu dubio semper pro valore matrimonii judicandum est, *cap. ult. de re judic. Sanchez de matrimon. lib.1. disputat.18. num.5. Guttierez de matrimon. cap.3. num.16. & cap.63. nu.30. Melchior Phæb. decis.45. num.9. Barbos. in tit. ff. solut. matrimon. part.2. rub. num.7. Gabriel comm. conclus. in tit. de jur. dot. concl.4.* qui docent, favorem in causa matrimonii respicere validitatem illius, imò si Judices fuerint multi, tenebit sententia pro validitate, si fuerint pares in voto ex ratione *text. in dicto cap. ult.* ubi *gl. Thes. decis.1. n.6.* ubi ait, id procedere, si Judices fuerint ordinarii, secùs verò, si delegati: in quibus terminis recurrendum est ad delegantem, *Faber in leg. favorabiliores 126. ff. de regul. jur. Thernud. in decis. Cur. Archiepisc. Portugall. decis.64. tom.1. à num.2.* Quod idem dicimus de professione, quia validum est argumentum de matrimonio spirituali ad carnale, *cap. inter corporalia de translat. Prælat.* ubi *Barbos. & Fagnan.* & sicuti in matrimoniis contrahendis requiritur plena libertas, *cap. gemma, cap. cum locum de sponsalibus*, qua deficiente, cessat matrimonium, prout cessat, cessante metu mortis, stupri, carceris, vel gravis infamiæ, *cap. dilecti de his, quæ vi, cap. veniens de sponsalib. Themudus decis.58. tom.1. Curiæ Archiepiscop. Portugall.*

Metus autem justus cadens in virum
16 constantem oritur ex importunis precibus, assiduisque sollicitationibus, & molestiis, præsertim eorum, qui aut jubere possunt, aut potentes sunt, *leg.1.§.2. ff. de servo corrupto, Sanchez lib.4. disputat.7. num.5. & 7. Farinac. in fragm. in verb. metus num.98. & 99. Card. Tuscus verb. metus conclus.217. num.22. & conclus.219. num.3.* & latiùs in *verbo persuadens conclus.322.* & *in verbo preces conclus.484.* & annullari professionem, & matrimonium per importunas preces cum metu reverentiali, dicunt *Sanchez* ubi suprà *num.15.* & *Covarru. de sponsal. 2. part. cap.3. §.6. in fine.* Metus verò
17 reverentialis consideratur in eo, qui jure aliquo subjectionis alteri subest, ut in clerico respectu Episcopi, in seculari respectu Magistratus, in uxore respectu viri, in filio respectu patris, *Sanchez lib.4. de matrimon. disput.6. num.22. Farinac. in fragmen. in verbo metus reverentialis num.124. Guttierez de matrimon. cap.44. num.47.* idem *Sanchez lib.4. disput.9. num.12.* & si reverentia est causa sufficiens ad annullandam professionem, vel alium actum, multò fortiùs erit, quando præcesserunt minæ, quia tunc inducunt metum cadentem in virum constantem, ex *cap.1. de offic. delegati* ibi: *Minis, & terroribus conquerentes liberos compellunt; Farinac. in fragment. in verbo metus num.93. & 95.* qui ait, quòd, probatis minis illius, cui reverentia debetur, non est necesse probare, quòd minans sit solitus exequi minas, ut post alios docent *Sanchez disputat.6.* & *Themudus decis.125. nu.11.* Verùm quòd non dicatur metus justus, quando is, cui incutitur, poterat Magistratum adire, *Bellon. cons.18. num.14. Rot.* apud *Gregor. XV. decis.326. nu.34. Sperell. dec.75. num.2. cum seqq.* & metum reverentialem non sufficere ad annullandam professionem, probatur ex *Bart. in l.1. §. quæ onerandæ in verbo bellissimi num.4. ff. quarum rerum actio non detur, Barbos. in cap. cum verum de regularib. Ricc. par.1. collect.154. Graff. de except. cap.9. & 11. Boer. decis.100. Capyc. decis.95. Pereyra decis.30. Verall. decis.223. part.2.* Si itaque metus reverentialis non cadat in virum constantem in Civitate, in qua adiri poterant Magistratus; per consequens non erit sufficiens ad probandum fuisse professionem ex metu factam, ad notata per *Ludovis. decis.120. Morl. in emporio juris tit.8. quæst.23. Fontanell. claus.7. glos.2. part.5. num.34. Menoch. casu 136. Fab. in tit. Cod. quod metus caus. definit.4. & 6. Mongollon. de metu part.4. cap.1. Arias de Mesa lib.3. cap.36. Donad. de renunciat. cap.39. nu.17. Hodiern. lib.1. cap.16. à num.21. Reg. Galeot. tom.2. controvers. cap.14. num.28. Reg. Capyc. Latr. tom.2. consult.54. num.11. & Sperell. decis.75. à num.63.* Professio verò facta per metum cadentem in virum constantem nulla est, ad notata per *Boss. de matrim.*

cap.12.

Digitized by Google

cap. 12. n. 40. & hoc intelligitur præsertim de minis privati carceris, per text. *in l. qui in carcerem ff. de eo, quod metus causa*, & *leg. si donationis*, & *leg. si per impressionem Cod. de his, quæ vi, Mascard. de probat. conclus. 1051. à num. 30. & nu. 41.* ubi de eo agit, qui tenetur clausus, & restrictus; *Cardin. Tuscus in verbo metus conclus. 217. num. 5. & 12. cum seqq. conclus. 221. num. 8. & 24. conclus. 222. num. 3. conclus. 223. num. 39. & conclus. 224. num. 4. Sanchez lib. 4. disput. 5. num. 9. Farinac. in fragment. in verb. metus reverentialis num. 107.* Gravis etiam metus cadens in virum constantem est timor magnæ verecundiæ, ut quando quis aliquem denudavit capite, vel corpore, ita ut non possit amplius apparere sine dedecore, ut dicunt Doctores apud *Boss.* ubi suprà *num. 44.* sic etiam causa metus cadentis in constantem virum esset periculum mortis, *Boss.* ubi suprà *num. 33.* prout quando agitur de perdendo magno lucro, vel de incurrendo grave damnum, per *text. in leg. fin. §. si fœnerator ff. de eo, quod metus causa, Farinac.* ubi suprà: sic dicitur, quando timetur amissio bonorum, vel majoris partis eorum: sic, quando importunis precibus, assiduisque sollicitationibus, & molestiis, præsertim eorum, qui aut jubere possunt, vel potentes sunt, *leg. 1. §. 2. ff. de servo corrupto*, *Sanchez*, *Farinac. Tusc.* & alii ubi suprà, vel quando est timor gravis exilii, vel denegationis alimentorum: & metus reverentialis, si ei adjungantur minæ, & atroces cruciantus, sufficiens est ad annullandum votum tali metu extortum, ut probant *Sanchez de matrimon. lib. 4. disputat. 6. num. 18. Portellius in respons. ad casus part. 2. cas. 32. num. 30. Card. Lug. de just. & jur. disput. 22. sect. 7. à num. 145. Lezana in consultat. moralib. consultat. 47. num. 63. Pellizzar. tract. 3. cap. 1. nu. 56. Frater Anton. à Spiritu Sancto consult. 63. nu. 20.* De ordine verò recepto per vim, & metum cadentem in constantem virum, quæstio est, an valeat. Prima opinio dicit, quòd sic. Secunda, quòd non teneat. Ità *Themudus decis. 125. à n. 19.* Metus quidem tollit voluntarium, nec character per vim, & metum absque voluntate recipitur, *Sanchez lib. 7. de matrimon. disput. 29. num. 5. Avend. lib. 2. de metu cap. 16. à num. 80. usque ad 96. Rota* apud *Paul. Rub. decis. 40. numer. 5. Julius Cantar. decis. crimin. 85. nu. 10. Farinac. decis. posth. 779. num. 10. part. 1.* Credimus autem hoc procedere, quando est vis coactiva, non verò illa, de qua *Marant. part. 3. respons. 4.* qui ex metu matris filio illato, ut susciperet sacros ordines, nè solveret gabellas, eodem *Maranta* consulente, uxorem duxit sub prætextu metus, non obstante ordine subdiaconatus recepto, cujus oppositum dixerat *Alex. Sperell. decis. 75. n. 13.*

Religionis ingressus non semper est à
18 Spiritu Sancto, *Gajetan. 2. 2. qu. 189. art. 10. Tabiena in summa univers. relig. num. 16. 17. & 18. Navar. lib. 3. consil. 1. regular. in responsione ad quintum*, & *in comment. 1. de regular. tom. 2. in cap. qui portio numer. 9. Emanuel Rodriquez tom. 3. quæst. regular. quæst. 4. art. 1. Laurent. à Peyrinis in suo formular. littera N. cap. 2.* & habetur expressè in *cap. perlatum de his quæ vi metusve causa fiunt*: etenim quidam suscipiunt habitum metus causa, alii ingrediuntur religionem ex causa inhonesta; puta ut fiant Superiores, Abbates &c. vel ut gaudeant his, vel illis bonis, ut in *cap. ut Clerici 5. de Regularib.* & habetur in *cap. quod autem interrogasti 27. qu. 2.* ubi fœmina fit monialis, ex quo non fuit cognita à viro suo, cum esset frigida, vel maleficiata: alii fiunt regulares importunitate parentum: alii, ut se de illis vindicent ingerendo illis dolorem, alii, ut vitent justas reprehensiones, vel fugiant curas, labores, ægestatem, opprobrium, vel contemptum aliorum: nec desunt alia humana motiva, per quæ potest quis esse in Monasterio: alii intrant instigatione demonis: etenim Satana sepè in lucis Angelum se transfigurat, & huic, vel illi religioni suadet ingressum ad perturbandum, & inquietandum Christi servos in pace, & quiete viventes, *cap. licèt quibusdam 17. de Regul.* & propterea Novitiis receptis assignatur annus probationis, ut illi, ad quos spectat, cognoscant, utrùm ille, qui se offert religioni, Spiritu Dei ducatur: propterea que in *Concil. Colon.* sub. *Ermanno V. Archiepiscopo* dictum fuit, quòd qui ingreditur Monasterium alio affectu, quàm simplici amore ductus, non Dei filius, & Monachus, sed planè mercenarius est, ut habetur in *cap. 4. de vita, & honestate Cler.* & quamvis *S. Thom. 2. 2. qu. 189. per totam*, præsertim *in art. 10. & in opuscul. cap. 17.* contra retrahentes ab ingressu religionis, & signanter *cap. 9. & 10.* per plura ostenderit, propositum Religionis semper esse à Spiritu Sancto infallibiliter; attamen *Cajet. & Navar. ubi sup.* dictum *S. Th.* probant non habere locum in omni,

& quo-

& quocumque intrante, sed tantùm in bene dispositò, qualis est ille, qui totam suam fiduciam sustinendi onera Religionis ponit in Deo, & interiori affectu verè vult omnia relinquere, ità ut in eo non remaneat affectus ad honorem, ad gloriam, carnem, & sanguinem, nec ad similia hujus mundi: nam religio est quædam virtus, per quam aliquis ad Dei servitium, & cultum aliquid exhibet, ut ait *S. Doct.* 2. 2. *qu.* 186. *art.* 1. Quæ cum ità sint, licitum, & 19 meritorium est aliquem allicere, vel inducere ad Religionem intrandam, supposito quòd sit Religio, in qua vigeat regularis observantia, *D. Thom.* 2. 2. *qu.* 189. *art.* 9. ubi *Cajetanus* idque patet tum *ex epist. Jacobi cap. ult.* ibi: *Qui converti fecerit peccatorem ab errore vitæ suæ, salvabit animam ejus à morte, & operiet multitudinem peccatorum suorum*; tum ex *Daniele cap.* 12. ubi dicitur, quòd qui ad justitiam erudiunt multos, fulgebunt, quasi stellæ in perpetuam æternitatem, tum ex illo *exodi cap.* 26. *vers.* 35. & 36. ubi dicitur, quòd Moyses Dei jussu ità disposuit tabernaculum, ut cortina cortinam traheret: per quæ verba symbolicè datur intelligi, quòd unus homo habet alium trahere ad Dei obsequium, ut benè idem *S. Thom. ubi supra* in argumento *sed contra*; tum quia talis faciens nihil aliud facit, nisi alios promovere ad bonum sibi conveniens, & ad sequendum consilia evangelica, quod est licitum, & meritorium: debet tamen observari licitus modus, quo id fieri debeat, sc. sine violentia, aut coactione, *cap. præsens* 2. *qu.* 3. quia *Deutoron.* 16. habetur, quod justum est, justè esse exequendum: illicitis, verò modis, vel precibus importunis cogere aliquem ad habitum alicujus religionis suscipiendum, vel ad profitendum in ea, esset peccatum mortale transgrediendo Pontificum decreta: hoc enim condemnavit *Nicol. Pap. in cap.* 2. *qu.* 3. & ad rem facit *cap.* 1. *de regular.* licèt vero peccent, nullam tamen incuriunt excommunicationem: nam licèt in *Trident. sess.* 25. *de regul. cap.* 18. excommunicentur, qui cogunt mulierem ad ingressum monasterii, vel ad suscipiendum habitum cujuscumque religionis, vel ad profitendum in ea, & ad id consilium, auxilium, aut favorem dant, & qui quomodolibet authoritatem ad hoc præstiterint, non tamen talis excommunicatio cadit in illis, qui cogunt viros ad Religionis ingressum, probant *Peyrin. tom.* 1. *de subdito qu.* 1. *cap.* 29. *not.* 1. *Bonac. tom.* 1. *de excom. disp.* 2. *qu.* 6. *punct.* 2. *num.* 15. & tales coactione inducti, vel violenter professi, possunt reclamare, & de nullitate dicere professionis, *Trid. sess.* 25. *cap.* 10. & parentes eorum possunt tali casu facere, ut superiores Ecclesiastici explorent voluntatem Novitiorum: non potest tamen inferri: Metu ingressus est religionem; ergo etiam metu professionem emisit; sed probandus erit metus tempore professionis, quia ex communi DD. sententia metus purgatur: quomodo autem purgetur, tradit *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 4. *num.* 4. unde notavit *Moron. respons.* 63. *num.* 10. quòd non valet consequentia: Metu adolescens ingressus est religionem; ergo etiam metu professionem emisit: quod in materia applicavit *Frater Antonius à Spiritu Sancto consul.* 63. *num.* 3. & *seqq.* qui ait, non sufficere, quòd metus impositus sit, quando filius ingreditur religionem ad annullandam professionem, sed insuper debet persistere, quando actu profitetur, & citat *Moron. ubi sup.*

Religionis vocabulum tribus modis 20 accipitur: primò à baptismo, secundò a Clericatu, tertiò à professione. Primò à baptismo: nam Ecclesia vocatur religio, ut in oratione DD. Petri, & Pauli recitat eadem Ecclesia: *Da Ecclesiæ tuæ eorum in omnibus sequi præceptum, per quos religionis sumpsit exordium*; scilicet propagationem, quia exordium fundationis fuit à Christo Domino, & sic sumitur in actis Apostolicis *cap.* 2. *vers.* 5. ibi: *Erant autem in Hierusalem habitantes judæi viri religiosi ex omni natione, quæ sub cœlo est, & à baptismo, quod receperunt, vocati sunt viri religiosi*. Secundò accipitur nomen religionis à clericatu, à quo vocatus est aliquis in sortem Domini; undè Clerici vocantur etiam religiosi, *cap. nullus p. qu.* 1. Tertiò sumitur nomen religionis a professione, quia professi vocantur religiosi per promissionem Deo factam, licèt alio modo sint inter se diversi, *cap. alia causa est* 16. *qu.* 1. *l. generaliter Cod. de Episc. & Cleric. S. Thom.* 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 4. *ad* 3. *Pontius lib.* 7. *de matrimonio cap.* 2. *Tamburin. tom.* 1. *disput.* 25. *qu.* 1. *num.* 38. Est autem religio status libertatis, non servitutis: quod probatur, quia Ecclesia est libera, non serva, *Paul. ad Galat. cap.* 4. & *cap.* 3. *num.* 23. ibi: *Vos & vocati estis in libertatem* 21 *fratres*: & *Jacob.* 1. *vers.* 25. ibi: *Qui autem prospexerit in legem perfectam libertatis, hic in factο suo beatus erit*: &

ad

ad statum religionis nemo cogitur, sed sponte comparens accipitur, & ad profitendum libertas postulatur: ad statum verò servitutis nullus spontè se offert; sed quisque contra suam voluntatem cogitur nolens subire coactionem: & quemadmodum *S. Ambros.* inquit, *nulla major dignitas, quàm Christo servire.* Religiosus autem non est sui juris, cum professione se totum superioris voluntati subjecerit: undè non habet velle, nec nolle, & quidquid acquirit, monasterio acquirit, *c.non dicatis 13.q.1.c.cui portio 6. cap.nolo.10. causa,& qu.cap.quæ 7. cap.perlatum, cap.8. 19.qu.3.* & mortuus dicitur mundo, *cap.placuit 16. qu. 1.l. Deo nobis C. de Epis. & Cler, & cap. 9. 19. qu. 3. cap. quia ingredientibus de testamentis,auth.ingressi C.de Sacros.Eccl.* 5. neque Religiosus nomine proprio,aut alieno in judicio sistere potest,imo neque agere actione injuriarum sibi illatarum, quia requiritur licentia superioris, *Navar. tom. 2. comment. 2. de regular. num. 42. 64.& 65.* & sicut inter Dominum, & servum nulla datur obligatio, *l. interposita 13. Cod.de transact. Sanch. lib.7.de matrim. disput. 24.num.22.* ità neque inter superiorem, & religiosum. Unde inferunt aliqui religionem esse statum servilem, non libertatis. Sed licèt æquivocè assimiletur inter se religiosus, & servus; non per hoc sub eodem statu servitutis dicuntur, ut supra probavimus: Sunt enim infinitæ differentiæ inter eosdem, quæ arguunt esse statum illius libertatis, non servitutis. In primis ergo licèt æquiparentur, quòd nemo sit sui juris, quia nullus eorum habet dominium, & proprietatem: differentia tamen est, quia religiosus ex professione omnia à se sponte abdicavit, voluntariè se subjiciendo superioris imperio; servus autem, si quid habet, coactus fuit cedere ejus domino, cui servit, ut servus, & religiosus suo superiori non servit, sed ut subditus obedit: unde ex diverso motivo diversificatur status, ut religiosus dicatur esse sub statu libertatis; servus verò sub statu servitutis: sed & variè ambo acquirunt, servus ex emptione factus sub dominio emptoris; religiosus ex professione religioni, tamquam matri suæ. Præterea sunt ambo mortui mundo, sed diversimodè. Servus ex necessitate contractus, & legis civilis: religiosus verò ex voluntate propria, quia ità voluit mori ex abdicatione bonorum: servus sibi moritur, ut domino suo vivat, dum illi inservit, & acquirit: religiosus verò non hominibus, sed Deo fervit, cui ideò vivit: religiosus autem in omnibus non dicitur mundo mortuus: potest enim se tueri contra aggressorem, appellat à gravamine sibi illato, quia hoc pertinet ad jus naturæ, *Bordon. resolut. 32.* Secundò vivit,& non est mortuus quoad jura spiritualia prælationum, & officiorum, & quoad vocem, præcedentiam, & & hujus generis negotia, *Sanch.in summ. lib.7. c.29.n.118.* Tertiò non est mortuus respectu successionis,& acquisitionis bonorum respectu sui Monasterii Capacis bonorum, ut in *d.aut. ingressi,*& notant Canonistæ inter *in cap. præsentia de probat.* Religiosus enim bona propria, & quæcumque transmittit in Monasterium, unde nec ususfructus extinguitur, sed possessione transit cum religioso in monasterium, *Sanch. lib.7. cap. 13. n.48. de Vecchis de Novitiis disput.13. dub. 9.* ubi explicat, in quibus religiosus dicatur mortuus mundo, scilicet in illis, quæ adversantur votis, quæ Deo promisit: ideoque contrahere non potest jure proprio cõtra votum paupertatis, neque contrahere matrimonium contra votum castitatis, neque agit actione injuriatum, aut à conventu exire potest contra votum obedientiæ, & per hoc dici solet religiosi mors civilis tantùm à jure inducta, *Card. Mant. de conject.lib. 8.tit.12. n.27. Maceraten.lib.1.var.resol. 83. num.22.* Præterea neuter potest testari, ex eo quòd careant bonis propriis; ratione tamen diversa, quia servus emptus fuit, & est sub dominio emptoris, in cujus præjudicium testari non potest: Religiosus verò cum omnibus renunciaverit ex spontanea voluntate, nihil habet,de quo disponere possit, & si quid acquirat, acquirit Religioni, cui non potest præjudicare ex vi testamenti. Tandem inter servum, & dominum, inter religiosum,& superiorem non datur obligatio institiæ, quæ cadit tantùm inter illos, qui habent bona propria: ambo autem carent, servus ex titulo emptionis factæ à domino, religiosus verò ex capite voti paupertatis promissæ Deo in manibus sui Prælati. Unde ex æquiparatione æquivoca servi, & religiosi non potest inferri religiosum esse in statu servitutis, quia comparatio in extremis supponit diversitatem etiam in qualitate,quæ oritur ex diversis motivis. Ex quibus apparet, quàm temerè diceret aliquis, si religiosum numeraret inter capite minutos maxima, vel media capitis diminutione, quia, ut benè *Francis. Verde* in suis *intuit. lib. 1.*

Digitized by Google

tit.16. de cap. diminut. capitis diminutio maxima est civitatis, & libertatis amissio, ut si quis condemnaretur ad serviendum, effodienda metalla, vel remigandum: Media verò capitis diminutio est amissio Civitatis, non libertatis, & exemplificat ipse interdictionem ignis, & aquæ, ut quando quis esset hodie excommunicatus: sed per statum religionis nullam professus ex his patitur pœnam; nec dici poterit capite minutus, quia, ut benè *Jo: Bruneman in pandect. lib.4.tit.5. in l.1.* dixit, capitis diminutio est status mutatio in deterius: sed Monachus non mutat statum in deterius, nec dicitur capite minutus maxima, vel media capitis diminutione; & quamvis *gloss.* dixerit *in auth. de Monachis*, monachum dici capite minutum; ea tamen intelligitur de minima capitis diminutione, prout etiam est filius emancipatus, qui per emancipationem, quia mutat statum, dicitur capite minutus minima capitis diminutione. Novitius ex eo dicitur,
22 quia noviter suscepit religionis habitum ad experiendum in ea regularium austeritates: unde novitii dicuntur novi palmites Dei vineam novellantes, quorum receptio, licèt de jure communi spectaret ad Prælatum, & Conventum simul, *cap. novit.4. de his quæ fiunt à Prælat. sine cons. Capit.cap.6. eod.tit.* in praxi tamen sunt observandæ constitutiones, & privilegia cujuscumque religionis, *cap. fin. de regular. in 6. Card. Turrecremata in cap.fin.16. quæst.7. cap. cum Ecclesia de electione, Mirand. tom. 1. in manuali Prælatorum qu. 15. concl. 3. & 4. Rodriquez tom. 3. qu. regul. qu. 9. art.1. Laurentius de Peyrinis tom.2.de Prælato qu. 3.cap. 1. num. 24.* & possunt Prælati regularium habentes hanc facultatem recipiendi Novitios illam delegare, nisi aliter per statuta religionum fuerit dispositum, *Rodrig. tom. 3. qu.10. art. 2.* & si ab alio recipiatur Novitius, potest puniri, & non tenet, quod factum est, *Navar. lib. 3. cons. 62. in antiq. de regul. & de constit. cons. 9. & in comment. 4. de regular. in cap. statuimus num.74. Miranda tom.1.manualis Prælat.qu. 15.art. 2. Suarez tom.3.de relig.lib.5.cap.19. num.10. Sorbus in compend. in verbo Novitius de recept. Novit.* & latè *Card. Turrecrem. in decr.p.2.causa 16.q.7. c. ult.* etenim ex defectu potestatis corruit actus, & non valet, quando fieri debet cum alicujus consensu, vel voluntate, *l. Titium in prin.ff.de administ. tutorum, d. cap. novit. cap. quanto, cap. & noscitur de his quæ fiunt à Prælat.* Positis verò requisitis tam ex parte conventus, quàm ex parte petentis, injustè ageret superior non recipiendo novitium habitum petentem, *Suarez to. 3. de relig. lib.5. cap.10.num.28.* ante verò tempus pubertatis nullus potest recipi in Novitium, ut in *causa 20. qu. 2. cap. si in qualibet, cap. puella, cap. cum simus, cap. ad nostram 12.de regular.*

Licèt *ex Trid. sess. 25. cap. 15. de regul.*
23 nullus possit ante annum 16. completum ad professionem admitti; possunt tamen pueri in omni ætate, saltem pro bona educatione, & nutritione, in religione esse, teste *S.Th.p.2.qu. 189. art. 5.* ex *trenorum 3. Bonum est viro, cum portaverit jugum ab adolescentia sua:* &, si habitum illi suscipiant, patre, vel tutore præsente, & non contradicente, non possunt extrahi, nec revocari, *gl. ff. in cap. si in qualibet, & in cap. puella 20.q. 2. quia*, ex quo sunt præsentes, & non contradicunt, videntur consentire, ut dicitur in *54. dist. & in cap. si servus 20. quæst. 1.* Secùs si pater, vel tutor contradicat, *d. cap. puella*, & hoc quia pueri infra annos pubertatis non sunt sui juris, *cap. ad nostram de regular. cap. significasti eodem tit. cap. si servus 54. dist.* & ex hoc eorum vota non tenent ob defectum rationis: si verò pater, vel tutor sit absens, cum puer suscipit habitum, usque ad annum, & diem potestatem habet revocandi, *d. cap. puella*, sed currit tempus annale à die scientiæ, *gloss. in d. cap. si in qualibet, & cap. puella*, & habetur id etiam *in causa 20. qu. 61.* quæ extractio non debet fieri propria authoritate, sed de potestate, & authoritate Prælati Monasterii, *Sylvest. in verbo religio il 2. quæst.11.* licèt verò puer de consensu parentum possit esse in religione ante annos pubertatis; tamen tempus ad probationem necessarium nunquam currit, nisi pubertate incæpta, hoc est ubi incæpit annus 15. & usque dum non fuerit completus Novitiatus annus, semper erit in potestate novitii à religione recedere, *d. cap. significatum, Navar. lib.3. de regul. consil.20. Rodrig. to. 3. de regul. q.15. art.2. Peyrin. t.2. de Prælato q.3. c.1. §.2. n.41.* & alter *Rodriquez in compend. resolut.101. num.23.* Novitiatus nihil aliud est, quàm receptorum juvenum activa, & passiva probatio in religione approbata, constituto tempore facienda, *cap. ad Apostol.* ubi *Abbas*, & alii *de regul. Sylvester. in verbo Religio il 3. qu.3.* & patet ex *Trid. d. sess. 24. de regular. cap.15.* & annus novitiatus

incipit

incipit à die receptionis habitus in ordine ad probationem, ut dicunt DD. *cit.* Annus probationis, seù novitiatus debet esse continuus, perfectus, & absque aliqua interruptione, ut habetur in tota *causa* 17. *qu.* 2. *cap. Consaluus*, & *cap. ad Apostol. de Regul.* ubi *glos.* ait, quòd regulare est, ut nullus ante unius anni probationem in monachum, vel regularem recipiatur, & *cap. non solum. eod. tit. Trid. ubi sup. cap.* 15. Jura enim, quæ loquuntur de annali spatio, vel de alio simili tempore, semper sunt intelligenda de tempore continuo non admittente aliquam interruptionem, *gloss. in rub. de perpet.* & *temporal. præscript.* ubi habetur, quòd regulariter omne tempus debet esse continuum, *Bart. in l. interdum* §. *quoties ff. de public.* & *vectigal. Jo: Andr. in cap.* 1. *de elect. in* 6. per illum *text.* ubi miles dicitur veteranus, qui anno continuo servivit, & ità de communi tradit *Barbos. in Trid. d. cap.* 15. *num.* 30. & *num.* 4. & patet ex *Trid. ubi supra*: currit autem tempus de momento ad momentum, *l.* 3. §. *minorem ff. de minorib. Ricc. in prax. p.* 1. *dec.* 626. *Remig. Scrof. qu.* 31. *n.* 20. *Dian. par.* 3. *tract.* 2. *de dub. regul. resol.* 57. & *part.* 5. *in tract. de parvit. mat. resol.* 18. Non tamen dicitur interruptus Novitiatus annus, si curationis gratia, retento tamen habitu, ex Superioris licentia novitius exeat à conventu; quià ita permanens in seculo censetur esse in Monasterio, *Portell. in verbo novitius num.* 5. *in fin. Donat. in praxi regular. tom.* 2. *tract.* 1. *qu.* 9. *num.* 4. quod extenditur etiam ad novitias Monialium, non obstante voto de perpetua clausura, prout pluries decisum per Sacram Congregationem refert *Barbos. in Trid. dicta sess. cap.* 15. *num.* 39. Quapropter si novitia, vel novitius, durante probationis anno, curandæ valetudinis causa de licentia Superiorum à Monasterio exierit, & postea revertatur, eodem tempore professionem emittere potest, ac si nunquam egressa fuisset, & sic decisum per *Sacr. Congr.* referunt *Donat. d. q.* 9. *in fine* & *Diana d. resolut.* 84. quia tales novitii sic stantes cum habitu de licentia Superioris censentur esse in Monasterio, & probari dicuntur quoad mores, & experiri religionis austeritates, ut pluries decisum referunt *Novar. in lucerna regul. in verbo novitius num.* 7. *Sayr. decis.* 15. *de regular. Barb. alleg.* 101. *nu.* 28. & *in Trid. ubi sup. num.* 3. & novitia etiam Monialium posset ex causa infirmitatis de licentia Superioris in parentum domibus novitiatum prosequi; neque ex tali recessu à Monasterio dicitur interrumpere novitiatus annum, & ità probat, & decisum refert *Maxilla in Trident. cap.* 16. §. *justa* 16. ubi adducit propria verba Sacræ Congr. & talis licentia respectu religiosorum concedenda est ab eo superiore, à quo solet concedi, ut inquiunt *DD. cit.* Unde *Antonell. de tempore legali lib.* 2. *cap.* 7. *num.* 9. ait, quòd, licèt annus probationis debeat esse continuus; tamen, si novitius exierit intra annum probationis, & deinde redierit, cùm licentia tamen Superioris, ad id facultatem habentis, non interrumpitur novitiatus, quia habetur pro præsenti, quia recessit cum habitu, & licentia Superioris, & hoc etiam procedit, si superior illicitè daret licentiam *Gratian. cap.* 44. *numer.* 14. & *cap.* 166. *numer.* 14. *Lezzan. consult.* 9. *numer.* 24. & 25. qui ait, quòd si novitius de licentia Superioris cum habitu ex aliqua justa intra annum probationis extra Monasterium egrediatur, & ibidem per aliquos dies commoretur, postquam reversus est, potest licitè profiteri, & annus per hoc non dicitur discontinuus, & allegat *Navarr. Grassium, Gratian. Ricc.* & alios. Sequuntur *Dian. part.* 5. *resolut.* 19. *Tamburr. tom.* 3. *disput.* 6. 7. *num.* 9. *de Vecchis de Novitiis disput.* 11. *dub.* 3. *Rodriq. tom.* 3. *qu.* 15. *art.* 8. & alter *Rodriq. in compend. resolut.* 101. *num.* 42. *Donat. par.* 4. *tract.* 9. *qu.* 3. *Pellizzar. tract.* 2. *cap.* 1. *num.* 10. *Ciarlin. cap.* 108. *num.* 15. *Bordon. cap.* 4. *qu.* 11. & *resolut.* 54. *qu.* 5. & *de profess. regal. cap.* 8. *num.* 2. Interrumpitur autem novitiatus primò per fugam, dimisso habitu: quià, si novitius aufugiat cum habitu, non videtur animum habuisse deserendi religionem, sed adhuc censetur in habitu religionis permanere, & per consequens per talem fugam, seu occultationem, non videtur deseruisse statum suum, ut latè *de Vecchis d. disput.* 11. *dub.* 13. *num.* 15. quia ille dicitur fugere, qui recedit cum pravo animo ampliùs non redeundi: sed novitius, qui retinet habitum suum, præsumitur habere animum redeundi in religionem, ut in puncto *Alex. Galvan. cons.* 12. *a n.* 3. usque ad 24. ubi qui fugam ob severitatem arripuit, habitu retento, dicitur, quòd non rumpit novitiatum, eumque sequuntur *Peyrinus de Prælato q.* 7. *cap.* 1. *Tamburrin. tom.* 3. *disput.* 6. *qu.* 7. *num.* 18. *Barbos. lib.* 1. *de ju. Eccl. cap.* 42. *num.* 128. & *Bordon. resolut.* 94. *num.* 195. Duo tamen requiruntur: Primò,

Digitized by Google

ut non deserat habitum. Secundò, ut quamprimum redeat per se, vel implorando officium superioris, quia si nihil horum faciat, præsumitur statum regularem deseruisse, alias præsumitur causa evadendi sævitiam magistri novitiorum, aut alterius aufugisse: & licèt aliqui dicant, per spatium trium, vel quatuor dierum novitiatum interrumpi, ut testantur *Navar. cons.* 32. & *Bonac. de claus. qu.* 2. *punct.* 10. §. 2. *difficult.* 2. *num.* 3. & *Nald. in summa in verb. novitius num.* 4. & alii dicant, per quinque dies absentem posse continuare deindè, & non interrumpi annum novitiatus, *Bordon. d. resol.* 54. *num.* 202. alii verò dicant, quòd sola habitus dimissio cum animo deserendi religionem interrumpit novitiatum, ut ait *Rot. Rom. in una Burgersi professionis* coram *Arguelles* apud *Dian. p.* 9. *in fin. operis dec.* 22. & apud *Bordon. de profess. regul. in fin. operis decis.* 43. tamen idem *Bord. de profess regul. c.* 8. *à n.* 7. *usque ad num.* 19. per tres, vel quatuor dies non interrumpi ait novitiatum: Neque interrumpitur annus animo recurrendi ad Superiores Ordinis, *Calvan. d. cons.* 12. & *Bordon. d. cap.* 8. *num.* 25. qui asserunt, novitiatum non interrumpi, si per paucos dies de licentia Superioris cum habitu permanserit novitius, quia censetur manere intus Monasterium, qui manet extrà de licentia Superioris, etiam ad hunc effectum, *Dian. p.* 4. *resolut.* 84. *de regul. Ricc. t.* 4. *resolut.* 246. *Castr. Palaus p.* 3. *disput.* 1. *de essentia statutus Religiosi punct.* 10 12. §. *cæterùm*, *Bordon. d. cap.* 8. *nu.* 28.

Bullæ Clementis VIII. & Urbani VIII. de quibus agunt *Donat. part.* 4. *tr.* 8. *per totum*, & *Bordon. de profess. regulari cap.* 3. *qu.* 6. disponunt, novitios admittendos esse ad habitum probationis intra Conventus designatos, & ibidem esse probandos: & ratio est, quia si aliquando novitius manet extra, religio non potest ejus mores experiri contra finem novitiatus, qui introductus fuit, ut novitius experiretur austeritates Monasterii, inter quas etiam clausura computatur, & ut vice versa Regulares notitiam habeant de ejus moribus, sed hoc non potest verificari, dum novitius manet extra, quia non experiretur onus clausuræ, nec religio ejus mores observare posset. Affirmant aliqui doctrinam supra traditam procedere de cõmuni, & habere locum extra Italiam, vel in illis religionibus, quę fuerunt exceptuatę in generalibus decretis Clementis VIII. secus in Italia, & ejus Insulis adjacentibus, & in religionibus non exceptis: nam in his sunt omninò observanda decreta Clementis, & Urbani, quibus cavetur, ut probationis annus fiat in locis designatis, alias nulla foret professio subsequens ad talem novitiatum, quia extra loca designata non potest fieri, & si fiat, nulla inducitur obligatio, nec professio tacita, neque Prælati possunt super illis decretis dispensare sine incursu pœnarum, & nullitate actus, ut ibi apparet. Itaque ex vi talium decretorum nulla novitiatus pars potest fieri extra domos designatas, quia illa minima pars novitiatus non fieret in loco designato, & consequenter ex inobservantia formæ intrinsecæ vitiaretur, ut ajunt *Lezzana tom.* 1. *tit. de novitiis cap.* 24. *num.* 22. *Gratian. cap.* 166. *num.* 14. & & ità decidisse Sac. Rot. dicit *Farin. p.* 1. *decis.* 175. & decisa à præfatis DD. circa egressum novitii cum causa, & licentia Superioris, hodiè in praxi non esse tuta, testatur *Peyrin. ubi sup. num.* 101. post multos, quos citat.

Nos autem dicimus cum *P. Donato tom.* 2. *to.* 9. *qu.* 12. *in fin.* præfata decreta Clementis & Urbani non compredere casus necessitatis, quo minus possint novitii absque metu discontinuandi novitiatus cursum exire à Conventu causa infirmitatis, vel alicujus alterius gravis negotii, cum habitu tamen, & licentia Prælati, quia causa necessitatis intelligitur excepta, etiamsi non exprimatur, quia necessitas, ut est in ore omnium, non subjicitur legi: Quod patet, quia manens extra de licentia superioris censetur esse intra claustra, & notat *Bord. d. cap.* 8. *num.* 30. *vers. nihilominus* posse manere extra etiam per semestre, quia per reliquum tempus sufficienter devenitur in cognitionem clausuræ onerosæ, & à professis observantur tunc ejus mores: nam ut benè idem *Bordon. c.* 5. *n.* 7. licentia Superioris justificat continuationem probationis, ex eo quod manens extra licentia suprioris censetnr adhuc esse intrà claustra; & ita docent Doctores apud *Barbos. d. sess.* 25. *cap.* 15. *num.* 28. & *lib.* 1. *de jure Eccles. cap.* 42. *num.* 125. & *p.* 3. *de potest. Episcop. alleg.* 101. & *Bordon. var. resol. cap.* 46. *qu.* 14. §. *tempus anni resol.* 54. *q.* 32. & licèt licentia debeat fundari in aliqua causa justa; tamen si ex aliqua circumstantia esset illicita, adhuc teneret novitiatus, quia sententia illicita adhuc est licentia, *gl. in c.* 29. 27. *q.* 1. & excusat a pœna, *gloss. in c. dixit* 24. *q.* 3. *Farinac. de indiciis*

Digitized by Google

indiciis qu. 5. num. 83. Marius Antonin. lib. 3. var. resol. 19. num. 4. Illicita verò esset licentia, si novitius dimitteretur tempore baccanalium ad domum parentum per tres, aut sex dies, vel ex alia causa nullo modo necessaria. Ità *Suar.* & alii apud *Dian. ubi sup. resol. 84. Tambur. tom. 4. disp. 6. qu. 7. num. 17. Donatus p. 4. tract. 1. qu. 12. num. 8.* & essent causæ licitæ infirmitatis curatio, visitatio parentum infirmorum, peregrinatio, & similia, de quibus post alios agit *Barbos. d. cap. 15. in Trid. num. 29. & 30.* Sic novitius potest manere extra Monasterium, si mittatur ad quærendas eleæmosynas de licentia Superioris, & de quibusdam novitiis, qui mittebantur ad scholas extra Monasterium de licentia superioris, quòd non interruperint novitiatum, dicit *Bordon. d. cap. 8. num. 35. & 36.* Quamvis autem in bulla Clementis VIII. *de educatione novitiorum §. tempore verò*, expressè prohibeatur ascensus concursi novitii ad Clericatum non tamen vitiatur novitiatus, si novitius sine rescripto Pontificis ascendat ad clericatum, quia solùm transgreditur constitutionem illam prohibentem hunc transitum, per quem qualitas novitiatus nullatenùs vitiatur in sua continuatione, *Bordon. de profess. regular. cap. 3. num. 38.*

Neque interrupitur novitiatus si novitius per unum, & ultrà mensem maneat in furore, & amentia, quià adhuc manet sub obedientia, *Bordon. c. 7. qu. 21.* nec interrupitur novitiatus si novitius exierit à Monasterio, etiam deposito habitu ad malum finem, licèt fornicetur, &c. quia novitius per talem malam actionem non vitiat bonum Religionis per tam breve tempus, *Bonac. de clauf. qu. 2. punct. 10. §. 2. diff. 2. nu. 3. Bordon. cap. 8. num. 40.* & idem *P. Bordon. de profess. regul. cap. 5. quæsito 9. num. 43.* quærit. an valeat novitiatus in conventu designato factus, sed inter professos, & non in clausura propria pro novitiis, & dicit, decreta Urbani, & Clementis designantia conventus novitiatus nō distinguere clausuram professorum à clausura novitiorum: sed hæc distinctio postmodum præscripta fuit ab eodem Clemente VIII. in alia bulla pro educatione novitiorum, qua nullum exprimitur decretum irritans professionem, ex eo quòd sit factus novitiatus in loco professorum.

Monachus in aliqua religione professus, si deinde ab ea egrediatur, omnia recuperat, *Staib. 2. forens. 125. nu. 27. & resol. 126. num. 10.* prout etiam enucleavimus in præcedenti *tit.*

Et novitius recuperat bona, si non fecit professionem, *Visil. ad Afflict. decis. 348. num. 6. ad finem.* Ampliatur item etiamsi assumptus fuisset ad Episcopatum, & ex eo à religione egrederetur, *Staib. 2. forens. 125. num. 42.* Præterea ampliatur, etiamsi non simpliciter egrederetur, sed ab una religione in aliam transiret, *Staib. 2. forens. 125. num. 46. & resol. 126. num. 6. & seq.* ubi latè examinat, & respondet doctrinæ *P. Sanchez in summ. tom. 2. lib. 7. cap. 32. num. 8.* nam eo casu omnia sua bona, & hæreditates primo Monasterio acquisita in alterum transferuntur, cum sit resoluta conditio, qua primo Monasterio quæsita fuerunt, quod saltem quoad usumfructum durante vita monachi verum est; vel quoad alimenta, quæ secundo Monasterio primum præstare tenetur, *Reg. Sanfel. decis. 322. per totam.* Insuper ampliatur, etsi donatio fuerit facta tempore ingressus, *Staib. 2. forens. 126. nu. 24. & seq.* Item ampliatur in eo, qui obtulit se, & sua Monasterio, eam tamen facit oblationem non committendo omnia voluntati Abbatis, ut perpetuò in Monasterio vivat, sed tantùm bona Monasterio offerat, ut alatur a Monasterio, & delegaretur jurisdictioni feudorum ipsius Monasterii; nam hic egrediens è Monasterio omnia recuperat, *Reg. Sanfel. fol. dec. 191. per totam.* Declaratur amen procedere tantùm in bonis patrimonialibus, non etiam iis, quæ sua industria acquisivit, dum erat in Monasterio. *Staib. 2. forens. 126. num. 24. & seq.*

De professione Regularium tractant *Villalobos in summa tom. 2. pag. 552. Tuscus tom. 6. pag. 394. Nicolius tom. 2. resol. pag. 162. Pellizarius tom. 1. pag. 147. Zerola in prax. Episc. pag. 300.* idem *part. 2. pag. 103. Portell. in dub. regul. pagin. 395. Novarius in lucer. Regul. pag. 212. Borbosa de potest. Episc. tom. 3. pag. 445. Marcant. tom. 3. Trib. Anim. pag. 301. Cotonus in controv. pag. 474. & 482. Vega in summ. tom. 2. col. 669. Riccius in prax. tom. 3. pag. 255. Busembau pag. 228. Barbosa in dec. Apost. pag. 565. Crespetius in summa pag. 787. Garzias tom. 1. polit. Regul. pag. 236. Nicolius in flosc. pag. 584. Summa Naldi pag. 604 Castropalaus par. 3. pag. 247. Barsæus tom. 2. pag. 697.* Idem *tom. 1. pag. 730. Bordonus tom. 1. pag. 236. Rodericus in quæst. mor. pag. 732. Donatus tom. 2. prax. regul. part. 4. pag. 144. Bordonus tom. 3. par. 2. resol. 57. Summa Lezanæ tom. 4. pag. 440.*

Sannig.

Digitized by Google

Sannig. tom. 4. theol. Moral. pag. 355. Pistachius de voto tom. 1. pag. 178. De professione tacita *Bordonus tom. 4. resol. 120. Aranxus in dec. s. mor. pag. 219.* De ratificatione professionis *Bordonus tom. 4. resol. 123.* De invaliditate professionis *Brunus.* De reclamatione à professione *Bordonus tom. 3. par. 2. resol. 69. Novarius in lucern. regul. pag. 223.* De professione coacta *Bordonus to. 4. resol. 133.* De professione ætate *Bordonus tom. 4. resol. 121.* De effectibus professionis *Bordonus tom. 4. resol. 116.* De variis professionum formis *Bordonus tom. 3. part. 2. resol. 92.* De l'autorité du' Roy touchant l' Aage necessrie a' là Profession solemne de Religieux, incertus quidam auctor disseruit.

CAPUT XXIII.

De Clausura Monialium.

SUMMARIUM.

Clausura Monialium quænam sit, & quæ ad ipsam spectent, explicatur nu. 1.

Causa egressus, quando sit legitima n. 2.

Pœna egredientis, aut permittentis egressum quænam sit num. 3. & 14. Qualiter in fractione clausuræ detur parvitas materiæ num. 4. Faciens per rotam se circumferre non frangit clausuram n. 5. prout stans in muro clausuræ nu. 6.

Nemo potest clausuram ingredi cujusque ætatis, & conditionis sine Episcopi licentia n. 7. Professa valet ingredi, si reperiatur egressa n. 8. Licentia debet esse cum causa necessaria, gravi, & manifesta n. 9. & 16. ubi explicatur. Confessarius qualiter possit ingredi n. 10. prout aliæ personæ pro necessitate numer. 11. Educanda ut admittatur, quæ requirantur nu. 12. quidque dicendum de nupta, & vidua n. 13.

Collocutio cum Monialibus qualiter sit prohibita num. 15. ubi quibus permissa sit.

Fœminæ non possunt admitti ad visitandas ægrotas strictè conjunctas Moniales, etiam in casu mortis num. 17. prout nec etiam mulieres seculares fundatrices, aut donatrices num. 18. puellæ num. 19. Introducentes infantes incurrunt in censuras nu. 20. Assistentes qualiter non possint intrare Monasteria Monialium nu. 21. Qualiter ingredi debeat Medicus n. 22 Confessarius n. 23. Episcopus num. 24. Consuetudo in contrarium in hac materia ex quibus non sit attendenda n. 25.

CLausura Monialium est pars interior muris septa, à qua egredi, & in quam
1 ingredi nemo valet absque licentia, *Tridentin. sess. 24. cap. 1. de reformatione.* Ad clausuram specialiter spectat, ne sit in Monasterio porta ad Ecclesiam, bullæ Gregor. XIII. incipiens: *Deo Sacris Virginibus.* Monialibus strictissimè prohibetur egressus à clausura, *cap. unico de statu regularium in 6.* Et Episcopus debet invigilare, ut clausura custodiatur in subjectis, & non subjectis. In subjectis potestate ordinaria, in non subjectis potestate Apostolica delegata, *Tridentin. sess. 25. de regularib.* Episcopus debet
2 cognoscere, an causa egressus sit legitima, *Tridentin. dicto loc.* & causa est incendium Monasterii. Secundò lepra. Tertiò morbus epidemialis. Quartò morbus contagiosus, ita ut sine periculo aliorum nequeat ibi commorari. S. Pius V. in bulla incipiente *decori.* Et cessante causa egressus, statim tenetur repetere clausuram, *cap. periculo §. verum, de statu regularium in 6.* Pœna egredien-
3 tis sine licentia est excommunicatio ipso jure reservata Papæ, qua ligantur etiam dantes licentiam exeundi, comitantes, receptantes, non verò si causa honoris, honestatis, urbanitatis, amicitiæ, jam egressam comitentur, receptent, bulla S. Pii V. incipiens *decorem.* A' qua censura, si occulta sit, absolvit etiam Episcopus vigore *Tridentini sess. 24. de reformat. cap. 6. Sanchez, Bonacin. Sorbus, Celana, Diana, Delbene* ajentes reservationes latas à Papa post *Tridentinum,* adhùc non præjudicare decreto *Tridentini,* nisi *Tridentino* expresè fuerit derogatum, *Enriquez, Covarruv.* & alii: & de declaratione Congregationis contraria asserunt non constare authenticè. Excipias excommunicationem reservatam contra violantes clausuram ad malum finem ex bulla Clementis VIII. Secunda pœna est, ut egredientes, & Superiores dantes licentiam priventur ipso jure obtentis officiis, dignitatibus, & sint inhabiles ad illa obtinenda, quæ pœna non est reservata Papæ, & requiritur sententia sequuta, *Pellizzar. Delbene,* &
4 alii. In fractione clausuræ dant aliqui parvitatem materiæ, puta si aliqua pars corporis, non totum corpus egrediatur clausuram, puta si uno pede sit intra, alter verò extra clausuram, licèt aliqui velint per passum propè clausuram censeri parvitatem materiæ, *Naldus, Graffius, Diana.* Faciens per totum se circumfer-
5 ferre non frangit clausuram, quia non egreditur clausuram, cum sit intrà parie-

tes

tes clausuræ, *Bonacin. Pellizzar. Diana,*
6 *Bordon.* & alii. Sicuti nec frangit clausuram stans in muro clausuræ, *Suarez, Pellizzar.* & alii.

Nemo potest clausuram ingredi cujus-
7 cumque ætatis, & conditionis, sine Episcopi licentia sub pœna excommunicationis ipso facto, *Trident. sess. 25. cap. 5. de regularibus.* adeòque non possunt ingredi nec ante septennium intra clausuram, *Naldus, Gavantes, Comitolus in manuali Episcoporum verb. Monialium clausura num. 31.* ex declaratione Sacræ Congregationis, sicuti nec admitti valent amentes, & furiosi. Excipias Monialem existentem extra: Nam cum hæc
8 sit professa, valet ingredi suum Monasterium, nec numeratur inter personas exclusas. Licentia debet esse data à legitimo Superiore, & debet adesse causa, *Trident in sess. 25. cap. 5.* idque etiamsi Mo-
9 nasterium sit exemptum: quia Episcopi est invigilare clausuræ, *Zerola in praxi Episcoporum part. 1. verb. Moniales qu. 8.* Causa debet esse gravis, necessaria, & manifesta, nota scil. Superiori, *cap. unico de statu regularium in 6. Trident. sess. 25. cap. 5.* ibi: *In casibus necessariis*; Gregorius XIII. in bulla incipiente: *Ubi gratia.* Necessitas debet esse sive physica, sive moralis, cui non possit occurri per Moniales, *Barbosa part. 3. de potestate Episcopi allegat. 102. num. 45. Miranda de Monialibus qu. 2. art. 4. concluf. 2.* Necessitas
10 debet esse vel animæ, vel corporis, vel communitatis, vel bonorum. Ob necessitatem animæ potest ingredi Confessarius, qui etiam valet ingredi pro ministrando Sacramento pœnitentiæ, & Eucharistiæ Moniali ægrotanti: idque, quoties erat solita recipere Sacramenta, etiam ex devotione, & ad leniendam morbi afflictionem, *Rodriquez tom. 1. quæst. 47. art. 4.* quod non licet Confessario extraordinario sine speciali licentia.

11 Ob necessitatem corporis ingrediuntur Medici, Barbitonsores: ob necessitatem communitatis ingrediuntur extranei pro conservandis, aut inveniendis scripturis, quę aliter inveniri nequeunt, si sint scripturę necessarię. Sic pro conservandis, asportandis, inducendis bonis necessariis admittuntur operarii, artifices, lignarii. Ut admittatur Educanda re-
12 quiritur licentia Sacræ Congregationis in scriptis. Secundò requiritur consensus Abbatissæ, & majoris partis Monialium capitulariter per vota secreta. Tertiò exigitur licentia Superioris. Quartò debet esse major septennio, non major 25. anno, & explens annum 25. debet facere necessaria ad professionem, vel egredi, *Sacra Congregatio* apud *Barbosam de potestate Episcopi allegat. 105. num. 45.* quod peculiari bulla demandatum fuit à Benedicto Decimotertio. Debet quolibet semestre, solvere pecuniam anticipatam pro alimentis, *Sacra Congregatio* apud *Gavantem verb. Monialium educatio.* Quartò debet dormire, & vacare operibus in loco separato à Novitiis, & Professis, *Sacra Congregatio* apud *Barbosam lib. 1. de jure Ecclesiastico cap. 44. num. 53.*

13 Nupta nequit ingredi sine speciali licentia. Vidua non debet ingredi, quia nulla datur necessitas, nisi alius sit mos Monasterii, *Suarez tom. 4. de religione lib. 1. cap. 10. num. 21.* Secularis necessitate coactus ad evitandam mortem instantem potest ingredi clausuram.

Pœna ingredientis clausuram sine li-
14 centia, & causa est multiplex. Prima excommunicatio ipso facto lata in *Trid. sess. 25. de regularibus cap. 5.* Secundò contra ingredientes Monasterium Sanctæ Claræ est excommunicatio reservata Papæ ex Bulla Eugen. IV. & Greg. XIII. Tertiò adversus ingredientes clausuram prætextu privilegiorum est excommunicatio reservata Papæ, Gregorius XIII. in bulla incipiente: *Ubi gratiæ*; qui revocavit omnia privilegia, & licentias à quibuscumque concessas. Quam non contrahunt ingredientes sine prætextu privilegiorum, *Suarez de censuris disputat. 22. sect. 6. num. 11.* Quartò ingredientes clausuram ad malum finem contrahunt excommunicationem reservatam Papæ, bulla Clementis VIII. Quintò ingredientes cum licentia Episcopi sine causa necessaria, & Moniales præsumentes admittere ad ingressum, sunt excommunicati excommunicatione reservata Papæ, dicta Bulla Gregorii XIII. incipiens: *Ubi gratiæ.* Sextò Superiores etiam Cardinales ingredientes sine causa pro prima vice sunt interdicti ab ingressu Ecclesiæ, pro secunda vice ab exercitio Pontificalium, & à divinis officiis, pro tertia vice sunt excommunicati ipso facto. Regulares admittunt omnia officia, & ministeria, & sunt excommunicati ex constitutione Gregorii XIII. incipiente: *Dubiis.*

Est prohibita collocutio cum Monia-
15 libus, *cap. Monasterio 8. de vita, & honestate Clericorum, cap. periculoso de statu regularium in 6.* Et regulares carcerari, & puniri valent ab Ordinario, Gregor. XV. in constitutione incipiente: *Inscrutabilia.* Cum Abbatissa, & Prioriss a licet

Digitized by Google

cet colloqui, quia in odiosis non veniunt nomine Monialium. Pater potest colloqui cum filia, & Mater cum filia. Impuberes non ligantur ista censura ex decreto Sacræ Congregationis apud *Gavantum* verò *Monialium collocutio nu.* 4. Et Ordinarii non possunt dare licentiam Magistris canendi, & sonandi cymbalum, juxtà aliquorum sententiam.

Et ne Superior abuteretur facul-
16 tate concedendi licentiam ingressus in clausura sine urgenti necessitate, pro libito, Sacr. Concil. Tridentin. hanc facultatem Superioribus limitavit, eamque nonnisi cum moderatione concessit, *Rodericus tom.* 1. *quæst. regular. quæst.*47. *art.*1. dicens: *Dare autem tantùm Episcopus, vel Superior licentiam debet in casibus necessariis, nec alii ullo modo possunt, etiam vigore cujuscumque facultatis, vel indulti hactenus concessi, vel in posterum concedendi*, *Concil. Trid. loco supracitato*. Gregorius XIII. hoc ipsum confirmans subdit: *Quin etiam sub eisdem pœnis ipso facto incurrendis, prohibemus, ac interdicimus omnibus, & quibuscumque personis ecclesiasticis, & secularibus, ac etiam regularibus, Ordinum quorumcumque etiam mendicantium, ne prætextu licentiarum ab Episcopis, vel Superioribus, quibus illas concedendi in casibus necessariis tantùm ex decreto Concilii Tridentini tribuitur facultas, Monasteria ipsa Monialium pro libito, sed pro necessitatibus urgentibus dumtaxat ingredi, neque Moniales sub eisdem pœnis illos aliter admittere præsumant, non obstantibus quibuscumque &c.* ut in Constitutione Gregorii XIII. quæ incipit: *Ubi gratiæ*; edita anno 1575. idibus Junii. Circa quæ observat *Rodericus loco supracitato*, Gregorium XIII. nullum non movere lapidem ad evitandos in Monialium Monasteria ingressus non necessarios, Et proindè facultas ingrediendi claustra Monialium concedi non potest, nisi ob causam necessitatis Monasterii, seu Monialium manifestam, cui aliter commodè occurri non possit, quàm ingressu extraneorum in Monasterium, *Sanchez in summa tom.* 2. *lib.* 6. *cap.*16. *num.*71. *Barbosa in collect. super Concilium Tridentinum sess.*25. *cap.*5. *n.*78. *Novar. in summa Bullar. sup. Bullam Pauli V. & Urbani VIII. num.*2. *& seqq. Franciscus Leon. in thesauro fori ecclesiastici de jurisdict. ordin. num.*27. §. *& cum in* 2. *reg. Diana in summ. in verbo ingredi Monasteria, Nicolaus in can. lib.*3. *tit.*1. *num.*6. *vers. hic tamen, Ventriglia in praxi fori Eccles. tom.*1. *de clausura annot.*5. §. 2. *n.*44. *& seqq.*

Ingrediens verò in casu non necessario, prætextu licentiæ sibi ab Episcopo concessæ incurrit supradictas censuras, *Sanchez loco supra citato num.*72. *&* 73. *Rodericus ibidem, Bonacina ubi supra quæst.*4. *punct.*5. *num.*10. Et licet minor causa requiratur in concedenda licentia fœminis, quàm viris, matri, aut soro-
17 ri, quàm aliis; hæ tamen non possunt admitti ad visitandas ægrotas, etiam in casu mortis, *Barbosa* ubi supra *num.*54. *&* 81. *Gavantes in verb. Monialium clausura num.*33. *Sanchez* ubi supra *num.*42. *Thomas del Bene tom.*2. *de immun. Eccles. cap.*19. *dub.*51. *num.*4. *Rodericus* ubi supra *quæst.*46. *art.*11. *Pellizar. de Monialibus cap.*5. *sect.*3. *num.*125. *Bonacin. to.*1. *de clausura quæst.*4. *punct.* 12. *numer.*12.
18 Mulieribus secularibus ne quidem fundatricibus, aut donatricibus non permittitur ingredi Monasteria Monialium ad breve, vel ad longum tempus, etiam in necessitatis articulo, *Barbosa de jur. Eccles. lib.*1. *cap.* 44. *numer.*148.
19 Tolerari non debet, quòd puellæ licet parvulæ ingrediantur, & exeant ad libitum ad ediscendum legendi, vel acu pungendi modum, Sacra Congregatio 1579. *Pistoj.* 24. *Februarii* 54. apud *Nicolium in verbo clausura num.*30. Infan-
20 tes cujusvis sexus, vel ætatis introducens incurrit in censuras violatæ clausuræ, Sacra Congregatio 1579. *Todi* 7. *Aprilis* 75. 1580. *Neapoli* 22. *Martii* 69. 1593. *Com.* 10. *Martii* 19. 1650. *Turin.* 10. *Junii* 32. apud *Nicolium in verbo clausura num.* 29. *Gavantes in verbo Monialium clausura num.*31.

Assistentes non possunt intrare Mona-
21 steria Monialium, *Pelizar. cap.*5. *sect.*3. *nu.*126. Sacra Congregatio 1595. *Lycien.* 15. *Martii* 1626. 1610. *Lycien.* 4. *Junii*, *Tarent.* 26. *Novembr.* apud *Nicolium verb. clausura num.*20. Nec possunt, licet Ecclesiastici, comitari ingredientes pro servitiis necessariis, Sacra Congregat. 1628. *Neriton.* 7. *April.* 120. nec ingredi cum Episcopo, *Gavant. in verbo Monialium clausura num.*30. *Pater Delbene to.*2. *de immunit. Eccles. cap.*19. *dub.*45. *nu.*5. Nec possunt ingredi cum Sacerdote ingrediente ad ministranda Sacramenta, Sacra Congregatio 1603. *Senogallien.*26. *Jan.* 1603. neque cum aliis Superioribus intrantibus in casibus necessariis, Sacra Congregatio 1617. *Rimin.* 10. *Januar.* apud *Nicolium num.* 20. nec minùs possunt ingredi cum Episcopo in actu visitationis, *Fagnanus in* 2. *parte primi decretal. cap. ut juxta de offic. ordin. nu.*27. Immò Episcopus non debet permittere

Assi-

Digitized by Google

Aſſiſtentes ingredi Monaſteria Monialium Regularibus etiam ſubjectarum, *Gavantes in verbo Monialium clauſura num.62. Thomas Delbene loco ſupra citato num.6.*

Medicus debet ingredi ſolus abſque
22 practico, famulo, vel alia perſona, *Campanilis in diver. jur. canon. rubr.12. cap.16. ſub num.27. verſ.& cum, Barboſa de poteſt. Epiſcop. part.3.alleg.102, nu.52. Ventriglia part. 1. praxis Eccleſiaſt. de clauſura adnot.5. §.2. num.45.* Sed ſi infirmitas non ſit gravis, ut eſt quartana, vel alia ſimilis, eſt deneganda licentia Medico introeundi intra clauſuram, *Ventriglia loc. cit. n.46.*

Confeſſarius debet ingredi ſolus, &
23 à duabus Monialibus ſenioribus recipi, *Nicolius verbo clauſura num. 33. verſ.ſolus, Bonacin. loco citat. quæſt.4. punct.4. num.4. P. Laurea in verbo Monialium regimen fol. 559. column. 2. in fine*, nec poteſt ingredi, ut comitetur Medicos, aut Operarios, *Gavantes in verb.Monialium clauſura num.38. Nicolius in floſculis in verbo clauſura, & in can.lib.3.tit.1. num.9.*

Epiſcopus neque in actu viſitationis
24 poteſt ſecum ducere laicos intra clauſuram Monaſterii, *Fagnanus in 2. part. primi decretal. fol.472.num.23. P.Laurea in verbo Epiſcopus quoad viſitationem.* Immò Epiſcopus ipſe Monaſteria Monialium ingredi non poteſt, niſi in caſibus neceſſitatis, ut idem Greg.XIII. in conſtit. quæ incipit: *Dubiis*; edita die 23.Decembris 1581. declaravit his verbis: *Quocirca univerſos, & ſingulos Epiſcopali, ſeu majori, ac etiam Cardinalatus dignitate præditos, nec non quorumvis Ordinum Abbates, Priores, Miniſtros, & alios quoſcumque Superiores Regulares, ſeriò monemus, ut facultate hujuſmodi, qui eam habent, præterquam in caſibus, ut præfertur, neceſſariis, nè utiquam utantur. Quod ſi contra fecerint, eadem auctoritate Apoſtolica ſtatuimus, atque decernimus, qui Pontificalis dignitatis fuerint, eos prima vice, qua contra fecerint, ingreſſi Eccleſiæ interdictos, pro ſecunda à munere Pontificali, & à Divinis ſuſpenſos, ac deinceps ipſo facto abſque alia declaratione excommunicatos exiſtere.*

Quamvis Urbanus IV. ſtatuerit in regula Sanctæ Claræ nonnulla relata per *Barboſam in collectan. ſuper Concil. Trident. ſeſſ.25.cap.5. num.83.* his verbis: *Medicus cauſa multùm gravis infirmitatis, vel minutor, cum neceſſitas exegerit, poſſunt ingredi, qui tamen non abſque duobus ſociis de familia Monaſterii debent introduci, neque ad invicem intra Monaſterium ſeparentur &c.* tamen per Sixtum IV. fuit ſublata talis aſſociatio, & in locum duorum de familia ſubſtitutæ fuerunt Moniales comitatrices: Verba Sixti IV. ſunt: *Sorores Sanctæ Claræ non teneantur intromittere aliquem de ſervitoribus ſuis, quando Medicus intrat clauſuram, ſed ſufficit, quòd tribus, vel quatuor Monialibus de antiquioribus aſſocietur, Rodericus tom.1. quæſt.47. artic.4. verſic. ſextus caſus, Barboſa de offic. & poteſt. Epiſcopi part.3. alleg.102. num.52. Campanil. rubr.12. cap.16. nu.27. Pelliz. cap.5. ſect.3. n.116.*

Et in hac materia ingrediendi clauſu-
25 ram non attenditur conſuetudo, ſeù abuſus cujuſque Monaſterii; ſed conſuetudo præſcripta à Concilio Tridentino, & Bulla Gregorii XIII. quæ fuerunt recepta, & ſervantur in toto Regno. Si enim conſuetudo, & abuſus cujuſque Monaſterii in hac materia ſervandi eſſent; innumerabiles conſuetudines, & abuſus introduci, & innumerabiles perſonæ ingredi poſſent Monaſteria; ita ut tractu temporis clauſura penitùs deſtrueretur. Et quamvis à jure Divino non ſit inſtituta clauſura Monialium; Dei tamen ordinatione, & canonicis ſanctionibus, Pontificumque conſtitutionibus ſtabilitam eſſe docet *Concilium Tridentinum* cujus quidem decretis renovatur obſervantia clauſuræ, & contraria conſuetudo, ſi quæ eſt introducta, prorſus eſt ſublata, & abolita: nec contra decreta generalis Concilii poteſt validè introduci conſuetudo, vel præſcriptio, quia Concilium generale obſervandum eſt, ſicut Evangelium, *Fagnan. in prima part. 5. libr. decretal. cap. quod à prædeceſſore de ſchiſm.num.61. Nicolius tom.1. tit.de conſuetudine num.45. verſic. leges.* Cenſentur inſuper generalia Concilia habere tacitam derogationem ad futuras contrarias diſpoſitiones; ita ut ex defectu voluntatis nec Summi Pontificis privilegium contra Concilium ſuſtineatur, niſi Concilio expreſsè derogatum fuerit. Undè ſi contra Concilium non valet, privilegium Apoſtolicum, in quo adeſt expreſſus Papæ conſenſus, minus valebit conſuetudo, quæ non habet Papæ conſenſum, *Fagnan. in prima par. primi libr.decretal. cap.quando de conſuetudine num.42. & ſeq. & in 2. decretal. cap. ſi quis de foro competenti num.65. & ſequentibus.*

Multò minus contra conſtitutionem Greg. XIII. quæ habet decretum irritans inficiens poſſeſſionem, & imponens ipſo facto pœnam excommunicationis, poteſt validè introduci conſuetudo, quia contrafacientes ſtatim incidunt in pœnam, & in factum damnatum, idem *Fagnanus in 2. decretal. cap. cum veniſſent de judiciis num. 60. Bonacina de legibus tom. 2. diſputat. 3. quæſt. 9. num. 4. Diana part. 1. tract. 1. reſolut. 29. Rota Romana* coram *Peutingero* 16. *Novemb.* 1640. relata per *Dianam in fine ſextæ partis*, *Nicolius loco citato num. 52. Sperellus to. 2. deciſ. 179. num. 34.* Et lex, in qua damnatur futura conſuetudo, per conſuetudinem abrogari non poteſt abſque novo Principis conſenſu, ſaltem tacito, *Valerus de different. utriuſque fori differ. 3. verſ. hinc colliges verbo conſuetudo*, *Nicolius loco ſupra citato num. 46.* Præterea conſuetudo inferens gravamen Eccleſiis, ſeù eis oneroſa, quia in præjudicium, & gravamen Eccleſiarum induci non poteſt, non tenet, & debet Judicis officio non de jure, ſed de facto tolli, & radicitùs extirpari, tanquam illicita, & pernicioſa corruptela: & quia nutritiva peccati, eſt impræſcriptibilis, *Fagnan. in primo decretal. cap. conſuetudines de conſuetudine per totum, & in 2. part. primi decretal. cap. quiſquis de electione num. 18. & in cap. cum terra eodem tit. Pater Laurea in verbo conſuetudo.* Et hodie expeditum eſt in conſtitutione Urbani VIII. incipiente *Romanus Pontifex* §. 8. edita die 5. Junii 1641. in qua reprobantur conſuetudines præjudiciales non modò juriſdictioni, vel immunitati, aut libertati Eccleſiaſticæ, ſed generaliter Eccleſiis, perſonis Eccleſiaſticis, & earum bonis. Immò talis conſuetudo amittit nomen conſuetudinis, & appellatur corruptela, quia mores corrumpit ſub velamine conſuetudinis, & rumpit nervum Eccleſiaſticæ diſciplinæ, *Fagnan. in prima part. decretal. cap. cum venerabilis de conſuetudine n. 3.* & aſſumitur ab impiis, ut privilegium, idem *Fagnan. in 2. part. primi decretal. cap. meſſana de elect. num. 15.* ſicque declaravit Sac. Congregatio 1628. *Neriton. 7. April. 120.* apud *Nicol. in verbo clavis*, & 1617. *Rimin. 10. Januar. 3.* apud eundem in *verbo clauſura.* Et *Sacra Congregatio* die 17. Maii 1630. declaravit, ac ſtatuit, claves Monaſteriorum non niſi à perſonis Eccleſiaſticis ab Epiſcopo deputandis, & ad nutum cuſtodiri debere, aſſiſtentes inſuper ab eodem eligi, vel approbari, ſicque etiam ſtatuit anno 1600. 5. *Decemb.* & 1589. 29. *Martii* apud *Nicol. in verbo clauſura*, & 1601. *die 17. Septemb.* & 1603. 27. *Maii*, & 1610. 4. *Jun.* & 26. *Novemb. nu. 5. 6.* & 7. & 1601. 22. *Junii*, & 11. *Decemb.* apud eundem *in verbo Magiſtratus num. 1.* & 1599. 12. *Julii*, & 1611. 7. *Januar.* & 1. *Decemb.* 1611. apud eundem *in verbo clavis*, & 1620. 30. *Jun.* & 1594. 20. *Septemb.* apud eundem *in verb. clauſura num. 50.*

De clauſura tractant *Bonagratia in quæſt. regul. pag. 160. Bonacina tom. primo pag. 639. Nicolius in floſc. pag. 130. Summa Novarii pag. 153. Cotonus in controv. pag. 527. Summa Lezanæ tom. 3. pag. 292. Layman tom. 2. lib. 4. pag. 163. Gibalinus* per integrum tractatum, *Lorichius in theſ. theolog. tom. 1. pag. 610. Donatus in prax. regul. tom. 1. par. 2. pagin. 41. Novarius in lucer. regul. pag. 35. Rodericus in qu. moral. pag. 205.* & 229. *Summa Rodriquez part. 1. pag. 77. Velaſc. in ſumma tom. 1. pag. 318.* De clauſura Regularium *Miranda in manual. pag. 216. Pellizzarius tom. 1. pagin. 339. Bordonus tom. 3. part. 2. reſolut. 76. Portellus in dub. regul. pag. 48. Summa Lezanæ tom. 1. pag. 186. Araxus in deciſ. moral. pag. 221. Rubeus in aphoriſm. Epiſcop. pag. 110.* De clauſura Monialium *Barboſa in deciſion. apoſt. pag. 151. Portellus in dub. regul. pag. 52. Bordonus tom. 3. part. 2. reſol. 93.* idem *tom. 4. reſolut. 119. Sanchez in decal. tom. 2. pag. 189. Baſſæus tom. 1. flor. theol. pag. 139. Delbene de juriſdict. Eccl. part. 2. pag. 458. Garzias to. 2. polit. regul. pag. 655. Barboſa de poteſt. Epiſc. tom. 3. pag. 451. Acta Eccleſiæ Mediolan. pag. 326. Summa Naldi pag. 157. Bertrandus in reſolut. theol. pag. 704. Villalobos in ſumma tom. 2. pag. 577. Summa Rodriquez part. 3. pag. 221. Novarius in ſumm. Bull. pag. 54. Piſtachius tom. 2. de voto pag. 130.* De violatione clauſuræ *Bordonus tom. 2. reſolut. 43.*

CAPUT XXIII.

De juribus Eccleſiarum.

SUMMARIUM.

Bona Eccleſiæ qualiter ſint bona Chriſti, patrimonium pauperum, & pretia peccatorum, & denegari non poſſint pauperibus illius loci, ubi comparata fuerunt, alteri tradendo n. 1.

Prælatus quicquid acquirit de rebus Eccleſiæ, vel ejus occaſione, qualiter poſſ

ejus

Digitized by Google

ejus obitum, & translationem ad aliam Ecclesiam, primæ Ecclesiæ relinquere debeat, ad eamdemque pertineat n.2. ubi contrariis pariter respondetur ex sacrorum Canonum, Conciliorum, & sanctorum Patrum authoritate, & indistinctè hoc procedit in omnibus bonis, sive beneficii, sive Episcopatus, sive mobilibus, sive stabilibus num.3.

In matrimonio carnali, si fiat divortium, non ex eo conjux, qui illi causam non dedit, privari potest successione, aut lucris, quæ eidem vigore juris vel communis, vel municipalis competerent num.4.

Defuncto Episcopo succedit Ecclesia in bonis ejus intuitu quæsitis, etiamsi Episcopus fuisset translatus ad aliam Ecclesiam, in qua decesserit n.5.

Trajani Imperatoris quamvis gentilis pietas memoratur erga expositos infantulos, prò quibus domum in Monte Cælio ædificari jussit, in qua nutrices, & expositi de suo ære alerentur n.6.

Expositis qualiter excluso Fisco Hospitale succedere debeat, latè n.7.

Beneficiati obstringuntur reparare Ecclesiam, in qua beneficium habent ex reditibus ejusdem Ecclesiæ, deductis necessariis pro substentatione, &, reditibus deficientibus, tenentur Cives reficere Ecclesiam communem n.8.

Milites Hierosolymitani computantur inter veros Religiosos, & ex quibus num.9.

Militibus Hierosolymitanis non licet in eorum posse bona habere emphyteutica in eisque dominium directum, & qualiter cessio ad aliquem eorum facta nullius sit roboris n.10.

Emphyteusis cur fieri soleat modica pensione n.11.

Ecclesia potitur privilegio fabrum obstrepentem expellendi, & quibus in casibus id procedat, enucleatur n.12.

Ecclesiæ favor potentior est, quàm fideicommissi n.13.

Propter antiquitatem temporis præsumitur, quòd Ecclesia fuit authoritate Episcopi erecta n.14.

Ecclesia diruta ex causa, & auctoritate Superioris amittit bona, & feudum, aliàs non n.15.

Episcopatus quamvis à Summo Pontifice destrui possit, non tamen sine justa causa id agi debet n.16.

BOna Ecclesiæ sunt bona Christi, patrimonium pauperum, & pretia peccatorum, & qui tollit ea Christo, & pauperibus illius loci, ubi comparata fuerunt, alteri tradendo, contra istorum mentem, & voluntatem operatur. Clamant etenim parietes Ecclesiæ cum *Divo Bernardo epist. 42.* ibi: *Nostrum est, quod effunditis: ululant pauperes Diœcesani: Nobis crudelitèr subtrahitur, quod inanitèr expendere facitis: clamant nudi, clamant famelici: Necessitatibus nostris detrahitur, quidquid vanitatibus vestris accedit*: & jure meritò hujusmodi ululatus, & ploratus pauperes emittunt edocti à *Divo Gregorio in cap. quia tua fraternitas 12. quæst. 1.* ibi: *Omne, quod superest necessitatibus, in causis piis, ac religiosis erogandum est, Domino Magistro omnibus dicente: Omne, quod superest, date eleemosynam*: & *Divus Ambrosius in cap. aurum eadem caus. & quæst.* inquit: *Aurum Ecclesia habet, non ut servet, sed eroget, & subveniat in necessitatibus &c. non nè melius constat Sacerdos propter alimoniam pauperum, si alia subsidia desint, quàm sacrilegus contaminata asportet hostis? Non nè dicturus est Dominus: Cur passus es tot inopes fame mori? & certè habebas aurum, undè ministrasses alimoniam. Cur tot captivi deducti in commercium sunt? Melius fuerat, ut vasa viventium servares, quàm metallorum.* Inhæret *Divus Hieronymus in seq. cap.* ejusdem *caus. & quæst.* ibi: *Gloria Episcopi est pauperum inopiæ providere: ignominia Sacerdotis est propriis studere divitiis*: & infrà: *Amico quidpiam rapere furtum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium est, accepisse, quod pauperibus erogandum sit, & exurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum, aut quod apertissimi sceleris est, aliquid indè subtrahere, omnium prædonum crudelitatem superat.*

Hic autem perpendere lubet textum illum perperam aliàs reputatum apocryphum *in cap. relatum il 2. de testam.* ex statuto *Concilii Lateran.* ibi: *Ut bona per Ecclesiam acquisita ad eam in Clericorum obitu devolvantur*: quod quidem conciliare statutum registratum reperitur *in cit. cap. cum in officiis* ibi: *Nos indemnitati Ecclesiarum providere volentes, sivè intestati decesserint, sivè aliis conferre voluerint, penès Ecclesias eadem bona præcipimus remanere*; ubi notanda sunt verba: *Præcipimus remanere*; quæ important præceptum eas non transvehendi de loco ad locum: idque firmatur pariter ex *cap. 3. de pecul. Cleric.* ibi: *Ut unusquisque Presbyter res, quas post dies consecrationis acquisierit, propriæ Ecclesiæ relinquat*; ubi *gloss.* notat, quòd verbum *Presbyter* intelligitur de Episcopo, qui propriè consecratur, &

in figuratione casus ait, quòd quidquid Prælatus acquirit de rebus Ecclesiæ, vel ejus occasione, Ecclesiæ est, ex *Gregor. Magn. lib. 9. epist. 1.* ibi: *Quia & Sac. Canonum legibus esse noscitur diffinitum, ut in iis, quæ Antistes Episcopatus tempore acquisierit, non alius, nisi sola Ecclesia succedat. Concil. Francofardien. can. 41.* ibi: *Hæredes, vel propinqui Episcopi res, quæ ab Episcopo sunt acquisitæ, sivè per comparationem, aut traditiones, postquam fuerit ordinatus, nequaquam post ejus obitum hæreditare debeant, sed ad suam Ecclesiam revertantur*; ubi notandum est verbum *revertantur*, quod idem est, ac *retrovertantur*, nempè ad eandem Ecclesiam, ubi acquisita fuerunt. *Plaut in Aul. Ad te retrovertor*; *cap. quorumdam de testam.* ibi: *Hortamur ergo experientiam tuam, ut solita inquisitione discutias, & quidquid Ecclesiæ ipsius esse patuerit, à qualibet persona detineri nullatenùs patiaris, nisi hoc solùm eum ante Episcopatus ordinem proprium habuisse constiterit. Quidquid verò vel ante Ecclesiæ ipsius esse cognoveris, vel in Episcopatus ordine prædictum Episcopum acquisiisse, in ejusdem Ecclesiæ conservetur dominio, ne quisquam exindè aliquid usurpare qualibet occasione præsumat*; *cap. final. 12. qu. 5.* ibi: *Quicumque ex gradu Ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hæreditas ejus ad Ecclesiam, ubi deservierit, devolvatur*; *c. quia nos de testam.* ibi: *De his tamen, quæ consideratione Ecclesiæ suæ perceperunt, nullum de jure possunt facere testamentum*: ubi *gloss. verb. testamentum* rationem assignat ibi: *Cum eorum proprietas non sit sua, cum solum usum habeant, sed tantùm victu, & vestitu contenti esse debeant*; *can. quicumque 12. q. 3.* ibi: *Quòd si hoc post eorum mortem inordinatum fortassè remanserit, Ecclesiæ, cui præfuit, vel minister extitit, hoc sibi in perpetuum vindicabit*; *can. Sacerdotes* eadem *caus. qu. 4.* ibi: *Sacerdotes, vel quicumque illi sunt, quibus Ecclesiasticarum rerum cura commissa est, quæcumque administrationis suæ tempore emerint, si de rebus propriis habuerint, ad Ecclesiæ nomen, cui præsunt, chartarum conficere instrumenta procurent*: *Non enim convenit, ut Ecclesia, quem suscepit extroneum, efficiat in alieno divitem, & in suo retineat defraudatorem*; *can. nulli dubium* eadem *caus. qu. 5.* ibi; *Quia sicut Sacerdotibus res in Episcopatu acquisitas nulla est alienandi licentia, ità de his, quas ante habuerint, quidquid judicare voluerint, non vetantur*; *can. fixum* eadem *caus. & quæst.* ibi: *Postquam autem Episcopus factus est, quascumque res de facultatibus Ecclesiæ aut suo, aut alterius nomine qualibet conditione comparaverit, decrevimus, ut non in propinquorum suorum, sed in Ecclesiæ, cui præest, jura deveniant*; *can. quicumque* eadem *caus. & quæst.* ibi: *Quicumque ex gradu Ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hæreditas ejus ad Ecclesiam, ubi deservivit, devolvatur*; *Concil. Epaunense* sub Gelasio *1. can. 14.* relatum per *Frances de Ecclesiis Cathedralibus cap. 6. num. 117.* ibi: *Quisquis Clericus aliquid de munificentia Ecclesiæ, cui servierit, adeptus, & ad summum Sacerdotium alterius Civitatis est, vel fuerit ordinatus, quod dono accepit, vel acceperit, reddat, & quod suum est ex proprietate, vel secundùm instrumenti seriem probatur emisse, possideat*; *Concil. Chalcedonense p. 2. art. 14. can. 11.* ibi: *Si verò jam quis translatus est ex alia in aliam Ecclesiam, prioris Ecclesiæ, vel martyriorum, quæ sub ea sunt, aut Exodochionum, aut Xenodochionum rebus in nullo communicet*; *can. manifesta autem 20. 12. qu. 1.* ibi: *Ut si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res Ecclesiæ nullo modo possint minui, vel perire*: quæ canonum sanctiones cum apertissimæ sint, ex his superlativè corroborata remanet solutio, ut scilicet bona ex reditibus Ecclesiæ, vel illius intuitu per Episcopum de tempore, quo illam regebat, acquisita, ad eandem unicè spectant, & non ad aliam Ecclesiam, ex cujus reditibus indubitanter ea non fuere comparata, ut punctualiter respondit *Ancheran. cons. 148. num. 1.* juncto *num. 15.* ubi, quòd, si Episcopus translatus delictum committat, si bona quæsita ex reditibus prioris Ecclesiæ transportaverit ad Ecclesiam, ad quam fuit translatus, & eidem relinquat, cum ex juris necessaria obligatione debeat ea reservare, & restituere illi priori ecclesiæ, & illius successori, de eo delicto participes fiunt canonici, & clerici posterioris ecclesiæ, si renuant priori restituere, cum sine dubio ad hanc restitutionem sint omninò adstricti. Inhæret *Barbat. cons. 20. sub n. 11. vers. & vidi vol. 3.* ibi: *Et vidi hoc anno dubitari in quæstione satis importanti, quidam Episcopus invitus, suadente tamen justa, & rationabili causa, fuit translatus ad alium Episcopatum, & in priori Episcopatu emerat sibi libros, & ornamenta, & paramenta multa, & similia*; *volebat illa*

aspor-

Digitized by Google

asportare secum ad Episcopatum, ad quem fuit translatus, consului, quòd nullo modo poterat, immò remanere debebant penès primum Episcopatum, eo quòd empta fuerunt de reditibus primi Episcopatus, & ità consilium vidi confirmatum per solemnes Doctores: atque is non de Episcopo regulari loquitur, sed de sæculari, ut magis præseferunt sequentia verba: *Ergò à fortiori in regulari*, &c. Card. *Zabarella cons.* 110. *num.* 2. ibi: *Omissis ergò istis comparationibus, dicendum est, quòd potestas Prælati est tanta, quanta in jure permittitur* &c. *Item cap. præsenti, quod morientibus Rectoribus* &c. *ut nunc dixi, procedit etiam ipsis cedentibus, vel translatis: nam tales quoad titulum, & administrationem primæ Ecclesiæ habentur pro mortuis 7. quæst. ecce in quibus, licèt quòad impetrationes sit differentia* &c. *Augustin. Barbosa in cap.1. de translat. Episcoporum num.* 4. ibi: *Illud in præsenti admittendum duxi, quòd si Episcopus etiam invitus, suadente tamen justa, & rationabili causa, fuit per summum Pontificem in alium Episcopatum translatus, & in priori Episcopatu de reditibus Episcopatus emerit sibi libros, & ornamenta, & paramenta multa, & argentaria, & similia, nō potest illa asportare secum ad episcopatum, ad quem transfertur, sed illa remanere debent penès primum Episcopatum, Barbat. cons.*20. *ubi dicit ità se consuluisse, & consilium tale fuisse confirmatum per DD. solemnes*: idemque per eadem ferè verba tradit in *suo tract. de jur. Eccles. univers. lib.*1. *cap.*10. *num.*30. & in *vot. decis.* 101. *lib.*3. *num.*43. & *seq.* ibi: *Verùm contrarium, videlicèt quòd talia bona Episcopi translati, seù cessionem, aut renunciationem Episcopatus facientis, spectent ad Ecclesiam, ex qua illa fuerunt acquisita*, probat Idem D. meus Petrus Barbosa *in l. divort.* &c. *ibi: Quia translatus, vel renuncians non debet esse melioris conditionis, quàm si semper resideret: sed si semper resideret, illæ res eo mortuo, sine dubio pertinerent ad Ecclesiam; ergò idem à fortiori in translato, sive renunciante recipiendum est, cum hoc casu consuetudo de qua supra, nihil induxerit adversùs juris Canonici rationes*: & latiùs, ac doctè idem *Augustin. Barbosa de Episc. p.*3. *alleg.*114. *num.* 16. & *seqq.* inquit: *Episcopus translatus tenetur priori Episcopatui relinquere fructus jam perceptos, & res ex illis emptas, Paul. cons.*337. *num.*6. *lib.*1. *Alciat. resp.* 1. *num.*49. *lib.* 1. *Sarmient. de redit. Eccl. p.*1. *cap.* 4. *in fine, ac etiam libros, ornamenta, paramenta, & argentaria de reditibus prioris Episcopatus empta. Barbatia cons.*20. &c. *Moventur primò, quia, ut supra dictum est, morte Episcopi conservanda sunt in dominio Ecclesiæ omnia illius intuitu comparata pro futuro successore reservanda, cap.*4. *sapè*, & c. *sanè translatus: nam quoad Episcopatum, à quo transfertur, pro mortuo reputatur; undè qui eidem succedit, non viventi, sed defuncto quodammodò substituitur*, c. *in apibus* §. *ecce* &c. *gloss. recepta in cap. susceptum de rescriptis in* 6. *gloss. in verb. morte in cap. si Episcopus* &c. *Deindè suadetur ex cap. manifesta* 12. *quæst.* 1. *ibi: Si Episcopo contigerit inopinatus transitus, res Ecclesiæ nullo modo possint minui, aut perire: bonus text. in cap si quis jam translatus ibi: Nihil habeat commune cum priori*; 21. *qu.* 3. *Denique quia translatus legitimè dicitur ille, qui Apostolica authoritate transit, d. cap. si quis* &c. *Sanè Principis concessio in dubio, dum aliud non exprimit, nullum continet tertii præjudicium, l.*2. &c. *igitur translatio non debet operari præjudicium prioris Ecclesiæ; quidquid contrarium velint Vvaldens. de succes. ad inter.* &c. *Panvin. de potest. Capituli* &c. *Calderin. cons.* 12. &c. quos refert *Barbosa in cit. loc.* eique inhæret *Capon. discept.* 105. *num.* 59. *to.* 2. & *discept.* 141. *num.*21. *vers. secunda sententia*, ubi relatis & refutatis omnibus ex adversò adduci solitis authoritabus, sic concludit: *Secunda sententia dicit, quòd talia bona Episcopi translati, vel cessionem, aut renunciationem Episcopatus facientis spectant ad Ecclesiam acquisita*, &c. ibique juris fundamentis assumptum comprobat, & latè per eadem fundamenta, & per eadem ferè verba *Bellett. disquisit. Cleric. part.*1. *tit. de bon. Cleric. num.* 7. & 8. & latissimè *Noguerol. allegat.* 26. *num.* 205. & *seqq. Ottinell. de reditib. Eccl. post translationem perceptis cons. unico* ad *Urbanum VIII.* directo, & signanter *num.* 35. *ad* 39. & *num.* 82. *Solorzan. de jur. indiar. lib.*3. *cap.*11. *num.* 87. & *seq.* ubi se revocat ab antecedenter dictis, & latissimè, ac punctualiter *Petrus Barbosa in l. divortio* 8.2. *par. in princ. à num.*53. *ad* 56. ubi pluribus legalissimis fundamentis hoc assumptum probat, & contrariis respondet. Rationum etiam momenta, quibus hoc assumptum est roboratum, plura sunt, [illegible] prius est, quòd reditus, & [illegible] quæsita, sunt de dominio Ecc[illegible] ejus proventibus verò, ad[illegible] ea comp[illegible] ratio penès he[illegible] ne-

Digitized by Google

neficiatum, vel Episcopum, quæ minimè labefactari valent ex auctoritatibus *Fagnan. in cap. si quis sanè de pecul. Cleric. Gonzalez* in eodem *cap. si quis sanè* eodem *tit. & Barbosa de Episcopo alleg.* 114. *tom.* 3. qui futilibus planè fundamentis nituntur, adeoque minimè attendi merentur contra sacrorum canonum, & Conciliorum dispositiones, & contra Sanctissimorum Patrum monita, & tot Authorum sententias, & auctoritates. Et sanè primum eorum motivum, quo innituntur, illud est, quòd in primitivæ Ecclesiæ sæculis licèt inter Ecclesiasticos bona possiderentur in communi; usus tamèn, & administratio penès beneficiarios, & Prælatos residebat: sed post quadripartitam Ecclesiasticorum proventuum divisionem factam de tempore S. Simplicii Papæ sub anno 475. in quo inter cætera fuit propria portio beneficiariis, & Prælatis assignata, prætenditur per supradictos DD. & alios, dominium ejusdem portionis fuisse beneficiatis, & Prælatis impartitum. Sed quàm fallax sit hæc assertio, facilè ex eo dignoscitur, quòd scilicèt per dictam quadripartitam divisionem factam non favore Præsulum, & beneficiatorum, sed pauperum, & Ecclesiæ, permota non fuit antiqua ecclesiastica disciplina, seù veriùs canonum dispositio immutata, sed intacta remansit, ita ut post eandem nullum dominium illius portionis beneficiarii, & Prælati assecuti fuerint, sed tantùm usum, & administrationem, prout antè illam habebant, & quidquid, ex dicta portione illis assignata supereset, tenentur implicare favore Ecclesiæ, vel pauperum ejusdem, proùt in primis Ecclesiæ sæculis tenebantur, ut latè tradit *Thomasinus de veter. & nova disciplina de beneficiis par.* 3. *lib.* 2. *c.* 13. *à num.* 11. ibi: *Supereset tamen pulcherrima ratio concilianda hujus partitionis, cum primogenia Apostolicorum temporum, purissimaque disciplina, si intelligamus illas Episcopi, illas Cleri portiones semper esse patrimonium pauperum, adeoque ubi Episcopi, & Cleri necessitatibus modestè, & frugaliter provisum est, reliqua pauperum esse: una enim constat, & eadem natura harum partium, atque toties usque ante partitionem, ita & posteà pauperum est tota ea substantia. Decretis Ecclesiæ provisum est, ut quarta saltèm pars Ecclesiæ nedituum pauperibus erogaretur: sed non statim absoluti sunt beneficarii in convulsis illis legibus, & clero, & ipsi, & ecclesiæ rei affinis, ut necessariò contenti sint, & residua largiantur egentibus, frugali substentationi acquiescant, reliqua dispergant in pios usus: luxum, & abundantiam defugiant, paupertatem magni faciant, ità fixum animo, & persuasum habeant, furti, & sacrilegii flagitio implicari, qui de pauperum patrimonio dieiescunt. Hæc Ecclesiæ disciplinæ constantissima sunt placita, nec ullis temporum vicibus, aut partitionum quibuscumque legibus mutabilia*: idemque latè repetit in eodem *lib.* 2. *cap.* 15. *à nu.* 8. *vers. non ergò Episcopo, & cap.* 18. *num.* 3. ubi id ex Conciliis Toletano, & Parisiensi est desumptum, & latissimè *lib.* 3. *cap.* 26. & pluribus *seqq.* ubi ex pluribus Conciliis, Sanctorum Patrum monitis, & DD. authoritatibus assumptum hoc comprobat, & latè etiam anteà comprobarunt *Navarr. de redit. Eccl. qu.* 1. *num.* 50. & optimè *Episcopus Ginnett.* in sua *theologia moral. tom.* 2. *tract.* 1. *de benefic. cap.* 1. *sub qu.* 5. *vers. sin autem* ubi, relata hac quadripartita divisione dictorum proventuum beneficialium, sic loquitur: *Etiamsi, inquam, in dictis Canonibus Ecclesiæ bona tres in partes dividantur, dicendum est tunc Episcopos, & clerum fuisse obligatos ad alendos pauperes, & eccclesias reparandas: & licèt in omnibus ferè Ecclesiis occidentis reditus Ecclesiastici in quatuor partes fuerint divisi, hæc divisio, quæ instituta tantùm fuit in remedium contra avaritiã Præsulum, & cupiditatem œconomorum, seù Archidiaconorum, & ad sedandas querelas Clericorum, & pauperum, qui sæpè putabant, sibi partem congruam ex Ecclesiæ bonis non dari; hæc, inquam, divisio nullo modo mutabat naturam bonorum Ecclesiasticorum, & ità tam hæc quæsita pars Episcopis adjudicata, quàm ea, quæ Clericis attributa, erat semper pars patrimonii pauperum, proindeque postquam Episcopus, & Clerici indè sumpsissent, quod illis erat necessarium ad honestam substentationem, reliquum ad pauperes pertinebat*: & prosequendo latè assumptum comprobat, refertque supra adducta verba *Thomas.* in loco mox citato, quem constanter sequitur: & latissimè in *c.* 11. eodem *tract.* idem assumptum comprobat: idemque latè probat *Butrin. tom.* 6. *institut. Theologic. part.* 7. *dissert.* 7. *de virt. ut. moral. §.* 2. *per tot.*

Quodque Episcopi nudum habeant usum, & non proprietatem in portione illis assignata, adeo ut omne, quod eis supererit, etiam ex propria parsimonia, ex illa congrua, sit in dominio Ecclesiæ, & illius favore, & suorum pau-

Digitized by Google

pauperum erogandum, ut optimè tradit *Boetius Epiſc. ad cap. 12. de teſtam. n. 46.* ibi: *Hæc enim ſuadent, ut quæcumque ſuperſunt Clerico, quantumlibet parcè viventi, nihilominùs penès Eccleſiam remanere debent, quia ſemper verum eſt ex intuitu Eccleſiæ eſſe quæſita. Confirmatur hæc mea ſententia pereleganti J.C. noſtrorum deciſione in l. continuus §. cùm ita ſtipulatus ff. de verb. obligat. de obligato ſolvere certo loco, ut ſi quis Epheſi ſolvere promiſerit, qualis quidem promiſſor, ſi maturiùs eò pervenerit, quàm quiſquam ferè potuiſſet, uſus forſitàn diplomate, vel felici navigatione, ſicut J. C. loquitur, confeſtim obligatus eſt, nec illi prodeſt, quod plus temporis impendere potuiſſet ad perveniendum illuc, quia in eo, quod tempore, atque facto finitum eſt, nullus eſt conjecturæ locus. Pari prorsùs modo ſi beneficiarius parcè vivendo minùs impendat, quàm judicio bonorum virorum impendere potuiſſet; Eccleſiæ proindè ſuperflua, ſeù reliqua debeat, atque ſi plus conſumpſiſſet, quia in eo, quod factum eſt, non eſt conjecturæ locus: quæ ſententia tutior eſt procul dubio, juris utriuſque rationibus conformior:* & ejuſdem verba per extenſum referendo ſequitur *Vanespen in jus canonic. univerſ. part. 2. tit. 32. de pecul. Cleric. num. 29.* Et quidem ſemper, & inconcuſsè per Sacra Concilia poſt dictam diviſionem congregata demandatum legimus, ut de bonis, & proventibus Epiſcopatus tantùm adminiſtrationem, & uſum habeat Epiſcopus, non verò proprietatem: Hoc ſanè edocemur ex Concilio Turonenſi 3. longe poſt congregato, nempe anno 813. *canon. 10. addit. 3. cap. 45.* ibi: *Rebus Eccleſiæ ità utamur, ut non propriis, ſed ut ſibi ad diſpenſandum commiſſis:* & in eodem *Concilio l. 7. canon. 152.* ibi: *Oblationes fidelium, undè pauperes recreari debent, vel Eccleſiæ reſtaurari, ſeu Clerici vivere, ſeu Epiſcopi, recipi hoſpites, & peregrinos paſci, & venerari &c. In prædictis rebus eas fideliter ſubminiſtrent, & ſciant ſe non ſuarum, ſed Dominicarum rerum eſſe diſpenſatores, propterea quaſi dominicas res fideliter eas conſervare, ut utiliter diſpenſare Domini Sacerdotes oportet, & ſi, quod abſit, aliter fecerint, canonica invectione districtè feriantur, &c.* Idem etiam diſpoſitum habetur in Concilio Pariſienſi 6. longè poſt dictam quadripartitam diviſionem celebrato, nempe de anno 829. ut de iſta quarta impartita beneficiariis, & Epiſcopis, non haberent niſi uſum, & adminiſtrationem, cum de cætero omne id, quod ſupereſt, in beneficium Eccleſiæ, quæ dominium habet (non ſecus ac in prioribus ſæculis) ſit elargiendum, ut legitur *in eod. Concil. can. 15.* ibi: *Quòd nulli Sacerdotum liceat res Deo dicatas, ſibique commiſſas, ut propriis tractare, & ad multifarios ſecundùm libitum ſuum eas uſus retorquere, ſed potius ſecundùm canonicam auctoritatem, ſanctorumque Patrum dicta, & exempla adminiſtrare, vel diſpenſare. Initio naſcentis Eccleſiæ vota fidelium ante pedes ponebantur Apoſtolorum, eorumque judicio unicuique, prout opus erat, diſtribuebantur, & licèt, creſcente fidelium devotione, copioſiſſimis, & munificentiſſimis eorum liberalitatibus ſancta donata ſint Eccleſiæ; eundem tamen uſum Apoſtolorum ſucceſſores in tractandis, & diſpenſandis rebus ſe ſervare debere meminerit:* & clarius in eodem *Concil. Pariſienſi canon. 31.* ibi: *Et quum auctoritas canonica doceat, ut quarta pars decimarum, & redituum ex oblationibus fidelium in uſus Epiſcoporum cedat; ubicumque tamen Epiſcopus ſua habet, ſuis contentus ſit: ubi autem nil, rerum Eccleſiæ ſuæ accipiat de memorata quarta parte ſibi, ſuiſque, non quod avaritia, quod abſit, ſuaſerit, ſed potiùs quod neceſſitas compellerit. Cæterùm ſi excipiendi nulla neceſſitas urſerit, nihil de memorata quarta parte accipiat, ſed uſibus Eccleſiarum, & pauperibus Chriſti impartiendam ſecundùm ſuam diſpoſitionem relinquat.* Idem etiam ſanxit Synodus Excersbrenſis in Anglia anno 1287. *can. 18.* ibi: *Licèt Clerici quidquid vitæ neceſſitati ſuperfuerit, de patrimonio Jeſu Chriſti in uſus pauperum, quorum diſpenſatores exiſtunt, teneantur ex debito erogare.* Ita etiam ſancitum legimus in capitulis diſciplinæ promulgatis in Anglia per Cardinalem Polum S. Sedis Legatum de anno 1566. quorum verba refert *Thomaſin. de benefic. part. 3. lib. 3. cap. 32. ſub num. 13. verſ. interea* ibi: *Ne ſumptuum moderatio avaritiæ tribuatur, quidquid ex fructibus Eccleſiarum, deductis eis, quæ earum oneribus ſuſtinendis, atque ipſorum familiaribus neceſſaria ſunt, ſuperſint, id omne juxtà illud, quod B. Gregorius Papa Auguſtino Epiſcopo de fructibus Eccleſiæ diſpenſandis reſcripſit, ad pauperes Chriſti ſuſcipiendos, & alendos, ad pueros, & adoleſcentes in ſcholis, & ſtudiis educandum, atque alia pia opera ad Dei gloriam & proximi utilitatem, & aliorum exemplum diſtribuant: Sint Patres pauperum, ſint orphanorum, viduarum, & oppreſſorum*

Digitized by Google

sorum refuglum &c. Ita statutum fuit per bo. mem. Cardin. Rossetium in sua Synodo Faventina celebrata anno 1674. *p. 3. cap. 11. in num. 29. & cap. 4.* ibi : *Ecclesiastici itaque bona, & reditus beneficiorum, qui suæ congruæ substentationi supersunt, absit, ut tanquam proprios consanguineis, aut famulis ditandis temerè impendant, vel alios in usus, quàm Ecclesiasticos, & christianorum fratrum indigentium convertant : Vota enim fidelium sunt pretia peccatorum, & pauperum patrimonia :* & inferiùs ibi : *Parochi pauperum patres, & bonorum Ecclesiasticorum commendatarii sunt, non domini* Idem etiam determinavit bon. memor. Cardinalis de Angelis in sua Synodo Nonantulæ congregata de anno 1688. *cap. 8.* ibi : *Beneficiati superfluos Ecclesiæ reditus in pios usus expendant, memores illorum non esse dominos, sed tantùm commendatarios, & administratores :* & Cardinalis Cybus S.R.E. Cardin. Decanus in sua Synodo Veliterna de anno 1698. *tit. 25. num. 12.* ibi : *Quicumque reditus Ecclesiasticos possident, noverint res Ecclesiæ nihil aliud esse, quàm vota fidilium, pretia peccatorum, & patrimonia pauperum : earumque propterea Ministros se esse, non dominos, ut quod illis supereſt, in pauperum necessitatibus erogent.* Quod etiam determinatum fuit per leges Hispaniarum, seu partitarum ad majorem explicationem juris communis prolatas, ut videre est in *l. 12. tit. 28. part. 3.* ibi : *Los Clerigos las tengan en su poder, no han senario dellas, mas tienen las assi como guardadores, e servidores,* &c. & inferius ibi : *De las rendas vivan mesuradamente, porque lo demas es de Dios, que lo despendi essen in obras de piedad, assi como en dar di comer alos pobres, en criar Huerfanos, en casar Virgines pobres,* &c. *en reparar las Iglesias comprando Calizes, e vestimientos, e libros, y en otras obras de piedad sempiantes destas* : & in *l. 40.* ibi : *E porque los Santos Padres tuvieron per bien, que todo quentò sobrasse alos Prelados delas rendas de la Iglesia demas de quenta les abondasse à ellos, e à sus compannias, que lo diessen alos pobres* ; ubi *Lopez*, & *Cevallos comm. contra comm. quæst.* 388. *num.* 31. & 32. Et in capitularibus Caroli Magni *lib. 7. cap. 58.* ibi : *Episcopus Ecclesiasticarum rerum potestatem habeat ad dispensandum erga omnes, qui indigent, cum summa reverentia, & timore Dei : participet autem, & ipse quibus indiget, si tamen indiget,* &c. Quæ usque adhuc comprobavimus ex Sacris Conciliis, superlativè etiam corroborata remanent Sanctorum Præsulum testimoniis : Sic enim *Petrus Damianus* ajebat, *se dominicarum rerum constitutum fore ministrum, non dominum, dispensatorem, non possessorem*, ut refert *Thomassinus ubi supra lib. 3. cap. 32. nu. 7. in fin.* quod etiam contestatur *Cardin. Baronius* in suis *annalibus Ecclesiasticis anno* 1061. *n. 43.* & *Hugo* Episcopus Grationopolitanus non æquum putabat Ecclesiarum bona, quæ patrimonia sunt existimanda pauperum, in aliorum expendi malorum usibus hominum, imò magis semetipsum tamquam ex pauperibus unum graviter accusabat, quòd sibi commissis competentem sibi sumeret copiam, & non potiùs sustineret cum pauperibus & ipse pauper inopiam, teste *Surio* : Fuit etiam familiare monitum *Divi Cardinalis Boromæi*, & frequens, *dispensatorem esse Episcopum, non dominum rerum Ecclesiæ, adeoque nec arbitratu suo posse eum sumptum facere, maximè in sæculi pompas, & delicias, denique expendi ab eo nihil posse, nisi in utilitates Ecclesiæ, & Dei cultum* ; ut pariter testatur *Giossan. in vita* ejusdem *Divi Caroli Boromæi lib. 8. cap. 25.* quem sequitur etiam *Thomassin.* in loco superiùs adducto *num. 12.* ubi alia consimilia refert documenta : & idem *Divus Carolus Boromæus* hanc disciplinam latiùs promulgavit in suo *Concilio Mediolanensi de anno* 1665. celebrato, ut ex actis ejusdem Ecclesiæ *pag. mihi* 39. probavitque *S. Antoninus* Archiepiscopus Florentinus in sua *summa pag. 3. tit. 15. part. 19. cap. 1.* ubi relatis contrariis male innixis authoritate *Divi Thomæ*, & aliis argumentis depromptis ex Sacro Concilio Tridentino, sic concludit : *Sed pro bono Ecclesiæ, & pauperum facti sunt administratores, & tutores, qui sunt quasi domini, sed non quando pupillum spoliant, & ideo sicut illi possunt sibi victum, & vestitum retinere, & benemeritis dare, sed, si malè expendunt, tenentur restituere ; sic & isti :* & *istud magis consonat dictis Sanctorum, & juri canonico* &c. Quapropter contrariæ sententiæ Doctores contra sacrorum canonum, & Sanctorum Patrum monita scripsisse, omninò concludendum est, quinimò potiùs moderniorum adinventum contra sacros canones, & Sanctorum Patrum monita est reputandum, ut benè tradit *Comitul.* theologus è Societate Jesu *resp. moral. 70. lib. 1.* ibi : *Tantummodò à recentis memoriæ hominibus dubitatum est, quod ab antiquis Magistris, & melioribus authoribus*

Digitized by Google

ribus superioris, atque adeò nostræ ætatis in controversiam nunquam revocatum est, num ii, quibus Ecclesiastica sacerdotia, beneficiaque mandata sunt, sint bonorum, fructuumque omnium, qui ex eis percipiuntur, veri domini? Authores nescio qui novam, & periculosam opinionem post mille & quingentos annos in christianam Rempublicam invehere conati sunt, eos, à quibus Ecclesiastica beneficia obtinentur, fructuum, quos illa pariunt, verò esse dominos, quorum ipsi opinionem in iis libris, quibus Parochorum officia persecuti sumus, omni machinarum genere convellere, atque evellere adorti sumus: horum hominum sensum à Conciliorum decretis, à Romanorum Pontificum sanctionibus, à theologorum consensione, à sacrorum canonum gravissimis explanatoribus, & à certissima ratione demonstravimus abhorrere: & latè per *tot. respons.* ubi doctè his fundamentis assumptum comprobat: & latè etiam id confirmat alter Societatis Jesu theologus *P. Michael Medina lib. 7. cap. 21. de recta in Deum fide*, ubi doctè assumptum firmat, vocatque contrariam Doctorum opinionem sacrilegam, exclamatque eam exclusisse evangelicum ministerium ab eo tempore, quo in scholas irrupit *Vanespen in jus eccleſiast. univers. part. 2. tit. 23. de pecul. cleric.* & latissimè *Reverendissimus Ginnettus*, & P. *Ivenin.* latè assumptum comprobant sacrorum canonum, & Conciliorum sanctionibus, Sanctorum Patrum monitis, gravissimorum Authorum sententiis, & concludentissimis rationibus, atque doctè contrariorum argumenta divellunt. Et, semota qualibet hæsitatione, amplexanda est eorum Authorum sententia, qui probant nullum dominium comparari à beneficiariis, & Prælatis in fructibus beneficiorum, & Episcopatuum, atque inter eos enumerantur *Innocent. in cap. indecorum de ætat. & qualitat.* & *Geminian. cons. 85. num. 23.* ibi: *Ex hoc liquidò constat distributiones quotidianas non posse dici fructus beneficiorum, nec proventus beneficiales.* Et quidem beneficiati secundùm veram opinionem plenè examinatam per *Joannem Calderin. in cap. penult. de pecul. cleric.* & per *Archidiaconum de rescriptis cap. statutum vers. assessorum lib. 6.* non faciunt illos suos, nec dominium illorum acquirunt, sed solùm habent usum pro se, & familia, & omnibus incumbentibus, & residuum debent distribuere vel in utilitatem Ecclesiæ, vel pauperum, *Castrens. cons. 46. num. 13. lib. 2.* ibi: *Quia in illo non habet aliquod dominium directum, vel utile, nec dominus, sed procurator, ut in cap. 2. de donationibus &c. Ancharan. cons. 116. in principio, Ivenin. institut. theologic. tom. 9. part. 2. dissert. 5. §. 2. & Ginnett.* ubi suprà, ubi innumera Concilia, Sanctorum Patrum monita, & Doctorum authoritates adducuntur. Ex duplici peculiari circumstantia confirmatur hujusmodi assumptum, si versemur non in beneficiis simplicibus, quorum fructus, & reditus acquiri etiam quoad dominium nonnulli sustinent, sed in reditibus Episcopatus habentis administrationem, & jurisdictionem: in illis enim sine dubio nullam proprietatem sibi parat Prælatus, sed tantùm usum, & administrationem, ut optimè unum casum ab altero distinguendo firmant *Ferrett. cons. 18.* ferè *per tot. lib. 1. & Spad. cons. 137. num. 2. lib. 2.* ubi quòd cum hac distinctione vigente in tota Italia procedendum sit, & etiam *cons. 135. nu. 4. Rota decis. 91. de probat. in antiqu.* Fortiùs si ex his reditibus controversa bona fuere comparata, quo stante, indubitanter in illis ipso actu acquisitionis dominium acquisivit Ecclesia, ex cujus proventibus ea fuere quæsita, adeò ut, si alienata fuerint, possit Ecclesia ea vindicare, à quocumque detentore possideantur, ut docent *Gloss. in cap. 1. de testament. & in cap. inquirendum verb. comparavit de pecul. Cleric.* ibique *Abbas, Covarruvias in cap. relatum de testament. sub numer. 1. vers. & ideò*, & sub *num. 3. Sarmient. de reditib. Eccles. part. 3. cap. 3. per tot. Redoan. de spol. quæst. 3. nu. 23. 30. & seqq. Vasquez* in suo *opusculo moral. tit. de reditibus Eccles. cap. 1. §. 3. dub. 1. Azor. institut. moral. part. 2. lib. 7. cap. 10. qu. 1. vers. duæ sunt, Barbos. de Episcop. allegat. 114. num. 10. Navarr. de spol. Cleric. §. primo pag. mihi 51. num. 2. & seq. & de reditibus Eccles. quæst. 1. num. 7. & 8. & nu. 78. & quæst. 3. nu. 5. Menoch. cons. 223. num. 3. & 4.* & latè *Bellett. disquisit. Cleric. tit. de bon. Cleric. part. 2. num. 3. & seqq.* & signanter *num. 6.* & latissimè *Noguerol. allegat. 26. n. 215. & seqq. & Rot. decis. 594. num. 9.* coram *Seraphin.*

3 Quæ procedunt nedum in omnibus bonis indistinctè quæsitis ex reditibus beneficii, vel Episcopatus, sed etiam in mobilibus, ut punctualiter monet *Gloss. in can. res Ecclesiæ 12. quæst. 1.* ibi: *Si ergo de rebus Ecclesiæ eruisti equum, vel aliquod, illud non est tuum: sed dices, quòd illud solùm Clericorum est, quod probabili ratione consumunt, Abb. in cap. si quis num. 6. de pecul. Cleric. & gloss. 12. quæst. 1. can. res*, quæ dicit, quòd si Cle-

ricus emit etiam equum de reditibus Ecclesiæ, est Ecclesiæ, & non proprius, idem *Abbas in cap. relatum il 2. de test. num.3.* ibi: *Et imò, si Clericus de reditibus Ecclesiæ emit equum, vel prædium; hæc possunt dici acquisita per Ecclesiam, undè sunt Ecclesiæ, & non Clerici &c. Covarruv. in dicto cap. relatum sub num.1.* ibi: *Et ideò non tantùm bona mobilia, vel immobilia ex reditibus Ecclesiæ acquisita, sed & nomina, atque actiones ipsi Ecclesiæ competunt, Abb. & Doctores hìc communiter; quod etiam constat ex hoc cap. dum dicit bona quæcumque &c.* & pluribus adductis *Bellett. disquisit. Cleric. tit. de bon. Cleric. part.1. num.6.* Fallax etiam est, & debile secundum fundamentum, quo nituntur contrariæ sententiæ Doctores, quòd scilicet ex Sacro Concilio Tridentino, aliisque similibus sanctionibus videantur assignati in proprietatem fructus beneficiorum: siquidem hujusmodi dispositiones canonicæ, vel tantùm loquuntur de distributionibus quotidianis, & aliis proventibus, qui assignantur Clericis ob personalia servitia, & in his substentari posset opinio, ut proprietas beneficiariis quæratur, non verò in fructibus beneficii, & multò fortiùs Episcopatus, ut unum casum ab altero distinguendo præ cæteris optimè docet *Geminian. in cons.85. num.23.* vel intelligendæ sunt de ea suitate, quam habent usuarius, tutor, vel administrator; nunquam verò de ea, quam proprietarius, vel dominus habet, ut optimè explicat *Archidiacon. in cap. statutum §. assessorem de rescript: in 6.* quem sequuntur *Bart. cons.131.* incipien. *Joannes Monachus ad med. lib.2.* aliique communiter Doctores.

Verùm enim verò frustraneum est hìc Authorum opiniones emendicare, quando habemus alia Concilia, & congressus Ecclesiasticos vel paulò ante Concilium Tridentinum celebratos, & superiùs expensos, in quibus determinatum fuit, nullum dominium in fructibus beneficiorum acquiri per beneficiarios, vel Episcopos, vel contemporaneè, aut paulò post, & habemus Sanctorum Præsulum testimonia, de quibus latè superiùs scripsimus, & signanter dignissimum testimonium *Divi Caroli Borromæi*, qui fuit consscius, & particeps omnium decretorum in eo Sacro Concilio editorum, adeò ut ab ejusdem monitis, & Conciliis Provincialibus, meliùs quàm ab aliis sumi debeat interpretatio, ut præ cæteris testatur *Ripamont.* in ejus *vita pag. mihi* 107. Dignoscitur etiam fallacissimum postremum fundamentum, quod deducunt contrariæ sententiæ Doctores, innixi in authoritate *Divi Thomæ 2. 2. quæst.187. art.7.* nam præter plures responsiones à Doctoribus datas, & variis Doctorum authoritatibus, & rationibus comprobatas per *Episcopum Ginnett.* & *P. Ivenin.* superiùs allegatas, hic sufficit advertere authoritatem doctissimi *Thomasini de veteri, & nova disciplina de benefic. part.3. lib.3. cap.33. num.76.* ubi, postquam latè verba *Divi Thomæ* ponderavit, hoc modo concludit: *Si ex his autem argumentis non dispensatores ergò tantùm, sed & dominos esse beneficiarios proventuum Ecclesiasticorum, nec meros esse procuratores, sed possessores, cum ex D. Thoma nec adversùs justitiam peccent sua in pauperes inhumanitate, nec restituere ex justitia teneantur: Respondeo abludere te, & à vero, & à D. Thomæ sensu, & verbis: dissertissimè enim ille modò pronuntiabat, Episcopos propriorum bonorum dominium habere, Ecclesiasticorum bonorum dispensatores esse, vel procuratores: Principes temporalia bona Prælatis dedisse non propter se, sed propter pauperes, non dedisse Prælatis, sed pauperibus, Prælatis dedisse tamquam pauperum dispensatoribus. His utique & sententiis, & verbis inhærendum est, quibus quàm consentanei sint SS. Patres, & Conciliorum canones, suprà abundè ostensum est non frigidis distinctiunculis à doctrina Patrum, & Conciliorum alienis.* Vanum est prætendere, hujusmodi canonicas dispositiones procedere ex præcepto charitatis, & non justitiæ, cum contrarium apertissimè habeatur ex supradictis, & cum primæva disciplina non fuerit immutata per supradictam partitionem, hodiè tenentur ad restitutionem, non secus ac illis temporibus tenebantur, cum reverà furtum committere Prælatos, & beneficiarios hujusmodi bona sibi appropriantes expressim habeamus in supra citat. *can. Clericos, & can. sequ. primi. quæst.2. can. gloria Episcopi §. amico 12. quæst.2.* ibi: *Amico quidpiam rapere furtum est, Ecclesiam fraudare sacrilegium est, accepisse quod pauperibus erogandum est, & exurientibus plurimis, vel cautum esse velle, vel timidum, aut, quod apertissimi sceleris est, aliquid indè subtrahere omnium prædonum credulitatem superat. Divus Bernardus in epist.2. ad canonicum quemdam, & in epist.41. & in tract. de consider. ad Eugenium.* Undè si furtum committunt, & sacrilegium sibi subtrahentes, perneceſsè concludendum est, non ex charitate tantùm, sed

ex

ex justitia hujusmodi bonorum erogationem favore Ecclesiæ, ex cujus reditibus fuerunt quæsita, ut ex superiùs adductis latè patet, & latè etiam præter eos tradit *Navarr. de reditib. Ecclesiast. quæst.1. num.20.* Quod magis comprobatur ex variis canonicis sanctionibus, & signanter ex *cap. cum in officiis de testam.* in quo habemus, in obligatione antidorali esse ejus dispositionem innixam, quæ obligatio in abstracto sumpta minùs apta est ad efficacem actionem pariendam, ut dicunt *Barbosa*, aliique Authores; attamen cum dicta naturalis obligatio sit in scriptis redacta, seù verius dicta canonica sanctio sit innixa dictæ obligationi antidorali, seù naturali, indubitanter jus facit, & habenda indubitanter est pro lege efficaciter obligante: Nam omnes ferè leges innixæ sunt obligationibus naturalibus, & in ipsa charitate, quæ in omnibus præceptis esse debet finis, & intentio Legislatorum, ut inter cæteros docet *D. Thomas 2. 2. quæst.122. art.1. & 4. & quæst.23. art.4. in fine, & quæst.184. art.3. & 6.* nilque aliud jus est, quàm quod æquum, & bonum est, ut docet *Jurisconsultus in leg. prima in princip. ff. de justit. & jur.* Hinc est, quòd, quamvis lex, seu canonica constitutio sit innixa obligationibus naturalibus, seù charitatis; attamen cum pro lege sit publicata, pro lege coactiva est habenda, præsertim quia verbis præceptivis utitur Pontifex *in dicto cap. cum in officiis*: & revera efficacissimè Prælatos, & beneficiarios vigore dictæ decretalis esse adstrictos, optimè docet etiam *Gonzalez ibid. num.3.*

Æquè potentissimum etiam est fundamentum, quòd scilicèt, si ex speciali Pontificia dispensatione Episcopus duas Ecclesias retinuisset usque ad ejus obitum, bona, veluti indubitanter quæsita ex unius reditibus Ecclesiæ, unicè ad eam pertinerent, absque eo quòd prætensionem ullam excitare potuisset altera Ecclesia, ut probant *Abb. Joannes Andreas*, & alii: nec melioris conditionis reputari debet Episcopus translatus, ac si semper in eadem Ecclesia resedisset, ut optimè pluribus adductis concordantibus monet *Petrus Barbosa in l. divortio in princip. ff. solut. matrimon.* ibi: *Neque translatus, vel renuncians debet esse melioris conditionis, quàm si semper resideret in Episcopatu, vel beneficio: sed, si semper resideret, illæ res, eo mortuo, pertinerent ad Ecclesiam, sive ad futurum successorem, cap. fin. &c. ergò à fortiori in translato &c.* & rejectis *Calderino*, *Caldas*, & aliis, optimè *Capon. discep.141. num. 21. vers. secunda sententia*, ubi alios congerit concordantes. Præterea hujusmodi translatio Episcopi ab una Ecclesia ad aliam Ecclesiam succedit ex speciali Pontificia dispensatione, per quam Summus Pontifex nunquam intelligit præjudicare Ecclesiæ, à qua fit translatio, & in bonis quæsitis ex ejus proventibus, vel illius intuitu, ut punctualiter probant *Barbos. de Episcop. part.3. allegat.114. sub num.16. in fin. & Solorzan. de jur. Indiar. lib.3. cap.11. num.89. & seqq.* ibi: *Et ita in terminis nostræ quæstionis contra Soccin. & alios relatos, quòd Episcopus titularis, vel renuncians etiam regularis nullum præjudicium Ecclesiæ paret, ubi ei expressè competit successio, tenent Capyc. decision.200. Azor. &c. qui licèt loquantur de successione Cameræ Apostolicæ; idem tamen sentiunt, ubi Ecclesia jus antiquum in eadem successione conservat, excluſa Camera Apostolica, velut in ejus locum subrogata.* Et idem dispositum habemus in Religioso, qui ex dispensatione Pontificia de uno ad alterum fuit translatus Monasterium: Hic enim quoad bona quæsita ex prioris Monasterii reditibus nullum gignit eidem præjudicium per suam translationem. Sicut idem sancitum est in Monacho ad Episcopatum evecto: Hic sanè quoad bona quæsita tempore suæ professionis nullum parit præjudicium Monasterio ob ipsius promotionem. Hactenùs autem deducta sine dubio in hypothesi locum sibi vindicant, ubi Episcopus ad aliam Ecclesiam translatus de controversis bonis haud favore ejusdem disposuit, sed intestatus decessit: hoc enim in casu, etsi admittenda esset contrariorum Doctorum opinio concedentium dominium in dictis bonis; attamen semper sunt restituenda priori Ecclesiæ, ex cujus reditibus ea fuere quæsita, vel ejusdem successori, ut optimè tradit *Zabarella cons.110. sub nu.2.* ibi: *Quidquid autem sit de illis variis opinionibus, an beneficiati faciant fructus suos, vel non, quando Prælatus disposuit de fructibus, sed quando nihil disposuit, tunc fructus omnes debentur Ecclesiæ, & reservantur successori &c.* & inhæret *Petrus Barbosa ff. solut. matrimon. leg. divortio in princip. 2. part. nu.55.* ibi: *Quòd si translatus de prædictis rebus nihil in vita disponat, & constat illas fuisse quæsitas ex fructibus primi Episcopatus, debent restitui successori in primo Episcopatu, vel beneficio, ut tradit Card. Zabarell. cons.110. &c.* & *Spad. cons.136. n.1.*

Digitized by Google

*lib.*1. ibi : *Si verò decesserit intestatus, in eis succedit Ecclesia, de cujus reditibus acquisita fuerunt, ut declarat Gloss. &c.* & idem repetit *cons.*137. pariter *num.*1. *lib.*1. Nec aliter sensit *Joannes Andreas in cap. relatum il* 2. *de testament. nu.*7. ibi : *Hoc intellige in rebus propriis Clericorum non habentium consanguineos, & decedentium ab intestato, vel de his bonis, de quibus nescitur, cujus Ecclesiæ intuitu obvenerunt, quia tunc fiet divisio, ut hìc &c. si verò scitur, cujus Ecclesiæ intuitu acquisivit, illi cedent &c. Gonzalez in cap. cum in officiis de testament. sub num.*13. ibi : *Ergo cum bona supersunt Clericis post vitam, tenentur ea relinquere Ecclesiæ, à qua illa acceperunt.*

Nec hujusmodi bona possent favore cujuscumque Ecclesiæ implicari, cum ea, tanquam quæsita ex particularibus reditibus unius Ecclesiæ in ejusdem dominio particularitèr esse dicuntur, nec favore alterius Ecclesiæ implicari valent, *gl. ss. in canon. expedit* 12. *qu.*2. *Gonzalez in tit. de reb. Eccles. non alien. cap.*2. *verb. substantiam in notis*, ibi : *His ergò, & aliis sententiis omissis, dicendum est, dominium rerum Ecclesiæ residere penès Ecclesiam illam particularem ; Sarmient. de reditib. Eccl. part.*1. *cap.*1. *n.*22. ibi: *Sed verius est harum rerum dominium esse apud Ecclesiam particularem* : & ea sanè ratione, quia, licèt dominium altum, seù supremum bonorum cujuscumque Ecclesiæ (sicut etiam quorumcumque bonorum hujus Mundi) resideat penès Christum, ac proinde penès Summum Pontificem ejus in terris unicum Vicarium, qui dominium habet, & absolutam potestatem in omnibus bonis, præcipuè ad quascumque particulares Ecclesias pertinentibus, & de illis ad sui libitum, & fortiùs concurrente legitima causa, disponere valeat favore etiam alterius Ecclesiæ, vel alterius operis pii; Episcopi tamen, qui delegatam à Summo Pontifice jurisdictionem, & eidem subordinatam potestatem habent in ea particulari Ecclesia, seù Diœcesi sibi commissa, non valent favore alterius disponere, præcipuè sine causa, & in præjudicium Ecclesiæ, ex cujus reditibus fuere bona comparata, & in quibus ille tantùm habet administrationem, & usum: dominium verò eadem Ecclesia retinet, & possidet, ut optimè firmat *Rota decis.* 594. *num.*9. *coram Seraphin.* Debentur etiam, & indubitanter hujusmodi bona Ecclesiæ, ex qua comparata fuere : licèt enim ex supradictis sacrorum canonum dispositionibus bona quæsita ex reditibus, & proventibus Ecclesiæ per beneficiarios, & Prælatos, ad eandem spectarent ; attamen vigore specialium constitutionum Summorum Pontificum applicata fuerunt Cameræ Apostolicæ, ex qua applicatione maximum eisdem Ecclesiis detrimentum afferebatur : Unde sanct. mem. Innocentius XII. optimum duxit per suam percelebrem constitutionem renovando jus canonum, & derogando mox enunciatas Pontificias bullas demandare (prout supradictis canonibus erat dispositum) ut ea de tempore vacationis applicarentur, & spectarent ad easdem Ecclesias : quapropter cum per promotionem, seu translationem Episcopi ad aliam Ecclesiam vacasse indubitanter dicatur prima Ecclesia ; concludendum proindè venit, ab eo tempore eandem primam Ecclesiam jus, & dominium irrevocabile acquisiviſſe, cum ad hunc effectum eodem modo vacare dicatur Ecclesia per translationem, ac per mortem, quamvis secùs esset quoad impetrationes, vel quoad alios consimiles effectus odiosos, ut optimus est *text. in can. in apibus §. ecce in quibus* 7. *qu.*1. quem cum aliis refert *Gratian. disceptat.* 296. *num.*13. ubi quòd dicitur mortuus ab illa hora, qua transfertur quoad primam Ecclesiam, ibique *Carol. Anton. de Luc. sub num.*3. *Corrad. in praxi beneficiorum lib.*3. *cap.*6. *ad num.*66. ubi sic per *Rot.* pluries decisum testatur : & id optimè prosequitur *Zabarella dicto cons.*110. *sub num.*2. ibi : *Item quod dicit illud cap. præsenti, quòd morientibus Rectoribus &c. ut nunc dixi, procedit, ipsis cedentibus, vel translatis : nam tales quoad titulum, & administrationem primæ Ecclesiæ habentur pro mortuis,* 7. *quæst. prima &c. licèt quoad impetrationes sit differentia, an beneficium vacet per mortem, an per renunciationem, de rescriptis cap. suscepturn lib.*6. &c. & latè, & individualiter id etiam probant *Barbatia consil.* 20. *sub num.*10. & 11. *lib.*3. ubi plures adducit concordantes, *Ottinell. dicto cons. unico de redit. Eccles. post translat. percept. nu.*37. & *seqq.* & signanter *num.*39. ibi : *Quoties per obitum alicui succeditur, omnes fructus vel non exacti, vel exacti, & non consumpti, vel quòd etiam solutionis dies cedere incepit ante obitum, semper, & penitùs sunt omnes restituendi successori, ut patet ex dictis &c. sed cum Episcopo, seù cuivis translato ab una Ecclesia ad aliam Ecclesiam planè mortuo, quodammodò succedatur, cap. in apibus &c. ergò omnes fructus vel non exacti tempore translationis, & non consumpti, vel quòd eorum solven-*

do-

Digitized by Google

dorum dies ante translationem cedere cœperit, vel quòd post translationis diem debeantur, omnes sunt successori restituendi, atque consignandi &c. & latiùs *num. seqq.* & idem etiam optimè probant *Augustinus Barbosa de Episcop. alleg. 114. num. 19. vers. moventur primò*, & in *vot. decis. 101. num. 45. & seqq.* & latiùs *Petrus Barbosa in l. divortio 2. part. in princip. num. 52. & seqq.* & signanter *num. 55. Noguerol. allegat. 26. num. 201. & seqq.* Ratio hujus assumpti ea est, quia quoties eadem assistit ratio, & idem habetur effectus in mutatione per mortem civilem, nempè per translationem, ac habetur per mortem naturalem, & sumus in materia favorabili, prout ea est, in qua agitur, ut bona quæsita ex reditibus unius Ecclesiæ per suum Præsulem tempore ejusdem vacationis ad eandem revertantur; tunc mors civilis comprehenditur sub expressione mortis naturalis, & dispositio in casu mortis naturalis indubitanter comprehendit etiam casum mortis civilis, *Soccin. jun. in l. Gallus §. & quid si tantum num. 16. & 17.* ibique communiter Scribentes, *Menoch. cons. 388. num. 13.* latè *Honded. consil. 62. nu. 20. ad fin.* & præcipuè *nu. 35. & seqq. Surd. cons. 90. num. 60. & seqq. tom. 1. Castill. lib. 3. controv. cap. 12. nu. 25. Marta de succes. legal. part. 1. quæst. 8. artic. 1. num. 8. & seqq. & art. 3. num. 1. & seqq.* latè *Rot. decis. 92. per tot. part. 2. divers.* & eodem modo vacare beneficium per mortem naturalem, ac per translationem, aut resignationem quoad perceptionem fructuum, docuerunt *Gloss. in cap. si Episcopus à paganis verb. sed Capitulum in fine, & verb. mortem de supplend. neglig. Prælat. in sexto*, & altera *Gloss. in cap. si propter tua verb. vacabunt de rescript.* pariter *in sexto, Paris. de resignat. lib. 1. quæst. 26. num. 15. Rebuff. in praxi benefic. tit. in forma simplicis signat. super verb. per obitum vers. & quamvis pag. mihi 91. Castracan. de societat. offic. cap. 14. nu. 11. Francisc. Marc. decis. Delphin. 1120. num. 1.* ubi concordantes.

Mirificè id comprobatur ex eo, quod 4 dispositum habemus in matrimonio carnali, à quo etiam juxtà sensum Doctorum ex adverso scribentium valet illatio, quòd scilicet, si succederet divortium, non ex eo conjux, qui illi causam non dedit, privari potest successione, aut lucris, quæ eidem vigore juris vel communis, vel municipalis competerent, sed sunt ei omninò impartienda, non secùs ac si dissolutio matrimonii per mortem naturalem contigisset, ut tradunt *Gloss. & Bart. in §. illud authent. de Monach.* cum aliis adductis per *Surd. cons. 90. num. 10. & latissimè Petrus Barbosa in rubr. ff. solut. matrim. part. 2. n. 49. cum seqq. & num. 59.* Unde eodem modo hæc successio debetur Ecclesiæ, ex cujus culpa non successit divortium cum suo Episcopo translato ad aliam Ecclesiam: ea quippè successio eidem competit, non secùs ac si naturaliter Præsul obiisset, ut punctualiter arguunt *Barbos. in vot. decis. 101. num. 44. Noguerol. allegat. 26. num. 208. & seqq.* ubi concordantes, optimè *Solorz. de jur. Indiar. lib. 3. in cap. 2. num. 87. & seqq.* ibi: *Sed his non obstantibus tàm in Episcopis sæcularibus, quàm regularibus contrariam sententiam veriorem existimo, & pro ea in litibus num. 18. relatis pronunciatum fuit: quia certiùs est, quòd, quamvis per renunciationem dissolvatur vinculum matrimonii spiritualis; non tamen dissolvitur, nec præjudicatur jus Ecclesiæ quæsitum in bonis ejus intuitu eo usque paratis, quia hoc etiam in matrimonio carnali illibatum manet conjugi, qui non dedit causam separationi, ut in ipso exemplo l. prim. ff. unde vir, & uxor, tradunt Dec. &c. & idem praxi receptum videmus in communione bonorum, quæ constante matrimonio lucrantur, quorum medietas etiam post divortium competit conjugi, qui in eo culpam non habuit, ut pluribus probat Gonzalez, & in terminis nostræ quæstionis contra Sotum, & alios relatos, quòd Episcopus titularis, vel renuncians etiam regularis nullum præjudicium Ecclesiæ parit, ubi ei competit successio, tenent Capyc. decis. 200. Azor. &c.* Et quamvis bulla Innocentii XII. mentionem non faciat de translatione, nec expressè hoc casu successionem deferat; id tamen non refragari probat *Ottinellus in cit. consil. unico de reditibus Ecclesiæ post translationem percipien. num. 44. & 45.* ibi: *Dubium propositum facilè solvitur, & omninò sine ullo labore: Nam quoties in jure expressè reperitur æquiparatio facta, dubitandum non est, quin optimè inferri possit ex morte naturali, seu ex dispositione, quæ fit in casu mortis naturalis, ad casum civilis. Ità intelligit, & docet Andreas Siculus in dicto suo cons. 82. & alii suprà citati Authores, ut nihil contra nos ponant ipsi. Prætereà de dicta extensione ità notatur in l. Gallus §. & quid si tantum ff. de liber. & posthum. in cap. susceptum de suppleti. neglig. Prælat. Felin. qui idem latissimè docet in cap. licèt num. 2. vers. amplia de offic. deleg. &c. Quòd autem in in jure palàm fiat æquiparatio, & extensiò*

inter

inter Episcopum mortuum, & translatum, egregiè ostenditur in dicto cap. in apibus §.ecce 7. quæst.1. unde expressè colligitur paria esse succedi Episcopo per ejus obitum æquè atque per translationem, dum ibi dicitur: Atque ità qui huic succedit, non viventi, sed defuncto quodammodo probatur substitui: & sic prosequendo firmat in *num. sequ. & num.46. & 47.* ibi: *Secundò propositum dubium deletur, ex eo quia non solùm in translatione fit extensio, & æquiparatio inter mortem naturalem, & translationem, sed etiam in aliis casibus, cum illismet verbis habeatur pro mortuo: unde dictum fuit in simili, si sociorum unus condemnatus, & ejus bona publicata fuerint, & qui in societate ad ejus locum venit, defuncto succedere videtur, quòd ex bonorum publicatione pro mortuo socius habeatur, l.actione §.publicatione ff. pro socio: ità qui in utero est, pro nato habetur: Undè intelligi potest, quid significent verba haberi pro mortuo, dicit apertè gloss. in cap.in apibus supracit. & in clement. duobus verb. mori ut lite penden. in cap. si Episcopus de præben. eodem lib.6. Faciunt, quæ dicunt Doctores &c. Cum itaque clarè constet, quòd in jure fiat extensio manifesta à morte naturali ad translationem, è conversò dubitari non debet, quin sublata fuerit penitùs omnis difficultas proposita, præsertim quia extensio fit quoad vacationem, & jus, quod habet Episcopus translatus in priori Ecclesia, ut in cap. in apibus &c.* & inferiùs idem *Ottinell.* sic prosequitur: *Deindè æquè Ecclesia dicitur vacare per obitum, atque per translationem: ergo in vacationis juribus idem proficiscì debet effectus, & cùm sit eadem ratio, extensio planè sine difficultate fieri potest, auth.quas actiones:* & circa propositam materiam id latè tradit *Felin. in cap. licèt de offic. delegat. & num.50. & 51.* latè pluribus consimilibus, & identificis exemplis assumptum comprobat, & propositam materiam his verbis concludit: *Ex quibus omnibus satis probatum est posse fieri extensionem à casu mortis naturalis ad translationis casum, quia ità reperitur facta in jure extensio, & æquiparatio, cùm sit eadem ratio, ideò idem jus, idem effectus, eadem juris dispositio proficiscì debet: quare, velut fructus obitus tempore non exacti, vel exacti, & non consumpti successori debentur; ità quoque fructus, qui reperiuntur translationis tempore, successoris Episcopi esse dicuntur.* Nec objici valet, quòd supradictus *text. in canon. apibus §.ecce* loquatur per verba impropria, nempè *haberi*, & *quodammodò*, & his verbis æquiparet Episcopum naturaliter mortuum Episcopo translato: nam huic objecto sic prosequendo satisfacit *Ottinel.* in dicto suo *cons. unico num. 48. & seqq.* ibi: *Nec objiciendum est, quòd verbum* haberi, & *dictio* quodammodò *improprietatem indicent: nam responderi facilè potest, quòd licèt quidem improprietatem quamdam indicent dictiones* haberi, & quodammodò; *tamen quia ad extensionem purgandam satis est fictio, adhuc asserendum est fieri posse extensionem inter obitum naturalem, & translationem: Dictiones enim* haberi, & quodammodò, *sine dubio fictionem pariunt, Jason. &c. Fictio etenim in jure idem efficit, ac veritas, leg. certum &c.* & in proposita materia plura habentur apud *Cassador. decis.2. num.16. de union.* plura apud *Everar. in loco à vi fictionis in* sua *centur.* & optimè respondendo contrariis authoritatibus, & plures colligendo concordantes id firmat *Borgnin. Cavalcan. decis.27.* aliàs 102. *num.20. & seqq. part.3.* ibi: *Licèt Franciscus Caldas Hispanus in suo cons.2. posito post repetit. §. si curatorem habens Cod. de restitut. in integrum longo apparatu conetur velle demonstrare, non procedere in successore per permutationem, cessionem, translationem &c. quia non dicitur propriè, & verè vacare per mortem naturalem, sed civilem, & solùm supradicta procedere in vacatione per obitum, & numer.28. vers. denique allegat hoc tenere Rotam decis.1. de translat. Episcoporum in antiquis; quia contraria opinio videtur magis vera, & communis, ac rationabilis, quia ità dicitur vacare per translationem, & resignationem, ac cessionem, & privationem, per textum in canon. in apibus, &c.*

His non refragantur authoritates ex adverso adduci solitæ, quia omnes loquuntur cum supposito dominii penès decedentem: unde tunc locum sibi usurpare possent, quando essemus in pensionario, & ad summum in simplici beneficiario; secùs verò in Prælato sine privilegio, qui non est dominus fructuum, sed tantummodò alimentarius, seu usuarius, ut superiùs latè demonstravimus, & præcisè omnibus Authoribus in contrarium adduci solitis respondendo tradunt *Ottinell. dicto cons.unico num.55. & seqq. & num.65. & seqq.* Borgnin. *Cavalcan. dicta decis.27.* aliàs 102. *num.21. tom.3. & Marcus decis. Delphin.*1120.*n.3. part.2.* & sanè *Abb. in cap. 1. de succes. ab intest. num.3.* loquitur de bonis propriis ipsius delatis ante susceptionem beneficii, in quibus Ecclesia loco Fisci

suc-

Digitized by Google

succedit, deficientibus hæredibus ab intestato venientibus, non verò de bonis quæsitis ex reditibus præcedentis Ecclesiæ, proùt explicare videtur *Joannes Andreas in cap. relatum il 2. de testam. nu.7.* cujus verba suprà retulimus. Reliquum nunc est, ut aliquorum Doctorum, qui adversari videntur, auctoritatem enucleatam ostendamus. *Bellamera* præter quam quòd nihil in proposita quæstione resolvere protestatur, illius authoritas explicatur per *Petrum Barbosam in leg. divortio 8. in princip. sub num. 55. ff solut. matrimon.* ibi: *Nihilominùs inolevit consuetudo contraria, quòd prædicta licitè secum transferre possit, ut asserit Bellamera in cap. si quis translatus &c. quòd si translatus nihil in vita disponat, & constet illas fuisse quæsitas ex fructibus primi Episcopatus, debent restitui successori in Episcopatu, vel beneficiario, ut tradit Cardin. consil. 110. num. 2. sentit glos. in cap. duo sunt &c. Calderinus, & Tuscus* nedum loquuntur cum falso præsupposito dominii penès beneficiatum, sed etiam in casu, quo expressè favore secundæ Ecclesiæ disposuisset ipsemet beneficiatus: unde locum sibi usurpare non valent in hypothesi, ubi talis dispositio omninò deficit. *Caldas, & Solorzanus* præter quam quòd loquuntur in præjudicium Cameræ Apostolicæ, cujus jura inaniter infringere contenderunt; pariter ipsi loquuti fuere cum supposito dominii penes beneficiarium: & in casu per *Caldas* figurato aderat expressa testamentaria dispositio favore secundæ Ecclesiæ, ad quam fuerat Episcopus ille translatus. Quinimò *Solorz.* se fundat in eo, quòd Episcopus de tempore, quo est translatus ad alium Episcopatum, non tenetur conficere inventarium, quod falsum est: & eò casu ad novam inventarii confectionem adstrictum esse tenent *Fraff. de reg. jur. patron. part. 1. cap. 21. num. 33. Pereja de instrum. edit. tit. 5. resolut. 5. è num. 5. & à num. 30.* ubi concordantes refert: sicut falsum est alterum fundamentum, quo idem innititur, quòd scilicet ob dissolutionem matrimonii carnalis perdat jus successionis, & lucrorum conjux derelicta, quia id non procedit, quoties ea succedit non ex culpa conjugis derelictæ, ut ex ipsiusmet *Solorzani*, & aliorum authoritatibus latè superiùs comprobavimus: undè meritò à dicta opinione recedendo contrarium latè firmat *lib. 3. eodem cap. 11. nu. 87. & seqq.* Nec tuenda est opinio *Pasqualig. in decis. 128. & 129.* qui suum assumptum tantùm comprobat cum authoritate supradicti *Cald.* mox rejecti: quinimò ex ejus lectura facilè dignoscitur falsis principiis esse innixum. *Nicolaus de Ubald. de succes. ab intestat. in 2. part. cap. finita tandem num. 8. vers. sed circa*, quamvis adversari videatur; propositam tamen conclusionem firmat, ut benè advertit *Borgnin. Cavalcan. decis. 27.* aliàs *102. sub num. 20. vers. Nicolaus de Ubaldo, Rota* denique *decis. unica de translat. in antiquis, decis. 809. part. 1. divers. & decis. 104. coram Cavaler.* & in aliis decisionibus, in quibus firmatur, ut translatio, cessio, & similia, tanquam mors civilis, non veniant sub nomine mortis naturalis, procedunt in diversis terminis, nempè in materia odiosa, scilicet in impetratione, prout est casus *decis. unicæ*, in qua requiritur de forma specifica expressio vacationis præcisè requisita à Summis Pontificibus ad effectum evitandi fraudes, ut cuilibet notum est: sicut etiam in *decis. 809. part. 1. diversor. & decis. 199. coram Cavaler.* agebatur de inducenda, seù veriùs extendenda consuetudine juri communi contraria, ut patet ex ejusdem lectura: unde non applicatur hypothesi, ubi agitur de materia favorabili; ut scilicet Ecclesia succedat in bonis quæsitis ex suis reditibus, vel ejus intuitu, quo æquius, & justius, & magis juri consentaneum considerari non valet: unde sine dubio extensio de morte naturali ad civilem est omninò facienda ex suprà dictis.

Sed ejusmodi reditus potissima quidem ratione prætendere non valet altera Ecclesia, ad quam Episcopus fuit translatus, si ipse de illis non disposuerit, nec talem dispositionem inducit transportatio bonorum ad Civitatem, ubi altera Ecclesia existit: nam, cùm ea fieri possit ad alium effectum, pro commodiori scilicet Episcopi servitio, dispositionem nullam denotare valet, ut, prætermissis generalibus, punctualiter respondit *Rota decis. 594. num. 9. & seqq. coram Seraphin.*

Juri denique etiam civili adhæret proposita conclusio, proùt declarat *textus in leg. 3. Cod. de Episcop. & Cleric. & leg. 40. eodem tit.* ibi: *De his verò Episcopis, qui nunc sunt, vel futuri sunt, sancimus nullo modo eos habere facultatem testandi, vel donandi, vel per aliam quamcumque excogitationem alienandi, quod de rebus suis, quas, postquam facti fuerint Episcopi, possederint, vel acquisierint &c. quæcumque enim post ordinationem ex quacumque causa extra præfatas personas*

ad

ad ipsos pervenerunt, ea jubemus ad sanctissimam Ecclesiam, cujus Episcopum tenuerint, pertinere, & ab ea vindicari, & evinci, nulla alia persona potestatem habente ex eo proprio quid auferre lucrum: ubi *glos. litt.O.* notat: *Acquisita ab Episcopo eo mortuo deferuntur ad Ecclesiam:* & infrà disponitur ibi: *Omnia enim quæcumque ad sancta pertinent loca, vel quæ ad ipsorum præpositos post susceptam hujusmodi curam pervenerunt, vel perventura sunt, ad ipsa venerabilia pertineant loca, eaque piè in eos distribui, & erogari volumus, qui in illis locis sunt, vel curantur:* ubi notanda sunt verba *ad illa loca*, quæ habent relationem ad præcedentia loca, à quibus pervenerunt, & videntur ipsa verba repetita cum omnibus suis qualitatibus, ut explicat *Barbos. de verbo ipse clauf.175.num.1.* nec ad alia referri posse tradunt *Surd. cons.57. nu.7. & Cened. sing.22.n.1.* Nec prætereundum duximus textum in *authen. licentiam Cod. de Episcop. & Cler.* ibi: *Licentiam habeat Episcopus quæcumque ante Episcopatum probatus fuerit habuisse, quæcumque post Episcopatum jure cognationis usque ad quartum gradum ad eum pervenerunt, ad quos voluerit, ultima voluntate transmovere, cæteris rebus alio modo acquisitis ab eo dominio Ecclesiæ reservatis, nisi in utilitatem Ecclesiæ, vel opera pietatis consumptæ sint:* & in *authent. si quis Presbyter Cod. eodem* ibi: *Si quis Presbyter &c. nullo condito testamento decesserit &c. bona, quæ ad eum pertinuerunt, sacrosanctæ Ecclesiæ, vel Monasterio, cui forte fuerit destinatus, omnifariam socientur.*

Juri etiam constitutionis Innocentianæ ea ipsa conclusio adhæret, quoniam Innocentius XII. Regni Neapolitani benè conscius, & certior factus de molestiis, & vexationibus, quæ per Subcollectores propriis facultatibus abutentes inferebantur Archiepiscopis, Episcopis, & Prælatis inferioribus ægritudine pressis, & in extremis etiam laborantibus, dictorum canonum cultor, & sedulus novator, expressit ea, circa quæ dictæ molestiæ versabantur, nempè commodum, usum, & possessionem bonorum propriarum Ecclesiarum, ut liquet ex verbis dictæ constitutionis §. *hinc dum* in fine, ibi: *Commodo, usu, & possessione bonorum præfatorum, vel aliquorum ex illis privare, seu aliter ipsos, ipsisque inservientes perturbare præsumpserunt.* Si ergo tota molestia, & perturbatio percutiebat merum commodum, usum, & possessionem, quæ dicti Episcopi habebant super bonis suarum Ecclesiarum, redditur manifestum, eosdem super dictis bonis nullum aliud jus proprietatem respiciens habere: nam, aliàs, si etiam jura proprietatis habuissent, dictus Pontifex expressisset quoque molestias, & perturbationes ad dicta jura proprietatis fuisse directas, quia dictæ molestiæ illatæ circa commodum, usum, & possessionem fuissent inseparabiles à dictis juribus proprietatis, si Episcopi dominium, & proprietatem super dictis bonis habuissent, ea irrefragabili ratione, quia, dato tali jure dominii, & proprietatis, dictus Pontifex non se restrinxisset ad dicta verba, *commodo, usu, & possessione*, sed genericè locutus fuisset, quòd molestiæ inferrentur circa bona dictorum Episcoporum, vel etiam specificè descendisset ad verba, *dominio, & proprietate dictorum bonorum &c.* ut de se patet. Id ipsum clariùs redditur ex subsequentibus verbis dispositionis dictæ constitutionis, ibi: *Ad hæc Capitulis, & Canonicis dictarum Ecclesiarum, & aliis quibuscumque inhibemus, nè viventes etiam ægrotantes, & in extremis constitutos Archiepiscopos, Episcopos, & Prælatos præfatos commodo, usu, & possessione omnium præmissorum, vel aliquorum ex illis sub sequestrationis, assecurationis, vel alio prætextu privare, seu illos, illisque inservientes quoquo modo perturbare, seu molestare præsumant.* Ex ista enim verborum geminatione magis enixa constituentis voluntas, & mens deprehenditur, ut aliis relatis firmat *Rota decis.190.n.9. par.15. recentior.* Et quidem Sanctissimus ille Pontifex, qui ad restaurationem omnium Ecclesiarum Cathedralium Regni illam bullam emanavit, concedere noluit in sua bulla uni Ecclesiæ successionem in bonis quæsitis ex proventibus, & reditibus alterius Ecclesiæ, & eidem vigore sacrorum canonum competentibus: sed voluit in bonis quæsitis ex reditibus Ecclesiæ, à qua fuit Episcopus translatus, eandem Ecclesiam succedere, & id potiùs disposuisse concludendum est, quod æquitas suggerit, quodque sacri Canones demandarunt, ut superiùs, explosis contrariis, latè comprobavimus, & revera Summos Pontifices in suis constitutionibus semper se concordare cum sacris canonibus, quorum sunt dispositores, & servatores, ambigi non valet.

Sanè quod nonnulli asserunt, quòd Episcopus habens congruam fructus parcè vivendo præter necessariam substen-

ta-

Digitized by Google

tationem sibi remanentes faciat suos, sicuti etiam suos facia t provenientes ab administratione jurisdictionis, & Cancellariæ, tamquam propria industria quæsitos, id nullatenùs subsistit, quia littera dictæ constitutionis adversatur: in ea enim spolia nuncupantur *omnes, singulæ, & quæcumque pecuniæ, res, effectus, jura, semoventia, & bona etiam stabilia, cujuscumque pretii, valoris, speciei, qualitatis, & quantitatis existant, per Archiepiscopos, Episcopos & Prælatos inferiores etiam ex ordinibus regularibus assumptos, ex reditibus, fructibus, & proventibus suarum Ecclesiarum quomodocumque verè, & propriè acquisita*. Dictio autem *quomodocumque* includit omnem modum, & comprehendit omnia, etiam ultrà expressa: imò inducit illud, quod impropriè est tale, etiam in materia stricta, *cap. indemnitatibus de elect. lib. 6. Grat. cons. 20. num. 76. lib. 2. Barbos. de diction. dict. 329. num. 3.* & proindè tamquam spolia considerari debent omnia, & singula bona nedum acquisita ex reditibus, & bonis Ecclesiæ provenientibus, etiamsi Episcopus dono acceperit, dictaque spolia in Ecclesia, in qua fuerunt comparata, vel dono accepta, remanere debent juxtà sancita in *Concil. Carthaginen. 3. canon. 49.* relato à *Gratian. in canon. placuit 12. quæst. 3.* & signanter in *Concil. Epanuensi* aliàs per nos citato sub *Gelasio I. canon. 14.* hæc habentur: *Quisquis clericus aliquid de munificentia Ecclesiæ, cui servierit, adeptus, & ad summum sacerdotium alterius Civitatis est, vel fuerit ordinatus, quod dono accepit, vel acceperit, reddat &c.* & latè id exornat *Crespet. in summ. Eccl. disciplin. verb. facultates, quas clerici in officio acquisierint, Ecclesiis remaneant fol. mihi 405.* Nec urget, quòd dicta constitutio præseferat spolia spectare ad Ecclesias Episcoporum regimini commissas, nec inde inferri potest, quòd ad ultimam Ecclesiam, quæ dumtaxat dicitur Episcopi regimini commissa, debeant pertinere: quoniam hujusmodi intellectus repugnat verbis, & menti dictæ constitutionis. Verbis quidem, quia illa ità se habent: *Ad effectum tamen, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ut præmissa omnia, & singula ad præfatas Metropolitanas, aliasque Cathedrales, & reliquas, quibus memorati Archiepiscopi, & Episcopi, seù Prælati præsederint, illisque non indigentibus, ad Parochiales Ecclesias eorum regimini commissas spectare, ac ad earundem favorem, & in beneficium, seù utilitatem cedere, applicari, & converti, seu erogari debeant.* Hæc namque verba potiùs ostendunt, quòd, si Episcopi, vel Archiepiscopi duabus Ecclesiæ præsederint, spolia ad utramque applicanda sint ex vi dictorum verborum, quæ cum sint clara, interpretationem, aut inapplicabilem intelligentiam nec admittunt, nec patiuntur, ex vulgata *l. ille aut ille ff. de legat. 3.* Cathedralibus verò Ecclesiis non indigentibus Summus Pontifex providè disponere volens designavit Ecclesias, quibus faciènda foret applicatio, & quia Episcopus est omnium Ecclesiarum suæ Diœcesis de jure Parochus universalis, saltem habitu, ut ex *cap. nullus de Paroch. Concil. Tridentin. sess. 23. de reform. cap. 1.* aliisque juribus notat *Frances de Eccles. Cathedr. cap. 2. num. 91.* par erat, ut Ecclesiis Parochialibus sub alto regimine Episcoporum commissis applicatio fieret. Applicatio itaque bonorum facienda non est ad ultimam Ecclesiam Episcopi regimini commissam, quia id ex supradictis desumi non valet, sed ad Ecclesias Parochiales, ut suprà commissas eisdem modo, & forma, quibus applicari debuissent ad Cathedrales, quibus Episcopi præsedissent, nempè quòd, Ecclesiis Cathedralibus non indigentibus, applicatio pro rata facienda esset favore Ecclesiarum Parochialium utriusque Diœcesis, & respectivè Cathedralis, in qua dicta bona comparata fuerunt, cum dicta subsequens dispositio reguletur, juxtà præcedentem directam ad Cathedrales Ecclesias, quibus Episcopus præsederat. Et quidem Summus Pontifex occurrere voluit indigentiis omnium Ecclesiarum Regni, quibus consultum non fuisset, si spolia ad ultimam Ecclesiam Cathedralem Episcopi regimini commissam, quamvis ex altera Ecclesia comparata, deferri voluisset, quia ità non omnibus, sed aliquibus, & forsan non indigentibus, applicationem fieri contingeret, ea ratione urgente, quòd regulariter Ecclesiæ, ad quas transferuntur Episcopi, sunt ditiores, ornatiores, & cultiores, & è contra Ecclesiæ dimissæ pauperiores, & inferioris ordinis: nam aliàs nec translatio expetiretur, nec oblata acceptaretur. Sed quòd re vera non solum casum vacationis per obitum, sed etiam per translationem Summus ille Pontifex consideraverit, apertissimum redditur nedum ex mox dictis, sed consideratis etiam mente, & verbis ejusdem bullæ. Considerans enim ille, quòd Ecclesiæ Regni sint redituum pauperes, & ferè con-

Digitized by Google

consumptæ voluit, ut non ampliùs vigeant bullæ Pontificiæ, per quas jus commune derogatum remanserat, & concessa fuerant bona vigore spolii favore Cam. Apostolicę, sed illud renovando voluit, ut illa (prout ex eo demandatum legitur) implicentur favore earundem Ecclesiarum, ut apertissimè legitur.

Nec refragatur, quòd casus translationis fuerit omissus in dicta constitutione Innocentiana, utpotè quia de eo nulla facta fuit mentio de translatione, quoad sacra suppellectilia, cæteraque bona sub nomine spoliorum venientia: quoniam casus translationis continetur in illis verbis: *Ad effectum tamen, & non aliàs, aliter, nec alio modo, ut præmissa omnia, & singula ad præfatas Metropolitanas, aliasque Cathedrales, & reliquas, quibus memorati Archiepiscopi, seu Prælati præsederint, illisque non indigentibus, ad Parochiales Ecclesias eorum regimini commissas spectare &c. seù erogari debeant.* Summus Pontifex generaliter sancivit, quòd omnia spolia ad ecclesias, quibus Episcopi præsederint, applicarentur, non autem restrinxit applicationem dictorum bonorum ad Ecclesias, in quibus obierint, & ulteriùs cum professus fuerit, se velle consulere indigentiis omnium, & quarumcumque Ecclesiarum, quibus Episcopi præsederint, inane esset autumare, quòd casus translationis non fuerit in ista generalitate verborum, & rationis motivæ comprehensus. Verùm id etiam patet ex alia animadversione ex literali locutione desumpta, quia Summus Pontifex noluit applicationem fieri favore Ecclesiarum, quibus Episcopi, Archiepiscopi, cæterique Prælati *præsidebant, præsiderent, vel præsident*, quo casu cum dicta verba referantur ad tempus præsens, & morti proximum, utique prætendi posset, quòd applicatio bonorum facienda foret ultimæ Ecclesiæ, sed benè voluit bona spectare, & erogari debere ad Ecclesias, quibus Episcopi, aliique Prælati *præsederint*, quod verbum tamquam complectens quæcumque tempora etiam præterita, aptum est omnes Ecclesias, quibus Prælati præsederunt, comprehendere, ea ratione, quia qualitas adjecta verbo, debet intelligi secundùm tempus verbi, ut ex *leg. in delictis §. si damnum extraneus ff. de noxal. act.* notat *Antonell. de tempor. legal. lib. 1. cap. 35. num. 12.* Nec vrget, quòd facta fuerit mentio de translatione quoad sacra suppellectilia, non verò quoad alia non sacra, cæteraque bona per Episcopos comparata, eo ipso, quòd præservata fuit dispositio bullæ S. Pii V. quoniam ideò Summus Pontifex quoad sacra suppellectilia hanc expressionem fecit, quia noluit relinquere in facultate Episcoporum eorundem suppellectilium distributionem, sed demandavit, quòd hujusmodi suppellectilia, aliaque paramenta ecclesiastica ad formam bullæ S. Pii V. applicari deberent *ipsismet* Cathedralibus, Metropolitanis, aliisque superioris ordinis Ecclesiis, idque ex duplici capite, primò ut ità ornatiores, & cultiores evadant Cathedrales, aliæque id genus Ecclesiæ, & ut ità alliciantur Successores similia, & majora sacra ornamenta conficere, data persistenti eorundem paramentorum memoria, & conservatione in Cathedralibus. Secundò, quia, remanente in sui robore dispositione bullæ S. Pii V. sacra suppellectilia semper ad usum destinatum permanebunt, ut in illa sancitum existit, aliàs, si regulanda fuissent ad instar aliorum suppellectilium, juxtà tenorem dictæ Constitutionis Innocentianæ, vel applicari possent in utilitatem, & commodum Parochialium, vel destrui, aut distrahi, & in alium usum converti, vel pauperibus pretium exindè retractum distribui. Tertiò, quia, si Summus Pontifex Innocentius non fecisset mentionem, & confirmasset bullam S. Pii V. super vasibus, & ornamentis sacris, hęredes defuncti Episcopi possent sibi assumere omnes illas sacras vestes, & paramenta, quæ in ingressu in Episcopatu quisque Præsul conduxerit, ex quo auferendo spolia, & reducendo omnes bullas Pontificias ad terminos juris antiqui, certum est hæredibus Episcopi spectasse omnia illa sacra paramenta non exigui valoris, quæ ad alteram Ecclesiam conduxit: sed quia remanet in suo robore bulla Piana, debent ea dividi, habita proportione temporis, & fructuum utriusque Ecclesiæ absque ulla consideratione hæredum: ideòque mentio ejusdem bullæ Pianę facta per Innocentium XII. favet Ecclesiis Regni, & etiam nostræ hypothesi, cum indubitatum sit nedùm verba, imò nec syllabam in Pontificiis Constitutionibus remanere debere superfluam, & impropriam, ad tradita per *Rotam decis. 201. nu. 56. par. 7. & decis. 85. numer. 9. part. 19. recentior.* Prætereà Summus ille Pontifex, qui omnibus Ecclesiis providere protestatus fuit in dicta sua Constitutione, non jussit, ut hujusmodi bona implicarentur vel per Episcopum, vel per suum Successo-

rem,

Digitized by Google

rem, non favore illius Ecclesiæ, in qua Episcopus decedit, sed favore illarum, quibus præfuerit, ibi: *Quibus memorati Archiepiscopi, Episcopi, seù Prælati præsederint*: undè, cum non minùs Episcopus præsedisse dicatur Ecclesiæ, in qua decessit, quàm illi, à qua fuit translatus; in hac successione est admittenda etiam prima Ecclesia, cui præfuit, & ex cujus reditibus bona fuere comparata, & fortiùs quia in parte dispositiva, ubi jus istud favore Ecclesiarum concessit, nullum verbum protulit de morte naturali, sed potiùs vacationis casum consideravit, ut attentè legenti manifestum fit: quæ sanè vacatio verificatur tàm per mortem naturalem, quàm per civilem, cum utroque in casu viduata dicatur Ecclesia, ut de se patet, adeòque nedum prædictam successionem detulisse præsumendum est in casu vacationis per obitum, ac per translationem. Nec officit, quòd in eadem parte dispositiva mentionem fecerit de morte, & inferiùs in parte executiva vacationem expresserit cum verbis mortem naturalem denotantibus: quoniam mentio mortis ibidem emissa legitur pro demonstrandis fructibus perceptis, & non ad effectum succedendi, ibi: *Et civiles tempore mortis perceptos*: Verba autem mortem naturalem denotantia adjecta in parte executiva, nempè de tempore, quo est exequenda bonorum implicatio, non aliud denotant, quàm quòd Summus Pontifex, ut superiùs diximus, volens se conformare juri Canonum, & benignæ Doctorum interpretationi, non voluit, ut implicentur statim ac vacat Ecclesia per translationem, sed de tempore mortis naturalis, cum de jure benigniùs sit receptum, ut, quamvis Ecclesia, à qua transfertur Episcopus, jus habeat in bonis ejusdem intuitu quæsitis, ea tamen vindicare non valeat, nisi post obitum Episcopi acquirentis, dum adhuc eo vivente remaneant in suo usu, & administratione, ut cæteris adductis benè tradit *Barbosa in l. divortio 2. part. in princip. num. 56.* Undè ex eo bullæ tenore apertissimè comprobatur assumptum, quòd quando Summus Pontifex in sua parte dispositiva jus successionis, seu reversionis demandavit favore Ecclesiæ, tempus vacationis consideravit, verificabile etiam in vacatione per translationem, nullam de morte naturali mentionem faciens, vel si nomen mortis adjecit, illud explicavit non cum verbis mortem naturalem tantùm, sed etiam civilem denotantibus, ut sunt ea: *Tempore mortis*; quæ expressio mortis juxtà stylum Curiæ verificatur tàm de morte naturali, quàm civili per translationem scilicèt, cessionem, & similia succedente, ad differentiam verbi *obitus*, quod tantùm importat mortem naturalem, ut benè tradunt *Rebuff. in praxi in forma simplicis signat. super verb. per obitum versic. & quamvis pag. mihi 91. & Rot. decis. 593. num. 2. in fin. part. 2. recent.* Quando verò venit ad partem executivam, nempè quando consideravit ipsam implicationem, verbis mortem naturalem denotantibus id explicavit, ut scilicet bonis Episcopus spoliari non debeat, nisi post mortem naturalem, ex quo discretivo modo loquendi efficacissimum desumimus argumentum, re vera Summum Pontificem in sua constitutione nedum considerasse vacationem per obitum, sed etiam per translationem, cum illud in jure sit potentissimum.

Nec attendi meretur quædam consuetudo de quibusdam Episcopis translatis, quibus successit semper unicè Ecclesia, ad quam translati fuerant, absque eo quòd prætensionem ullam excitaverit Ecclesia, à qua ipsi fuere translati. Siquidem, ut hujusmodi exempla inducere possent observantiam interpretativam, necesse esset, hujusmodi Episcopos translatos de tempore translationis habuisse bona quæsita ex reditibus Ecclesiarum, à qua fuere translati, & ea fuisse conservata usque ad illorum obitum; quæ bona ut plurimum non habent Episcopi, qui translationem de una ad alteram Ecclesiam procurant; & obtinent, cum soleant ab Ecclesiis parvi reditus ad alias opulentas transire, ut dictum fuit, vel si de tempore translationis bona habent, in ejusdem Ecclesiæ servitio implicare debent. Quinimò copulativè etiam probandum esset, ut si bona Episcopi translati habuerint quæsita ex reditibus prioris Ecclesiæ dimissæ, fuerint à successoribus, vel clericis prioris Ecclesiæ judicialiter prætensa, & denegata: Nam, si ob eorum oscitantiam restitutio, seù reintegratio non successerit, ex hoc observantia nulla interpretativa deduci valet, ut prætermissis generalibus adductis optimè firmat *Spad. cons. 137. num. 13. & 14. lib. 1.* eaque observantia interpretativa eo minùs in hypothesi est recipienda, ubi juxtà juris canonici sanctiones successio debetur priori Ecclesiæ in bonis quæsitis ex ejus reditibus, & non posteriori, ex cujus proventibus ea non fuere comparata, ad cujus juris normam suam constitutio-

Digitized by Google

nem promulgavit Innocent. XII. dictas Ecclesias in suis juribus reintegrando, ut superiùs diximus. Undè si ea interpretatio ex illis exemplis esset eruenda, contra sacros canones, & dictam constitutionem Pontificiam esset judicare, quod absonum est: & eò magis, quia, admissa dicta contraria interpretatione, esset ditare Ecclesias, ad quas Episcopi transferuntur, & depauperare Ecclesias, à qua transitum faciunt in bonis quæsitis ex ipsarum reditibus, quod tanquam nimis absonum omninò prohibet his verbis *Concil. Toletan.* registratum in *canon. sacerdotes* 12. *quæst.* 4. ibi: *Non enim convenit, ut Ecclesia, quam suscepit extraneum efficiat in alieno divitem, & in suo retineat fraudatorem.*

Ut autem clariùs dignoscatur, canones, & decretales, nec non leges civiles, quarum supra meminimus, sanxisse nedum quòd defuncto Episcopo succedat Ecclesia in bonis ejus intuitu quæsitis, sed descendere etiam ad casum Episcopi translati ad alteram Ecclesiam, in qua decesserit, perpendere eosdem textus oportet, & primò *cap. relatum il* 2. *de testam.* ibi: *Bona per Ecclesiam acquisita ad eam in clericorum obitu devolvantur*; *cap. fin.* 12. *quæst.* 5. ibi: *Quicunque ex gradu Ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hæreditas ejus ad Ecclesiam, ubi deservierit, devolvatur*; *can. quicunque* 12. *quæst.* 3. ibi: *Quòd si hoc post eorum mortem inordinatum fortasse remanserit, Ecclesia, cui præfuit; vel minister extitit, hoc sibi in perpetuum vindicabit*; *can. quicunque* eadem *caus. quæst.* 5. ibi: *Quicunque ex gradu Ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hæreditas ejus ad Ecclesiam, ubi deservivit, devolvatur.* Hos igitur Canones non confusos sed claros, & litterales non intelligi debere credimus de ultima Ecclesia, cum non loquantur per verbum præsentis temporis, sed per verbum præteriti temporis ibi: *Ubi deservierit, cui præfuit, vel minister extitit, ubi deservivit, &c.* fortius quia concluduntur per verbum *devolvantur*, quod idem est, ac *transferantur*, *Ambros. Calep. verb. devolvo* ibi: *Per translationem devoluta est res, idest translata*: & verbum *devolvo* meliùs consideratur circa emphytheusim, ubi vera est conclusio, quòd bona emphytheutica in casu devolutionis redeunt ad dominum directum libera, & sine aliquo onere, cum, resoluto jure datoris, resolvatur etiam jus acceptoris, *Rot. decis.* 86. *num.* 2. *part.* 19. *rec. tom* 2. Et consideratione pariter digna sunt verba prædicti *can. quicunque* ibi: *Hoc sibi in perpetuum vendicabit*: quod idem sonat ac *appropriabit, sibi assumet, suam esse dicet*, *Plin. epist.* 47. *Quam curam, etiamsi non mandasses, vendicassem.* Adhærent textus etiam civiles *in l.* 3. *C. de Episc. & Cleric. & l.* 40. *eod. tit.* ibi: *Quæcumque enim post ordinationem ex quacumque causa extra præfatas personas ad ipsos provenerunt, ea jubemus ad Sanctissimam Ecclesiam: cujus Episcopum tenuerint, pertinere, & ab ea vendicari, & evinci*: & in *auth. si quis presbyter C.* eodem *tit. Si quis presbyter &c. nullo condito testamento decesserit, bona, quæ ad eum pertinuerunt, sacrasanctæ Ecclesiæ, vel Monasterio, cui fortè fuerit destinatus, omnifariam focientur.* Igitur loquuntur citati canones de Ecclesiis ab Episcopis relictis, & à quibus transferri curant, & exorant, nec solent transferri sola causa meritorum, & motu proprio, sed ad instantiam, & ex facto partis.

Et quatenus cotroversia hęc decidenda foret juxta Doctorum rectè sentientium opiniones, res erit in tuto; quoniam totum ratiocinium DD. ex adverso Scribentium fundatur in authoritate *Salorzani*, & *Caldas*, quibus seriò respondimus: nec sunt contraponendi cum aliis numero, & qualitate majoribus, nixis solidis principiis, sacr. canonum, & opinionibus SS. Patrum, & Ecclesiæ Doctorum, ut ait *Thomasin. in cit. loc. His utique sententiis, & verbis inhærendum est, quibus quàm consentanei sint SS. Patrum, & Conciliorum canones supra abundè ostensum est non frigidis distinctiunculis à doctrina PP. & Conciliorum alienis* & addimus quod asserit *Gratian.* post *can.* 27. 12. *quæst.* 1. ibi: *His ita respondetur. Sicut perfectione charitatis manente, secundùm discretionem Ecclesiarum distributio fit Ecclesiasticarum facultatum, dum aliis possessiones hujus Ecclesiæ ad dispensandum committuntur, ex quibus licèt res ecclesiæ omnibus debeant esse cõmunes; primùm tamen sibi, & suæ Ecclesiæ deservientibus necessaria subministret, reliqua, quæ supersunt, fidelium usibus ministraturus, ita & præbendæ Ecclesiarum eadem charitate manente, piè & religiosè possunt distribui: nec tunc rebus Ecclesiæ, & propriis, sed ut communibus utilitatibus deservituris, ut ex his, quæ sibi assignata sunt, primùm sibi necessaria percipiat: Si qua verò suis necessitatibus supersunt, in communis usus Ecclesiæ expendat.* Et *Arnulphus* sanctissimus,

simus, & doctissimus *Episcopus serm. in synodo Turonis* habita sub Alexandro III. per hæc verba loquitur, teste *Baronio tom. 12. fol. mihi 484. & seqq. ad annum Christi 1163.* ibi: *Neque enim requiritur à nobis divitiarum indigentia, sed contemptus: divitiæ inquit psalm. 161. si affluant, nolite cor apponere: non dixit, ne affluant, sed ne cor apponatur. Porrò cor prohibuit apponere, sed non manum. Profectò Propheta in omni affluentia divitiarum pauperum se prædicat, & egenum: Possumus itaque licitè divitias possidere: si tamen earum nos non reputaverimus dominos, sed ministros, si intellexerimus patrimonium pauperum esse patrimonium Christi, si pauperum necessitatibus erogantur, alioquin fures, & latrones nos ratio manifesta convincet, si res alienas invitis dominis nostro præsumpserimus arbitrio contrectare.*

Unde liceat nobis concludere verbis *Comituli resp. moral. 70. in fin. tom. 1.* qui hujusmodi assumptum contra *Sorum* comprobaverat eisdem Conciliis, Summorum Pontificum decretis, Sanctorum Patrum sententiis, & aliorum Doctorum authoritatibus, quas nos in præsenti controversia adducere non omisimus, & sic exclamando concludit: *Contrarium credimus errorem esse gravissimum saltem contra bonos mores, & justitiam, & quidem etiam contra scripturam. Doctor Navarra in apolog. de redit. Eccles. quæst. 1. monit. 24. in calce non veritus est his verbis scribere: Et ista opinio videtur esse jam facta de fide necessariò credenda. Ego non tanta severitate ausim in fori opinionem animadvertere: illud tamen affirmare minimè veritus fuerim, eam mihi plenam periculi videri: de qua, si in concilio quopiam generali disceptaretur, tanquam falsa, & catholicis auribus, ac mentibus indigna prorsus explodereturPorrò autem, ejusdem Soti argumentationes, quæ in nostra disputatione Italica propositæ sunt, omnes, & multifariam ejectæ, adeo leves, adeo theologo, & theologia indignæ visæ sunt, ut hìc me pigeat eas commemorare, multoque magis sit hominis dignitati consultum, si taceantur, quàm si exponantur &c.*

Penitus verò inapplicabilis est nostræ hypothesi *tex. in can. fixum 12. quæst. 5.* dum ex ejus lectura patet in eo casu, quòd Episcopus unam tantùm obtinuerat Ecclesiam, ideoque optimè dictum fuit ibidem, ut bona ad eandem Ecclesiam devolvantur: Nec ex quo ibidem disponitur per verbum *præst* denotans tempus præsens, exindè argui valet, quòd etiam eidem Ecclesiæ intellexerit, adjudicanda esse etiam bona acquisita ex bonis alterius Ecclesiæ antecedenter gubernatæ, quippè verbum *præest* non ad talem prætensum effectum fuit ibidem adjectum, dum non habetur, quòd ille Episcopus alias rexerit Ecclesias, quinimmò contrarium ex ejusdem lectura convincitur, sed tantùm ad designandam præexistentiam, quam habet Episcopus in ea Ecclesia, ad quam fuit promotus. Et quòd tale tempus præsens non sit ad hunc effectum considerandum magis clarum fit ex *text.* immediatè sequenti *in cit. can. quicumque* eadem *caus. 12. quæst. 5.* ibi: *Quicunque ex gradu Ecclesiastico sine testamento, & sine cognatione decesserit, hæreditas ejus ad Ecclesiam, ubi deservivit, devolvatur.* Undè si arguitur, quòd ideò debeant remanere in ultima Ecclesia, quia verbo præsentis temporis utitur Pontifex *in cit. can. fixum*; nos etiam optimum argumentum ducimus, eadem tetenta methodo, quòd scilicet priori Ecclesiæ sunt dicta bona restituenda, quia verbo præteriti temporis usi sunt canones per nos relati. Nec adversantur verba *Concilii Tridentini in cap. 1. de reform. sess. 25.* dùm ibi prohibetur Episcopis distributio bonorum, & proventuum Ecclesiasticorum ad tenorem canonum Apostolorum ibi: *Et Apostolorum canones prohibeant*: ex quibus canonibus, ut cuilibet notum est, prohibitum erat, ne quid ultrà necessarium victum, & vestitum sibi appropriarent, ea ratione, quia bona sunt Dei, ibi: *Ne res Ecclesiasticæ, quæ Dei sunt*: ex quo apertissimè desumitur, quòd tantùm abest, ut Episcopis dominium aliquod, vel proprietas tribuatur, ut expressè prohibeatur. Quam quidem veritatem summoperè aliqui deviare student asserentes, quòd tantùm in conscientia teneantur Prælati reditus superfluos erogare favore Ecclesiæ, & pauperum, non ex præcepto justitiæ, adeo ut ad restitutionem non teneantur; sed falsa, & erronea hæc assertio ex eo apertissimè dignoscitur, quia doctores, qui hoc asserunt, se unicè fundant in eo, quòd per divisionem Sancti Simplicii immutata fuerit disciplina Ecclesiastica, dominiumque suæ portionis Episcopis assignatum, quando per talem divisionem minimè immutatam fuisse dictam Ecclesiasticam disciplinam, nullumque datum dominium latè probavimus: unde non secus ac illis temporibus ad talem erogationem peragendam Episcopi ex

præ-

Digitized by Google

præcepto justitiæ tenentur, alias furti reos se faciunt: & authoritatibus supra allegatis superaddimus sermonem *Arnulphi* Episcopi, ibi: *Alioquin fures, & latrones nos ratio manifesta convincet.* Nec *Navarrus in qu. 1. monit. 36.* loquitur de hac quæstione, cum ibi tantùm agat de vestibus, & aliis mobilibus datis in eleemosynam pauperibus, quæ nemo est, qui nesciat, quòd eisdem pauperibus acquirantur, sed nos agimus de mobilibus pretiosis, & considerabilis summæ comparatis ex reditibus primæ Ecclesiæ, a qua Episcopus fuit translatus, & penes se retinuit: in his enim dicimus, quòd nullum Episcopus acquirens adeptus fuit dominium, sed Ecclesia, ex cujus reditibus, & proventibus ea fuere quæsita eorumque dominium, non penes Prælatum, sed Ecclesiam residere, & esse, jam latè probavimus. Et quamvis Innocentius XII. qui tribus præfuit Ecclesiis Lyciensi, Faventinæ, ac Neapolitanæ, in statu Cardinalis testamentum exaraſſet omnia sua mobilia relinquendo Neapolitanæ pauperibus distribuenda; tamen jure suo usus fuit, privilegio nempè testandi favore quorum sibi magis placuerit, & si hoc facere poterat vigore indulti Cardinalibus concessi pro suis consanguineis, fortiùs facere potuit absque scrupulo favore pauperum, & suæ ultimæ sponsæ, ex qua omnia per ipsum possessa forsan quæsita fuerant. Sed assumpto eodem SS. Innocentio ad Summum Pontificatus apicem; confici mandavit prò Ecclesia Lyciensi, eique transmisit nonnulla candelabra argentea, aliaque sacra suppellectilia valoris scutorum quatuor mille, memor forsan redituum, quos ab ipsa percepit, ex qua piissima, & sanctissima elargitione meliùs deducitur mens bullæ paulò post emanatæ. Subsulendo autem Innoc. XII. à Camera Apostolica mobilia, aliaque acquisita per Episcopos, & dando istis facultatem disponendi de illis favore Cardinalium, illisque non indigentibus, favore parochialium; non propterea dedit illis dominium bonorum, sed eos administratores, & dispensatores elegit, & deputavit. Quod patet ex verbis §. *cupientes* citatæ constitutionis ibi: *Ad præfatas Metropolitanas* &c. & §. *seq. similiter spectare*: Unde nulli dubium est, quòd Ecclesiis dominium adjudicavit, Episcopis verò designationem concessit ibi: *Præfatis tamen Episcopis* &c. *ut congruos usus*, &c. *in beneficium, & utilitatem hujusmodi Ecclesiarum, in quos, seù quas eadem præmissa applicanda, eroganda, seù expendenda esse censuerint designare valeant* &c. Ecce igitur, quòd S. Pontifex declaravit dominium fuisse apud Ecclesias, quibus præsederint, cum repetito verbo *spectare*.

Nec contraria consuetudo, ut Episcopi possint transvehere bona quæsita in uno ad alterum Episcopatum, officit, quia cùm Episcopus, dum vivit, adhuc remaneat etiam post translationem illorum usuarius, facilè permitti potest, ut pro suo commodiori usu trasportari ea possint, quod tantùm firmat *Bellamera in cap. cum venrabilis de except.* ubi protestatur nihil decidere, num habeat dominium Episcopus transvehens, & alibi se remittit: sed dicimus, quòd illius bona reverti debeant ad Ecclesiam, in qua fuere quæsita, & quæ illorum bonorum adhùc retinet dominium, veluti ex suis bonis quæsitorum, ut optimè eundem Doctorem explicando firmat *Petrus Barbosa in l. divortio 8. 2. par. in princ. ff. sol. matrim. num. 35.* eò fortiùs, quia si ex dispensatione Pontificia, utramque retinuisset Ecclesiam Episcopus, certum est, quod bona quæsita ex reditibus primæ Ecclesiæ prætendere non valeret altera Ecclesia: & ità est dicendum in hypothesi, ubi translatus fuit, & priorem Ecclesiam non retinuit, ne melioris conditionis sit, quàm si semper in ea resedisset, & gubernasset, ut ex punctualissimis authoritatibus probavimus.

Nec considerare prætermittimus, quòd si ex dispensatione Pontificia quis plures Episcopatus, vel curata beneficia retineat, prout in Germania, Polonia, & aliis ultramontanis locis persæpè succedit, & est notissimum, tunc juxtà juris dispositionem ab omni Doctorum schola admissam quælibet Ecclesia succedit in bonis quæsitis ex suis particularibus proventibus. Nec ex quo Summus Pontifex noluit, ut usu, & commodo bonorum in vita privari non valeat Episcopus etiam ægrotans, exinde argui valet, quòd voluerit contra jus, & justitiam Ecclesiam privare bonis quæsitis ex ejusdem proventibus.

Præterea Innocentius XII. concedendo facultatem Episcopis disponendi de hujusmodi bonis favore ecclesiæ cathedralis, quinimo etiam favore parochialium, dominium eisdem Episcopis de dictis bonis impartitus non fuit, quia, cum Episcopus in sua diœcesi sit dispensator, tutor, & administrator, tenetur priùs implicare eadem bona favore Ecclesiæ

Ca-

Digitized by Google

Cathedralis ejus sponsæ, & cui priùs tanquam matrici ejusdem suæ Diœcesis providere debet, & casu, quo ea non indigeret, favore parochialium, quæ dictæ Ecclesiæ Cathedralis dicuntur filiales: unde Summus Pontifex hanc explicando distributionem, quam de jure quilibet Episcopus facere debet; non liberum, & absolutum dominium concessit, sed eundem administratorem, & simplicem dispensatorem voluit, hocquè eò fortius convincitur, quia si eundem dominum efficere voluisset, ad sui placitum eorundem bonorum dispositionem concessisset, non verò limitatam, & restrictam dispositionem concessisset, prout quilibet simplex administrator, & legitimus dispensator habet, & fortiùs quia non exprimit in sua bulla dominium, seu proprietatem aliquam favore ejusdem Præsulis, sed verbis utitur denotantibus, tantùm usum, & administrationem penès eundem esse, ut latè supra ponderavimus: & stringentiùs huic assumpto favet prædicta Innocentiana constitutio, ubi non illi Ecclesiæ, cui præest, assignari hujusmodi Episcoporum bona jussit, sed cui *præsederit*: undè, si tunc bona Episcopatus devolvuntur ad posteriorem Ecclesiam, in qua decedit, quando loquutus est disponens per verba præsentia; per necessarium consequens fit, quòd prædictus Summus Pontifex in dicta constitutione, cum loquutus fuerit per verbum præteriti temporis, nempè *præsederit*, non ultimæ, in qua decessit, sed antecedenti, cui præfuit, bona assignanda intellexerit. Differentias circà bullam pro Regno Sardiniæ emanatam, & Innocentianam, relatas per *Dexart. in capit. sive actis Curiarum Regni Sardin. lib. 2. tit. 1. de Sacros. Eccles. reb. & privileg. fol. mihi* 328. in medium afferre non abre esse credidimus. Prima est, quòd in Regno Sardiniæ Camera Apostolica nullum jus habebat in spoliis Episcoporum, sed ea devolvebantur ad successores ab antiquissimo tempore, ideòque ablata fuerunt Episcopis, & concessa fuerunt Ecclesiis viduatis juxtà id, quod de jure sancitum reperitur. In Regno Neapolis Innocentius XII. Camerę Apostolicę jura abstulit, & viduatas Ecclesias in suis juribus redintegravit, in bonis præsertim relictis ab Episcopo illi Ecclesię, cui præsederit, ad effectum ut successor cum consensu suorum Capitularium bona relicta, & in eadem Ecclesia acquisita viduatæ applicaret. Secunda est, quòd bulla pro Regno Sardiniæ edita fuit favore Regis; Innocentiana verò, de qua agimus, quæque ad Regnum Neapolis pertinet, motu proprio emanata fuit ad sublevandas Ecclesias ut plurimùm inopes, & exiguas nostri Regni. Tertia est, quia bulla Sardiniæ non vocat successores in Episcopatu cùm capitularibus, sed mandat, ut bona Ecclesiarum implicentur absque ulla determinatione eorundem per personas eligendas à Regibus, eorumque successoribus, expresè demandando, ne in hoc se intromittere valeant Archiepiscopi, vel ejus successores, ibi: *Dilectis filiis singulis capitulis Ecclesiarum præfatarum, illarumque personis per Philippum, ejusque successores eligendis*: altera verò ad Regnum Neapolis pertinens expresè vocat Episcopos successores cum capitularibus, & præcisè favore Ecclesiarum, quibus *præsederint*, & in casu non indigentiæ Cathedralium favore parochialium bona applicari mandat. Quarta, & principalior est, quòd bulla pro Regno Sardiniæ utitur tantùm verbis *mortem naturalem* unicè denotantibus, ut præsertim videre est in secunda bulla per *citat. Dexart. fol. mihi* 334. ibi: *Quodque si Archiepiscopum, vel Episcopum extrà suam diœcesim mori contingat*: & pariter inferius: *Archiepiscopum, seu Episcopum vitam cum morte contigerit commutare*; & etiam inferius ibidem: *Bona Archiepiscopi, seu Episcopi hujusmodi defuncti*: & ibidem: *sed in tempore obitus Archiepiscopi, vel Episcopi*: & etiam inferius: *Archiepiscopi, vel Episcopi morientis, &c. Bona dicti Archiepiscopi, vel Episcopi defuncti*. Ideò in Sardinia mos forsàn introductus fuit, quòd spolia non acquirantur Ecclesiis, nisi post mortem. Nostra bulla verò, quæ prospexit ecclesiis Regni Neapolitani, quæque tangit casum translationis illis prægnantibus verbis, *quibus præsederint*, includit spolia primæ Ecclesiæ debenda ex motivo paupertatis per Summum Pontificem ponderatæ. Denique considerandum est, quòd hujusmodi bona quæsita ex reditibus Ecclesiæ habentur ad instar peculii profectitii, quod in bonis provenientibus ex providentia patris, vel domini, habet filius, vel respectivè servus: unde in illis semper Ecclesia habet dominium, ut doctè, & eruditè considerat *Vanespen. in jus Eccles. ast. univers. par. 2. cap. 23. de pecul. Cleric. num. 1. & seqq.* ubi latè probat assumptum, & alios congerit concordantes.

Omni

Omni ævo memoranda est pietas, quâ
6 exercuit Trajanus Imperator, quamquam gentilis erga expositos infantulos: videns etenim immanitatem parentum proprios filios abiicientes, domum in monte Cœlio ædificari jussit, in qua nutrices, & expositi de suo alerentur, ut refert *Sabellicus* in ejus *vita*; & idem refert de columna latearia *Alex. ab Alex. lib.2. dierum genial. cap.* 12. posita in Foro Olitorio, in qua infantes expositi deferebantur. Magnum sanè charitatis opus est nutrire expositos, qui in ipso vitæ principio aliorum hominum pietati relicti ab ipsis vitam recognoscunt, & suos proximos verè dicere poterunt, *Luc. cap.* 10. dicens non proximos illius, qui in latrones incidit, & vulneratus remansit, extitisse eum despectum, & impie derelictum prætereuntes; sed eum, qui misericordia motus curam habuit. *Propinquitas generis*, ut dicit *Aug. in lib.* quem formavit *de doctr. Christ. non facit proximum, sed opus misericordiæ impensum*: & *Ambros. Cognatio non facit proximum, sed misericordia*: quod & comprobatur ex *auth. liberi, C. de Episc. aud.* ubi Imperator jussit privandos filios successione patris furiosi, propter quod noluerunt curam ipsius habere; & dandam esse ei, qui eam procuravit, & suscepit, cum non dicatur proximus, qui abiicit, & alimenta suis denegat, sed qui misericordia motus subministravit. Ideò dixit *Guliel. de Benedic. in c. Raynutius ver. uxorem nomine Adelasiam num.* 259. quòd licèt consanguinei parentes existant; tamen sanguis ille in eis mortuus est, propter quod non parentibus, qui commodum succedendi desiderant, & onus recusant, dandam esse successionem morientium exclamat idem *Benedict. cit. loc.* sed illis, qui curam susceperunt, quia ubi est successionis emolumentum, ibi debet onus curæ, & tutelæ collocari, §. 1. *inst. de legitima patr. tutel. l. divus ff. de offic. Præs. Bened. cit. loc. num.* 250. Ex hoc patet justitia, quam fovent Xenodochia circa successionem expositorum, excluso fisco: infantes enim ingenui, eo ipso, quòd sunt abjecti (ut fuerunt gemini pueri Romulus, & Remus expositi propè fluminis alveum, de quibus *Liv. lib.* 1. *decad.* 1. & *Sabel. lib.* 2. *Æneid.* 2.) vel servi pro derelicto habiti, exeunt à patria potestate, vel à dominorum dominio abdicantur, ut apertè decidit *Imperator Justinian. in novell. const.* posita sub *tit. de infant. expos. novel.* 153. & idem *in l.* 2. & 3. & *fin. C. eod. l. nemini C. de Episcop. aud.* & confirmat *Summus Pontifex in c.* 1. *de infant. & lanq. expos.* & passim alibi, & à parentela dicuntur disjuncti, cum in hoc habeantur, ut vulgò quæsiti, qui nullum certum patrem habent, *Bald. in l. vulgò quæsiti in* 1. *lect. ff. de stat. homin. Put. dec. s.* 435. *num.* 2. *lib.* 1. *Grat. discept. foren. cap.* 267. *num.* 11. quæ parentela tunc manere dicitur, cum vivit effectus sanguinis, & amor in suos, ut benè exemplificavit *Guliel. Bened. in d. c. Raynutius ver. & uxorem nomine Adelasiam num.* 259. addens: *Qui carnem suam pro derelicto habet, verus homo non est, sed homicida*, ut *Gratian.* tradit *loc. cit.* cum nemo carnem suam unquam odio habeat, *cap. non existimemus* 13. *q.* 2. *l.* 2. *ff. de recept.* Carentibus igitur parentela, & proximitate generis, ut supra demonstratum est; sequitur, quòd expositi efficiuntur filii, & veri proximi Hospitalis, cum alii genitores, & patres hi non agnoscant, quàm eos, à quibus vitam per nutricationem habuerunt, nec per hoc vulgi filii appellari possunt, ut ajebat ille: Cui pater est populus, pater est ei nullus, & omnis: quia si vulgi jure filii dicerentur, Respublica, & populus cogeretur eos alere, cum onus paternum sit filios alere, *l. quis à liberis ff. de lib. agnosc. l.* 1. *C. de alend. lib.* ut in propriis terminis notavit *Capol. caut.* 2. loquens de filiis damnatorum ad mortem, quem sequuntur *Bobadil. & Excobar de ratiocin. cap.* 25. *num.* 45.

Isti expositi in publico, non solùm in hac Civitate, & Regno non aluntur de publico, nec compelluntur divites ad præstandam eleemosynam pro illis nutricandis, ut concludit *gloss. in cap. sicut* 47. *dist.* & notant *Abb. c. si quis propter necessitatem de furt. & Avend. de exec. mand. p.* 2. *cap.* 10. *num.* 19. sed si non adesset Hospitale, & charitas aliquorum, qui solent expositos quandoque recipere, & educare, generaliter fame deperirent: unde non possunt dicti expositi appellari filii populi, cum a populo non exerceatur paterna pietas, quæ causatur ob instinctum naturæ inter patrem, & filium impendendi pro alimentis ipsorum, ut probant apertè *Jas. in auth. quod locum num.* 10. *C. de collat. Cavalc. de usuf. num.* 192. Verus autem pater, & proximus est is, qui præstat occasionem nutricandi, & in vita sustinendi infantes, ut maxima cum charitate exercet Hospitale, ut testatur *Molfes. in com. consuet. p.* 5. *cap.* 3. *num.* 24. ergo Hospitale loco

patris

Digitized by Google

patris habetur, ut communiter appellari solet à nutritis, de quo meminit *Præs. de Franch. in decis. 198. circa fin.* quia officium, quod erat paternum, in se transtulit nutriendo expositos, *l. si paterno C. de negot. gest.* idem *Molfes.* & hos expositos esse expensis Ecclesiæ, & Hospitalis alendos, post *Jacob. de S. Georg. in l. hæres absens §. si quis tutelam num. 41. ff. de jud.* tenuit *Abb. in cap. 1. num. 3. de infant. & lanq. expos.* quem sequuntur *Ant. Sola, Surd. de alim. tit. 1. qu. 8. num. 1. & Thes. decis. 118. nu. 1.* idque ante eos tenuit *glos.* loquendo identificè de Hospitali in *cap. fin. in prin. 87. dist.* dicens teneri Hospitale alere hos expositos, idem *Thes. ibi num. 1. Escob. de ratioc. cit. cap. 25. num. 45.* idem *Thes. ibid. num. 4.* Vice itaque patris Hospitale fungitur, cum præstare alimenta coactè ad patrem ex quadam naturali affectione spectet, ut tradidit *Azo in Sum. Cod. de negot. gest. num. 20.* ubi citata jura declarat, & habetur in *d. l. si paterno, & l. alimenta C. de negot. gest.* & sic in consequentiam ad illorum successionem esse admittendum Hospitale, in puncto decidit *Bald.* hujus sententiæ anteſignanus in *l. si qua illustris num. 6. C. ad Orfician.* ibi: *Expositis morientibus in Hospitali succedit Hospitale.* Quam doctrinam secuti fuere *Benedic. in c. Raynutius vers. uxorem nomine Adelaidam de succ. ab intest. num. 256.* non jure hospitalitatis, ut tradidit *gl. in l. nutritoribus vers. hæreditas C. com. de succ.* sed jure collegialis societatis, ut concludunt *Peregr. de jur. Fisci lib. 4. tit. 3. nu. 16.* cum *Bal. & Oliver. Textor. de succ. ab intest. ad fin. operis. num. 126.* & ab eis non dissentit *Thes. decis. 118. in fin.* dicens, Ecclesiam succedere expositis, quia tenetur alimenta præstare, & qui sentit incommoda, commoda sentire debet: & ideo, ut concludit *Surd. de alim. qu. 81. tit. 1. num. 2.* fiscus, qui succedit morienti absque successore, *l. 1. Cod. de bon. vacan. lib. 10.* tenetur alimenta præstare, & allegat *l. fin. C. unde vir. & uxor.* Confirmat eam sententiam *Tartagl. in com. pragm. fin. de compos. n. 33.* dicens: *Succedit Christus, & non Fiscus*: & adducit quandam determinationem factam per M. C. in stupro commisso in personam cujusdam puellæ expositæ Sacri Hospitalis, dicens, fuisse necessarium stupratori pro gratia obtinere remissionem Gubernatorum, quæ non poterat fieri, nisi ab iis, ad quos hæreditas deferebatur, ut cum *prag. 8. de compos.* concludit *Franch. dec. 382. & 611. num. 3.* dicens, jus querelandi, & vindictæ, sicut & remissionis, spectare jure sanguinis, ex *Bart. in l. damni §. Sabini ff. de damn. infect.* seu proximiori successuro, *d. prag. 8. de cōpos. Ric. collect. 234. Thor. compend. decis. tom. 1. verb. Hospitale.* Et quamvis *Præsid. de Franch. decis. 198.* in contrariam sententiam videatur inclinasse; non tamen in ea videtur perseverasse, cum in fine decisionis affirmet, fuisse per eum ordinatum sequestrum, & deindè pecuniam liberatam Hospitali sub cautione: quòd si in contraria perseverasset, utique pecuniam illam hæreditariam nutritorum non liberasset Hospitali, sed fisco. Comprobantur prædicta ex *cit. authent. liberi Cod. de Episcop. aud.* ubi individualiter casus ponitur de filio, qui neglexit curam patris furiosi suscipere, & de patre adversus filium, diciturque, hos successione privandos, & dandam ei, qui suscepit, & procuravit curam: & si furiosi neglecti hæreditas ad suscipientes curam transfertur, exclusis filiis, & patre; quantò magis de expositis, qui nec alium patrem, nec filios recognoscunt, quàm Hospitale, quod eos suscepit, dicendum est, quòd ipsis succedere debeat, excluso fisco? Facit etiam ad exclusionem fisci *Friderici Imperatoris constitut.* incip. *nos Fridericus §. omnes pereg. de statut. & consuet. contra lib. Eccles. in usib. feud.* quæ licèt excludat hospitem à successione hospitati; non tamen includit fiscum, sed vult, ut bona tradantur Episcopo, ut det hæredibus, si fieri potest: alias in pias causas eroget: & *authent. omnes peregrini* desumpta est ex eadem constitutione *§. si verò Cod. com. de succ.* & *And.* loquens de dicta constitutione *Friderici in cap. 1. num. 24. §. bona vacantia tit. quæ sint regal.* dicit: *Piè egit Imperator dari Episcopis eroganda in causas pias, alioquin ultimus successor esset fiscus*: unde, si ultimus successor est fiscus, & ante eum est Ecclesia, non potest fiscus adversus Hospitale quidquam prætendere, cum omni jure sit excluſus, *citat. authen. liberi, Benedict. in dicta cap. Raynutius num. 257. Peregr. de jur. fisci lib. 4. tit. 3. num. 14.* nec Hospitali obesse potest id, quod ibi dicitur, quòd hospiti nil pervenire potest, ut similiter notatur in *leg. nutritoribus Cod. com. de succes.* ubi statuitur, nec jure civili, nec honorario nutritori hæreditatem deferri, quia illud procedit in privatis personis, quibus hoc beneficium Imperator renuit concedere, & ideò dixit nutritori non deferri hæredi-

Digitized by Google

tatem, volens solùm Ecclesiæ, ad quam spectabat de jure onus illos alendi, dare hoc beneficium, ea ratione intrinsecè considerata, quia qui gravatur ad incommoda alimentorum, non debet defraudari commodo successionis, arg. §.1. *instit. de leg. patr. tut. l.divus ff. de offic. præs.* Quod in privatis locum non habet, cum ad id adstringi non possint, & ideò in *leg. nutritoribus* dicitur, nutritoribus hoc nomine nec civili, nec honorario jure deferri hæreditatem, hoc est non dari jure nutricationis hæreditatem, sed benè hospitationis, ut dicit *glos.* ibi, vel quia vice patris fungitur, ut diximus, vel ratione collegialis societatis, ut tradidit *Gul. in cit. loco*, vel quia ab ipsa Ecclesia, & Hospitali defendendi sunt, *cap fin. 87. dist.* & alendi, ut suprà notavimus. Facit etiam ad fisci exclusionem *text. in auth. si captivi Cod. de Episcop. & Cler.* ubi statuitur, captivo in captivitate defuncto non succedere nec filios, qui neglexerunt redimere, nec fiscum, sed bona, Ecclesiæ applicanda, *Gul. in citato loco num.*260. Idem confirmavit *Gomez ad l. Tauri 8. num.*25. ubi licèt contra Hospitale consuluisset; dicit tamen non succedere fiscum, sed bona defuncti debere Episcopo tradi. Et *Pasch. de patr. potest. part.*2. *cap.*1. *num.*75. qui sequitur *Nicol. de Ubaldis in tract. de succeff. ab intestat. part.*5. *num.*37. quamquam contrarium teneat; attamen si observemus authoritates, quas allegat, sunt contra ejus præsuppositum: nam *Bened.* ab ipso *cit. num.*256. tenuit pro Hospitali: *Nicol. de Ubald.* tenuit contra fiscum ad favorem Ecclesiæ: *Antonius Gomez*, uti diximus, mordicùs defendit articulum contra fiscum: idemque affirmavit *Corneus in cit. §. omnes peregrin.* seu *auth. C. com. de succeff.* quem sequitur idem *Paschalis* concludens bona ad Episcopum tradenda esse pro erogatione facienda in pios usus, excluso Fisco *num.*75. ad quod mirabiliter deservit dispositio *d. auth. liberi Cod. de Episc. audient.*

Jura itaque, & DD. contra fiscum concludunt: sed quando esset dubia causa, præ oculis esset habendum illud, quod de præfato Trajano scripsit *Plinius in paneg.* ibi: *Quæ præcipua gloria tua est, sæpius vincitur Fiscus, cujus mala causa nunquam est, nisi sub bono Principe.* A' quo non distat illud dictum invictissimi Regis Philippi II. qui loquens ad Cameræ Senatorem: *Doctor*, ait, *semper in cura habe, & renuncia Senatui, in dubio semper contra me judicandum.* De quo memoriam habemus apud *Porrenum de dictis, & factis Philippi II. cap.*10.

8 Quamvis beneficiati adstringantur reparare Ecclesiam, in qua beneficium habent, *cap.*1. *cap. de his de Ecclesiis ædificandis*; ad id tamen tenentur ex reditibus ejusdem Ecclesiæ, deductis necessariis pro substentatione, *cap. concessio, cap. cognovimus* 12. *quæst.*2. *cap. de his de Eccles. ædific. Trident. sess.* 21. *cap.*7. *Capella Tholos. decis.* 100. *Ricc. part.*4. *prax. ref* 333. 344. & 348. *Tholos.* 2. *syntag. cap.*1. *num.*12. *Ripa lib.*2. *resp.*22. *num.*2. At quando isti reditus desunt, tenentur ad id Cives Ecclesiæ communi, illique novam dotem constituere, ut Salomon Templum ædificavit, dotavit, 1. *Paralip. cap.*16. *cap. si Episcopus de offic. ordin. in* 6. *Fuscus de visitat. lib.*5. *cap.*10. *num.*16.

9 Milites Hierosolymitani omnia religiosorum requisita formaliter, verèque habent, triumque votorum, paupertatis scilicet, castitatis, & obedientiæ professionem emittunt, ac de iis judicium est faciendum, ut de cæteris regularibus professionem voventibus, cum sint verè, & propriè Religiosi, *Abb. in cap.*2. *num.*3. *in fine de statu Monachorum, Navarr. cons.*21. *lib.*3. *num.*1. & 2. *de regularibus, Menoch. de arbitrar. cas.* 56. *num.*16. & 17. *in addit. & cons.*54. *nu.*17. *lib.*1. *P. Molfes. cons.* 24. *num.*2. *Novar. in prax. elect. for. cap.*39. *n.*3. *de Franchis decis.* 439. Unde de eorum bonis disponere prohibentur, *cap. cum ad Monasterium in fin. de statu Monachor. cap. in præsentia de probat. authen. ingressi Cod. de sacrosanct. Eccles.* eorum etenim serva est voluntas, *Mohed. decis.*10. *in fin. de caus. possess. & proprietatis*, & æqualiter refrænata dispositio, *Paleott. decis.*82. Propterea statuta de religiosis, ac de iis, qui professionem emisere, loquentia ex arcta significatione pariter eos comprehensionis ligamine obstringunt, etiamque in feudorum successionibus incapacitatem habent, *Gratian. tom.*3. *cap.*457. *num.*34. idem *Menoch. loc. relat. Rosenthal. de feud. cap.*7. *concl.*30. *part.*1. *fol.*352. & ità pariter in emphyteusi jura clamant, Doctorumque attestationes uberrimè comprobant super *cap. si vassallus si de feud. fuer. controverf. inter domin. & agnat.* Quamobrem nec fratribus, nec propinquis succedunt, nec quoad proprietatem, nec quoad usumfructum, *Maynard. dec.*13. *part.*1. *Ricc. collect.*2242. & in eos nullam alienationem emphytheutis celebrare licet, etiamsi alienandi à directo domino potestatem.

Digitized by Google

teſtatem aſſequerentur; cum tales emphytheutæ hujuſcemodi alienationis cauſa jure ſuo priventur, *Corbol. de jur. emphyteut. in tit. de cauſ. priv. ampliat. 12. num. 1. & 4.*

Et, ſi emphytheuta incapacia clauſtra
10 ingrediatur, & emphytheuſis in alias manus ideò tranſeat, ad eum poſtea religionis vinculis ſolutum, & in epiſcopatum aſſumptum, emphyteutica bona nequaquam revertuntur, nec ad Monaſterium tranſeunt capax, durante quoque Monachi vita, quando in conceſsione actum non ſit, ad hæredes extraneos emphytheuſim pertinere, ut tradit *Corbol.* loco relato *num. 3. & 4. cum ſeq.*

Verè, & propriè emphytheuſis fit,
11 quando pro congrua penſione, & fructibus coæquali, res fertilis, vel pretioſa conceditur, ut expreſsè habetur ex *text. in authent. perpetua*, ibi: *Solito reditu ipſius rei, qui fuit*: & in *verſ. quod ſi res pretioſa Cod. de ſacroſanct. Eccleſ. & in authent. de non alienand. §. quia verò Leonis*, & ſic ex *Alciat.* & per leges prædictas comprobat *Surd. in deciſ.* 204. *num.* 20. In prædictis autem juribus apertiſsimè ſtatuitur, bona Eccleſiarum, nonniſi pro juſta penſione in emphyteuſim eſſe concedenda: juſta autem penſio, (ut *gloſ.* ibi explicat) eſt, quæ 20. annis rei æſtimationem continet, eandemque *gloſ.* latè exornant *Covarr. lib. 3. variar. cap. 9. num. 5. & Valaſc. de jur. emphyt. qu. 11. ex num. 20.* quos congerit *Anton. Pined. lib. 3. inſtit. tit. 25. de locat. & conduct. num. 47.*

Cum omnes Deo, ejuſque Eccleſiæ reverentiam, & venerationem ex præcepto debeant; ob id Mundi Redemptor de templo omnes ementes, & vendentes ejecit, *Matth. 21. & Lyra* poſt *Divum Hieronymum*, cum multis aliis, quos ſequitur *Didacus Baeza lib. 12. cap. 5. §. 1. tom. 2.* templum pro atrio templi intelligunt, quod eſt prima pars templi, antequam ad illud ingrediatur, ut explicant *Aulus Gellius noct. attic. lib. 16. capit. 5. & Alexander ab Alexandro gen. dier. lib. 3. cap. 6.* cui atrio ob templi venerationem immunitatem ad illud confugientes per quadraginta paſſus Matrici Eccleſiæ, aliiſque triginta Pontifices indulſerunt, *17. quæſt. 4. cap. ſicut antiquitus, cap. quiſquis 21. & cap. diffinivit 35.* prohibueruntque in atrio ſub excommunicationis reatu ædificia conſtrui, *12. quæſt. 1. cap. nulla 4.* de quibus omnibus agit *Farinac. in prax. quæſt. 28.* Gentiles maximam Idolorum templis venerationem præbuerunt, ità ut non permitterent, ut alia ædificia altiùs extollerentur ultra templorum altitudinem, ut notavit *Natalis Comit.* alias cæremonias referens *lib. 1. mythol. cap. 10.* cum qua obſervantia concordant Doctores, quos ſequitur *Padil. in l. altius Cod. de ſervitut. & aquæ num. 17.* Providerunt etiam, nè ante Magiſtratus, & templi locum ars quælibet exerceretur: quod præceptum tradidit *Ariſtotel. polit. lib. 7. cap. 12.* ubi *Victor. & Zuing.* ibi: *Hoc autem eſt, quod purum eſſe oportet, vacuumque à rebus cunctis venalibus, neque minutum artificem, neque agricolam, neque alium quempiam hujuſcemodi virum eò commeare.* Nec prætermittendum eſt, quod tradit *Baptiſta Fulgoſ. de dict. & fac. memorab. tit. de mirac. & de gemmis*, quem *Caſſan.* commendat *in cathalog. glor. mundi part. 12. conſid. 62. fol. 575.* antiquos adeò fuiſſe obſervatores, quòd nec quidem muſcis, & canibus ad templum ingreſſum permittebant.

Eccleſia potitur privilegio fabrum
12 obſtrepentem expellendi, ſicut conceditur Doctori, & majori ratione ei, quàm Doctori conceditur, ut loquuntur *Alciat. in leg. 1. num. 52. ff. ſolut. matrimon. & Menoch. caſ. 237. num. 26.* & quod de Fabro eſt determinatum, idem in quolibet alio artifice obſtrepente diſponitur, *Alexand. ibidem nu. 52. Rip. n. 135. Jaſon num. 47. & conſ. 228. lib. 1. & Menoch. dicto caſ. 237. num. 27.* & id dictat ratio notoria impedimenti, & ſtrepitus, quæ eſt generalis in omni artifice, & vicinitas interpretatur à *Bartolo in leg. ſi tertius num. 2. ff. de aqu. pluv. arcend.* & ex recentioribus à *Menoch. caſ. 222. n. 13.* ut vicinus quis dicatur, ſi communem vocem exaudire poſſit, & cum de Dei cultu tractetur, non debemus eſſe communibus menſuris contenti, ſed majores in eo genere rerum menſuras à nobis eſſe exigendas, optimè advertit Sacrarum Scripturarum authoritate *Pater Blaſ. Vieg.* è Societ. Jeſu *in apocalypſ. com. 5. ſec. 2. n. 4.*

De juribus Eccleſiarum tractant *Gavantes in manual. Epiſcop. pag. 100. Sà in aphoriſm. Confeſſariorum pag. 147. Rubeus in aphoriſm. Epiſcop. pag. 228. Zerola in prax. Epiſcop. part. 1. pag. 167. & part. 2. pag. 50. Tuſcus tom. 2. pag. 3. Carrerius in digeſt. fidei pag. 554. Macrus in notitiis pag. 207. Summ. Litterati pag. 565. Barboſ. de jur. Eccleſ. tom. 2. pag. 1. Creſpetius in ſumm. pag. 274. Rodericus in quæſtion. moral. pag. 407. Nicolius in gloſ. pag. 248. Summ. Lezanæ tom. 3. pag. 451.* De Eccleſiæ conſecratione *Caſalius de ritib. Chri-*

Digitized by Google

*ſtianor. pag.*130.& 414. *Granat. in decret. to.*3. *pag.*259. *Graffius to.*1.*conſ. pag.*205. *Raynaudus tom.*16. *pag.*241. *Acta Eccleſ. Mediol pag.*221. *Ventriglia in prax. to.*2. *pag.*281. *Nicolius tom.*2. *reſol. pag.*187. De Eccleſiarum deſtructione *Barboſa in jur. Eccleſ. tom.*2. *pag.*51. De Eccleſiis inſtaurandis, vel diruendis, ac transferendis *Acta Eccleſ. Mediolan. pag.*460. De Eccleſiarum reparatione *Granat. in decretal. tom.*3. *pag.*361. *Zerola in prax. Epiſcop. pag.*326. *Nicolius tom.*2. *reſolut. pag.*199. *Paſtor de bonis Eccleſ. pag.* 1. De fundatione Eccleſiarum *Garzias tom.*2. *polit. reg. pag.*564. De dotatione Eccleſiæ *Ventriglia in prax. tom.*2. *pag.* 281. De Eccleſiarum unionibus *Fuſcus de viſitatione pag.*459. De ingreſſu Eccleſiæ *Summ. Naldi pag.* 395. De Eccleſiis in Archiepiſcopales, & Epiſcopales erectas *Barboſa in deciſion. apoſtolicis pag.*265. De Eccleſia Epiſcopali *Alzedus*. De regimine Eccleſiæ Epiſcopalis *Antonell.* De cultu Eccleſiarum *Suarez tom.*1. *de relig. pag.*265. *S. Antoninus in ſumma tom.*1. *pagin.*173. *Summa Quarantæ pag.*541.

CAPUT XXIV.

De Juribus Eccleſiæ Cathedralis.

SUMMARIUM.

*Cathedralis Eccleſia eſt matrix propriè dicta totius diœceſis n.*1. *Olim nulla erat Diœceſis Parochialis Eccleſia, niſi Cathedralis nu.*2. *Baſilicæ nomen propriè Cathedrali competit, & unde denominationem receperit nu.*3.

*Antiquitùs ſolis Sanctis, ac Sacerdotibus, & in dignitate conſtitutis in Eccleſia dabatur ſepultura n.*4.

*Cathedralis Eccleſia Mater, Magiſtra, Parochia vocatur n.*5.

*Cathedralis eſt, ubi eſt ſedes Capituli, & quarè ità dicta n.*6.

*Inter jura cathedralia non tantùm ſunt Sacramenta, ſed & alia, de quibus num.*7.

*Jus ſepulturæ inter Cathedralia Parochialium eſt præcipuum num.*8. *& ex quibus juri prædicto non refragetur jus Parochi ſpecialis pro ſepeliendis exteris civibus, peregrinis, vagis in Cathedrali nu.*9.

*Si Epiſcopatus uniatur alteri Eccleſiæ, vel alicui Hoſpitali authoritate Pontificis, non tamen Eccleſia illa deſinit eſſe Cathedralis, quamvis ſine populo num.*10.

*Parochialis Eccleſia intra fines alterius abſque Rectoris conſenſu, & neceſſariæ cauſa ædificari non debet, & ex quibus diſmembratio antiquæ Parochiæ de facili fieri non debeat, niſi concurrant copulativè juſta cauſa, & ſolemnitates, quæ enucleantur num.*11.

CAthedralis Eccleſia eſt matrix propriè dicta totius Diœceſis, *cap. venera-*
1 *bilis in fin. de verb. ſig. cap. ex tranſmiſſa de præſumpt.* Nam ab ea non ſolùm inferiores Eccleſiæ, ſed ſacra emanant, & ſubſidiis fovetur piis tota Diœceſis. Qua ratione aliæ impropriè matrices ſunt, *Zerola in prax. verb. matrices, Rota part.*1. *recent. dec.*172. *num.*2. ex *cap.*1. *cap. tranſmiſſa de præſumpt.* Et Cathedralis eſt verè, & propriè Eccleſia matrix, ità ut pro ea, ut principale analogatum, ſumatur analogum matrix, *cap. venerabilis in fin. de verb. ſig. Abb. in cap. ex parte il* 2. *num.*1. *de reſcript. Suarez* 1. *de relig. cap.*24. *num.*2. *Moneta de decimis cap.*7. *nu.*3. *Gloſ. in clement.*1. *verb. matricibus §. quibus de privileg. Fuſcus de viſit. lib.*2. *cap.*2. *num.*1. *Sayrus* 1. *theſaur. cap.*33. *num.*46. *Tondutus part.*1. *quæſtion. benef. cap.*46. *num.*10. *Barboſ. collect. ad clem.*1. *de ſentent. excommun. Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.*15. *num.*170. *Gloſ. in leg. decernimus* 15. *verb. matrices Cod. de ſacroſ. Eccleſ.* eſtque Cathedralis Parochia generalis communis totius Diœceſis, *cap. Apoſtolicæ*, ubi Doctores, *de donat. cap. fin. de ſepult. Caſſaneus catal. glor. mundi part.*5. 35. *conſid.* 5. *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.*15. *num.*173. & *cap.*17. *n.*27. qui in *tract. de unic. Cathedralitatis c.*1. *num.*10. & *cap.*16. *num.*164. ait, jure primævo nullam eſſe Diœceſis Parochialem
2 Eccleſiam, niſi Cathedralem: cum aliæ deinde ad tollendas confuſiones à Cathedrali creatæ ſint ſine proprio præjudicio, *cap. ſi gratioſè de reſcript. Beyerlinch. verb. Paræcia verſ. earum inſtitutio, & antiquitas*, & poſteà fuit conceſſa alibi facultas eligendi ſepulturam in Concilio Lateranenſi, de quo in *cap.*1. *de ſepultur. clement. deteſtandæ feritatis de ſepult.*

Et quamvis nomen Baſilicæ communicetur aliis Eccleſiis, *cap. cum oportet il* 2. *cap. perfectis diſt.*42. *cap. omnes Baſilicæ* 16. *quæſt.*7. propriè tamen una Ca-
3 thedralis Baſilica dici debet: quia aliarū Eccleſiarū baſis eſt, & firmitas diffundens per totam Diœceſim, tanquam per totum corpus, ſacræ doctrinæ, & morum rivulos, *Præpoſit. in cap. non oportet il* 2. *diſt.*42. *Decian. lib.*6. *cap.*24. *num.*29.

Digitized by Google

*num.*29. dicentes eas eſſe à Regibus fundatas,& dotatas, *Frances de Eccl.Cathedr. cap.*15. *num.* 46. poſt *Italiam*, & *Præpoſitum*, meritò reprehendens *Spinum de teſtament. gloſ.*2. *princip. num.*33. dicentem, Baſilicæ nomen incœpiſſe à Baſilio Imperatore, quem primum ait fuiſſe in Eccleſia ſepultum: Enim verò primitus ſolis Sanctis, ac Sacerdotibus in Eccleſia dabatur ſepultura, *cap.nullus* 13. *quæſt.*2. ubi *Turrec.*
4 & plures alii in dignitate conſtituti intra Eccleſiam tumulabantur. Et nomen Baſilicæ ſatis antiquius eſt in veteri etiam teſtamento celebre, 2. *Paralipom. cap.*4. *num.*9. ibi: *Baſilicam grandem*: & *cap.*20. *nu.*13. ibi: *Fecerat Salomon vaſim æneam, & poſuerat in medio Baſilicæ.* Et jure civili Baſilica erat locus confluentis, & conventus facientis populi, Judicantium, Optimatum, *leg.pediculis §.item cum il* 1. *ff.de euro, & argen. leg. l.inter ſtipulantem §. ſacram ff.de ver.obl. Plinius cap.*21. *lib.*5. ibi: *Deſcenderam in Baſilicam Juliam*; *Seneca lib.*3. *de ira cap.*33. ibi: *Fremitus judiciorum Baſilicæ reſonant*; *leg. Baſilicam Cod. de oper. publ.* Baſilicæ autem nomen proprie Cathedrali competens, tanquam baſi totius ſpiritualis, & eccleſiaſtici ædificii, quàm ſit antiquum, docent *Baronius in notis ad martyrolog.die* 5. *Auguſt.* & *Optatus contra Parmenium*, & meminit *Div. Auguſtin. lib. de Eccleſ. dogmat. cap.* 37. *& de Civitate Dei lib.*1. *cap.*4. ibi: *Chriſti Baſilicas*.

Ex eo autem, quòd tota Diœceſis in
5 ſpiritualibus ſuſtineatur à Cathedrali, *cap.de his diſt.*12. meritò ei proſpicit,ut Mater, Magiſtra, Parochia, *cap.venerabiles de verb.ſig.cap. Apoſtolicæ de donat. cap. fin. de ſepult.* & Cathedralis eſt, ubi
6 eſt ſedes Capituli, *Gloſ. in clementin.*1. *verb. matricem de ſentent. excommunicat. Moneta de decim. quæſt.*7. *num.*2. *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.*15. *num.*182. ideò enim dicta aula Cathedralis capitularis, ut pars principalior Cathedralis Eccleſiæ. Nam eò cœtus Canonicorum convenit, & convocari, non congregari dicitur ad differentiam Congregationis, *Gonzalez regul.*8. *Cancell. gloſ.*4. *num.*73. ut de concernentibus Eccleſiæ gubernationem, & juriſdictionem cum capite Epiſcopo agat, *Frances de Eccl.Cathedr. cap.*22. *num.*26.30.46.47.87.104. Faciunt enim unum corpus eccleſiaſticum Capitulum cum Cathedrali, *Add. ad Guid. Papam deciſ.*258. & Eccleſiæ Cathedralis vacantis adminiſtratio ad Capitulum ſpectat, ac meritò ubi eſt Capitulum, ibi jura Cathedralis Eccleſiæ inſunt. Unde dictum Capitulum, quia parvum caput Cathedralis, *Petrus Gregor. de benefic. cap.*10. *num.*15. Nam Epiſcopus eſt caput,& ſimul cum Capitulo, ut cum ſuis membris, corpus conſtituit, *cap. novit de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſ. cap. Verall. deciſ.*84. *num.*3. *part.*4. *Lotter. de re benefic. lib.*1. *quæſt.*15. *num.*10. Inſuper cum Epiſcopus in arduis ſuæ Eccleſiæ debeat perquirere conſilium Capituli, *tit. decret. de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli*; meritò ubi eſt Cathedralis, ibi Capitulum, ibi Eccleſiæ Cathedralis jura, cum Cathedralis inde dicatur domus dominorum Canonicorum, *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.*15.*n.*187.

Inter jura autem Cathedralia, Paro-
7 chialia, ſunt Sacramenta,quæ jure communi à tota Diœceſi licitè percipi valent in Cathedrali, & præſertim baptiſmus, *Daniel de nobilibus diſput.*44. *nu.*1. *Frances de Eccleſ. Cathedr. cap.*21. *n.*83. contra *Barboſ. de poteſt. par. cap.*18. *num.*1. confirmatio, ordo, pœnitentia, & Euchariſtia, etiam in vim Viatici, *cap. omnis de pœnit. & remiſ. Gur. lib.*1. *cont. cap.*27. *num.*24. *Sanchez* 3. *de matrimon. quæſt.*27. *num.*1. *Bonacin.tom.*1. *diſput.*4. *quæſt.*7. *part.*2. *num.*11. *Sbroz. de offic. Vicar. lib.*1. *quæſt.*3. *num.*18. *Barboſ. in cap.officium num.*41. *de offic. Archiepiſcop.* Ut enim Epiſcopus,ità ejus Eccleſiæ Vicarius, & Parochus intra limites ſuę Parochię poteſt omnibus confluentibus de Diœceſi miniſtrare Sacramenta, *cap. quæcumque* 10. *quæſt.*1. *cap. præcipimus* 11. *quæſt.*1. Imò *Frances loc.cit. cap.*21. *n.*122.& 123. idem aſſerit de miniſtrando matrimonio. Certè de Capitulo nulla eſt difficultas poſſe, Sede vacante, ut Epiſcopum, in tota Diœceſi juriſdictionem exercere, & Sacramenta miniſtrare per perſonam Vicarii, vel aliam à ſe deputandam, *c.his qui* 11. *c.*14. *de maj. & obed.*.

Jus ſepulturæ inter Cathedralia Pa-
8 rochialia eſt præcipuum, adeòque competit primævo proprio jure Eccleſiæ totius Diœceſis matrici. Concil. Tribureſe *can.*15. ſub Arnulpho Imperatore ſtatuit, *ut ſepultura morientium apud majorem Eccleſiam, ubi ſedes eſt Epiſcopi, celebretur*; *cap. ubicumque* 6. 13. *qu.*2. *Creſpetius verb. ſepultura in fin. princip.* Omnes enim ſunt Cathedralis Parochiani, ad quam omnes pro Sacramentis percipiendis confluere valent: ibi autem ſepeliri debet moriens, ubi Sacramenta à Pœnitentiario Canonico univerſali,

Digitized by Google

sali, ut à proprio Parocho, recipere valeat. Cum ergo frequentius ad Cathedralem iuscepturus divina populus confluat ex tota Diœcesi; meritò in eadem sepeliri debet, alibi non eligens sepulturam, *cap.1. de sepultur. Tondutus de re benefic. cap.116. num.18. Frances de Eccles. Cathedr. cap.17. n.28. & 63. Mayres de sepult. part.1. in princ. & quæst.5. num.3. Caval. decis.494. num.3. Maranta tom.2. resp.4. num.102.* Unde decretum est à Sacra Congregatione, peregrinum defunctum sepeliendum esse in Cathedrali, *Barbos. de potest. Paroch. cap.26.* & idem *Frances num.173.* jure communi concludit cum *Riccio res.570. num.1.* Neapoli morientes sine electione sepulturæ ex tota Diœcesi exteros, cives, peregrinos, vagos sepeliri in Cathedrali, tanquam in universali Parochia. Quæ consuetudo Cathedralis in funeribus custodienda est, ut tradunt *Pellizzar. tom.2. tract. 8. sect. 2. subsect. 2. num.160.* & *Frances de Eccles. Cathedral. cap. 21. num.149.*

Nec refragatur jus Parochi specialis, 9 ubi quis decedit. Nam Parochus, ubi quis moritur, licèt sit specialis ejusdem Cathedralis, habet intentionem fundatam pro jure funerandi adversus inferiores, non contra superiorem, ut est Capitulum, nec contra Episcopum, *Maranta part.2. controv. cap.21.* referens decisionem *Coccini* in una *Averfana funeralium 23. Junii 1634. Frances de Eccl. Cathedr. cap.21. num.144. & 145. Tondut. part.1. quæst. benefic. cap.63. num.26.*

Si Episcopatus uniatur alteri Eccle- 10 siæ, vel alicui Hospitali authoritate Pontificis, non tamen Ecclesia illa desinit esse Cathedralis, quamvis sine populo, *Affict. decis.17. num.4.*

Ad divisionem, & dismembrationem 11 beneficii non adeò facile est deveniendum, quandoquidem illa legibus est interdicta, ut in *cap. majoribus, cap. vacante de præbendis, cap.1.* ubi *Glossa de rebus Eccles. non alienan.* Et Parochialis Ecclesia intra fines alterius absque Rectoris consensu ædificari nec potest, nec debet, *cap. quicumque, & cap. Eccles.1. quæst.1.* nec quælibet Ecclesia, *cap.1. de nov. oper. nunciat.* Quod adeò verum est, ut tunc nova Parochialis ædificari, vel erigi possit, cum necessitas urget, *Lapus allegat.66. num.6.* & debitæ, statutæque solemnitates servantur; illa quidem, ut causam det dismembrationi antiquæ Parochiæ; istæ, ut adimpleatur forma à lege præscripta, præcipuè quia nemo ambigit dismembrationem esse alienationem, *Rot. Romana in una Elborens. dismembrationis coram Justo 17. Novembr. 1610. Abbas in cap. ad audientiam num.1. de Eccles. ædific. Achilles decis. unic. de rebus Eccles. non alienan.* & *DD. in cap. 1. eodem tit.* & proinde debitas solemnitates præcisè, ac necessariò exigit *Rebuff in compend. alien. rerum Eccles. n.68.* Quod adeò verum est, ut nec justa causa ex se satis sit absque solemnitatibus, nec è contra, sed duo simul copulativè concurrant oportet, *Covarruvias var. resolut. lib.2. cap.17. num.2. Fagnan. in cap. ad audient. de Eccles. ædific. num.14. Gregor. XV.* & *Add. decis.54. Rota decis.68. num.1. part.6. recent.* & frequenter in aliis, de quibus latè apud *Cabobonum decis.6.* postea Summum Pontificem, & latiùs *decis.224. part.1. recent.* Illud etiam verissimum est, concurrentibus supra narratis, Episcopo potestatem esse ex dicto *cap. ad audientiam*, & ex *Concil. Trident. sess.21. cap.4. de reformat.* etiam tanquam Apostolicæ Sedis Delegato, novas Parochias intrà fines alterius erigere, ut etiam docuimus suprà *tit. de offic. Paroch. n.8.*

Haud autem quælibet causa sufficiens est, ut potestatem tribuat Ordinario detrahendi antiquæ Parochiæ novam excitando, cum ad hoc non nisi necessitate impellente deveniendum sit, & semper ac aliter Christifidelibus consuli potest, dismembratio non est admittenda ex regulis generalibus, quia actus prohibiti non debent in usum revocari, nisi cum necessitas urget, quod etiam colligitur expressè ex ipsomet *Sacrosancto Concilio Tridentino*, in quo habemus multitudinem, & numerum Populi non tribuere causam novæ Parochiæ, sed esse cogendum Parochum ad electionem alterius Sacerdotis ministri, qui populo satisfaciat, ac Parochialia jura exerceat, sicut etiam sola loci distantia, & difficultas accessus non est sufficiens causa, sed tunc talis æstimatur, cum aliter provideri non possit. Quòd si per ædificationem Cappellæ consulitur populo, non dismembranda, ac extenuanda est Parochia: quod ex pluribus Sacræ Rotæ Romanæ decisionibus, rationibus, ac Doctorum authoritate comprobat *Pignatell. consult. cap.226. num.12. & 20. tom.4.* atque idem expressè habetur in *Aquilana nullitatis erectionis 10. Maii 1610. coram Domino Pirovano* relata à *Corrado in praxi benef. lib.3. cap.2. fol. mihi 296. & in Marsicana dismembration. 14. Februarii 1594.* penès eundem. Nec aliter alii Doctores sentiunt, cum lo-

Digitized by Google

loquuntur in caſu, de quo agitur, uno excepto *Novar.* relato à *Riccio reſ.*221. *part.* 4. *num.* 3. cumque in allegatione *Novar.* hoc dixerit, dicendum eſt cauſæ, non veritati ſtuduiſſe, & proinde ejus dictum ſuſpectum erit, nulliuſque roboris, *Præſid. de Franchis deciſ.*441. *nu.*3. & 4. Si verò de ſimplici Eccleſiæ ædificatione abſque diminutione, & detrimento jurium antiquæ Parochiæ agatur; quis unquam ſuaderi poterit enixè non eſſe fatendum ſemper non eſſe Eccleſias ædificandas, ac divino cultui maximopere favendum, in quibus terminis loquuntur Doctores relati à *Riccio in praxi part.*4. *reſol.*219. *num.*4. Exigitur proindè præciſa neceſſitas ad conſtructionem novæ Parochiæ, & antiquæ diſmembrationem: quæ neceſſitas debet eſſe permanens, & non ex cauſa accidentali, & quæ non niſi rarò variat, ut fundant *Coſta de remed. ſubſidiar. rem.*75. & *Rota deciſ.*68. *n.*8. *part.*7. *recen.* penes *Pignatell. cit. conſult.*226. *in princ.* quod inconcuſsè ab omnibus recipitur: quandoquidem alii ſunt, qui neceſſariò requirunt nedum periculum, ſed præcisè interitum alicujus Chriſti fidelis abſque Sacramentis, idque alia via non contingat, quàm ob impedimentum illud, quod cauſam dat erectioni: & hoc tanquam verum fuit receptum in *Marſican. diſmembrationis fructuum* 14. *Febr.*1594. relata à *Corrado loco cit.* & in alia ſuperius citata *Aquilana*, & ex aliis deciſionibus id fundat *Pignatell. loc.citat. n.*12. ex *Fagnano*, *Garzia*, aliiſque, quod idem aſſerit *num.*19. Deberent etiam cauſæ nedum allegari, & aſſeri, ſed concludenter, & plenè probari, dato ſcilicet termino, & probationibus legitimè receptis, nec ſufficit Ordinarii aſſertio, quantumvis in viſitatione ex delegatione Apoſtolica id operetur, ut ex multis comprobant idem *Pignatell. loc.cit. nu.*18. 19. & *ſeq. Squillant. de privileg. & obligat. Epiſcop. part.*3. *cap.*13. *nu.*3. *Lotter. de re benefic. quæſt.* 28. *lib.* 1. *numer.*33. *Rebuffus in praxi benef. tit. de erect. nu.*2. *in fine*, *Creſcent. deciſ.*13. *de probation. Riccius in praxi Eccleſ. part.*4. *reſol.*222. *num.*3. & 4. & 223. *num.*3. *Conrad. lib.*3. *cap.*2. *num.*8. qui ſubnectit, hęc omnia debere in actis publicis reduci, ut fuit dictum in *Toletan. Paroch. de Madrid* 19. *Novembris* 1601. *Lotter. loc.cit. nu.*39. & eſt evidens ex eodem *cap. ad audient.* ubi tunc demum permittitur erectio, cum cognitio præceſſerit, rem ità ſe habere: & ex cauſa frivola diſmembratio non poteſt permitti, &, ſi reperiatur facta, eſt annullanda, & irritanda, ut, præter alias Rotæ Romanæ deciſiones in ſimilibus cauſis emanatas, quas recenſent *Conrad.* & *Pignatell.* in præciſis terminis decrevit, & diffinivit *Sacra Concilii Congregatio die* 12. *Auguſti* 1628. cujus tenor eſt: *Laudenſis R.P.D. Caſius Commendatarius Sancti Baſſani. Die* 12. *Auguſti* 1608. *Sacra Congregatio Concilii cenſuit, Epiſcopum non potuiſſe Parochianos diſmembrare, ſed cogere Commendatarium Cappellam intra Civitatem erigere, quæ in proprietate ſit Eccleſiæ Parochialis Sancti Baſſani, in eaque deputari Sacerdotem amovibilem ab Epiſcopo approbandum, qui adminiſtret Sacramenta illis, qui ſunt intra Civitatem, ad quos Parochus non poteſt nocte, eo quia portæ Civitatis clauduntur, accedere: donec verò hujuſmodi Cappella conſtructa fuerit, authoritate hujus Sacræ Congregationis mandet Parocho S. Laurentii, ut Sacramenta eiſdem adminiſtret, congrua portione ei per eumdem Commendatarium aſſignata. Ita reperitur in regeſtro authographo decretorum ejuſdem Sacræ Congregationis lib.*13. *ſol.*507. *à ter. In fidem &c. hac die* 2. *Auguſti* 1690. Ita eſt ego R. Pallavicinus Sac. Congregat. Concilii Secretar. *Locus* ✠ *Sigilli*.

Et canonicis ſanctionibus ſtatutum eſt conſenſum primi Parochi requiri, nedum propter grave præjudicium, quod illi infertur ob novam erectionem, ut in *cap. multis conſiliis*, & *cap. felix*, & *cap. ſequ.*16. *quæſt.*1. & tenent *Gloſſa final. in cap. nullus* 99. *diſtinct. Lapus alleg.* 66. *num.*3. *verſ. debet tamen requiri*, *Rebuff. ubi ſuprà num.*4. *Rota apud Seraphinum deciſ.*414. *num.*1. & *deciſ.*1062. *numer.*1. Siquidem ſcripſit *Dionyſius* Pontifex Severo Epiſcopo *epiſt.*2. ibi: *Eccleſias ſingulas ſingulis Presbyteris dedimus*, *Parochias*, & *Cœmeteria eis diviſimus*, & *unicuique ius proprium habere ſtatuimus: ita videlicet, ut nullus alterius Parochiæ terras*, *terminos*, *aut jus invadat*, *ſed unuſquiſque ſuis terminis ſit contentus*, & *taliter Eccleſiam*, & *Plebem ſibi commiſſam cuſtodiat*, *ut ante Tribunal æterni Judicis ex omnibus ſibi commiſſis rationem reddat*: & talis conſenſus requiritur tanquam forma à lege inducta ad actus validitatem, & ſi non adſit conſenſus, erit ſaltem neceſſaria citatio, ut actus conſiſtat, quia nedum conſideratur tantùm perſona Parochi, ſed jus Eccleſiæ, & proindè publicus favor, ut dicitur in *Toletan. Parochial.*1. *Februar.*1602. apud *Garziam de benef. part.*12. *cap.*3. *num.*8. & in alia *deciſ. Rotæ* 54. *nu.*3. *par.*4. *to.*2. *recent.*

Digitized by Google

recent. ut videre est penès *Pignatell. cit. consult.* 226. *num.* 18. *in fine*: unde fit, ut actio impediendi dismembrationem, tanquam directa ad publicum bonum, sit popularis, & cuique competat, *Spad. cons.* 92. *num.* 5. *lib.* 2. *& cons.* 170. *num.* 4. ejusdem libri. Ex quo communiter à Doctoribus est receptum, quòd hujusmodi consensus debet esse expressus, non autem implicitus, & tacitus, sive præsumptus, *Glos. in cap. dudum* 1. *in verb. perpetuis de rebus Eccles. non alien. in* 6. *Lotter. loc. cit. num.* 17. qui ait ità decisum in dicta *Elborens. dismembrationis*, *Ventriglia in praxi Eccles. part.* 2. *tit. de union. ben. f. annotat.* 8. §. 2. *nu.* 18. *Riccius in praxi part.* 1. *resol.* 392. *nu.* 3. Et cum requiratur tamquam forma, non potest actum subsequi, sed debet in ipsomet actu intervenire, *cap. auditis*, *cap. quia propter de elect. Cyn. Bald. Paulus de Castro*, *Alex. Soccin.* aliique innumeri penès *Tiraquell. de leg. connubial. gloss. verb. consentement num.* 3. qui latè rem prosequitur, & varias species distinguit, quando scilicet consensus possit subsequi, & convalidare actum antecedentem, & quando non, illa communi distinctione recepta, ut, cum exigitur tanquam solemnitas, debeat necessariò, & omninò in ipso actu, & non post intercedere, non sic cum interponitur etiam tanquam solemnitas, quia tunc, licèt postea intercedat, actum nec firmat, nec convalidat, uti diximus, & decisum reperitur in una *Senogallien. spolii* 10. *Decembris* 1568. coram *Finetto*, quam citat *Conrad. loc. citat. cap.* 2. *num.* 4. Quòd si Abbas, sive Rector Ecclesiam repræsentet, & omnia jura retineat, requiritur expressus consensus Abbatis; seu Rectoris Ecclesiæ, & non ipsius Vicarii Curati, cum penès Abbatem jura Parochialia resideant, non autem penès Vicarium Curatum, qui solùm habet exercitium, & suam congruam percipit de reditibus Abbatis, *Lotter. loco sup. cit. num.* 18. 19. & 20. *Barbosa in collect. Concil. Tridentin. sess.* 21. *cap.* 4. *nu.* 12. *Rota in Aquilana nullitatis erectionis* 24. *Maii* 1610. coram *Domino Pirovano*, quam refert *Conrad. loco cit. cap.* 2. *subor.* 3. *Abb. in cap. extirpandæ* 30. §. *qui verò nu.* 15. *de præbend.* Et cum consensus hic duplici ex causa desideretur, ob interesse scilicet Parochi, & ob solemnitatem à jure inductam, ne Ecclesiæ depauperarentur, cumque facti sit, plenè de illo apud acta debet constare, ex quo qui in illo fundatam habet intentionem, eumdem is ipse probare tenetur ex apertissimis juris principiis.

De Ecclesia Cathedrali tractat per integrum tractatum *Frances*, & de eadem materia pertractant *Barbos. in decis. apostol. pag.* 265. *Fuscus de visitat. pag.* 81. *Tuscus tom.* 3. *pag.* 12. *tom.* 1. *& pag.* 390. *Barbos. de jur. Eccles. to.* 2. *pag.* 16. *Piasecius in prax. Episcop. pagin.* 128. *Venerus in exam. Episcop. pag.* 323. Cathalogus Ecclesiarum Cathedralium, *Rebuffus in prax. pag.* 435. *Pax Jordanus tom.* 1. *elucubrat. in princip.* De Ecclesia Parochiali *Piasecius in prax. Epis. pag.* 145. *Barbosa in repert. jur. pag.* 272. *& dec. apostol. pag.* 513. *Fuscus de visit. pag.* 220. De structura Ecclesiarum Parochialium *Carpzov. de jur. Eccles. pag.* 939. De Ecclesiis Parochialibus Urbis *Barbosa in decis. apost. pag.* 262. De Ecclesia Collegiata *Tuscus tom.* 1. *pag.* 539. *Nicolius in flosc. pag.* 150. *Barbosa de jur. Eccles. pag.* 57. *Fuscus de visit. pag.* 213.

CAPUT XXV.

De Cappellis, & Sepulturis.

SUMMARIUM

Thæbanis non licebat domum ædificare, nisi prius sepulchrum sibi construxissent num. 1. *ubi memoratur circa hoc mos Ægyptiorum, & aliorum: & quarè mos prædictus magis Christianis conveniat num.* 2.

Sepulchra, & monumenta in quibus differant n. 3.

Sepulchra aut familiaria, aut hæreditaria sunt, & explicantur numer. 4. *& 7.*

Sepulchrorum jura qualiter in petitorio coram Judice ecclesiastico, in possessorio coram seculari peragi debeant n. 5.

Authores, qui de funeralium, aut sepulchrorum materia principaliter, aut incidenter tractarunt, recensentur num. 6.

Verba insculpta in marmore sepulchri etiam probant voluntatem, & intentionem fundatoris num. 8. *quique comprehendantur, vocatis per fundatorem posteris, & descendentibus n.* 9. *& quòd comprehendantur etiam descendentes ex linea feminina nu.* 10.

Jura sepulchralia non transeunt penès fideicommissarium, sed remanent penès hæredem n. 11. *Qualis olim fuerit mos, ne ossa pluriumfamiliarum in eodem sepulchro commiscerentur n.* 12.

Jura sepulchralia quamvis transeant cum universitate bonorum; id procedit in

Digitized by Google

in ſepulchro hereditario, non familiari, & gentilitio n.13.
Si quis decedat, nulla facta ſepulturæ electione, in ſepulchro ſuorum majorum condi debet n.14.
Sepulchra antiqua conferunt ad nobilitatis probationem n.15.
Arma majorum in ſepulchris qualiter abſque eorum, & deſcendentium injuria amoveri non poſſint n.16.
Sepulturæ electio fieri poteſt à ſano, vel infirmo coram Parocho, vel ſimplici Confeſſario n.17.
Sepulturæ electio per actus inter vivos fieri poteſt ante mortem n.18.
Sepeliri debet in propria ſepultura, qui illam habet, nec aliam elegit n.19.
Sepulturæ electio probatur per duos teſtes n.20.
Sepulturæ electio poteſt per ſigna, & per nutus probari n.21.
Sepulturæ electio eſt actus ultimæ voluntatis n.22.
Sepulturæ electio quam notitiam requirat, ut probetur n.23.
Uxor non eligens ſepulturam, ſepelitur in illa mariti, & an ſervus in illa domini n.24.
Confratres ubi ſepeliantur, non facta electione ſepulturæ n.25.
Tertiarii ubi ſepeliantur, non facta electione ſepulturæ n.26.
Sepultura quænam ſit reſpectu illorum, qui exteri moriuntur in aliquo loco num.27.
Sepeliri an debeant exteri in Parochia, an in Cathedrali n.28.
Hiſpani morientes Neapoli ſine electione ſepulturæ ubi ſepeliantur n.29.
Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Neapolis ſuccedit in bonis peregrinorum, & advenarum Neapoli venientium, non facta electione ſepulturæ, qui ſepeliri debent in Cathedrali n.30.
Capitulum Neapolitanum ſuccedit in bonis exterorum Neapoli morientium num. 31.
Sepultura exterorum, vel forenſium morientium ſine electione illius, qualis ſit, Cathedralis, vel Parochialis n.32.
Hiſpanorum cadavera, non electa ſepultura, ſepeliuntur in Eccleſia S. Jacobi, non in Cathedrali Neapolitana n.33.
Electio tacita ſepulturæ qualiter colligatur n.34.
Sepultura familiæ cenſetur electa, mortuo aliquo de familia, non facta electione num.35.
Capitulum Neapolitanum non poteſt prætendere ſucceſſionem bonorum Hiſpanorum morientium ſine hærede num.36.
Capitulum Neapolitanum ſuccedere in bonis exterorum fuit deciſum, & quando n.37.
Hiſpani commorantes Neapoli non poſſunt dici peregrini n.38.
Civis Neapolitanus quis ſit, & an miles commorans in aliquo loco n.39.
Hiſpani habent privilegia Neapolitanorum, & quando, & peregrini in jure noſtro qui dicantur num.40.
Civium appellatione in ſtricta ſignificatione qui contineantur n.41.
Capitulum Neapolitanum in quibus bonis ſuccedat, & quando n.42.
Privilegium Eccleſiæ Sancti Jacobi, à quo, & qualiter ſit conceſſum num.43.
Princeps an deroget teſtamentis, & quando n.44.
Rex an poſſit præjudicare alteri privilegium concedendo, & quando n.45.
Privilegium conceſſum ob publicam utilitatem, qualiter interpretetur n.46.
Princeps poteſt revocare privilegia, & quando n.47.
Princeps revocare an poſſit privilegia ſine cauſa, & quando n.48.
Privilegium, ut revocetur, quæ cauſa requiratur, & qualis n.49.
Regula de non tollendo jure quæſito qualiter intelligatur n.50.
Princeps ſolus cognoſcit de conceſſionibus ſuis n.51.
Jus ſepeliendi qualiter ſit ſpirituale, & qualiter jus recipiendi pecuniam nu.52.
Capitulum Neapolitanum tenetur de per ſe ſepelire cadavera exterorum &c. num.53.
Memorantur jura Capituli Neapolitani prò funeribus in Civitate, vel in Diœceſi Neapolitana pro tempore decedentium, ſi in aliquo ſingulari loco non eligant ſepulturam, quòd in Eccleſia S. Reſtitutæ debeant ſepeliri, & eorum exequiæ in eadem peragi ex determinationibus Pontificiis, decretis Sacræ Congregationis, Synodis, reſcripto Regis Ferdinandi, & rebus judicatis num.54.
Expenſæ funerum fuerunt introductæ cum ipſo orbis exordio n.55.
Non ſuſtinetur voluntas defuncti nolentis fieri expenſas decentes ſtatui, & dignitati in ſui tumulatione n.56.
In primitiva Eccleſia quomodo fideles tumularentur n.57.
Summus Pontifex tumulandus expenſis vel Cleri, vel Populi, vel Cameræ Apoſtolicæ, Prælatus expenſis Eccleſiæ, Ca-

Digitized by Google

nonicus expensis præbendæ, Parochus ex bonis Perochiæ n.58.

Parentes qualiter teneantur pro filio inope etiam naturali, & spurio pro expensis funerum n.59. quemadmodum filius pro sepultura patris, & matris inopis num.60. & superstes defuncti conjugis inopis num.61. & servi inopis nu.62. & pauperis n.63.

Sepulturæ electio cuilibet competit numer.64.

Electioni sepulturæ, & cadaveris translationi leges favent, & ex quibus sepulturæ loca sacra, & religiosa dicantur num.65.

Serenissimi Regis Alphonsi de Aragonæ factum, & sepulturæ electio adducitur num.66.

Depositarius non habet neque dominium, neque possessionem, nec potest præscribere n.67.

Possidens precario, vel alieno nomine non possidet, neque præscribit n.68.

Præscriptio non currit cum mala fide num.69.

Præscriptio non valet cum titulo invalido num.70.

Sepulchrum est quid religiosum, & imperturbabile n.71.

Depositarius tenetur restituere depositum, & nullam opponit exceptionem num.72.

Cadaveris translatio de loco ad locum potest fieri sine ulla licentia n.73.

Testamenti revocatio non præsumitur n.74.

Scriptura dat fundamentum intentionis num.75.

Testamentum, quod habuit effectum, non præsumitur revocatum n.76.

Sepulturæ electio qualiter probetur n.77.

Depositarius non tenetur ad expensas factas pro re deposita n.78.

Scripturarum pluralitas non præsumitur num.79.

Translatio cadaveris de uno loco ad alium, ad cujus instantiam fieri possit num.80.

Electio sepulturæ facta altero suggerente, inducente, instigante, & sollicitante, qualiter sit nulla n.81.

Nequeunt communes, & singuli de communitate collective, & distributivè validè eligere sepulturam in aliqua Ecclesia num.82. & quibus modis fieri possit 83.

Electio sepulturæ quamvis sit libera, non est tamen omninò libera, ut fieri possit contra leges n.84.

Durum non potest dici, ut Ecclesia succedat exteris intestatis decedentibus num.85.

Mortuaria, & anniversaria dicuntur distributiones quotidianæ 86. & non subjiciuntur solutioni decimarum Papalium num.87.

Ante obitum beneficiati non exactæ non subjacent spolio n.88.

Si contingat laicos contendere super jure sedendi in Ecclesia, Episcopus est Judex competens n.89.

INter illos quinque notabiles mores apud Thebanos usitatos, ille præcipuus erat, ut refert *Homerus*, nemini licere sibi domum ædificare, nisi priùs sepulchrum sibi construxisset; & optima certè ratione id observatum fuit, ut quisque recordaretur se esse mortalem, & brevi tempore esse victurum. Hinc Ægyptii magno studio cœperunt ædificare sepulchra, in quibus homines satis majori tempore sunt permansuri, quàm in domibus, ut advertit *Joseph lib.1. de antiquit.* & Chemis eorum Rex fuit primus, qui pyramides construi fecit, ut refert *Diodor. Siculus lib.2.* cujus exemplo alii similes construxerunt, & à Cabreo ejus fratre fuit ædificata Pyramis, quæ annumerata fuit inter septem orbis miracula, ut notat *Herodotus*. Sic etiam commemoratur mausoleum sepulchrum Mausoli Regis Cariæ in Halicarnasso, quod prius Zephira dicebatur, conditum ab Artemisia conjuge, similiter enumeratum inter mundi admiranda hac una de causa, quòd erat columna, in qua sculpenda claruerunt quatuor excellentissimi Sculptores, scilicet *Scopas*, *Briax*, *Timotheus*, & *Leocares*. Iidemque Ægyptii cadavera condebant, ne à vermibus depascerentur. Verùm enim verò, hæc, quæ stultitia fuit apud Ægyptios, qui id faciendo sequebantur opinionem Stoicorum, qui studebant ad conservationem corporum mortuorum, existimantes, tantum animam duraturam, quantum defuncti corpus conservabatur, ut advertit *Serv. lib.3. Æneid.* summa prudentia, & virtus est apud nos Christianos: mortuos enim sepelimus in fidei testimonium: quia carnis resurrectionem credimus, & expectamus, & cœnotaphium, seu tumulum mortuo erigimus, non quia existimemus aliquid mortuo opitulari curationem funeris, exequiarum pompam, & sepulturæ conditionem, cum hæc magis vivorum solatia sint, quàm subsidia mortuorum, ut inquit D. *Augustinus in lib.*

Digitized by Google

lib. de cura pro mortuis relatus in 13. *quæst.2. can. animæ*, qui subdit licuisse Poetis plausibiliter dicere: *Cœlo tegitur, qui non habet urnam*; *Lucan. in 7.* sed id facimus, ut eos, qui viventium oculis morte subtracti sunt, ne oblivione etiam cordibus subtrahantur, in memoriam revocemus, ut pia suffragia ab eorum posteris, & propinquis expectent, & ut alii sæpius cogitent se morituros: ideòque memoriæ, vel monumenta dicuntur ea, quæ insignita fiunt sepulchra mortuorum, quia monent, ideſt admonent viventes recordatione mortis, *Augustin. loc. cit.* Nam, ut inquit *Gregorius*, nihil est, quod has humanas voluptates, animique continuos motus magis cohibere, aut comprimere possit, quàm animo sæpè revolvere, ac meditari, quàm brevi tempore futura sit hæc tàm culta, & splendidè ornata caro. Id enim tot pretiosis unguentis, tot suavissimis odoribus, tot aromatibus, tot vestibus, auro, ostrove contextis ornare, atque illustrare summa cura, ac diligentia contendimus, quod paulò post tabefactum, ac corruptum gravi fœtore vermibus corrodendum tradere oportet: *Omnes moriemur, & omnes, qui de terra sunt, in terram convertentur*, ut habetur 14. 13. *qu.2.can. in Ecclesiastico*.

Sepulchra, & monumenta in eo differunt, quòd in his nullius unquam corpus, vel ossa recondita fuerunt, *l. monumentum 52. ff de relig. & sumptib. funer.* quod testatum etiam habemus in Evangelio Joannis, ubi de sacrosancto Salvatoris nostri Jesu Christi corpore sepulto ait: *Et in horto monumentum novum, in quo nondum quisquam positus fuerat*: in illis autem secus est; nam si in monumentum corpus, vel reliquiæ inferantur, sepulchrum appellatur, *dicta l. monumentum, & l.2. eod. tit.* quamvis hæc vocabula sæpè sæpiùs confundantur, ac unum pro altero ex usu loquendi sumatur.

Sepulchra, aut familiaria, aut hæreditaria sunt. Familiaria dicuntur, quæ quis sibi, & suæ familiæ constituit, & favore sepulturæ nomine familiæ veniunt omnes hæredes, & liberi, cujuscumque sexus sint, ac gradus, sive hæredes, sive non, aut emancipati, *Petrus Franciscus Linglois decis. 8. qu.4. num.5.* ubi etiam ait, quòd veniunt gener, & nurus, si alii propinqui deficiant. Hereditaria verò sepulchra sunt, quæ quis sibi, hæredibusque suis constituit: unde hoc jus sepulchri non habent, nisi qualitas hæreditaria concurrat, ut probat citatus *Linglois loco cit. num. 6. & sequ.* ubi ait, quòd etiam exhæredatis jus hoc sit concessum, nisi specialiter testator justitiæ motus odio id vetuerit.

Sepulchrorum jura cum religionis sint, *leg.1. Cod. de mortuo inferendo, & l.2. de religiosis, & sumptibus funerum*, in petitorio, vel ratione proprietatis coram Judice ecclesiastico excudi debent, *cap. ultimo extra de judic.* cum *glossa in verbo super proprietate*. Possessorium verò, cum sit mixti fori, coram seculari Judice tractari posse, testantur *Gayl. lib.1. observ.37. num.5. & observ. seq. n.3. & 4. Minsing. centur.2. observ. 67. Guid. Pap. decis. qu.1. num.1. & 2.*

Innumeri sunt auctores de funeralium, aut sepulchrorum materia sivè incidenter, sivè principaliter tractantes, & recensentur *à Lavorio variar. lucubrat. tit. 2. de prisco, & recenti funere cap.1. nu.2. & 3. Jo: Bapt. Asin. in tota repet. de relig. & sumpt. funerum, Sebast. Medic. in trac. de sepult. Samuel in eodem tract. Bulf. in eod. tract. Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius de testam. Cassan. in cathal. glor. mundi Alex. ab Alex. dierum genial. Cam. Borrell.* in duabus suis *decis. Justus Lipsius in saturnalibus, Pavinius de Republ. Reg. Tappia in 2. tom. juris Regni, Jacob. Guther. de ritib. fun.* ac latissimè *Petrus de Murga monach. Benedict. Hispanus in disquisition. canonicis, & moralib. t. 1. tract. 3. de sepult. & ejus loc.* ubi de variis sepulturæ nominibus.

Sepulchra alia dicuntur familiaria, alia hæreditaria, *Cajus lib.19. ad edictum* relatus *in l. familiaria ff. de religiosis, & sumptibus funer.* ibi: *Familiaria sepulchra dicuntur, quæ quis sibi familiæque suæ constituit; hæreditaria autem, quæ quis sibi hæredibusque suis constituit*: & addi potest: Vel quæ pater familias jure hæreditario acquisivit. Differentia inter utrumque sepulchrum ea est, quia familiare ad familiam pertinet, etiamsi nullus ex ea hæres sit, *l. 13. cit. tit. l. si quis fuerit eodem tit.* immo etiam exhæredatis familiaria sepulchra non tolluntur: hæreditarium verò hæredes sequitur, *l. his consequenter §. sed etiam ff. famil. erciscundæ*: & etiam restituta hæreditate fideicommissario, illud apud hæredem remanet, *l. quia perindè §. restituta ff. ad Trebell. l. si patrono §. qui fideicommissariam ff. eodem.* & tale sepulchrum bonorum possessorem sequitur ex Jaboleni sententia in *l. libertus ff. de bonis libert.* ut benè explicat *Jacobus Gutherus de jure manium, seù de ritu, more, & legibus*

Digitized by Google

prisci funeris lib.3. cap.9.& 10. Alia verò sepulchra sunt, quæ neque hæreditaria, neque familiaria dici possunt, sed fideicommissata, quæ ex destinatione fundatoris ad certum genus personarum spectant. Etiam ex verbis sculptis in marmore sepulchri voluntas, & in-
8 tentio fundatoris dignoscitur, ut notant *Gloss. & DD. in cap. cum causam extr. de probat. & in l. vel qua §. liberti autem ff. de religios. & sumpt. funer. l. prima de albo script. Speculator. in §. videndum num. 12. de probation. p. 2. Speculi, Joann. Baptista Asinius in comment. ad tit. ff. de religios. & sumpt. funer. ad l. 5. d. tit. num. 3. Jason de action. §. pœnales num. 16. Cagnol. in l. precibus Cod. de impub. & aliis substitut. num. 255. Castrens. in l. si sepulchrum Cod. de religios. & sumptib. funer. Anchar. consil. 113. Gasp. Thesaur. quæst. 11. n. 3.* in fine, *& Prat. lib. 3. discept. forens. cap. 23. num. 67.* & talibus inscriptionibus credendum est juxta tradita *per Asinum loc. cit.* Si autem ex verbis deducatur fundatorem considerasse perpetuitatem sepulchri vocando poste ros, & considerando commodum suorum descendentium, ho-
9 rum contemplatione sepulchrum erectum dici debet, iidemque invitati, ut ibidem sepelirentur, ultra perpetuitatem, quæ arguitur ex rei qualitate, ex traditis per *Jasonem in l. filius famil. §. Divi lect. 2. num. 147. de legat. 1.* & *Præsid. Merlin. contr. forens. cap. 72. numer. 13. in fin.* & contemplatus favor descendentium, & posterorum non modò intelligitur ex ipsa sola rei qualitate, ut per *Gloss. 1. in leg. quotiès ab omnibus Cod. de fideicom. Bart. in l. fideicommissum §. Divi num. 3. & 4.* & alios apud *Prat. lib. 3. discept. forens. cap. 23. num. 68.* sed ex dicta inscriptione, in qua posteri invitantur: undè sepulchrum prædictum non erit nec familiare, nec hæreditarium, sed jus talis sepulchri spectat ad omnes descendentes fundatoris ex propriis personis, uti vocatos, venientes, *l. vel quæ* ibi: *Non etiam alios præter suam posteritatem inferre licet*; & *l. venditor* ibi: *Ut ipse, posterique ejus illo fruantur; ff. de religios. & sumptib. funer. Cagnol. in l. precibus num. 247. Cod. de impub. & aliis subtilt.* sub qua posterorum appellatione propriè veniunt omnes descendentes in infinitum, *l. vocatio ff. de muner. & honor. l. quod his in fin. ff. de legat. 3. l. 1. & l. 4. ff. de rer. immunit. l. Jurisconsultus §. parentes ff. de gradibus, & affinib. Rustic. in l. cum avus lib. 6. cap. 9. num. 1. ff. de condit. & demonstrat. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 23. & 37. Fusar. de substit. qu. 330. num. 2.* dicta *l. Jurisconsultus §. parentes*, ibi: *Apud Romanos usque ad tritavum proprio vocabulo nominantur, ulteriores, qui non habent speciale nomen, majores appellantur. Item liberi usque ad trinepotem: ultrà hos posteriores vocantur.* Posteriorum verò appellatione veniunt etiam descen-
10 dentes ex linea fœminina, *Cagnol. loc. cit. Barb. in repet. l. cum acutissimi ff. de fideicommiss. Fusar. de substit. qu. 330. nu. 5.* per tex. *in dicta l. Jurisconsult. §. parentes*, & per alia jura ab ipso adducta, *Petr. de interpr. ult. volunt. fol. 293. num. 67. & fol. 337. num. 10. Peregr. de fideicom. art. 22. num. 37.* quæ dispositio eò fortiùs procedit, dum non sumus in materia odiosa, sed favorabili, qualis est jus sepulchrorum: his enim famæ æternitas conservatur: his virtus clarorum virorum reviviscit: his gentis nobilitas plerumque probatur. Immò etiam in sepulchro familiari, seù gentilitio veniunt descendentes ex fœminis, quando nullus alius adest ex illa agnatione; nam fœminæ etiam retinent memoriam avitam, *Anchar. consil. 113. Gaspar Thesaur. quæst. 11. num. 4.* & fideicommissa, quæ ex voluntate pendent, sunt benigniori interpretatione fovenda, *Cujac. lib. 3. observat. cap. 34. Præs. Merlin. loc. supra cit. cap. 72. num. 13.* ubi dicit, quòd in domo, vel sepulchro majorum, in quo cadit affectio, recipit quoque fideicommissum extensionem, &, ut inquit *text. in l. sunt personæ ff. de religiosis &c. strictam rationem insuper habemus, quæ nonnunquam in ambiguis religionum quæstionibus omitti solet: nam summam esse rationem, quæ pro religione facit.* Et
11 jura sepulchralia neque transeunt in fideicommissarium, sed semper remanent penès hæredes non tantùm pro rata hæreditaria, ut dicunt *DD.* per *text. in l. quia perindè §. 1. ff. ad Trebell. Thesaur. quæst. 99. num. 5. lib. 1. Molina de justit. & jure tom. 1. disput. 188. num. 6. Gomez lib. 1. var. cap. 5. num. 29. Intrigliol de substitut. centur. 2. qu. 94. n. 29. Peregr. de fideicomm. art. 6. num. 35.* sed in solidum: importat quod quidem, quòd cuique etiam ex minima parte hæredi sepultura æque ac aliis debeatur: & apud Majores nostros, ne cadavera familiarum miscerentur, tanto studio observatum est, ut in domibus, quas singuli incolebant,
12 doliis, aut vasculis cadavera conderent, qua ex causa lares, quos domesticos vacabant Deos, colere cæperunt, ut inquit *Jo: Baptista Asinius comment. in tit. ff. de religios. & sumpt. funer. l. 12. §.*

Se-

Digitized by Google

Senatusconſulto ſubdens, quòd ex hoc, ne oſſa plurimarum familiarum in eodem ſepulchro commiſceantur, in duabus præcedentibus legibus dicti tituli habetur, quòd ſepulchrum ſibi retinent vendentes, ut ipſi, poſterive eorum illuc inferantur: & concludit his verbis: *Malè igitur faciunt Sacerdotes, qui familiarum extinctarum ſepulchra novis familiis aut vendunt, aut precario concedunt, aut quoquo modo permittunt*: & in *cit.* §. *Senatuſconſulto* cavetur, ne uſus ſepulchrorum permutationibus polluatur, ideſt ne ſepulchrum alterius converſationis uſum accipiat, & proindè prohibentur religioſorum monumentorum venditiones, *l. quid ſi locum & l. 2. ff. de religioſ.* nec pignori dari, aliove genere alienationis teneri queunt, *l. 3. C. quæ res pignor.* nec in ſtipulationem deduci: undè ſi ſepulchrum fuerit venditum ſcientèr, emptor, & venditor incidunt in læſæ religionis crimen, *l. 1. C. de ſepulchro violato*, quæ pœna eſt legis Juliæ de ſacrilegis; & pœnæ exemplum habemus egregium in ſententia *Alfeni lib. 1. cap.* 10. qui ob contemptum religionis agro privavit emptoris hæredes, venditorem verò ſorte multavit una cum anathociſmo propter neglectam religionem ſepulchrorum.

Quamvis autem jura ſepulchralia
13 tranſeant cum univerſitate bonorum, per *text. in l. jus ſepulchri ff. de religioſis, & ſumptibus funer. Caſtrenſ. in l. ſi ſepulchrum eodem tit. & in l. quia perindè §. reſtituta ff. ad Trebellian. Tiraquell. de retract. §. 26. gloſſ. 52. Tuſc. verbo ſepulchrum concluſ.* 101. jura prædicta procedunt in ſepulchro hæreditario, non verò in ſepulchro familiari, ſeù gentilitio, vel illo, quod ex fundatoris providentia fuit erectum pro poſteris ſuis, ut benè advertit *Reg. Petr. in comment. ſuper ritibus Magn. Cur. Vicar. ritu* 178. *num.* 10. *circa medium*, ubi etiam dicit, quòd tale jus ſepeliendi jure ſanguinis competens transfertur ad poſteros illius familiæ excluſis creditoribus per *text. in l. pro hærede ff. de acquir. hæredit. & in l. penult. Cod. de ſepulch. violato, Anan. conſil.* 86. & ibi *Bologn.* per jura prædicta, *Anchar. conſil.* 113. *col.* 2. & majores noſtros inter ſuos ſepeliri maximè concupierunt: unde Joſeph, cum ſe moriturum cognoſceret, fatribus mandavit, ut ejus
14 oſſa inde ſecum exportarent, *Gen. cap.* 50. *in fin.* quæ deinde Moyſes cum de Ægypto diſcederet, ſecum attulit, & in patrio ſolo recondidit. *Exodi cap.* 13. *in fin.* & magna pœna exiſtimabatur, aliquem Sepulchro majorum ſuorum privari: unda apud Abderitas in more poſitum fuit, ut qui patrimonium conſumpſiſſent, patris ſepulchro privarentur, teſte *Laertio in Democrito*: unde ſi quis decedat, nulla facta ſepulturæ electione, in ſepulchro majorum ſuorum condi debet, *cap. 1. & c. Ebron* 13. *qu. 2. Cravet. conſil.* 11. *num. 6. vol. 1. cap. 1. de ſepulturis*. Accedat & alia non modici ponderis ratio, quòd ſepulchra antiqua multùm conferunt ad nobilitatis probationem: antiquitus enim Aræ
15 conſecratio principibus ſolùm viris in uſu erat, aut iis, qui divi à gentilitate credebantur; unde *Virgil. lib. 5. Æned.* ubi loquens de Ænea, qui Anchiſem patrem humo mandaverat, dicit.

Ex quo reliquias, divinique oſſa parentis
Condidimus terra, mæſtaſque ſacravimus aras.

Sveton. in Veſp. cap. 1. dicit, quòd Veſpaſianorum monumenta à Nurſia ad Spoletum complura magnum indicium fuerunt ſplendoris familiæ, & vetuſtatis: undè legitur *Eſdræ lib. 1. c.* 1. circa finem, quòd filii Berzellan non invenientes antiquæ genealogiæ ſuæ ſcripturam ejecti fuerunt de Sacerdotio. *Sigonius lib. 2. de antiquit. juris cap.* 20. ſcribit, eos apprimè nobiles fuiſſe, qui majorum ſuorum imagines habuiſſent: homines novos, qui ſuas tantùm: qui nullas, ignobiles. Jus enim imaginum jus nobilitatis fuit: undè *Cic. pro Rabir. Sella curulis, faſces, Imperia, Provinciæ, Sacerdotia, Triumphi, denique imago ipſa ad poſteritatis memoriam poſita*: hoc enim virorum fortium virtus poſtulat, dicit *Strabo lib.* 5. ut memoria poſteritati celebretur, quæ nunquam intercidet, ſepulta etiam virtute: ideoque, ut antiquam nobilitatem imagines præbent, ſic eorum, qui inter damnatos, aut hoſtes haberentur, abolitæ fuerunt, aut infractæ, & cum imaginibus ſemper arma, & inſignia ponuntur: quibus deficientium memoria conſervatur, DD. *in l. legatam municipio* 4. *in fine ff. de adminiſtr. rer. ad Civit. pertinent. l. Quintus* 7. §. *Pompon. ff. de ann. legatis, Molin. de hiſpan. primogen. lib.* 2. *cap.* 14. *num.* 1. & 6. Si autem arma in ſepulchris majorum devaſtarentur, & abolirentur, ſatis lugubre eſſet, aut non videre fixa, aut revulſa, inquit famigeratus *text. in l. lex quæ tuto-*
16 *res Cod. de adminiſtr. tutor.* quæ inſignia, & arma non poſſunt amoveri abſque domini injuria, ut deciſum fuit per *Rotam Rom.*

Digitized by Google

Rom. coram Pamphilio 28. *Maii* 1586. & proinde contra delentes arma, vel insignia agi potest actione injuriarum, *Bald. in l. observare §. antequam ff. de offic. Poconsul. Cassan. in cathalog. part.* 1. *consid.* 2. *in fine*, per text. *in l. si statua ff. de injur. Sola ad constitut. Sabaud. p.* 1. *tit. de insign. & armis gloss. unic. numer.* 10. & competit actio in factum ad illa reponi faciendum, *Rip. in l.* 1. *num.* 74. *ff. si certo petatur*, *Gratian. discept. forens. tom.* 2. *cap.* 210. *num.* 49. *Jo: Vincent. de Anna singul.* 382. qua actione experiri possunt omnes descendentes fundatoris sepulchri, licèt non sint illius hæredes, *Ricc. in addit. ad de Franch. decis.* 443. *Bart. in tract. de insign. & arm. num.* 10. cum circa hoc lædatur honor familiæ ex traditis per *Prat. pract. obser. cap.* 49. *num.* 37.

Electio sepulturæ valida est, licèt sit
17 sanus, vel infirmus, qui eligit coram Parocho, & etiam si fiat simplici Confessario, ita *Molfesius in summa tom.* 2. *tract.* 13. *cap.* 8. *num.* 32. *Diana part.* 5. *resolut.* 106. *Pasqualigius decis.* 406. *Murgia tract.* 2. *de sepul.* & sic servari in Curia Archiepiscopali Neapolitana ex decreto Provincialis Concilii *sub tit. de sepulturæ electione* testatur *Lavorius lib.* 1. *var. tit.* 2. *cap.* 11. *num.* 20. Ratio est, quia Parochus, sivè Confessarius constituitur veluti exequutor eorum, quæ ad Animam concernunt: unde non se habet, ut purus testis, ergo standum est ipsius dicto, quod alioquin, utpote singulare, non faceret plenam fidem, ut benè *Pasqualigius* ubi supra *num.* 2. Neque requiritur ad validitatem ele-
18 ctionis sepulturæ testamentum, vel alia ultima voluntas, sed sufficit, quòd eligatur antea per actum inter vivos longè ante mortem, quia licèt electio sepulturæ sit actus ultimæ voluntatis, *glossa in cap.* 1. *de sepulturis in* 6. tamen, quando est facta ante mortem, tunc habet robur in morte, ut pars ultimæ voluntatis: nam moriens censetur illam approbare per suam ultimam voluntatem.

Ampliatur, ut ille, qui habet sepul-
19 turam suæ familiæ vel propriam sepulturam, vel emit Capellam cum propria sepultura, si moriatur absque electione sepulturæ, non debet sepeliri in Cathedrali, tamquam non eligens sepulturam, sed in propria sepultura sepeliendus est, *cap.* 1. *de sepulturis*, & *cap. qui is* eodem *tit. in* 6. ubi habetur expressè, quòd qui poterat eligere sibi sepulturam, si moriatur absque electione, debet sepeliri in sepulcro majorum suorum, si adsit, *Joannes Andreas in cap. licèt de sepulturis in* 6. & sufficit, quòd sepulcrum sit destinatum pro familia, si nulla fiat specialis electio sepulturæ: nam remanet illi addictus, quicunque est de familia, quia censentur omnes de familia acquisivisse ibi domicilium mortuorum, DD. *in cap. licèt*, *Murgia* ubi supra.

Ampliatur secundò validè probari
20 electionem sepulturæ, si probetur fuisse factam cum duobus testibus. Ita *Sebastianus Medices de sepulturis quæst.* 8. *Lauretus de Franchis in controversiis inter Episcopos*, & *Regulares qu.* 64. *Genuensis in praxi cap.* 61. *num.* 10. *Lavorius* ubi supra *num.* 18. *Diana loco citato*, *Pasqualigius decis.* 404. *num.* 3. nam agitur de præjudicio Ecclesiæ, in qua defunctus erat de jure sepeliendus, & comparatur dispositioni ad pias causas, quæ saltem per duos testes debet probari, *cap. cum esses*, *cap. relatum il* 1. *de testamentis*, ubi *Abbas*, & alii, *Bartolus*, & alii, *in l.* 1. *C. de sacros. Eccles. Covarr. in cap.* 11. *de testamentis num.* 9. *Julius Clarus in §. testamentum qu.* 6. *Tiraquellus de pia causa privil.* 3. & 164. *Nicolaus Everardus tom.* 1. *cons.* 27. & 28. In casu verò, quo loqui non possit, tunc poterit per signa, & per nutus aliquis eligere sepulturam, quia nutus, sunt signa propriæ mentis eorum, quæ fieri volumus, & habent eandem vim, quam haberet locutio: nam subrogatum est ejusdem naturæ, ac illud, cui subrogatum est, *l. Imperator §. finali ff. de legibus*, *cap. Eccles. S. M.* 1. & 2. *ut lite pendente*, *Tiraq. de primogenit. qu.* 40. *num.* 43. *Pignatell. consult.* 17. *num.* 16.

Nec obstat, quòd electio sepulturæ
22 sit actus ultimæ voluntatis, & qui loqui non potest, talem actum ultimæ voluntatis facere nequit, *§. item surdus instit. quibus non est permissum facere testamentum*, *l. jubemus Cod. de testamentis*. Respondemus enim, hoc esse verum, quando mutus scribere nescit, vel quando non potest intelligi, aut quando agitur de jure civili, non Canonico in ordine ad pias causas, inter quas est electio sepulturæ: posse autem mutum explicare signis suam ultimam voluntatem, ait textus *in l. servo invito* 65. *§. item Surdus eodem tit. l. discretis*, *Cod. qui testamenta facere possunt*, præsertim ad pias causas, *Clarus in §. testamentum qu.* 6. *num.* 7. *Glossæ in cap. cum tibi de testamentis*, *Molina disp.* 143. & facit textus *in l. Patri ff. de acquir. hæred.*

Digitized by Google

red. l. ubi non voce ff. de regul. iuris, Didacus Spin. de teſtamentis gloſſa 9. quare illa tantùm notitia voluntatis requiritur ad electionem ſepulturæ, quæ ſufficiens eſt ad cauſas pias, de quibus ſignis ſufficit probatio per duos teſtes, quamvis deſint ſolemnitates de jure civili requiſitæ, *cap. cum eſſes, & dicto cap. relatum de teſtamentis*, ubi communiter DD. & habetur in *leg. nutu ff. de leg. 3. Covarr. in d. cap. cum tibi num. 4. & 5.*

Ampliatur tertiò, ut ſi uxor non eli-
24 gat ſepulturam, ſit ſepelienda in illa ultimi ſui Mariti, ac filius in ſepulchro majorum ſuorum. Ita *Barboſa de pot. Parochi cap. 26. num. 29.* ubi *num. 28.* refert & deciſum per S. Cangregationem, *Pignatellus conſult. 17. num. 9.* qui idem dicit de filio reſpectu ſepulturæ ſuorum majorum, quia ibi ſepeliri debet, & idem dicit de ſervo reſpectu Domini, quia Dominus comparatur ad ſervum, ſicuti Pater ad filium, licèt S. Congregatio dixerit, ſervum ſepeliendum eſſe in parochia. Confratres verò, ſi ex privilegio Apoſtolico debeant ſepeliri in Confraternitatis ſe-
25 pultura, ſunt ibi ſepeliendi, ſed ſi non habent hoc privilegium, erunt ſepeliendi in Parochia, ut deciſum per Sacr. Congregationem ad petitionem Cardinalis Gimnetti in cauſa Sancti Joannis Majoris, cujus parochiæ Gimnettus erat Abbas, & titularis, habetur apud *Pignatellum d. conſult. 17. in fine*. Neque Tertiarii habitantes
26 extra Monaſterium in domibus ſuis, per hoc, quòd ordinant ſepeliri cum habitu talis Monaſterii, ſunt ſepeliendi in ejus Eccleſia, niſi id aliunde conſtiterit, ut declaravit Sacr. Congregatio apud *Pignatellum loco citato d. conſult. 27.* in fine.

Corpora viatorum, advenarum, ſeù perfunctoriè commorantium in Civi-
27 tate, & ibi morientium, non electa ſepultura, ſepeliri debent in Eccleſia Cathedrali, eique ſolvenda eſt quarta funeralis, & non in Eccleſia Parochiali, intra cujus fines exiſtunt domus, in quibus moriuntur, & hoc ſecluſa legitima conſuetudine, aut jure municipali, *gloſſa in cap. in noſtra de ſepulturis*, & poſt alios *Lavorius var. lucubr. tit. 20. cap. 11. num. 144.* ubi ait ſic reſolutum per S. Congregationem Epiſcoporum, & Regularium: ſequitur *Barboſa lib. 2. de jure Eccleſ. cap. 10. nu. 35.* Ratio eſt, quia iſti non ſunt veri Parochiani Eccleſiæ Parochialis, nec ibi tamquam parochiani veri morantur: nam non omnis, qui habitat in Parochia, eſt parochianus, ſed qui domicilium ibi habet, vel cenſetur habere, *cap. fin.* ubi *Abbas de parochiis, Patrus de Ubaldis de ſepulturis cap. 7.* ergo in ipſa Eccleſia parochiali non ſunt ſepelienda eorum cadavera, ſed in Cathedrali, cujus fiunt quaſi parochiani, quia Cathedralis eſt parochia univerſalis totius Civitatis, & Diœceſis, *cap. 1. de nupt. cap. licet 16. qu. 1. Guttierez canon. qu. cap. 27. num. 24.* & ad ipſam ſpectat talibus advenis miniſtrare ſacramenta, eique debetur quarta funeralis, non autem Eccleſiæ miniſtranti, *Abbas in cap. extirpand. §. qui verò num. 12. de præbendis, Novarius de iure Pontificio concl. 1. tit. de decimis, Ricciusin praxi part. 4. reſol. 292.*

Nec prędictis obſtat doctrina *Abbatis*
28 *in cap. 1. num. 4. de ſepulturis*, ubi *Butrius num. 9. Sylveſter in verbo ſepultura num. 9. Marcſcot. lib. 2. var. cap. 95. num. 19. Gratian. cap. 94. num. 73. Sperel. deciſ. 87. numer. 13. Rot. coram Seraphino deciſ. 1135.* qui omnes aſſerunt eſſe ſepeliendos hos tales in Parochia, in qua decedunt, quia jus ſepulturę eſt conſequutivum ad adminiſtrationem ſacramentorum, quando non eligitur ſepultura, aut aliàs non eſt de jure determinata, ut benè *Sanchez lib. 3. de matrim. diſput. 23. num. 74. Rota coram Mantica deciſ. 366. & in Romana juris funerandi 4. Julii 1653. coram Buratto:* ſed jus adminiſtrandi ſacramenta in articulo mortis pertinet ad Parochum quoad omnes, qui ſunt in ipſa Parochia, ita ut non poſſint miniſtrari a Miniſtris Cathedralis, ergo ad ipſum ſpectat jus ſepulturę, quia licèt Eccleſia Cathedralis ſit parochia univerſalis totius Civitatis, & Diœceſis; retinet tamen unaquæque parochia propria jura, quæ non ſunt confundenda, juxta textum *in cap. 1. 6. quæſt. 3. & cap. nullus 9. qu. 2.* Reſpondetur enim, quòd argumentum procedit in forenſibus, qui habent in Parochia proprias domus, non autem in viatoribus perfunctoriè tranſeuntibus: nam ex quo forenſes, qui habent domos, ſunt moribundi, & recipiunt ſacramenta a Parocho, in cujus parochia reperiuntur, tradunt ſe ipſos in ejuſdem manus in ordine ad curanda ea, quæ pertinent ad ſalutem æternam & ſic cenſentur illi cōmendare corpora ſua, ſuccedente morte, in ordine ad ſepulturam, quia ſepultura Eccleſiaſtica connumeratur inter ſpiritualia, quæ con-

Digitized by Google

concernunt salutem animę tanquam ordinata ad percipienda suffragia Ecclesię: ergo censentur tacitè eligere sepulturam in Ecclesia ejusdem parochi: quæ non possunt considerari in illis, qui perfunctoriè commorantur, cum nec domicilium, nec quasi habitationem quodammodo in parochia acquirant, ac proinde nullum jus habebit parochus in eos, quod per aliquale domicilium acquiritur, & ita declaratum fuit per S. Congregationem de anno 1652. *in una Pisanensi quartæ funeralis*, quòd scilicet cadavera viatorum perfunctoriè transeuntium sepelienda sint in Ecclesia Cathedrali; forensium verò, qui habent proprias domos, sint sepelienda in Ecclesia Parochiali, intra cujus fines existunt domus, in quibus moriuntur, ut benè *Pignatellus consult.* 144. *in fine*.

Ex hoc deciditur antiqua illa contro-
29 versia, quæ fuit inter Regale hospitale S. Jacobi, & Victoriç Hispanorum cum Reverendo Capitulo Ecclesię Cathedralis hujus fidelissimæ Civitatis super humatione cadaverum Hispanorum morientium absque electione sepulturę, & illorum successione: nam cum Regale Hospitale S. Jacobi Hispaniarum ex anti quoprivilegio Catholicæ Majestatis ab initio ejus fundationis, & erectionis sibi concesso esset, prout est in pacifica possessione succedendi omnibus in bonis Hispanorum decedentium in hac Civitate, & Regno, nullis extantibus legitimis hæredibus; succedit quandoque mo-
30 ri interdum Hispanos aliquos absque electione sepulturę, quo casu Capitulum Cathedralis prætendit eorum bona sibi deferri, excluso dicto Hospitali, & hoc ex antiquissima consuetudine, & quasi possessione, in qua stat Capitulum non solùm sepeliendi cadavera decedentium in hac Civitate, & Diœcesi absque electione sepulturæ, sed etiam succedendi in bonis, & hereditatibus, sic decedentium, legitimis tamen heredibus non existentibus, excluso etiam Fisco, qui aliàs succederet per textum in *l. vacantia C. de bonis vacantibus lib.* 10. In quo articulo præmittendum
31 est, talem jurisdictionem resultare ex illis Juris principiis, ex quibus habetur, quòd, moriente aliquo extero, vel forensi, sinè electione sepulturæ, præsumitur elegisse Cathedralem, vel parochiam, ut dicebamus, & quia Ecclesia Sanctę Restitutę regitur per Reverendum Capitulum, successit per hoc, quòd decedentes absque electione sepulturæ non possint alibi sepeliri, quàm in Ecclesia Sanctæ Restitutę, ut testatur *Genuensis in praxi cap.* 61. Neque hoc est privilegium Capitulo Neapolitano concessum, sed talis consuetudo est deducta in privilegium, & vim privilegii habet, & hoc ad pietatis opus exercendum est introductum, non ut ditaretur Capitulum, quia semper fuit damnata exactio pro defuncti sepultura, ex Innocentio III. *in cap. penult. de sepulturis*: non enim pro pio condendi cadaveris officio exigi debet aliquid, *cap. quæsta est* 13. *qu.* 2. ubi sic exclamant Gregorius, & Hieronymus. Duæ ergo sunt prætensiones Reverendi Capituli, una est respectu cadaveris; secunda respectum bonorum ipsius: & utramque vanam esse, respectu Hispanorum dicitur. In primis respectu cadaveris certum est, Capitulum excludi ab ejus sepultura, quando concurrit electio sepulturæ expressa, vel tacita, ex vulgato principio: Taciti, & expressi idem judicium; *l. cum quidam ff. si certum petatur*, *l. si filius fam. ff. eodem*, *l. finali ff. de legatis* 2. *Covarr. in cap. quamvis pactum de pactis in 6. part. 2. num. 6. Menochius lib. 6. præs. 40. num. 9.* quod ampliatur etiam in ultimis voluntatibus, quia in illis tacitum pro expresso habetur, ut per textum in *l. inter vestem ff. de auro, & argento legat. l. in conditionibus ff. de cond. & demonstr.* Expressum enim dicitur, quod ex mente, & conjecturis necessariò colligitur, *Surdus decis. 254. num. 37. Gama decis. 51. num. 8.* & in puncto tacitè posse fieri electionem sepulturæ, notant *Ubald. de quarta parochiali cap. 6. nu. 18. & 19. & Abbas in cap. 1. de sepultur. num. 4.*

Hujus tacitæ electionis sepulturæ
33 plura per Doctores traduntur exempla, de quibus *Marescottus lib. 2. var. cap. 95. num. 11. Murgia respons. 7.* In Hispanis resultat tacita electio sepulturæ, quia recipiunt sacramenta in Ecclesia Sancti Jacobi erecta, & fundata pro natione: ergo in dubio videtur, & præsumitur electa talis Ecclesia pro sepultura, quia si defunctus fuisset interrogatus, quo in loco, & qua in Ecclesia vellet sepeliri, certè istam, & non aliam elegisset Ecclesiam, eò fortius quòd omnes dictæ Nationis milites contribuunt de eorum proprio ære certam summam in singulos menses pro substentatione dictæ Ecclesiæ, servata forma cujusdam antiqui, & generalis ordinis quon. Proregis D. Petri de Toleto, de

quo

quo mentionem facit *Eugenius in hiſtoria*, quæ inſcribitur *Neapolis ſacra fol.* 130. de fundatione dictæ Eccleſiæ S. Jacobi, & Victoriæ.

Confirmatur, quia, ut ſupra diximus,
34 moriente aliquo de familia habente, & poſſidente Capellam cum ſepultura, quamvis non elegerit ſepulturam, præſumitur elegiſſe in Capella ejus propriæ familiæ, ut advertit *Genzenſis d. cap.* 61. ergo à ſimili, moriente aliquo Nationis Hiſpanorum, præſumitur illam elegiſſe in Eccleſia propriæ Nationis, quia idem dicitur de toto quòad totum, quod de parte quoad partem, *l. quæ de tota ff. de rei vendicat.*

Neque quoad caput ſucceſſionis bono-
35 rum Capitulum Neapolitanum poterit aliquid prætendere, tum quia privilegium ex conſuetudine deductum, quod prætendit habere Capitulum, non eſt generale, nec comprehendit omnes, & quaſcumque perſonas decedentes abſque electione ſepulturæ, ſed tantùm bona peregrinorum, & advenarum, neque locum habet reſpectu bonorum decedentium cum hæredibus: nam, reli-
36 ctis hæredibus, & ſucceſſoribus, tale privilegium ceſſat, ut habetur ex quadam antiqua ſententia S. R. C. lata, referente Regio Conſiliario Martiale die 22. Septembris 1537. qua fuit declaratum, *Capitulum Neapolitanum conſervandum eſſe in poſſeſſione, ſeù quaſi ſepeliendi cadavera defunctorum, abſque electione ſepulturæ tacita, vel expreſſa; & bona defunctorum ſic decedentium abſque hæredibus eidem capitulo adjudicanda, & conſervandum eſſe in poſſeſſione capiendi bona peregrinorum, & advenarum morientium in dicta Civitate Neapolis, & ejus Diœceſi ab inteſtato, conſervanda, & eroganda ſecundùm formam juris: quò verò ad bona Civium Neapolitanorum morientium ſine electione ſepulturæ, & ſinè hæredibus excedentia expenſas funeralium, occurrente caſu, reſervatur melior deliberatio Sacro Conſilio.*

Ex quibus limitationibus adverſus
37 privilegium Reverendi Capituli ſe defendit Regale Hoſpitale S. Jacobi, & quoad primum certum eſt, Hiſpanos morientes in hac Civitate non poſſe peregrinos appellari, quoniam ferè omnes iſti ſunt ſtipendiarii Regis, quo caſu, cum habeant certam proviſionem, & ſalarium, non ſolùm non dicuntur exteri, ſed Cives, cum appellatione Civium veniant officiales, ac etiam Doctores legentes, donec in Civitate morantur, *Surdus conſ.* 106. *num.* 6. *Guid. Papa deciſ.* 631. tum quia ipſi videntur eſſe, & morari in propria patria, cum Regnum, & Civitas ſint eorum Regi ſubdita, & ita in omnibus Provinciis, & Regnis, in quibus morantur, non poſſunt dici peregrini, cum ſemper propriis in locis habitare videantur. Civis ergo Neapolitanus dicitur ille, qui
38 in ipſa Civitate uti miles ſtipendia meretur, ut probat textus *in l. municeps la* 2. *ff. ad municipalem*, & ſic in punctо *Caravita in ritu* 301. *num.* 22. ubi firmat, omnes milites Hiſpanos, qui ſunt in Civitate Neapolitana, gaudere privilegio Neapolitanorum, & notat *Caſtillus deciſ.* 95. *num.* 93. & officialis quoque
39 eſt Civis in eo loco, in quo habet officium, *Romanus conſ.* 427. *Surgens de Neapoli illuſtrata fol.* 154. *num.* 18. *Taſſonus in pragm. de antefato verſ.* 20. *obſervat.* 4. *numer.* 23. *fol.* 77. & *fol.* 181. *num.* 371. Peregrini enim dicuntur, qui
40 procul extra Patriam, Provinciamque ſuam ſunt, ut in *authentic. de differentiis judic.* in principio, latè *Barnabas Briſſonius de verb. ſignif. in verbo peregrè*, & *in verbo peregrinari*, *Albericus de Roſat. in auth. de non eligendo ſecundò nubentes*, qui ait hoc eſſe intelligendum in illis peregrinis, qui extra proprios lares, ac Patriam peregrinantur, & peregrinus dicitur, qui eſt extra ſuam Patriam, ut in *authen. de differentiis judicum*, ubi *Jacobus de Belviſio*, & notatur *in l. Cives Cod. de incolis lib.* 10.

Et quamvis ſtrictè, & propriè appel-
41 latione Civium contineantur tantummodo originarii; tamen non excluduntur illi, qui ad civilitatem admittuntur per privilegium, quod conſequuntur per longam habitationem ſecundùm *Bart. conſ.* 52. & latiùs *Jaſon in l. ſi is qui præemptore ff. de uſucap. num.* 42. nam iſti verè, & propriè dicuntur Cives, *Tiraquellus in l. ſi unquam de revoc. donat. in verbo ſi quis liberos num.* 63. quæ quidem longa habitatio concurrit cum Hiſpanis, qui hìc incolunt, & in quibus pariter non adeſt animus recedendi, ſed hìc perpetuò manendi, pariterque moriendi, prout de facto moriuntur, quod ex conjecturis colligi poteſt, ut per *Jaſonem conſ.* 77. *vol.* 3. *Ripa in tract. de peſte fol.* 9. *nu.* 180. *Grammaticus conſilio civili* 23. ergò verè Cives dici poſſunt: & inter conjecturas ponitur diſtantia propriæ patriæ, quæ quàm aliena ſit, omnibus patet: unde reſervatio facta ad favorem Neapolitanorum

rum comprehendit etiam dictos Hispanos, ut firmat *Regens Salernitanus decis.* 12.

Confirmatur, quia Reverendo Capitu-
42 lo solùm competit jus super bonis sic defunctorum decedentium absque hæredibus, sed Hispani nunquam moriuntur Neapoli sine hæredibus, quia licèt ab intestato, & sine legitimis hæredibus moriantur; tamen Rex mandavit eis succedere debere dictum Regale Hospitale: ergo cessat prætensio dicti Reverendi Capituli, imò si dictum Capitulum excluderetur, hærede instituto extraneo, multò magis dicendum est, existente hærede, quem Rex nominavit, & fecit.

Neque poterit dubitari de tali privi-
43 legio, & concessione ejusdem: siquidem licèt Princeps non possit de plenitudine potestatis tollere testamentum, nec voluntati testatoris derogare secundùm veram opinionem, quia testamentum est inventum de jure gentium, solemnitates verò de jure requisitæ sunt de jure civili, & prætorio, ut ait *Clarus in §. testamentum quæst.* 2. ubi dicit hanc esse magis communem opinionem (& communem quoque testantur *Jason in l. admonendi num.* 171. *ff. de jure jurando*, & *Pinellus in rubrica C. de rescind. vendit. part.* 1. *cap.* 2. *num.* 69.) non quidem ratione adducta, quam parùm tutam esse ait, sed ne auferatur jus alicui legitimè quæsitum, & ne violetur justa defuncti voluntas per jura ab eo allegata. Tamen hoc non procedit quoad
44 testamentum nondum editum, cum possit nova lege, & decreto aliquid statuere circà modum, & formam, ut puta, quòd certum genus personarum institui non possit, ut per *Menochium cons.* 350. *num.* 28. & *num.* 49. *vol.* 4. & tantò magis prospicere, & providere de hærede ei, qui non voluit, nec potuit sibi nominare, maximè ex justa causa, si respiciat publicam utilitatem, ut per Dec. *cons.* 261. *Covar. lib.* 3. *variarum cap.* 6. *n.* 7. & *Menoch. cons.* 956. *nu.* 2. *vol.* 1. ubi subdit negandum non esse, quin justa causa dicatur ea, quæ respicit privatam utilitatem, dummodo verè sit justa, quam justam, imò necessariam causam concurrere in hoc casu est notissimum pro manutentione dicti Regalis Hospitalis, & subsidio personarum pauperum ejusdem nationis, & pro tam magno pietatis opere.

Nec valet dici hoc non potuisse fieri
45 per legem in præjudicium dicti Capituli, cui per prius erat jus quæsitum, cum omnia rescripta, qualiacumque sint, intelligantur salvo jure tertii, nec unquam Principem intendere tertio præjudicare, nec jus alterius auferre, *l.* 2. §. *meritò*, & §. *si quis à Principe ff. ne quid in loco publico*, *leg. impuberi ff. de administr. tutorum*, *leg. fin. Cod. si contra jus, vel utilitatem publicam*. Hinc sunt improprianda verba rescripti, ne tertio præjudicium inferant, *cap. super eo de officio delegati*, cum voluntas Principis semper præsumatur juri conformis, *Bald. in leg. ex facto ff. de vulgari*, *Reg. de Ponte cons.* 55. *vol.* 1. Respondetur
46 enim, quòd licèt regulariter privilegium Principis intelligatur concessum, quantum fieri possit, sine alterius injuria, & juris præjudicio alieni; tamen si concedatur propter publicam utilitatem, etiam ad juris privati læsionem valet, pro quo communiter allegatur *text. in leg. venditor §. si constet ff. comm. prædiorum*, *Bartol. in leg. quicumque Cod. de fide instrument.* & *jure hasta fiscalis lib.* 10. dicens legem prædictam loqui, quando Imperator rescribit propter publicam utilitatem, quia tunc potest res privatorum tollere, ut in *leg. certa futura Cod. de jure fisci*, *leg. item si verberatum §.* 1. *ff. de rei vindicat.* & *leg. Lucius*, & *leg. venditor §. si constat ff. communia prædiorum*. Insuper Princeps po-
47 test revocare privilegia per eum, vel ejus antecessores concessa, cum hæc sit ejus prærogativa posse privilegia revocare per ipsum concessa, *leg. beneficium* cum ibi notatis *ff. de constitut. Principum leg. Lucius ff. de evict. Capyc. decis.* 52. *in fine*, & *decis.* 111. *column.* 1. quem allegat Episcopus *Riccius collectan.* 407. *in principio*, non obstante, quòd dicatur, quòd decet à Principe concessum privilegium esse mansurum, ut in *regula decet de regulis juris*, & in constitutione Regni *quæ dignitatibus colum.* 6. quia ibi verbum *decet* est honestatis quoad Principem, & ibi ità dicit *Glossa in verbo mansurum*, *cap. quia sæpè de electione in* 6. *cap. Clerici de immunit. Eccles. cap. Cleric. de sentent. excommunicationis*, *cap. verum* 63. *distinct. leg. digna vox Cod. de legibus*, & tenet Nicolaus de Mattarellis *in titul. de Justinian. Codic. confirmando*, contra *Guidonem de Suzariis*, qui dicebat, quòd Imperator non poterat revocare privilegium antecessorum, ne proprium, ex quo etiam efficaciter quæsitum jus non poterit per revocationem tolli, quæ maximè in Principe debet remota, *leg. ex facto ff. de vulgar.* [illegible] *minerint Cod. unde vi*: sed Nicola[illegible]

Ma[illegible]

Digitized by Google

Mastarellis dicit posse revocari, cum non sit obligatus privilegium hoc servare concedens: nam sicuti lex, ità statutum, rescriptum, & privilegium possunt revocari, ut in *authen. quas actiones Cod. de sacrosanctis Ecclesiis*. Imò de potesta-
48 te suprema, & absoluta, etiam sine causa potest Princeps tollere jus quæsitum tertio, nec ei dici potest: Cur ità facis? est enim supra, contra, & extra jus, ac leges humanas, & sacrilegium est de ejus potestate suprema disputare, *leg. 2. Cod. de crimine sacrilegii*, quia quod facit per hanc potestatem, firmum est, etiamsi derogaret fideicommissis, *Jason in leg. rescripta Cod. de precibus Imperat. offeren. Albert. Brunus cons. 1. numer. 33. Dec. cons. 270. & cons. 390. nu. 13. Molin. lib. 1. de primogenitur. cap. 8. numer. 29. Peregrin. de fideicommiss. art. 52. nu. 117.* & quamvis hoc casu, si Princeps deroget aliquid in præjudicium tertii, peccet mortaliter, & teneatur ad escambium, ut notant communiter Doctores in *leg. digna vox Cod. de legib. & leg. venditor §. si constat ff. communia prædiorum*; tamen hoc procedit, quando dominium rei tollitur specialiter particulari personæ, secùs si tollatur per viam legis generalis, quia tunc nulla restitutio fieri debet, ut firmant *Alexand. cons. 190. num. 27. vol. 2. Dec. in cap. quæ in Ecclesiarum num. 53. de constitut. Gozadin. consil. 50. num. 21. Menoch. cons. 700. nu. 88. volum. 8. Peregrin. de jure fisci lib. 5. tit. 2. num. 54. Bossius de Principe num. 201.* ubi tamen subdit, quòd requiritur etiam causa, de qua non potest etiam hoc casu dubitari, cum sit publica, pia, & privilegiata. Præter quam quod regulari-
49 ter causa præsumitur in Principe, ut ait *Gloss. in leg. relegati in verb. ex aliqua causa Cod. de pœnis*, ubi ait, quòd voluntas sola habetur pro causa, & ratione, *Gabr. cons. 83. num. 22. vol. 1. Cravet. cons. 241. num. 3. Jason in leg. si testamentum num. 3. Cod. de testamentis*, ubi dicit hanc esse communem opinionem, *Ludovic. Montalt. de reg. rob. sentent. Pilati art. 3. num. 34.* ubi ait, quòd solus motus Principis habetur pro legitima causa, subdens, quòd vani capitis existimatur ille, qui tenet, Principem non posse præcipere sine omni cognitione, & sine causæ expressione.

Cæterùm regula de non tollendo jure
50 quæsito intelligitur de jure plenè quæsito, & radicato, *Card. Puteus decis. 264. lib. 2.* quem refert, & sequitur Episcopus *Riccius collect. an. 1752.* etiamsi constet in spe, dummodò spes sit juridica, & probabilis, ut quando quis fuisset vocatus, ut fideicommissarius, vel si jus in spe esset quæsitum ex contractu tertii, ut ajunt *Bossius de Principe n. 198. Surd. cons. 203. vol. 2. Peregrin. de fideicommissis art. 52. num. 51. & seq.* ubi tractat, an Princeps de plenitudine potestatis possit jus quærendum tollere, & distinguit, ut ibi, non verò quando talis spes esset elidibilis, *Gloss. in cap. naturalis si de feudo defuncti militis fuerit controversia, Albericus, & Castrensis in leg. quoties Cod. de precib. Imper. offer. Decius cons. 298. & Felinus in cap. quæ in Ecclesiarum de constitut. nu. 49.* quæ spes secundùm *Platonem* dici solet somnium vigilantium, ut post *Molinam*, & alios, notat *Guttierez lib. 5. pract. quæstion. 55. num. 24.* & hæc spes Capituli in aliquem moriturum sine electione sepulturæ non solùm non est certa, nec probabilis, sed potius non præsumitur quemquam velle proprii corporis oblivisci, maximè virum christianum.

In quo tamen duo sunt notanda: pri-
51 mùm non posse cognosci à Judice ecclesiastico, cum certum sit solum Principem debere judicare de concessionibus suis, si sint justæ, vel injustæ, validæ, nec ne, ut benè *Cancerius resolut. 3. lib. 3.* quem refert, & sequitur Episcopus *Riccius collect. 2022.* in tertia ampliatione: nam absurdum est suprema Regis jussa in cognitionem vocari.

Nec valet dici, jus sepeliendi esse quid
52 spirituale, & sepeliri cadavera esse de juribus Parochialibus, quorum jus inter cætera consistit in jure funerandi, *cap. 1. & 2. de sepulturis, Ancharanus cons. 214. num. 7. in fine*, cum quisque in sua Parochiali Ecclesia sepeliri debeat, *cap. 1. & 3. quæst. 1. Rota Romana in dec. 333. nu. 50. in novis, & decis. 492. part. 1.* Respondetur enim hoc non negari, sed non idem esse respectu consequutionis pecuniæ, quæ habetur pro dicto jure funerandi: illa enim non est spiritualis, sed temporalis: Fructus enim, & obventiones Ecclesiæ inter temporalia magis quàm spiritualia connumerantur, *Osaschus decis. 31.* & coram Judice seculari pro illis agendum est, ut benè *Osaschus dict. dec. 31.* Secundò notandum est, Capitulum
53 personaliter accedere debere in processione pro sepultura mortuorum, quod probatur argumento *leg. inter artifices ff. de solut. & cap. finali §. caterum de officio delegati*, ubi quando est electum proprium ministerium, tenetur personaliter quis deservire.

Jura autem Capituli Neapolitani pro

funeribus in Civitate, vel Diœcesi Neapolitana pro tempore decedentium, si in aliquo singulari loco suam non eligant sepulturam, quòd in Ecclesia Sanctæ Restitutæ debeant sepeliri, & eorum exequiæ peragi in eadem, fundan-
54 tur infrascriptis determinationibus Pontificiis, decretis Sacræ Congregationis, Synodis, rescripto Regis Ferdinandi; rebusque judicatis: atque hic primùm recensendam putamus bullam Bonifacii Pontificis hujuscemodi verbis exaratam: *Bonifacius Episcopus Servus Servorum Dei venerabilibus Fratribus Archiepiscopo Capuano, & Episcopo Melphitensi, ac dilecto filio Abbati Monasterii S. Severini Neapolit. salutem, & Apostolicam benedictionem. Humilibus, & honestis supplicum votis libenter annuimus, illaque favoribus prosequimur aptius. Exhibita siquidem nobis nuper pro parte dilectorum filiorum Capituli Neapolitani petitio continebat, quòd licèt Ecclesia Sanctæ Restitutæ Neapolitana, quam ipsi secundùm proprios usus tenent, ac antiqua, & approbata, ac hactenus pacificè observata consuetudine fuisset, & esset in omnibus capellis, & altaribus, ac aliis juribus libera, & immunis, ac ab omni dominio, & jurisdictione Archiep. Neap. pro tempore existentis ponitur exempta; esset de simili consuetudine observatum, quòd funera in Civitate, vel Diœcesi Neapolitana pro tempore decedentium, si in aliquo singulari loco suam non eligant sepulturam, in ipsa Ecclesia debeant sepeliri, & eorum exequiæ peragi in eadem, vel si forsan aliquid funerum hujusmodi ad ipsam Ecclesiam deponi commodè nequiret, ad minus ejus exequiæ in eadem Ecclesia peragantur. Cum venerabilis Frater noster Jordanus Archiepiscopus Neap. satagens forsan hujusmodi consuetudines interrumpere eisdem consuetudinibus se opposuit, & opponit, ac fecit, & facit, quo minus ipsæ consuetudines pacificè observentur: propter quæ inter eosdem Archiepiscopum, & Capitulum nonnullæ lites, & quæstiones exortæ fuerunt, & adhuc vertuntur inter ipsos. Quarè pro parte ipsius Capituli nobis fuit humiliter supplicatum, ut dictas consuetudines, ne propter hujusmodi lites, seu quæstiones interrumpantur, aut violentur, auctoritate Apostolica approbare, ac firmiter observari mandare de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igitur, qui cum in minoribus essemus constituti, hujusmodi consuetudines observari vidimus, & aliàs etiam notitiam habemus de eisdem, hujusmodi supplicationibus inclinati, mandamus, quatenus vos, vel duo, aut unus vestrum per vos, vel alium, seu alios, consuetudines prædictas faciatis auctoritate nostra observari appellatione postposita, compescendo litibus, & quæstionibus hujusmodi, ac appellationibus præmissorum occasione forsan ad Sedem Apostolicam interpositis, seu interponendis, & aliis contrariis, non obstantibus quibuscumque, seu si prædicto Archiepiscopo, vel quibusvis aliis communiter, vel divisim à dicta Sede sit indultum, quòd interdici, suspendi, vel excommunicari non possint per literas Apostolicas, non facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de indulto hujusmodi mentionem. Datum Romæ apud Sanctum Petrum sexto Kalendas Martii Pontificatus nostri anno quartodecimo.* Inhæret decretum Sac. Congregationis in hanc sententiam prolatum: *Sac. Congregatio Eminentissimorum, & Reverendissimorum Dominorum S.R.E. Cardinalium negotiis, & consultationibus Episcoporum, & Regularium præposita, consuetudinem in Civitate, & Diœcesi Neapolitana vigentem, Apostolico etiam felic. mem. Bonifacii IX. diplomate confirmatam, deinceps etiam observandam esse decrevit, ut scilicet corpora in Civitate, & Diœcesi prædicta pro tempore ex hac vita migrantium, si in aliquo singulari loco non eligant sepulturam, in Ecclesia Sanctæ Restitutæ Capitulo Neapolitano unita debeant sepeliri, in eaque eorum exequiæ peragi, & si cadaver ipsum ad dictam Ecclesiam deferri commodè nequiret, ad minus ejus exequiæ in eadem Ecclesia peragantur.* Cæterùm Eminentissimi Patres declararunt consuetudinem ad sui limites tantùm esse intelligendam, atque observandam, ac propterea, sicut non habet locum in his, qui sibi expressè sepulturam elegerunt, ità nec in his locum sibi vindicare posse, quorum in dicta Civitate, & Diœcesi existant sepulchra majorum suorum, qui tacito quodam judicio eandem sibi cum majoribus sepulturam elegisse juris interpretatione intelligendi sunt. Nec item in uxore postquam obierit, non electa sepultura, quæ juxta juris dispositionem eodem cum viro est recondenda sepulchro: talem autem sepulturæ electionem solius Parochi testimonio medio juramento, vel etiam duobus testibus similiter medio juramento deponentibus probari posse. Quòd aliquis decesserit non electa sepultur atque hæredes cum Capitulo de eo bi sepeliendo convenerint, Capitulo tione ejus, quod sua interest, eam

tum pecuniæ summam stipulati, atque accipere licere, quam juxta taxationem factam à Curia Archiepiscopali ipsi hæredes erogaturi essent, si in Ecclesia prædicta corpus humatum, ac funus, vel exequiæ celebratæ fuissent, quæ omninò in dicta Ecclesia Sanctæ Restitutæ à Capitulo peragi debeant, & ità &c. Datum Romæ die 20. Februarii 1609. Adstipulantur decreta synodalia, atque illud præcipuè, quod habetur ex Synodo celebrata coram Eminentiss. Philamarino anno 1642. in *titulo de sepulturis* decreto 2. ibi: *Quando ex improviso aliquis obiit in aliena Parochia, nullis ibi receptis Sacramentis, jura Parochialia deberi propriæ Parochiæ habitationis, ubi fuit facta electio sepulturæ, cum electione non facta, spectant eadem jura ex antiqua, & immemorabili consuetudine ad nostrum Capitulum, & Canonicos. Aliquibus verò Sacramentis in aliena Parochia receptis, servandam esse consuetudinem circa jura Parochialia solvenda.* Id quoque habetur in Synodo coram Eminentiss. Caracciolo convocata anno 1669. *tit. de sepult. decr. 3.* ibi: *Si fortè contingat, aliquem non translato penitùs domicilio extra propriam Parochiam, nullis in aliena Sacramentis receptis, de repente mori, jura Parochialia (quod ad præcidendas lites olim declaratum fuit) illi Parochiæ, intra cujus fines est Ecclesia in sepulturam electa, solvantur. Non facta autem electione sepulturæ, solvantur Capitulo nostro, & Canonicis, juxta vetustam, & immemorabilem consuetudinem: sed receptis omnibus, vel aliquibus Sacramentis in Parochia habitationis, ubi mors obita est, pro juriumParochialium solutione consuetudo servetur.* Idque etiam constitutum comperimus in Synodo ejusdem Eminentiss. Caraccioli anno 1672. *tit. de funeribus, & exequiis decreto 3.* ibi: *Jus funerandi decedentis absque electione sepulturæ ad nostræ Cathedralis Capitulum spectat ab immemorabili. Si quis ergo Parochus, aut Cellararius sine licentia Cellararii Sanctæ Restitutæ sepelire hos ipsos præsumpserit, toties, quoties id fecerit, solvat piis usibus quinquaginta libras factæ cereæ, & ordinaria jura funeris prædicto Capitulo nostro.* Addimus quoque rescriptum Regis Ferdinandi ad hunc fermè modum promulgatum: *Ferdinandus Dei gratia Rex Siciliæ, Hierusalem, & Hungariæ, magnifico viro Roderico Falco U. J. D. ac nostri Sacri Consilii Præsidenti Consiliario fideli nobis dilecto gratiam, & bonam voluntatem. Expositione nobis facta pro parte venerabilis Capituli Civitatis nostræ Neapolitanæ intelleximus, quòd ex concessione Summorum Pontificum, & antiquissima consuetudine, omnes, qui ab intestato, & sine hæredibus, & repentinè moriantur, sepeliri debent in Ecclesia Sanctæ Restitutæ, ipsumque Capitulum potestatem habet ipsa corpora accipere, & eorum bona ipsi Capitulo, & Ecclesiæ acquiruntur: Noviter verò interfectus fuit quidam apothecarius sine hæredibus, & dictum Capitulum secundùm eorum consuetudinem eum sepelivit, & cum voluisset omnia bona accipere, fuit impeditum à nostro Thesaurario, qui asserebat dicta bona ad nostram Curiam spectare, quoniam sine hæredibus præfatus apothecarius decesserat, & ad instantiam utriusque partis præfata bona sequestrata fuerum: sed quia nostræ intentionis nullo modo est, privilegiis, & consuetudinibus prædicti Capituli præjudicare; vobis tenore præsentium committimus, & mandamus, quatenus de privilegiis, consuetudinibus, & justitia dicti Capituli vos diligenter informetis, & si constiterit vobis dicta bona ad ipsum Capitulum pertinere, prædicto Capitulo tradi, & consignari faciatis, & deinceps eidem Capitulo ejus privilegia, & consuetudines observetis, & observari faciatis. Contrarium minimè feceritis, si gratiam nostram caram habetis. Datum in nostris felicibus Castris propè Sanctum Valentinum die 18. mensis Octobris 7. Indict. Anno M. CCCC. LVIII. Rex Ferdinandus.*

Hæc autem fuerunt extracta ex processu originali Venerabilis Capellæ, seù Congregationis Sanctæ Mariæ Animarum Nationis Germanorum cum nonnullis interesse habentibus, & Venerab. Capit. Neapolit. & ex his patet pluries fuisse constabilitam talem consuetudinem. Regnante itidem invictissimo Carolo V. anno 1537. sententia lata est, casu contingente, ut Capitulum manuteneretur in possessione dicti juris. Sententia est in suo processu originali fol. 64. Præterea anno 1600. Capitulum declaratum fuit hæres cujusdem Antoniæ Cantelmæ decedentis ineleta sepultura fol. 118. & decreto M. C. Vic. anno 1648. 4. Februarii, Judicibus de Palma, & Cayafa, bona ob non electam sepulturam cujusdam exteræ Catharinæ Baciglio sine hæredibus fuerunt addicta Capitulo fol. 121. Congruunt sententiæ latæ anno 1582. fol. 190. à ter. 1597. fol. 151. & 1605. 18. mensis Martii fol. 152. à ter. & fol. 192. congruitque alia res judicata anno 1697. qua Ca-

Digitized by Google

Capitulum declaratum est hæres universalis decedentium sine hærede inelecta sepultura: & ita etiam decisum fuit anno 1631. Martii die 24. fol.201.1632.12.Maii fol.207.anno 1633. 11. Octobris fol. 215. 1632. 26. Maii fol.218. 1633. 26.Aprilis fol.220. & pro Capitulo præambula fuerunt expedita exterorum morientium non electa sepultura, & sine hærede, fol. 201. ad 207. 222. & 233. 15. Novembris 1635. fol.222. Cum autem in controversiam quandoque deductum fuisset memoratum jus, quod Capitulum habet, in medium prolata fuere documenta, quorum supra meminimus, dictumque, jure immemorabilis possessionis, & consuetudinis usu semper receptæ, esse quæsitum jus, & titulum sufficientem Capitulo. Immemorabilis autem notoria possessio habet vim optimi tituli, nec alium titulum requirit, & etiam vim privilegii, etiam in reservatis Principi, ut neminem latet ex *leg.1. §. aquæductus ff de aqua quotid. & æstiv. cap. super quibusdam 26. §. præterea de verb. sig.* ubi salinaria, pedagia, & alia Principi reservata acquiruntur alteri possessione immemorabili, *cap.1.de præscript.in 6. Tondutus part.1. quæstion. benefic. cap.62. nu.4. Rota part.4. divers. decis.717. num.5. Sperell. dec.37. num.15. Afflict. in prælud. const. part.2. quæst.24. num.7. Gabriel de præscript. concl.1.n.1. Jacobinus in l.de quibus num.3.ff.de legib. Gratian. cap.892. num.18. Alex.lib.1.consil.35. Diana part.6. tract.5. resolut.32.* inde concludens, ei nunquam derogatum generali revocatione, *Afflict. decis.254. & 239.* diciturq; alia consuetudo, *Covar. 3.var. cap.35. num.5. Rota part.1.divers. dec.977. num.4. & part.4. recent.dec.632. nu.3.in fin.* dicens esse titulum omnium optimum non admittens probationem in contrarium, *& part.6. recent. decis.150. num.4. Menoch. cons.93. num.7. Bellarm. ad Trident. sess.22. cap.7.lit.S. & sess.24. cap.4.* referens declarationem Sac. Congregationis, *Garzias de benefic.to.1.par.3. cap.2. nu.194.* & constat ex *cap.1. de const.in 6.* ubi nec per legem consuetudini speciali censetur derogatum. Non enim Princeps tollit jus alteri quæsitum, *cap.dudum de privil. cap.2. de decim.in 6. Suarez lib.7. cap.20. num.7. Palaus to.1. tract.3. disput.3. part.1. §.1.* & multò minùs consuetudini immemorabili alicujus loci præjudicat, *Mascard.to.2.concl.1377.num.20. usque ad 28.* citans innumeros, & dicens, ex possessione immemorabili præsumi titulum, ita ut nec illum, nec bonam fidem tenetur possessor probare, *Alexan. vol.1. cons.6. col.2. num.1. & cons.7. n.3. & vol.3. consil.24. num.15. Felin. in cap.cum nobis il 2. n.2. de præscript. Cynus in leg.si certis annis quæst.12. num.13. Cod. de pact.* & constito de possessione, ac consuetudine immemorabili, ipse titulus constare dicitur, *Salyc. in l.vectigalia colum.fin. Cod.nova vectigal. Castrens. in leg. servitutes prædiorum 14. num.11. ff. de servit. Butrius in cap. pervenit colum.17. num.20. de cens. Rot. in antiqu. tit. de rebus Eccles. non alien. decis.9. & 10.* ità ut habens pro se immemorabilem habeat pro se bonam fidem, & titulum taliter liquidum, ut illum nec allegare, nec probare teneatur, *Cravetta de antiquitate tempor. part.4. tit.* incip. *absolutis num.49. Glos. in cap. super quibusdam §. præterea verb. non extat de verb. sign. Guidon Papa dec. 408. Jason in l.si certis annis num.15.Cod. de pactis*, & patet ex *cap.1. de præscript. in 6.* ibi: *Necessarius est titulus, qui possessori causam tribuat præscribendi, nisi tanti temporis allegetur præscriptio, cujus contrarii memoria non extet.* Possessio enim immemorabilis justitia permanente fruitur, *Bald. in cap.1. §.cum autem si de contr. invest. Afflict. decis.277. num.6.* Immemorabilis enim, & privilegium Apostolicum pari passu gradiuntur, *Rot. part.2. recent. decis.614. num.2. Sperell. decis.37. num.6.* & habet pro se præsumptionem juris, & de jure respuentem probationem in contrarium, *de Marinis tom.3. allegat.150. num.6.* dicens, id verum etiam in titulo sanctitatis ante decretum *Alexandri III. in cap.audivimus de reliq. & venerat. Sanct.* cum *Scacc. de cult. & vener. Sanct. sect.1. cap.8.* Ecclesiam autem Sanctæ Mariæ in Principio habere pro se possessionem ab immemorabili exigendi jus sepulturæ patet, quia non tantùm excedit seculum, quod satis est ad rationem immemorabilis, ut ait Urbanus VIII. in constit. *Cœlestis Hierusalem* 5. Julii 1634. sed tempore Bonifacii IX. anno 1403. adhuc extabat, & ut immemorabilem mandatum fuit observari, ut ex ejus rescripto patefactum fuit: idemque fuit mandatum tempore Regis Ferdinandi Catholici anno 1458. & decreto 4. Synod. sub tit. de sepultur. 1669. ibi: *Immemorabilem consuetudinem*: & anno 1672. tit. de *funeribus* decreto 3. ibi: *Spectat ab immemorabili*: & anno 1642. tit. de *sepulturi* decret.2. ibi: *Immemorabili consuetudin*

& ex continuatis rebus judicatis. Seq
tur ergò Venerabile Capitulum hab
pr

Digitized by Google

pro se, & sua Ecclesia immemorabilem liquidam possessionem, habere titulum & bonam fidem, nec teneri aliquod ex illis probare, *cap. manifestè 12. quæst.1. l.cogi Cod. de petit. hæred.* ità ut non teneatur indicare suum titulum, *Tusch.concl.434.* & refundatur onus probandi in partem adversam, *Bart. in leg. quidam in suo ff.de condit. instit. Gloss. in l.3. Cod.de probat. Tusch. lit.P. concl.416. num.1.* dicens cum *Bald. lib.1. consil.89. num.4.* in dubio pro possessore præsumi, *Alciatus regul. 2. præsump. 23. Soccin. lib. 1. cons. 96. num. 11.* Ex his constat hanc possessionem, consuetudinemve Ecclesiæ Sanctæ Mariæ immemorabilem existimandam esse rationabiliter introductam, cum semper saltem in dubio pro possessore præsumatur, ratione cujus refunditur onus probandi in partem oppositam, *cap sunt manifestè 12. quæst.1. leg.cogi Cod.de probat. Bald. in l.sive possidetis Cod.de probat.* Imò titulus prædictus immemorabilis nec admittit probationem in contrarium, *Gabriel com. de præscrip. concl.1. num.5. Sperell. dec.37.n.15.*

Expensæ funerum fuerunt introductæ
55 cum ipso orbis exordio, ut patet ex veteri testamento, ex jure gentium, & civili, & in Ecclesia Catholica ab ipsius incunabilis, ita ut ipsis defunctis injuriosum videatur orbare eorum tumulationem clericis, psalmis, luminibus, oblationibus, sacrificiis, testibus *Samuel tract. 1.de sepult.disp.6.controv.15. concl.15.* & *Murga tom.1. de sepult.tract.9. sect.1.§.1. num.1.* idque, sive impensæ factæ fuissent in honorem vivorum, sive pro defuncti anima, & corpore, *cap.animæ 13. quæst.2. leg.si quis §. sumptus ff.de relig.& sumpt.* ità ut non sustineatur voluntas defuncti
56 divitis nolentis fieri expensas decentes statui, & dignitati in sua tumulatione, putà, si dives tumulari velit sumptu tenui, ut solent pauperes; ut nec tenet extra Ecclesiam in flumine electio sepulturæ, *leg.si quis §. sumptus, leg.at si quis §.quid ergo ff.de relig. & sumpt.fun. leg. servo alieno §. final. ff.de leg. Samuel de sepult. tract. 1. disput.6. controvers.15. conclus.7.* Clerici tenebantur sepelire
57 expensis Ecclesiæ primis illis temporibus, quo fideles conferebant bona in communi. Nam tunc etiam expensis communibus tumulabantur, quando sufficienter substentabantur Ecclesiæ bonis ad id collatis, decimis, primitiis, oblationibus &c. *cap.expedit, cap.duo sunt 12. quæst.2.cap.decimæ, cap. fin. 16. qu.1. cap.clericos, cap.Pastor Ecclesiæ, cap.si quis propter 12. quæst.2. cap. Episcopus, cap. Episcopi 12.quæst.1.* Antiquis enim temporibus prima pars debebatur Episcopo, & Capitulo, secunda Parocho, tertia fabricæ Ecclesiæ, quarta pauperibus, peregrinis, & defunctis, *cap. concesso, cap.quatuor, cap.de reditibus, cap.cognovimus, cap.mos est, cap.sancimus 12. q.1. cap.unico 13. qu.1.* In primitiva Ecclesia Christiani contribuebant, & fiebant collectæ pro tumulandis defunctis, testibus *Tertulliano in apologia cap.19. Lara de anniversf. lib.1. cap.25. n.38. & Frances de Eccles. Cathedr.cap.17. num.174.* Ho-
58 die Summus Pontifex tumulandus est expensis vel cleri, & populi, ut ait *Abb. quæst.3. num.3.* vel Cameræ Apostolicæ, ut vult *Samuel de sepult. tract.1. disp.5. controvers.12.conclus.1.* Prælatus expensis Ecclesiæ, cui inservivit, Canonicus expensis præbendæ, & Ecclesiæ, *Barbos.in cap. Apostolica 9. num.4. de donat.* Parochus, & Vicarius perpetuus ex bonis Parochiæ, *cap. extirpandæ §. quod verò de præben.* filius expensis patris, pater, & mater inopes expensis filii, *l.impensa ff.de relig.* nam tenentur ut ad impensas alimentorum, ità ad funerales, *l.si quis à liberis ff. lib. agnosc. leg. pen. Cod. de patr.potest. Lavor.tom.1.var.tit.2.cap.16. num.14.* & curatio funeris, conditio sepulturæ, pompa exequiarum, magis sunt vivorum solatia, quàm subsidia mortuorum, ut ait *Gregor.VIII.in c.animæ 13.qu.2.*

Parentes tenentur pro filio inope,
59 etiam naturali, & spurio expensas funeris contribuere, *Samuel de sepultur. tract.1. disput.6. cnntrov.3. Sylvest. verb. sepultura num.14. Lavor.tom.1.luc. tit.2. cap.16. num.14. Murga tom.1. de sepult. tract.9. sect.2. §. 17.* Nam & isti alimenta, adeòque habitationem sepulchri subministrare debent, *leg.si quis à liberis ff.de lib. agnosc. leg.penult. Cod.de patria potest. Barb. in cap. cum haberet num.12. de eo, qui duxit in matrim. quam poll. per*
60 *adult.* Expensæ à filio sunt suppeditandæ pro sepultura patris, & matris inopum, ut illis alimenta dare tenetur, *leg. impensa ff. de relig. & sumpt.* Superstes
61 defuncti conjugis inopis tenetur ad expensas funeris, ut ad alimenta, idque etiam ex dote, *l.Celsus, l.quod si nulla ff.de relig.& sumpt.cap.per vestras de dote post divort.restituenda.* Ad expensas ser-
62 vi inopis, ut ad alimenta, dominus tenetur, *l. filius §. qui servum ff. de relig. & sumpt. Samuel de sepult. tract.1.disp.6. controv.15. concl.3.* Si moriatur pauper,
63 relictis quibusdam bonis, hæres si adeat,

deat, ex illis bonis tenetur ad expensas funerum, *l. si quis, l. impensa ff. de relig. & sumpt. funer.* Nam ut ex tali hæreditate debent solvi debita à paupere contracta, ità sumptus funerum, cum sumptus funerum deducantur ante omnes alios creditores, etiam ante dotem, & sint debitum defuncti, & hæreditatis, *l. 1. l. si quis sepeliendus, l. impensa funeris §. penult. ff. de relig. & sumpt. funer. Diana part. 5. tract. 3. resolut. 176. Samuel loc. cit. num. 43. Murga loc. cit. numer. 1.* & ut creditor ob expensas funeris præfertur cæteris in hæreditate, licèt tenuissima defuncti; ità impensæ funeris ante alias deducendæ sunt.

Sepulturæ autem electio cuilibet competit, *cap. fraternitatem, cap. cum liberum, cap. cum nostra, cap. nos instituta de sepul.* ubi omnes Canonistæ, *Lezana in summ. in verb. sepultura num. 10. Fragos. de reg. Reip. part. 5. disput. 8. §. 17. eod. tit. n. 530. Spin. de testam. glos. 2. tit. de elect. sepult. Lavor.* ubi supra *num. 118. Samuel de sepult. tract. 1. conclus. 5. controv. 2.* & nonnulli post *Guliel. de Benedict.* & *Cassan.* traditi per *Spin. de testam. glos. 2. in princip. Ventriglia in prax. notab. 52. de elect. sepulturæ §. unico*, latissimè *Murga tr. 7. disquisit. 6. concl. 105. fol. 264.* quo fit, ut in sepultura electa quis sepeliri debeat; etiamsi sit extra Parochiam, vel in longinquis partibus, & hoc tàm canonico, quàm civili jure fuit constitutum, & habetur etiam ex sacris foliis Exod. cap. 13. & 50. cap. Ebron 13. qu. 2. nam cum Moyses ex Ægypto exiret, ossa Josephi secum tulit, sicut ipse præcepit: & ipsummet Josephum transtuliſſe juxtà paternum præceptum ossa Jacob Patris sui, constat ex Genes. c. 47. & ex c. 13. q. 2. cujus verba sic describuntur: *Si inveni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis, eo quòd Pater meus adjuraverit dicens: En morior: in sepulchro meo, quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam Patrem meum, ac revertar: dixitque ei Pharaon: Ascende, & sepeli patrem tuum, sicut adjuratus es, quo ascendente, iverunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique majores natu terræ Ægypti, domus Joseph cum fratribus suis absque parvulis, & gregibus, atque armentis, quæ reliquerunt in terra Gessen. Habuit quoque in comitatu currus, & equites, & facta est turba non modica: veneruntque ad aeram Arad, quæ sita est trans Jordanem, ubi celebrantes exequias planctu magno, atque vehementi, impleverunt septem dies: & prosequitur: Et portantes eum in terram Chanaan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Heteo contra faciem Mambræ;* ut tradunt *Cassanæus in catal. glor. mundi part. 2. cons. 5. col. 3. Monach.* super *Cod. leg. 3. Cod. de relig. & sumpt. fun. Guliel. de Benedict. in cap. Raynutius part. 2. in verb. mortuo itaque testatore il 1. num. 68. Lavor. loc. cit. num. 118. Samuel de sepult. tract. 1. controv. 2. nu. 11. Murga tract. 5. disquis. 1. & 29. tom. 1.* Hinc leges toto conatu defunctorum postremas voluntates servandas fruenter jusserunt, *l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccles. §. disponat auth. de nuptiis*, cum mille vulgatis, uti rem multum ponderis habentem pro Republica, *leg. 3. §. servari ff. de sepul. viol. cap. ultim. 13. quæst. 2.* ne pietatis leges violentur, *l. contra voluntates Cod. de testam. manumiss. §. fin. authen. de hæred. & falcid.* & civilis sapientia non tàm viventium, quàm decedentium voluntatibus providere curavit, *§. final. authen. de hæred. & falcid.* ordinando, ut ipsæ leges à testatorum placitis integram normam haberent, illorumque dispositis pluspuam legum præceptis deferretur, *l. filio ff. ut legatorum nom. caveatur*: impium enim esset mortuorum jussionibus non obtemperare, quorum arbitrium cum ipsismet defunctis in æterno sepulchro remanet, *dicta l. 1. Cod. de sacrosanct. Eccl.* eosque esset maxima afficere injuria: quod valdè suo ævo increpavit *Justinianus in leg. & quia ff. de interrog. act. leg. vel necare ff. quemadmodum testamenta aperiantur*: Denique, cæteris posthabitis, testatoris voluntas etiam libertatis favori anteferenda est, *§. licèt quibus ex caus. manum. non lic. leg. si servus legatus §. servus alienus de legat. 1.* & hoc magis in ejus humando cadavere servari debet, nulla de contrariis habita ratione, prout dixit *Spin. de testam. glos. 2. num. 8.* Hanc eandem opinionem probant *Vasquez de succes. §. 7. num. 10. Aloys.* de Leo *sup. l. 1. Cod. de relig. & sumpt. funer. num. 8.* & 9. hisce verbis: Ex qua sententia sic constituta infertur primò, quòd si testator in testamento præcepit, ut postquam corpus suum sepulturæ traditum esset, à tempore illius funeris usque ad annum corpus suum transferatur, & reportetur in aliam sepulturam, vel locum, est parendum huic voluntati, aliàs hæredes incurrent pœnam à testatore impostam, si id facere neglexerint, vel non curaverint, cum ultima testatoris voluntas in omnibus debeat servari, ut dicimus,

Digitized by Google

Et tam maximè electioni ſepulturæ, & cadaveris translationi leges favent, ut ipſum cadaver religioſum, aut ſacrum priſcis temporibus appellatum ſit, & uti ſacrum veneratum, ut apud Hiſtoricos, & apud ipſoſmet Canoniſtas traditum eſt, *Plutarc. in Numa*, *Plinius lib.2. hiſtor. Panormitan. in cap. cum liberum de ſepult.* per hæc verba: *Quia corpus defuncti ſit quid religioſum*. Et locos per mortui illationem ſacros, religioſoſque fieri omnibus notum eſt, *leg.cum diverſis ff de relig. & ſumpt.fun. leg.final.ff.de mortuo inferendo*, *l.quid ergo §. ſed ſi mortuum de legat.1. leg.pergit Cod. de ſepulchro viol. §. religioſum*, ubi *Accurſ. inſtit. de rer. diviſ. Aſin.in leg.ſi locus 34, & in l.2. §.ſepulchrum, & in leg. cum loca de religioſis, & ſumpt.fun.* Quod eatenus procedit, ut etiam communi fundo ab uno invitis cæteris dominis illatum cadaver adhuc locum illum religioſum efficiat, *l.in tantum §.religioſum ff.de rer. diviſ.* quinimò & quæ buſtis, & ſepulchris adhærent, religioſa efficiuntur, *leg. quæ religioſis 44.ff de rei vindic.* & mortuorum ædes plus juris, & venerationis habent, quàm viventium domus, imò pluſquam curia, pluſquam forum, cæteraque publica loca, denique pluſquam regia, & baſilica, *l.ſervitutes §.fin.* ubi *Accurſ. in verb. impedit ff. de ſerv.* Religioſus enim locus dicitur, quod majeſtate, & veneratione plenus interpretatur, & ab ipſis ſepulchris olim templa originem duxerunt, *Aulus Gell. noct. attic. lib.4. cap.9.* & quamvis intruſor alieni agri jure optimo à domino ejiciatur, ut ex *Euſebio*, & *Lactantio*, *Lucretius de rebus natural.in fine*; mortuorum tamen oſſa alieno illata amovens injuriarum actione tenebitur; & ſi alibi oſſa transferre, eademque honorificè humari quis voluerit, non permittitur, niſi magnis cum cæremoniis, & ſolemnitate, accedente Pontificis, & Principis licentia, *leg.quemadmodum §.primo verſic.aliud ff.ad l. Aquil. leg.3. §.eum qui ff.de vi, & vi armata*, cum aliis concordantibus. Quod antiquitùs procedebat de jure civili, antequam cadavera in Eccleſiis ſepelirentur: ſed hodiè fortiùs procedit, dum in eis ſepeliuntur, quo caſu tàm cadaver, quàm locus ſacrantur per Epiſcopi conſecrationem, ideòque hodiè omnia ſepulchra ſunt religioſa, *l.oſſa ff.de religioſ. & ſumpt.fun. l.nemo Cod. eod.tit. Cicero de legib. lib.3. Plin. epiſt.71. lib.10.* & quòd verè ſint religioſa tàm corpus, quàm ſepulchrum, habetur in *dicta leg. quæ religioſis ff. de rei vindic. leg. invito de relig. & ſumpt. fun. Molin. de primog.lib.1. cap.24. n.58. Sebaſtian. Medices de ſepultur. quæſt.19. Guliel. de Bened. in dicto cap. Raynutius in verb. mortuo itaque teſtatore il 2. num.68. in fin. Alex. ab Alexan. lib.6. dierum genialium cap.14. lit.X. Fragoſ. de regimine reipub. tom.3. diſput.8. §.17. num.539.* & mortuorum corpora aliqua juſta ex cauſa transferri poſſe de loco ad locum, colligitur ex *leg.1. Cod.de religioſis, & ſumptibus funerum*, ubi *Gloſſa*, & DD. & antiquiſſimum fuit, omnes ejuſdem ſanguinis eodem in ſepulchro tumulari debere, ut habetur *Geneſ. cap.25.& 49. & Machabæor.lib.1. cap.2.n.70.* quod juri conſonum ſemper fuit, *cap.1. de ſepulturis*, *cap.3. eod. tit. in 6. Divus Gregorius lib.2. dialogi cap.34. Afflictus in tract. de jure prothomiſeos in rubrica num.17. Layman in ſua theologia morali lib.3. de juſtitia tract.6. cap.12. num.8. Riccius collect.2143. Barboſa in cap. fraternitatem num.3. de ſepulturis*: quod multò magis in Regibus, & Imperatoribus procedere dixerunt *Petrus de Ubaldo de canonica Epiſcoporum cap.9. & de canonica parochiali nu.19. Franciſcus Maria Samuel in tractat. de ſepulturis tract.1. controverſ.9.* & antiquitus oppoſitum ſi contigiſſet, pœna, & Dei flagellum exiſtimabatur, ut habetur *lib.3. Regum cap.13.* ubi in pœnam illius, qui in Bethel comederat contra Dei præceptum, dictum ei fuit: *Non inferetur cadaver tuum in ſepulchrum patrum tuorum*.

Nec dici valet, quòd defunctorum corpora non poſſint transferri de loco ad locum, *l.oſſa 8. l.Divi fratres 39.ff.de relig. & ſumptibus funerum*, *leg.nemo 14. Cod. eod. tit. l.qui ſepulchr. in fin. Cod.de ſepulchro violato*. Reſpondetur enim, quòd jura corporum prohibentia aſportationes prædictas procedunt, quotieſcumque teſtator ſepulturam in aliquo loco in perpetuum elegiſſet: nam ſi quis eo animo corpus intulerit, ut alibi poſtea transferret, magis temporis gratia deponere, quàm ibi ſepelire mortuum, & quaſi ſedem dare cenſetur, non ubi interim ſepelitur, ſed in loco, ubi eſſet transferendum, ut in *leg. ſi quis 40. ff. de religioſis*, & *ſumptibus funerum*: unde quoties non perpetuæ ſepulturæ, ſed expreſsè depoſiti loco cadaver traditum eſt, toties illius translatio ad locum perpetuò electum licita eſt, ad *textum in l.ſi nec dum perpetuæ 10. Cod. de relig. & ſumptibus funerum*, *l.Divi fratres 39.* cum *leg.ſeq. ff. eodem*, *Gloſſa in cap. corpora in verb.*

Principis de consecrat. distinct. 1. Paulus de Castro in leg. 1. in fine Cod. de religios. & sumptibus funerum, Joannes Staphileus de gratiis, & expectativis in tit. de rescriptis in forma brevis num. 43. cum seq. Navarrus tom. 1. lib. 3. tit. de sepulturis cons. 10. in principio, Rota diversorum decis. 550. part. 1. Genuensis in praxi c. 71. num. 3. Riccius collect. an. 2143. Moneta de com. ultim. volutantum cap. 50. num. 398. maximè ita disponente defuncto, dum ejus voluntas omninò servanda est, *cap. fraternitatem 33. cap. cum liberum 6. de sepulturis, Barbosa in dicto cap. fraternitatem*, ubi observat *Abbas nu. 3.* quòd si alibi sit cadaver sepultum, poterit exhumari, & ab ea Ecclesia vindicari debet.

Hinc invictissimus ille Rex Alphonsus de Aragona Principum speculum, & animi magnitudine maximus, ad æternam pervolans vitam ejus corpus in Monasterio Beatę Mariæ de Populato Principatus Cataloniæ (ubi Serenissimorum ascendentium corpora tumulata habebantur) sepeliendum jussit, & interim in depositum Priori, & Monasterio Sancti Petri Martyris commendavit, si in hoc Regno Siciliæ citra Pharum ab hac vita migrare contigerit: sin alibi, illud Priori, & Monasterio Sancti Dominici, si ibi fuerit, aut loci Prælato pro depositi attribui, & deinde in dicta Ecclesia de Populato humandum esse mandavit, ut in ultimo illius legitur elogio, & unanimiter Historici fatentur, inter quos *Joannes Antonius Summont. lib. 3. fol. 21. Scipio Mazzella* in ejusdem Regis vita *fol. 299. Hieronymus Zurita lib. 16. cap. 47. fol. 51. Mariana in sua historia generali lib. 22. cap. 28. fol. 353. Stephanus de Garrinay*, & *Zamolloa lib. 22. cap. 21. fol. 71.* Hujus Regis cadaver in Ecclesia Sancti Dominici majoris cum fuisset sepultum, D. Petrus de Aragona hujus Regni Prorex in anno 1668. volens illud transferre ad locum destinatum, se opposuerunt Patres Sancti Dominici plura opponentes, de quibus infrà, & lis super hoc promota fuit.

Pro translatione ultrà supra adducta in genere adducebatur geminata illa declaratio, qua Rex se declaravit, ejus corpus ibi esse loco depositi, sed alibi transferendum, & interim commendavit Patri Priori Sancti Dominici, ut in ejus testamento habetur: quod verbum commendare aliud non est, nisi deponere, *l. Lucius 24. ff. depositi, l. commendare 186. ff. de verb. signif. Mantica de tacit. lib. 10. tit. 3. num. 26.* ex hac geminata eloquutione colligitur enixè illius voluntas tumulandi ejus cadaver in Ecclesiæ sepultura Serenissimorum antecessorum, cui nequit ullo pacto opponi.

Opponebant prædicti Patres cursum temporis, & immemorabilem præscriptionem, quæ vim tituli habet, *cap. super quibusdam 28. §. præterea de verbor. signific. l. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiva, Cravetta de antiquitate temporis part. 4. quæst. 12.*

Respondebatur primò, quòd cum de-
67 positarius non habeat neque dominium, neque possessionem rei depositæ, *l. universitas 30. §. finali ff. de acquir. possess. l. licet 17. §. res depositæ ff. depositi*, sed vocetur simplex custos, *§. præterea institut. quibus modis re contrahitur obligatio, l. prima §. is quoque il 2. ff. de action. & obligat. l. prima ff. depositi, Franciscus Marcus decis. 444. Covarruv. lib. 3. var. cap. 15. sub num. 8. Wessembecius in paratitlis lib. 16. tit. 3. à nu. 2. cum sequentib. Mantica de tacitis lib. 10. tit. 1. num. 14. cum seq. & tit. 3. num. 1. Oñatt. de contractibus tom. 2. tract. 19. disput. 55. n. 7.* nullam per consequens poterant prętendere præscriptionem, quæ sine possessione non datur, *l. sine possessione 25. ff. de usucap. l. qui in servitute 161. ff. de regul. jur. cap. causam 7. de præscript.* ubi *Abb. num. 2. cap. sine possessone 3. de regul. jur. in 6. Riccius collect. 2760.* etiamsi prætenderetur immemorabilis præscriptio, *Rota diversorum part. 2. decis. 308.* & per
68 hoc dici solet, quòd non potest ad præscriptionem recurrere, qui precario, atque alieno nomine possidet, *cap. si diligenti 17. de præscript. l. quod meo 18. ff. de acquir. possess. l. malè agitur 2. Cod. de præscript. triginta, vel quadraginta annorum, glossa in cap. sine possessione 3. vers. sine de regulis juris in 6. Rota diversorum decis. 315. num. 2. parte prima:* cujus ratio est, quia sine titulo idoneo ad acquirendum dominium præscriptio (licèt diutina possessione interveniente) non datur; *l. diutina 4. l. nec petentem 5. l. si fraude 6. l. si is 8. Cod. de præscript. longi temporis, l. nullo 24. Cod. de rei vindicat.* & proindè depositi titulo rem tenere, significat illam alienam esse, & alterius nomine custodire ex dictis: & vanum est depositarium petere præscriptionem, *glossa in cap. quia cognovimus 10. quæst. 3. cap. clerici*, & ibi *glossa in verbo jus proprium 16. quæst. 1. glossa in cap. cum non licet 12. vers. non obstante in fin. de præscript. Franciſ*

Balbi

Balbus de præscript. part. 6. in principio num. 51. vers. vigesimus sextus casus.

Respondebatur secundò, quòd præ-
69 scriptio, si adsit mala fides, maximè ex invalido titulo resultans, locum obtinere non potest, *cap. vigilanti 5. cap. fin. de præscript. cap. possessor 2. de regul. jur. in 6. Navarrus in lib. 2. tit. de sententia, & re judicata cons. 50. Covalerius dec. 77. num. 7. & decis. 91. nu. 10. cum sequentib.* & possessio in hoc casu semper fuit ab initio ex titulo depositi, imò Historicis omnibus præter dictum testamentum notoria reddebatur, ut in simili dicunt *Rot. Roman. divers. decis. 315. num. 3. part. 1.* & post alios *Menoch. de retinen. possess. remedio 3. n. 638. cum seq.*

Respondebatur tertiò corruere præscri-
70 ptionem, seù prætensæ centenariæ possessionis dubium, quia quotiescumque constat de titulo invalido, & vitioso, possessio, licèt antiquissima, non relevat, ut supra diximus, & ponderant *Stephanus Nathen de just. vulnerata part. 2. cap. 3. nu. 50. & Menoch. de retin. poss. remedio 3. num. 639.* nec immemorabilis dici potest, licèt mille esset annorum, quoties de initio constat, *Zasius lib. 2. c. 16. num. 50.*

Respondebatur quartò, quòd cum sepul-
71 chrum humani corporis dicatur religiosum, uti tale non est in commercio nostro, *l. 2. l. si sepulchrum 6. l. locum 9. C. de relig. & sumptib. funerum*, ubi *Paulus de Castro, l. in rem 24. §. loca, l. quæ religiosis 44. ff. de rei vendicat.* & proindè tamquam res religiosa neque præscribi, neque possideri potest, *l. usucapionem 9. ff. de usucap.* ubi *Abbas à num. 1. Felyn. num. 1. & in cap. cum ex officio eodem titulo, glossa in cap. sine possessione de regulis juris in 6. & glossa in cap. cum non liceat 12. de præscript. Paris. tom. 1. cons. 27. num. 62. Riccius collect. 426. in principio*, etiamsi adesset cursus mille annorum, ut fundat *Franciscus Balbus de præscript. part. 6.* in principio *num. 9. vers. decimus tertius casus.*

Ex quibus sequitur, quòd dum cor-
pus prædictum loco depositi erat in Sacristia Venerabilis Monasterii S. Dominici, non poterat Monasterium opponere exceptiones etiam liquidas, quando ei competiissent (quod non erat) nisi re deposita restituta, *cap. bona fides 2. de deposito, l. si quis 11. C. depositi, l. fin. in fine C. de compensat. §. in bonæ fidei instit. de actionibus, Franch. decis. 151. num. 2. Vivius decis. 191. Puteus part. 2. decis. 292. Marta decis. 137.* ergo ante omnia corpus ibi depositum
est tumulandum in Ecclesia Sanctæ Mariæ de Populato, & deinde Patres Monasterii prædicti opponere debent exceptiones, quas prætendunt.

Adeò autem verum est, quòd cadaver
73 depositi loco positum ad perpetuum electum sepulchrum transferendum est, ut translatio prædicta absque ulla licentia fieri possit, per textum in *l. si nedum perpetuo 10. &* ibi *Salycetus, & l. nemo 14.* ubi *glossa, & DD. C. de religiosis, & sumptibus funerum, l. Prætor ait 3. §. non perpetuæ sepulturæ ff. de sepulchro violato, glossa in cap. corpora 37. in verbo Principis de consecratione dist. 1. Hieronymus Rodriquez qu. regular. resol. 127. num. 25. Villalobos in summa t. 2. tract. 31. difficult. 6. num. 4. Nicolius tom. 1. var. lucubrat. tit. 1. de rerum divis. §. religiosum num. 20. Diana part. 3. tract. 2. resolut. 120. Lauretus de Franchis de controversiis inter Episcopos, & Regulares quæst. 66. Bordonus tom. 3. tit. de sepulturis resol. 51. num. 60.*

Opponebatur tertiò, præsumi Re-
74 gem Alphonsum aliud condidisse testamentum, & in eo elegisse aliam sepulturam in dicta Ecclesia Sancti Dominici. Ad quod respondebatur primò, quòd talis testamenti revocatio est quid facti, & factum non præsumitur, nisi probetur ab illo, qui in eo se fundat, *l. 1. C. de probation. l. 1. & l. asseveratio 10. C. de non numerata pecunia, cap. cum Joannes §. verum de fide instr. cap. licèt de constit. in 6. cap. auditis 15. de præscript.* ergò quotiescumque prædicta revocatio non producitur, præsumi non potest. Respondebatur secundò, quòd ille,
75 qui habet pro se scripturam, dicitur habere fundatam intentionem, *l. cum precibus 18. Cod. de probat. Decius cons. 423. num. 10. Surdus cons. 6. num. 11. & cons. 134. num. 34. lib. 1. Gratianus tom. 4. discept. forens. cap. 706. num. 1. cum seqq.* & dum sumus in antiquis, contra tale testamentum non possunt nec præsumptiones, nec testes adduci, ut post *Baldum Aretinum*, & alios, dicit *Mascard. de probat. in princip. quæst. 6. num. 16.* Respondebatur tertiò, quòd virtute testamenti prædicti sereniissimus Dux D. Jo: frater Alphonsi Regis Regni Aragoniæ, & Ferdinandus illius filius legitimatus Calabriæ Dux, hujus Regni possessionem adepti fuerunt, ut fatentur omnes Historici supracitati, quorum nullus ausus est contrarium dicere. Re-
77 spondebatur quartò reddi indubitabilem talem electionem sepulturæ, quia licèt singularibus testibus probari potuisset,

Guidò Papa deciſ. 544. *Maſcardus de probat. concluſ.* 1304. *Genuenſis in praxi cap.* 76. *num.*8. & ſatis fuiſſent duo teſtes ad illam probandam, *Sebaſtianus Medices de ſepulturis qu.*8. *P. Diana part.*5. *tract.* 3. *de caſibus occurrentibus tempore mortis reſol.* 106. nihilominus illa ab omnibus Hiſtoricis aſſeritur, & probata indubitanter dicitur, ad textum *in cap. cauſam* 13. *de probat.* & ibi *Abbas num.* 1. *gloſſa in cap. inter dilectos* 6. §. *ſed contra de fide inſtrum. gloſſa in cap. venerabilem* 33. *in verbo transtulit de elect. Bart. in l.* 1. *num.*22. *ff. ſi certum petatur*, & ibi *Jaſon num.* 25. *Maſcardus concluſ.* 287. imò non ſolùm ex Hiſtoricorum atteſtationibus aliquid dicitur probatum, ſed etiam notorium, *Baldus in l. ei quidem* 7. *num.* 20. *cum ſequ. Cod. de accuſation. Pariſius conſ.* 1. *num.*50. *vol.*1. *Maſcardus dicta concluſ.* 287. *num.*6. Re-
78 ſpondebatur quintò ex alio facto: nam cum in anno 1594. reſtaurandum eſſet ſepulchrum dicti ſereniſſimi Regis, fuit id factum per Comitem Mirandæ tunc Proregem hujus Regni, ut habetur in *Neapoli Sacra in verbo Eccleſia Sancti Dominici fol.* 289. & non ſumptibus dicti Monaſterii, quod quia non niſi depoſitarium erat, expenſas pro re depoſita erogare non tenebatur, *l. & apud quem* 5. *l. actione ff. depoſiti*, *Mantica de tacitis lib.*10. *tit.*4. *num.*8. *cum ſequenti*, & *tit.*10. *nu.*24. Reſpondebatur ſex-
79 tò, quòd ita de jure ſtatutum eſt, non præſumi pluralitatem ſcripturarum, ſed ab allegante illam probari debere, *cap. in præſentia* 8. *de prob. cap. cum Joannes*, *cap.* 10. *de fide inſtrum.* & ibi *Felynus num.* 6. *Surdus conſ.* 16. *num.* 9. & *conſ.* 355. *num.* 26. & 385. *num.* 10. *Gratianus cap.*93. *num.* 11. & *cap.* 824. *num.* 47. & *cap.* 948. *num.*18. & *cap.*951. *num.* 15. & multò magis procedit in pluralitate teſtamentorum, quæ nunquam præſumitur per textum *in l. fin. C. de rebus creditis*, ubi *Baldus num.* 8. *l. omnium* §. *nec ſunt*, ubi *gloſſa*, *C. de teſtamentis*, & ibi *Bart. num.* 4. & *Baldus num.* 10. idem *Baldus in l.* 2. *num.* 8. *Cod. de erroribus Advocatorum*, *Jaſon in l. eum qui* 30. §. *in popularibus num.* 19. *ff. de jure jurando*, *Alex. conſil.* 4. *num.* 12. *lib.*7. *Corneus conſ.* 186. *num.*7. *vol.*3. *Pariſius conſ.*33. *num.*42. *vol.*2. *Maſcard. concluſ.* 1180. *num.*6. *Menochius lib.* 6. *præſumpt.* 15. *num.*6. ergo non poterat allegari teſtamentorum pluralitas.

Opponebant ultimò prædicti PP. non
80 adeſſe perſonam legitimam hanc translationem petentem, & ideo fieri non debere, ad text. *in l. non ignorat Cod. qui accuſ. non poſſunt*, *l. ſi quæramus ff. de teſtam. l. quidam referunt ff. de jur. dotium*, *gloſſa in l.* 2. *Cod. de edict. Divi Adriani toll.* ubi *Bart. Baldus*, & alii. Ad quod pluribus modis reſpondebatur: Primò
81 quòd licèt non adeſſet perſona, cui actio prædicta competeret; tamen poterat id fieri ex officio judicis ad textum in *l. militis* 5. & ibi *Paulus de Caſtro Cod. de religioſis*, & *ſumptibus funerum*, cum interſit cadavera ſepeliri, *l. nec corpora* 38. *ff. de relig. & ſumptibus funerum*, & corpora depoſitata verè ſepulta non cenſentur, *l. ſi quis enim* 4. *ff. de relig. & ſumptibus funerum*, *Gregorius Tholoſanus in partitione juris canonici lib.*1. *tit.* 15. *c.*2. ergo dum judicis officium impertiri poteſt petenti mortuum ſepeliri, debet etiam impertiri petenti defunctum perpetuæ ſepulturæ transferri, quod judicis officium etiam ſub actionis appellatione contineri dicit *Jaſon* poſt alios in §. *ſupereſt num.* 55. *inſtit. de action.* & licèt regulariter illud judice irrequiſito non impertiatur, *l.* 4. §. *hoc autem judicium ff. de damno infecto*; nihilominus in illis rebus, quæ pietatem ſapiunt, abſque ulla requiſitione impertiendum eſt, ad textum in *l. ne quicquam* §. *ultimo verſ. plerumque*, & ibi DD. *ff. de officio Proconſulis*, latè *Tiraquellus de pia cauſa privil.*152. Reſpondebatur ſecundò, quòd adeſt dicta Eccleſia S. M. de Populato, ubi perpetua ſepultura electa fuit., cui hæc actio, imo & cadaveris vindicatio competit, ad textum *in cap. confraternitatem* 3. *de ſepulturis*, ubi *Abbas n.*3. Reſpondebatur tertiò, quòd hoc poteſt fieri ad inſtantiam cujuſcunque, licèt extranei: nam cum ſepelire cadavera mortuorum ſit opus pietatis ad textum *in cap. aurum* 12. *qu.* 2. *Maranta in medulla decreti in verbo ſepelire fol.*724. & pietatis, atque miſericordiæ uſus communis, *cap. non ſatis* 14. *in fine* 86. *diſt.* & actio, quæ ex pietate, & miſericordia naſcitur, popularis ſit, *Speculator lib.* 2. *de inſt. edit.* §. 13. *quæſt.* 66. *num.* 55. *Surdus de alimentis tit.* 3. *qu.* 8. *num.* 2. prout in omnibus piis diſpoſitionibus adimplendis ex eadem cauſa pietatis dicitur; cuilibet de populo agere licet, per textum in *auth. de Eccleſiaſticis titulis* §. *ſi autem*, *Baldus in auth. hoc amplius num.*12. *C. de fideicommiſſis*, *Tiraquellus de pia cauſa privilegio* 151. *Regens Rovitus in pragm.* 1. *de legatis piis num.* 3. Reſpondebatur quartò, quòd, cum poſſet Rex Hiſpaniarum id facere, poterat &

Pro-

Digitized by Google

Prorex in Regno, quia eſt ejus locum tenens generalis ex notatis per *Andream in cap. Imperialem num.13. de prohib. feud. alien. per Fridericum, Luc de Penna in l. in officio Cod. de Caſtroſianis. lib.12. Frecc. de ſubfeudis lib. 2. in tit. quis dicatur Dux a num.29. cum ſequenti, Præſ. de Franchis deciſ. 165. num. 2. Regen. de Ponte de poteſt. Proregis in titulo de diverſis proviſionibus fieri ſolitis in principio, & tit. 7. de aſſenſibus Regiis §. 6. num.3. & 12.* Plures autem jureconſulti in prædicta cauſa ſcripſerunt inter quos Michael Muſcettula tempore, quo erat Regius Conſiliarius, ac Syndicus electus ab hac Civitate, & Hyacinthus Urſinus, ex quorum allegationibus prædicta fuerunt per nos reaſſumpta quamvis nihil fuiſſet in cauſa prædicta reſolutum, cum adhuc permaneat in ſacriſtia PP. S. Dominici corpus præfati Regis Alphonſi.

Actus ultimæ voluntatis factus, altero in ſpecie ſuggerente, inducente, inſtigante, eſt nullus, *leg. 4. l. 6. l. 8. l. ſi obſides 11. l. filius famil.16. l. illa inſtitutio 32. D. de teſtam. cap. cum tibi 13.* ubi *Gonzalez num. 3. de teſtam. Zacchias qu. medico leg. deciſ.85. num.13. Mantica de conject. lib.12.tit.16. num.11.* Electio autem ſepulturæ eſt actus ultimæ voluntatis, *cap. unaquaque §. eſt contra Adam. 13. qu. 2. cap.cum liberum, c.non inſtituta, c.cum de uxore de ſepult. l.1. Cod. de Sacroſ. Eccleſ. Probus in cap. animarum 1.num.2. de ſepult.in 6.* ubi *Gl. v. prædictos, Murga tom.1. de ſepult.tr. 7. diſquiſit. 1. num. 6. Ventriglia de elect. ſepult.adnot.52. num.1. Bonacin.tom.2.diſput.3.quæſt. 2. p. 3. num.6. Maranta p.4. controv.reſp.14.num.5. Medices de ſepult. p.1.quæſt. 1. num.1. Diana p.5 tr.3. reſol. 106.* inde etiam concludentes ſemper revocabilem eſſe, & probari eiſdem mediis, quibus ultimæ voluntates probantur. Meritò ergo electio ſepulturæ facta, altero ſuggerente, inducente, inſtigante, 8 ſolicitante, erit nulla, *Murga tom. 1. de ſepult.tr.7.diſquiſ.2. num. 4. Gavantes enchirid. v. ſepultura num. 2. in add.Maceratenſ.lib.1.var. reſol. fin.cap.59.§.confirmabatur, Barboſ.lib.1.de jure Eccl.cap. 10. nu. 38.* & in ſpecie nullam eſſe talem electionem ſepulturæ factam inductione, promiſſione, voto, juramento, vel alia fide interpoſita, patet ex *cap. animarum 1.* ibi: *Ne aliquos ad vovendum, jurandum, vel fide interpoſita, ſeù aliàs promittendum, inducant, ut apud eorum Eccleſias ſepulturam eligant, vel jam electam ulterius non immutent. Nos enim (ſi ſecùs actum fuerit) electionem talem decernimus nullius penitus exiſtere firmitatis, ſtatuentes, ut ii, qui ſic elegerint, nec apud ſic electas Eccleſias ullatenus ſepeliri, nec alibi poſſint eligere ſepulturam, ſed, contradictione quacumque ceſſante, ſepeliantur omninò apud illas Eccleſias, apud quas ſepeliendi de jure fuiſſent, ſi aliàs ſepultura non electa forſitan deceſſiſſent; de ſepult. in 6.* Idem eſt diſpoſitum in *clem. cupientes §. ſanè il 3. de pœnis*, ubi adverſus Clericos, & Regulares inducentes alios ad eligendam ſepulturam in propria Eccleſia eſt excommunicatio lata Papæ reſervata. Et, ut teſtamentum eſt nullum factum ad ſuggeſtionem cujuslibet, ità electio ſepulturæ facta ad cujuslibet ſuggeſtionem erit nulla. Nam à teſtamento ad electionem ſepulturæ tenet argumentum, ut rectè concludit *Murga tom. 1. de ſepult.tr.7.diſp.2. num.10.* adeòque in *cap. 1. de ſepult. & d. clem. cupientes* ſermo fuit de certis perſonis, clericis ſcilicet, & regularibus, inducentibus ad ſepulturam in propriis Eccleſiis. Electio tamen ſepulturę facta, etiam laicis inducentibus, nulla eſt, ut eſſet nullum teſtamentum conditum laico ſuggerente. Malè enim agens puniri debet, & jure punitur, ut electio eo ſuggerente facta nulla ſit, *Probus in cap. animarum 1. num.5. de ſepult. in 6.* & ità indiſtinctè nullam eſſe electionem ſepulturę factam ad ſuggeſtionem alterius cujuslibet, ait *Marchettus tr. de ſepult.tit. 38. §. 5. nu. 134.* ibi: *Eſt pariter invalida electio ſepulturæ, ſi fuerit facta ad aliorum ſuggeſtionem*: & citat *Genuenſ. prax.c.76. n.3.* & latiùs *tit.39.§. 3. in allegatione fol. mihi 277.* dicens nullam eſſe electionem factam ad ſuggeſtionem, etiam ſine commodo ſuggerentis, etiamſi facta ſit alternativè, velit ne tumulari in Eccleſia Parochiali, vel S. Petri, vel S. Pauli, vel Annuntiatæ, &c. quia tantùm interrogari poteſt in genere, ubi velit ſepeliri, *Maceratenſ.1.var.reſ.cauſ. 59. §. confirmatur*, ibi: *Dicta electio diceretur facta ad ſuggeſtionem alterius*: & loquitur de communitate eligente pro Civibus ſepulturam, & concludit electionem eſſe nullam, tanquam factam ad ſuggeſtionem alterius, *Rota p.1. in noviſſ. dec.333.num.6. Burſattus conſ.226.n. 16.vol.2. Rot. p.1. diverſ.dec.333. num.6. Piaſecius p.2. prax. Eccl.c.3.§. 6.num.64. v. cæterum, Ricc. p.4.pr.r.294. num.30. & p.2. var.reſol. 312. num.6. Bellet.diſq. cler. p.1.de clerico debitore §. 3. num. 26. Barboſ. de Paroch. cap. 26.num.38. Antonell.*

Digitized by Google

nell. lib. 1. regim. eccl. Epiſc. cap. 12. num. 43. Samuel de ſepult. tr. 1. diſp. 2. controv. 1. Ventrig. de elect. ſepult. adnot. 72. §. un. n. 28. Trullench. tom. 1. tr. de jure Paroch. c. 9. dub. 5. n. 17. Unde nequeunt communitas, & ſinguli de communitate collectivè, & diſtributivè validè eligere ſepulturam in aliqua Eccleſia, *Macer. ratenſis lib. 1. variar. reſol. fin. caſu 59.* dicens oppoſitum ſentire eſſe vanum, *Ventriglia prax. rerum notab. §. unic. ad. not. 52. num. 20. Marchett. de ſepult. tit. 38. §. 4. num. 120.* idque quia facta præſumitur inductione, & quia præjudicaretur Parochiis, & Eccleſiis aliis habentibus jura parochialia, *c. 1. & 2. de ſepul. c. 7. 13. qu. 1. c. 1. 16. qu. 1.* & S. Congreg. in una Neap. electionis ſepulturæ 14. Febr. 1666. *in reſp. ad 2.* apud *Pignatellum tom. 1. conſult. 17. num. 21.* & impreſſa Neap. 1669. ad hoc quæſitum: *Secondo, ſe al valore della elezione della ſepoltura ſi richieda il teſtamento nell'ultima volontà, overo baſti, che ſi eligga innanzi per altro atto publico, che non ſia teſtamento*; ità reſpondit: *Ad 2. cenſuit, non requiri neceſſariò teſtamentum*: Unde S. Congreg. de pluribus interrogata uni reſpondit, ſcilicet electionem ſepulturæ poſſe fieri abſque teſtamento. Alia ergo vel negavit, ut eſt de jure certum: nam potens pluribus reſpondere, uni reſpondens, alia negare cenſetur, *c. non ne de præſumpt.* vel illa reliquit diſpoſitioni juris communis, conſuetudinis, & privilegiis Eccleſiarum maximè immemorabilibus, quibus noluit præjudicare, *l. ſed ſi rem D. de his, quæ in fraud. cred. cap. 3. de jurejur. c. veniens de præſcript.* ſolumquè Sacr. Congr. declarare voluit jure communi licere eligere ſepulturam teſta-
83 mento non facto, ut eſt permiſſum conſuetas alias ultimas voluntates ſinè teſtamento facere. Modi autem conſueti tantùm permiſſi faciendi electionem ſepulturæ ſunt: I. teſtamentum, *Lezana tom. 2. part. 4. v. ſepultura num. 11.* II. codicilli, qui etiam ſine teſtamento fieri valent, *Dec. conſ. 287. num. 3.* etiamſi codicilli ſint invalidi, non defectu voluntatis defuncti, nec defectu ſaltem duorum teſtium, *Rota p. 2. in noviſſ. deciſ. 731.* III. ſcriptura etiam privata manu teſtatoris ſubſcripta, & illi teſte, quibus teſtamentum piùm fieri, & probari poſſet, *Ventrig l. in prax. adnot. 52. de election. ſepult. §. unico num. 45.* IV. per actum factum coram duplici, non coram uno teſte. Sacr. Congreg. 13. Febr. 1666. *in reſp. ad 5. quæſitum*, *Gavantes in manuali Epiſcop. v. ſepultura num. 20.* idque, etiamſi teſtes eſſent ſingulares, *Barboſ. in cap. cum ſuper 8. num. 2. de ſepult. Ricc. p. 1. pr. r. 565.* V. coram Parocho, ſi non deponat de electione ad proprium commodum, Sacr. Congr. 13. Febr. 1656. *in reſp. ad primum*. VI. coram Confeſſario illo modo, quo ultima pia voluntas coram Confeſſario facta validè probari valet: ideoque nunquam ad proprium commodum, nec ſuæ, vel alterius Eccleſiæ, undè lucrum reportaret, *Lezana v. ſepultura num. 11. Genuenſ. in pr. c. 61. num. 8. Murga tom. 1. tr. 7. in fin. diſqu. 17. num. 10.* Si enim Parocho non creditur ad proprium commodum, multò minus credi poterit alteri Confeſſario, cui crederetur, ſi ad ſuum commodum non deponeret cum juramento de electione ſepulturę coram ſe facta, ut de aliis piis diſpoſitionibus, *Diana p. 5. tr. 3. reſol. 106. de caſibus occurrentibus tempore mortis, Franchius in controv. inter Epiſcopos, & regulares, qu. 64. §. probatur.* Optimè ergo Sacr. Congr. reſpondit, ad validam electionem non requiri teſtamentum, cum poſſit validè fieri pluribus aliis dictis modis in Eccleſia conſuetis, publicis, & privatis, ut ſunt conſuetæ fieri aliæ piæ ultimæ voluntates, cum reſponſa Sacr. Congr. ſint, ut de jure juriſprudentiſſimi reſponderent, & juxta diſpoſitionem legum, quę tantùm aptantur ad ea, quę frequenter fieri ſolent, *l. nam ad ea potiùs debet aptari jus, quæ & frequentèr, & facilè, quàm quæ perrarò eveniunt; 5. leg. neque 9.* ibi; *Sed ſufficit ea, quæ plerumquè accidunt, contineri; D. de legib. Alciatus diſput. 2. c. 8.* & cæteri DD. Quamvis autē electio ſepulturæ ſit libera, *cap. 1.* ibi: *Ubicunque libitum fuerit, eligat ſepulturam; c. de uxore 7. c. cum liberum de ſepult.* Pax Jord. *vol. 2. de re benef. lib. 10. tit. 20. n. 102.* Barboſ. *par. 2. de jure Eccleſ. cap. 10. num. 19. Samuel de ſepult. tr. 1. diſput. 2. concl. 1.* Poterit ergo eligi ſepultura quomodolibet, & ubilibet, *cap. 1.* ibi: *Ubicunque libitum fuerit, eligat ſepulturam; de ſepult.* non eſt tamen omninò libera, ita ut fieri valeat contra leges, cum nequeat ſupplicio affectus ſepulturam eligere, *Berous in cap. ex parte num. 12. de ſepult.* nec valet quis eligere ſepulturam extra Eccleſiam, vel in alieno ſepulcro, *l. ſervo §. fin. D. de legat. 1. l. quidam in ſuos D. de condit. inſtit. Barboſ. de poteſt. Parochi cap. 26.*

Durum non debet videri jus Eccleſiæ, ut ſuccedat exteris inteſtatis decedenti-

bus

bus, *auth. omnes peregrini C. commun. de succeſſ.* ubi bona peregrini inteſtati conſervantur hæredibus defuncti ab habente Epiſcopalem juriſdictionem, ut eſt de jure Capitulum Cathedralis: & hæredibus perquiſitis non comparentibus applicantur Eccleſiæ, & operibus piis; & in pleriſque Regni Diœceſibus inteſtatis exteris teſtamenta pia efformant Parochi, Vicarii foranei, Capitula Cathedralia, Epiſcopi, juxtà qualitatem, & quantitatem patrimonii applicatis bonis loco pio, cui defunctus magis addictus erat pro anima ejus, ut pluriès deciſum à S. Congr. teſtatur *Nicolius in floſc. ver. teſtamentum fol. mihi* 454. Sacr. Congr. in una Tricaricenſi 5. Septembris 1603. in una Salernitana 21. Martii 1613. *Delbene de immun. Eccl. p. 2. in addit. noviſ. lit. T. v. teſtamentum.* Sed hac de re latè ſcripſimus ſupra *c. 14. de jurib. Epiſcop. n. 46.*

Mortuaria, & anniverſaria dici diſtri-
86 butiones quotidianas docent *Jo: Petrus Moneta in tract. de diſtributionib. quotid. 1. qu. 3. n. 10. & p. 2. q. 14. n. 22. Lapus alleg. 24. n. 3. in fin.* & ibi *Mandoſ. in addit. verſ. funeralia*, *Cardinalis de Luca de Canonic. diſcurſ. 16. n. 3. & 6. Epiſcopus Policaſtrenſis Thomas de Roſa in tract. de recta diſtributione redituum beneficiorum Eccleſiaſticorum ſecularium c. 7. de diviſione fructuum beneficiorum num. 66. & 67. Marcell. Vulp. in praxi judic. fori Eccleſiaſtici cap. 13. num. 31.* Quæ diſtributiones quotidianæ juxta *tex. in cap. unico de clericis non reſidentibus in ſexto*, *cap. licèt de præbendis*, & *S. C. T.* decreta *ſeſſ. 21. & 24. de reform. cap. 3. & 12.* reſpectivè ſolùm præſentibus, & intereſſentibus divinis dari debent, & inter fructus beneficii non computantur, neque ſunt de corpore beneficii: & mortuaria non computantur in valore beneficii ex communi DD. ſententia, idem *Moneta loc. cit. quæſt. 6. num. 1. & quæſt. 8. n. 1. 8. & 9. Caputaquen. deciſ. 65. p. 1. num. 3. Barb. de jure Eccleſiaſtico univerſo lib. 3. de diſtributionibus quotidianis cap. 18. num. 8. & 9. & in repertorio pract. concluſ. juris canonici*, & *civilis lit. D. verbo diſtributiones in principio*, *Epiſc. Carolus Maranta in medulla decreti lit. D. verſ. diſtributiones quotidianæ fructuum nomine non comprehenduntur*: quam concluſionem ibi probat rationibus, juribus, S. Rotæ deciſionibus, & DD. *& verſ. diſtributiones quotidianæ in corpore beneficii non computantur*: ac etiam hanc concluſionem aliis rationibus, juribus, Rotæ deciſionibus, & DD. probat *Geminianus conſ. 85. num. 20. 23. & 25.* ubi etiam dicit, quòd diſtributiones quo-
87 tidianæ non ſubiiciuntur ſolutioni decimarum Papalium, *Megalius in promptuario theologico tom. 2. tit. diſtributiones num. 9. Molfeſ. in ſumma p. 1. tract. 6. de beneficiis cap. 10. num. 40. & ſeqq. Ricc. collect. 1351. p. 4. Sabell. tom. 2. §. 23. fructus num. 1. Marant. reſp. 18. num. 51. tom. 1. Redoan. de ſpoliis qu. 1. num. 27. verſ. ulterius, Novarius in ſum. bullarum p. 2. tit. de ſpoliis clericor.* idem *Epiſcopus de Roſa loc. præcitato dicto nu. 67.* ubi etiam dicit, quòd non ſpectant ad Cameram, & ita ipſe obtinuit pro Cathedrali Biſacienſi: & diſtributiones prædictæ ante obitum beneficiati non
88 exactæ non ſubjacent ſpolio, *Jacob. Pignatell. t. 4. conſult. 127. n. 5.* ubi refert varias deciſiones, ſcilicèt Congr. Epiſcoporum, & Regularium in Abellin. 29. Novembr. 1600. & Congr. Concilii *ad c. 12. ſeſſ. 24. & ſeſſ. 12. de reform.* in Neapolitana ſub die 9. Februarii 1669. nempe diſtributiones hujuſmodi, & Capitulũ non ſubjacere ſpolio, idem *Monet. in d. tract. dicta p. 1. qu. 3. num. 10. & 11. Jo: Anton. Navar. in ſum. bullarum prætermiſſarum par. 1. in fin. tit de ſequeſtro fructuum beneficiorum lite pendente ſuper bulla S. Pii V. num. 6. in fin. & dicta par. 2. in fin. tit. de ſpoliis clericor.* ſuper eadem *bulla nu. 8. Riccius in praxi quotidianarum rerum Eccleſiaſtici fori p. 3. in praxi ſpolii clericor. reſol. 434. num. 12.* idem *Vulp. in dicta praxi judiciar. cap. 13. num. 33.* ubi
8 reddit rationem, quia habent privilegium, quòd de eis non fit ſpolium, quia efficiuntur bona propria clericorum, uti quæſita ratione laboris, & ſervitii perſonalis Eccleſiæ, *Barboſa*, & *Maranta in locis ſupra citatis*, & alii communiter.

Si contingat laicos contendere de jure
89 ſedendi in priori loco, vel alio in Eccleſia, ſivè ratione juris patronatus, ſivè aliam ob cauſſam, Epiſcopus eſt judex competens etiam inter laicos, coram quo etiam dabitur actio injuriarum contra amoventem ſcamnum de loco, in quo laicus habebat jus ſedendi in digniori parte Eccleſiæ, licèt aliàs invito Epiſcopo laici non acquirant hoc jus in bꝛchis, ſeù ſedibus in Eccleſia, *Barboſa de poteſtate Epiſcopi allegat. 78. n. 26.* Inhæret *Ludovic. Molin. lib. 1. de Hiſpanica primogenitura cap. 24. nu. 34.* dicens: *Cum enim jus quoddam ſimile juri patronatus poſſit haberi in Eccleſia in certo genere, vel modo ſeſſionis, vel in ſedilibus, & banchis ex conſenſu, ac tolerantia Epiſcopi*

Digitized by Google

scopi; consequens est, ut pari ratione de hoc jure idem, quod de jure patronatus diximus (ad Episcopum scilicet ejusmodi juris cognitionem pertinere) *dicendum sit*. Nec aliter docuit *Jacob. Cancerius* sollemnem referens decisionem 3. *par. variar. resol. cap.* 10. *num.* 115. cujus hæc sunt verba: *Super jure præsedendi, & sedendi in honorabiliori loco, sæpè inter magnates, & etiam alios contenditur, & præsertim est frequens ista contentio inter uxores nobilium in Ecclesia, quia quælibet vult in priori loco sedere, & prima offerre. Si contingat inter laicos contendere super isto jure sedendi in priori loco, vel alio in Ecclesia, Episcopus est Judex competens etiam inter laicos, & non Judex secularis, & ita die 26. Septembris anno 1603. obtinui pro Reverendo D. Episcopo Gerundæ contra admodum Reverendum D. Abbatem Rivipulli. Nam cum dictus Abbas uti dominus Villæ de Olot prætenderet se debere cognoscere super controversia orta inter officiales dicti Abbatis, & Hieronymum Clos utriusque juris Doctorem super jure sedendi in priori scamno Ecclesiæ parochialis dictæ Villæ de Olot, & super eo esset firmata contentio, per admodum Illustrissimum, & Reverendissimum D. D. Raphaelem à Rovirola tunc Regium Cancellarium meritissimum, nunc autem Episcopum Barcinonensem dignissimum pronunciatum fuit, cognitionem dictæ causæ ad curiam Ecclesiasticam pertinere.* Et quidem attentis ecclesiasticis historiis plenè dignoscitur destinare in Ecclesiis loca fidelibus fuisse semper in facultate Episcoporum, & Ecclesiasticorum Rectorum. Sic habetur in Conciliis Bracharensi 1. *can.* 13. Laodicensi *can.* 12. Toletano 4. *can.* 17. Parisiensi sub Lothario *can.* 45. Maguntino apud *Burchardum in* 3. *decreti lib. cap.* 102. Colonensi 3. *cap.* 31. & Agathensi *can.* 66. cum quibus concordant præscripta per Bonifacium II. Papam apud *Polonium* in ejus *vita* per Theodulfum ad *presbyteros Aurelianenses cap.* 6. & per Heraldum Episcopum Turon. *in suis capit. cap.* 28. & pleraque apud *Sozomenum in lib.* 5. *histor. cap.* 15. habentur exempla personarum dignitate conspicuarum, & alti gradus, quæ illa dumtaxat honorificentia in Ecclesiis contentæ fuere, quam eisdem concessere Prælati, relinquentes etiam illam, qua prius fruebantur, & posteà per Prælatos fuit eisdem vetita: & pleraque etiam hujusceemodi exempla refert *Theodoretus lib.* 5. *c.* 17. Quid autem practicatum fuerit per Imper. Constantinum in Concilio Nicæno, tradit *Emanuel Gonzalez in commentariis ad* 3. *lib. decretalium tit.* 1. *num.* 13. ibi: *Constantinus Imper. in Concilio Nicæno eo erga ejus Patres obsequio se gessit, ut jus sedendi ab ipsis exposceret, quo non aliter fuit usus, quàm Episcopi congregati destinatas sedes occuparent:* idemque tradiderunt *Theodoretus in lib.* 1. *cap.* 7. *Euseb. in lib.* 2. *de vita Constantini cap.* 10. & *Socrates in lib.* 1. *cap.* 5. quidque practicatum fuerit per Imperat. Theodosium temporibus S. Ambrosii circa hoc, refert *Sozomenus in lib.* 7. *historiæ Ecclesiasticæ cap.* 24. ibi: *Moris erat, ut Imperatores, dum sacris interessent, in sacrario sederent majestatis ergo à populi consortio separati. Ambrosius autem considerans eam consuetudinem vel ex assentatione, vel ex ordinis insciti a esse natam, Imperatori in Ecclesia locum assignavit ante sacrarii cancellos, ità ut populum Imperator, Imperatorem Sacerdotes ordine sedis antecederent. Hanc autem optimam constitutionem Theodosius Imperator adprobavit, & successores ejus corroboraverunt: ac nos eam ex eo usque tempore conservatam cernimus.* Hoc idem distinctiùs enarrat *Nicephorus Calixtus lib.* 12. *historiæ Ecclesiasticæ cap.* 41. his verbis: *Postquam verò tempus advenit, cum eum, more recepto, munus ad sacram mensam offerre oporteret, lacrymans surrexit, & divinum sacrarium ingressus est, &, dono ex consuetudine oblato, intra sacros cancellos permansit in sanctiori Sacerdotum loco, ubi antiquitus Imperatores consistere mos non erat propter dignitatis sublimitatem à plebe segregatos. Quam rem quòd Ambrosius adulationis magis, quàm ordinis recti esse putabat, imperialis quoque stationis locum ita, ut par erat, in ordinem suum redegit, pro tabulis, seù cancellis sacrarii, sede illi designata, ut Imperator honoratiorem quidem præ populo stationem haberet, præ illo autem Sacerdotes locum sublimiorem obtinerent. Eum ordinem ut optimum Theodosius tum laudavit, posteri quoque confirmarunt, qui inde ad hæc usque tempora servatur. Ego verò semel annuo tempore nostræ ætatis Dei amantissimos Princeps magni sabbathi die sacra adyta maximi Dei sapientiæ templi ingredi vidi, cum sub crucis forma in sacra mensa nova edolerent aromata, & dona ei inferrent.* Et quodam die festivo, dum Constantinopoli religiosus Imper. morabatur, post porrecta ad misticam, & sacram mensam dona, discessit ab illa parte, ubi Clerus divina, & sancta celebrare debebat officia, & Nectario,

qui

Digitized by Google

qui tam devotam humiliationem egrè ferebat, dixit, se, quod inter Imperatorem, & Episcopum discrimen sit, agnoscere, & neminem inveniſſe, cui magis quàm Ambroſio Episcopalis dignitas conveniret, ut legitur apud *Theophilum tom. 14. part. 1. de heteroc. ſpirit. p. 1. punct. 4. fol. 129.* & in actis Concilii Epheſini legimus, minorem Theodoſium memoratæ cōſtitutionis obſervantiam confeſſum fuiſſe illis verbis: *Nos, qui legitimi Imperii armis ſemper circumdamur, quoſque ſine armatis, & ſtipatoribus eſſe non convenit, Dei templum ingreſſuri foris arma relinquimus, & ipſum etiam diadema Regiæ Majeſtatis inſigne deponimus, & ſacra altaria munerum tantùm offerendorum cauſa accedimus, quibus quoque oblatis, ad extimum, communeque atrium mox nos recipimus*: eandemque concluſionem, quòd ſi contingat laicos contendere ſuper jure ſedendi in priori loco, vel alio in Eccleſia, Epiſcopus ſit Judex competens etiam inter laicos, firmarunt *Panormitanus, Ancheran. & Butrius in commentar. ad caput penultimum de ſepult. Ubaldus de canon. Epiſcop. & Paroch. tom. 12. cap. 12. in f. num. 5. tom. 15. tract. part. 2. Lambertin. lib. 1. de jure patron. part. 1. 11. quin princip. art. 15. nu. 1. & 2. Giovagnon. in conſ. 8. lib. 2. num. 23. Rot. Rom. dec. 222. num. 1. diverſ. & Gratian. tom. 1. diſcept. forenſ. cap. 110. num. 18. & 19.* ubi ſic habet: *Invito Epiſcopo laici non acquirunt hoc jus in banchis, ſeù ſedibus in Eccleſia, ſed ſolùm ex tolerantia, & gratia, ſicut in jure patronatus*. Inhærent *Cened. & Argentreus* apud *Cancer. in loc. cit. num. 115. Dian. Vulp. Novar. Zerola, Reiger. Perez, Salgad. Campana, & Gamm.* apud *Barboſ. loc. ſupra cit. nu. 26.*

Hæc autem, quæ ad jus ſedendi, habendique in eccleſia locum honoratiorem pertinent, etruſco ſermone, ac fuſiori ſtylo enucleavit U.J.D. Don. Philippus Scialaret, qui uti advocatus D. Thereſiæ Malliani allegationem edidit, agitque in S. Regio Conſilio, ut cauſa in Archiepiſcopali Curia Compſana excitata ab eadem D. Thereſia, quæ præ ceteris aliis in quadam capella S. Franciſci de Aſſiſio jus patronatus, & ampliorem dignioremque ſtationem obtinuit, ad eandem Archiepiſcopalem Curiam remittatur: atque hìc operæ pretium duximus recenſere binas deciſiones Regii Collateralis Conſilii, quibus oſtenditur, ejuſmodi cauſas ad eccleſiaſticum judicem pertinere. Cum die 6. Septembris anni 1732. D. Joannes Baptiſta Columbus monitorium Romæ obtinuiſſet in Tribunali A. C. ut manuteneretur in poſſeſſione, ſeu quaſi, ſedendi in ven. eccleſia SS. Petri, & Pauli Terræ Coſitani in digniori loco capellæ de jure patronatus familiæ de Columbis; Collaterale Conſilium, inſtante eodem D. Joanne Baptiſta, & viſa, relatione Capellani majoris, qui, habito voto Regii Conſiliarii D. Bartholomæi Poſitani ſui ordinarii conſultoris, exequendum putaverat dictum monitorium *per trattarſi* (ut retulit) *di jus e prerogative in Chieſa, le quali ſi poſſon concedere ſolamente dalla podeſtà Eccleſiaſtica*, ſervataque forma ejuſdem relationis, decidit eſſe concedendum, conceſſitque dicto monitorio regium exequatur, ut patet ex proceſſu poſtmodum hoc anno 1743. conſtructo in S. C. in cauſa U. J. D. Ioannis Baptiſtæ, & aliorum fratrum de Arnone cum U. J. D. Petro Antonio Columbo in banca Joſephi Cuſtoli penes ſcribam Flaminium de Afermo *fol. 20. a terg. & fol. 21. & 22.* conſtat ita etiam aliàs in alia ſimili cauſa partibus auditis in eodem Collaterali Conſilio fuiſſe deciſum.

Deſepulturis ultra auctores ſupra citatos agunt per integros tractatus *Quenſtendius, Samuel, Medices*, & de eadem re pertractant *Lavor. in lucubr. pag. 132. Theatr. vit. human. tom. 3. pag. 185. Barboſ. de jur. Eccleſ. t. 2. pag. 66.* idem *de offic. Paroch. pag. 222. Lorichius tom. 2. theſ. Theolog. pag. 1835. Alphonſ. a Caſtro de hæreſ. pag. 507. Rubeus in aphor. Epiſc. pag. 555. S. Antoninus tom. 3. ſumm. pag. 152. Zerola in prax. Epiſcop. pag. 329.* idem *part. 2. pag. 117. Fuſcus de viſitat. pag. 159. Acta Eccleſ. Mediol. pag. 214. Bonacina tom. 2. pag. 809. Gavantes in manual. Epiſc. pag. 248. Spin. in ſpecul. pag. 83. Granat. in decretal. tom. 3. pag. 85. Creſpetius in ſumma pag. 843. Tuſcus tom. 7. pag. 150. Rodericus in quæſt. moral. pag. 912. Creſpetius in ſumma pag. 845. Sà in aphor. confeſſ. pag. 483. Gavantes in prax. Archiep. pag. 385. Bordonus tom. 3. part. 2. reſol. 51. Lavorius in lucubr. pag. 132. Bonaſpes tom. 5. pag. 86. Vega in ſumma tom. 2. col. 881. Nicolius tom. 2. reſol. pag. 415. ſumma Rodriquez part. 4. pag. 367. Donatus in prax. Regul. tom. 4. pag. 219. ſumma Naldi pag. 681. Murga in diſquiſ. moral. tom. 1. pag. 151. 256. & 321.* idem *tom. 2. pag. 1. Portell. in dub. Regul. pag. 441. Pellizarius tom. 2. pag. 631. Frances de Eccleſia Cathedrali pag. 265. Barboſ. in deciſ. Apoſt. pag. 611.* idem *in repert.*

Digitized by Google

jur. pag. 346. Nicolius in flosc. pag. 670. Graffus tom. 1. consil. pag. 96. de Luca de jud. & jur. tom. 2. pag. 228. Carrer. in digesto fidei pag. 596. Riccius tom. 1. prax. pag. 361. Novarius in lucern. Regul. pag. 236. Bassæus tom. 1. pag. 788. idem tom. 2. pag. 774. Layman tom. 1. lib. 3. pag. 273. summa Sylvestri pag. 307. Marchetus de Vicar. Capitul. pag. 205. Justinian. in addit. ad Novar. pag. 12. De electione sepulturæ Ventriglia tom. 1. prax. pag. 471. De sepultura tempore pestis Benzonius in specul. Episc. pag. 182. De sepultura quoad Regulares summa Lezanæ tom. 4. pag. 516. De sepulturæ violatione Gibalinus tom. 2. de negot. pag. 717. Decianus tom. 2. pag. 138. S. Antoninus tom. 3. summ. pag. 142. De jure sepulturæ Hoyerus, & Carpzov. de jur. Eccles. p. 1100. De officio sepulturæ Riccardus tom. 4. sent. pag. 585. De ritu sepeliendi mortuos apud veteres Christianos Panuinius. De sepulchrorum violatione Theatrum vitæ humanæ tom. 1. pag. 79. De peregrinationibus ad sepulcra sanctorum Panuinius apud Platinam pag. 105. De ambitione sepulturæ honorificæ Theatr. vitæ humanæ tom. 1. pag. 289.

CAPUT XXVI.

De Monasteriorum constructione.

SUMMARIUM.

Monasterium, Cœnobium, Collegium, & alia sacrorum nomina explicantur num. 1.

Monasterium quotuplex sit n. 2.

Monasterium ut ædificetur, duo requiruntur, causa scilicet, & auctoritas num. 3.

Monasterium ut ædificetur, Episcopus assignat locum n. 4.

Monasterium ædificans sine requisitis necessariis quam pœnam incurrat n. 5.

Monasterium ut ædificetur, an requiratur authoritas Principis laici n. 6.

Pragmaticæ prohibentes ædificationem in suburbiis Civitatis non comprehendunt Monasteria n. 7.

Monasterium non potest ædificari sine licentia Episcopi n. 8.

Monasterium ut ædificetur, an requiratur utraque licentia Summi Pontificis, & Episcopi n. 9.

Monasterium ut ædificetur à regularibus, an requiratur Episcopi licentia num. 10.

Monasteria ut ædificentur, ad quæ requisita requiruntur num. 11. & seq. usque ad n. 18.

Monasteria an possint ædificari cum licentia Prælati inferioris habentis jura Episcopalia n. 19.

Conventus Clericorum secularium an possit erigi, non servatis requisitis bullarum Pontificum n. 20.

Monasteria regularium ut ædificentur, requiritur licentia Ordinarii loci, & quid in Monasteriis monialium n. 21.

Hospitia regularium an possint fundari, non servatis bullis Pontificiis n. 22.

Statutum loquens de offendente in domo, non habet locum in offendente in hospitio n. 23.

Hospitia regularium ad quem finem fieri soleant n. 24.

Hospitium regularium an gaudeat immunitate Ecclesiastica n. 25.

Civitatis assensus an requiratur in fundatione Monasterii n. 26.

Monasteriorum mutatio de loco ad locum an requirat Ordinarii licentiam n. 27.

Monasteriorum Regularium unio an possit fieri à Prælatis regularibus sine licentia Episcopi n. 28.

Monasteria regularium an possint esse sub jure patronatus laici sine licentia Papæ num. 29.

Regulares exempti an possint fundare Monasteria in locis exemptis sine licentia Ordinarii n. 30.

Testator si præscribat fundandum esse Monasterium in certo loco, an possit in alio fundari n. 31.

Episcopus an possit Ecclesiam regularium Sacerdotibus secularibus applicare justa ex causa n. 32.

Laici non possunt dare Ecclesias regularibus sine consensu Episcopi num. 33.

Monasteria regularium virorum, & mulierum, qualiter sint ædificanda de jure communi, & bullarum Pontificum num. 34.

Monasteria regularium solo consensu Episcopi non ædificantur n. 35.

Regulares ex vi privilegiorum non possunt ædificare Monasteria de novo sine Papæ licentia, & privilegia sunt revocata num. 36.

Regularium Monasteria possunt ampliari sine licentia Episcopi n. 37.

Regularium Monasteria ædificantur cum causæ cognitione n. 38.

Regularium Monasteriorum ædificatio ut fiat, causæ cognitio quid continere debeat n. 39.

Regulares transferre possunt Monasteria de jure communi cum licentia Episcopi num. 41.

Trans-

Translatio Monasteriorum in eadem Civitate, vel Oppido, ex vi privilegiorum potest fieri sine licentia Episcopi nu.41.
Decreta Summorum Pontificum an officiant translationi monasteriorum de loco ad locum num.42.
Præjudicium accidentale non est considerabile n.43.
Tridentin. sess.25. cap.3. de regularib. *non procedit in translatione Monasteriorum in eadem Civitate existentium num.44.*
Monasteriorum translatio non requirit licentiam Episcopi ex vi privilegii, etiamsi Ecclesia esset de novo facienda n.45.
Regulares possunt Monasteria deserere num.46.
Ecclesiæ regularium desertæ à quo profanentur, si sunt consecratæ n.47.
Regulares ædificantes Monasteria sine Pontificis licentia, & Episcopi, quam pœnam incurrant, & an hoc procedat in Ecclesia deserta per eosdem, & de novo quæsita n.48.
Monasteriorum translatio non subjicitur regulis de novis Monasteriis ædificandis num.49.
Monasteriorum translatio vigore privilegiorum potest hodie fieri sine licentia Episcopi n.50.
Regulares si contraveniant decretis de ædificandis Monasteriis, censuris subjiciuntur, & si appellent, quid agendum appellatione pendente n.51.
Monasteriorum translatio an fieri possit sine licentia Principis secularis, & quid in Hispaniis n.52.
Monasteriorum erectio propè Parochiam an, & qualiter fieri possit n.53.
Monasteriorum fundatio cum quibus religiosis facienda esset antiquitus, & qualiter hodie fiat n.54.
Decreta de Monasteriis ædificandis procedunt, etiamsi non sint mendicantium num.55.
Monialium Monasteria non possunt erigi sine Ordinarii licentia, & an concedenda sit, servata forma bullarum Pontificum n.56. & 57.
Regulares si habeant certitudinem de victu, & vestitu, in fundandis Monasteriis an requiratur solemnitas bullarum, & quid si impediatur concursus alterius loci n.58. & 59.
Regulares si fundare voluerint cum obligatione non quæstuandi, an possint, & qualiter debeat esse talis obligatio n.60. & 61.
Monasteria si de novo recuperentur, an requiratur solemnitas in ædificatione num.64.
Monasteria regularium an possint reædificari sine consensu Episcopi, si fuerint diruta, & quid, si tota diruta sint n.63. & quid, si non amiserint jura sua regulares n.64.
Regulares si recuperent Monasteria ab ipsis dimissa, an requirantur solemnitates, quæ in ædificatione n.65.
Superiorum licentia in Monasteriis ædificandis requisita suppleri potest per Provincialem, vel Generalem, causa tamen cognita n.66.
Monasteriorum ædificatio potest hodiè fieri sine licentia Sedis Apostolicæ cum sola licentia Episcopi n.67.
Licentia Vicarii Generalis non habentis speciale mandatum non sufficit ad fundandum Monasterium, nec licentia Vicarii Capitularis n.68.
Papa si concedat Ecclesiam, vel Conventum regularibus, non præiudicat licentiæ Episcopi n.69.
Licentia Ordinarii pro fundandis Monasteriis an debeat esse in scriptis, & an sufficiat tacita n.70.
Regulares mendicantes, & non mendicantes sunt vocandi pro nova fundatione Monasterii n.71.
Regulares post decennium non tenentur ostendere titulum, & quid, si Superior unius Conventus non sit vocatus, an possint alii opponere de jure tertii n.72.
Superiores regularium vocati pro nova erectione Monasterii, etiamsi major pars consenserit, nihil agitur n.73.
Quid in Regno servetur, cum de Monasterii cujusquam erectione agitur n.74.

MOnasterium dicitur locus, ubi habitant Monachi, & latiori significatio-
1 ne solitudo, seù solitarius locus pœnitentiæ appellatur, *cap.hoc nequaquam* 47. 7. *q.1.* & hoc propter districtam vitam, quę ibi ducitur, ut advertit *Card.Turrecrem. in dicto cap. hoc nequaquam num.4.* & dici solet carcer, *cap. tuæ de pœnis, cap.in primis 2.quæst.1.* ibi: *In Monasterium ad agendam pœnitentiam mittendi sunt*; quia in eo sunt vincula votorum, quę religiosos custodiunt, ne in eos irrumpant dęmones, & maligni spiritus: & propterea respectu bonorum religiosorum Monasterium dici solet hortus conclusus, fons signatus, & hujus mundi Paradisus, & talis dicitur, quia Monachus in eo habitat, græcè dictus μόνος, latinè solus, seù solitarius, hoc est à communi omnium secularium conversatione semotus, *S. Hieronymus epist. 4. ad Rusticum monachum*: Solet etiam dici Conventus à verbo *convenire*, hoc est simul venire,

Digitized by Google

& congregari, & solet dici domus religiosorum, *S. Thom. 2. 2. quæst. 81. art. 3.* & ibi *Cajetan. Nazar. de statu religios. opusculo 2. cap. 2.* Solet etiam dici Collegium, quia plures conveniunt ut collegæ in Dei servitium: & solet appellari Cœnobium, quod est locus, in quo communis vita ducitur, & dicitur à κοινὸς *communis*, & βίος *vita*, quia ibi regulares in communi vivere consuevere: & licèt *Greffius in praxi de quinque casibus lib. 2. cap. 2. num. 7.* dicat non confundi hos terminos inter se, sed esse longè diversos; tamen verius est, hæc nomina idem significare, & confundi, ad notata per *Navarr. de regular. comment. 4. num. 44.* Primus verò, qui Conventum religiosorum instituit, fuit Samuel, *Bellarm. lib. 2. de Monach. cap. 5. Suarez de relig. tom. 3. tract. 2. lib. 3. cap. 1. num. 5. Tamburrin. de jur. Abbatum tom. primo in principio.*

Dividitur Monasterium, Cœnobium
2 &c. ut aliud sit virorum, aliud fœminarum, aliud mixtum ex utroque constans, scilicèt ex utroque sexu, quod non posse erigi definitur in *canon. 20. causa 18. q. 2.* ob scandalum, quod posset oriri, & licèt in partibus Germaniæ reperiantur Monasteria talis conditionis, nempè in Diœcesi Laodicensi, Namaracensi &c. tamen tolerantur ex pluribus causis, de quibus *Tamburrin. de jure Abbatissarum disput. 17. quæst. 3. num. 8. Lezana in verb. Monasteria num. 13.* & meliùs, ac Deo acceptius est ædificare Monasterium regularium, præsertim mendicantium, quàm Ecclesiam secularem Collegiatam, *Navarr. cons. 52. de regular. in antiquis, Mirand. in manual. tom. 1. qu. 33. artic. 6. conclus. unica*, ex *S. Thom. 2. 2. qu. 182. art. 3.*

In eis fundandis duo requiruntur,
3 scilicet justa causa, & auctoritas. Causa erit spes, ut recipiat populus fructum spiritualem: & auctoritas erit licentia, de qua infra, & fieri debent valdè modesta ex decreto Urbani VIII. de quo *Nald. in summa verb. Monasteria, Lezana in eodem verb. num. 17.* Auctoritas requiritur Episcopi, *cap. nemo, cap. placuit, de consecrat. distinct. 1. Tridentin. sess. 25. de regular. cap. 2. in fine*: & ipsemet
4 Episcopus assignare debet locum ædificationis, crucem figere, & primarium lapidem ponere, *glos. in dicto cap. nemo*, quod si facere recusabit, cogi poterit à suo Superiore, nempè ab Archiepiscopo, *Azor. lib. 9. moral. cap. 3. quæst. 4.*
5 & talis plantatio crucis per Episcopum solemniter facta est signum erectionis Monasterii, *Ricc. part. 4. decis. 168. Barbosa de potest. Episcop. allegat. 26.* & si quis aliter plantaret, & missam celebraret, non servatis solemnitatibus ad præscriptum Urbani VIII. decreto, incideret in pœnas, de quibus *Peyrin. in formular. litt. Z. in append. 5. num. 2.* Li-
6 centia verò Principis laici an, & qualiter requiratur in construendo Monasterio, tractant *Lezana in verb. monasteria monialium num. 29. Barbos. lib. 2. de jure Ecclesiarum cap. 2. num. 2. & 3. Bonacin. de censuris in bulla cœnæ quæst. 16. sect. 2. punct. 2. Duar. in bullam cœnæ Domin. 15. quæst. 19. num. 68. & seq.* & in hoc Catholicum Monarcham prohibentem ædificia non includere Monasteria ædi-
7 ficanda, refert *Reg. de Ponte in tract. de potest. Proregis tit. 2. de annona Civitatis §. 4. n. 10. & 11.*

Unde apparet, non posse fieri novam
8 erectionem Monasterii sine licentia Episcopi, & Papæ, *cap. quidem 18. quæst. 2.* ibi: *Sine licentia Episcopi Civitatis &c. 12.* eadem *causa, & quæst. & cap. unico de excessibus Prælator. in 6.* ubi statuitur à Bonifacio VIII. ne Religiosi mendicantes possint possessa loca dimittere, vel nova suscipere, vel ad alia se transferre sine speciali licentia Sedis Apostolicæ, & ibi adest decretum irritans, si secus fiat, & abrogantur religiosorum privilegia: quod etiam habetur *in cap. unico de religiosis domibus in 6. clement. 3. de pœnis*, & in bulla Clementis VIII. quæ incipit: *Quoniam*; & in decretis Sacræ Congregationis Regularium jussu Gregorii XV. editis, & sub Urbano VIII. Jure enim communi omnia Monasteria subjiciuntur Episcopo, *cap. qui verò 16. quæst. 1. cap. monasterium 18. qu. 2. cap. non dicatis 12. q. 2.* ubi *Navar.*
9 & licèt antiquitùs habuerint plures religiones hanc facultatem fundandi sine licentia Sedis Apostolicæ, & Ordinarii, ut Julius II. concessit, de quibus *Lezana* ubi suprà; tamen per Concilium fuit derogatum talibus privilegiis in *sess. 15. cap. 3. de regular.* & per Urbanum VIII. revocata etiam fuere, teste *P. Donato tom. 1. part. 2. tract. 1. quæst. 9. in fine*, & licèt antiquitùs non esset expressa licentia necessaria, quia sufficiebat, Episcopum videre fabricam, & nil dixisse, ad notata per *Merol. tom. 3. de jurisdict. disputat. 7. num. 146.* per *Ricc. part. 4. decis. 168.* & per *Novar. conclus. 1. & 98. novi juris Pontificii de ædificat. Monaster.* tamen hodie sunt observandæ solemnitates præscriptæ à Clemente, & Urba-

no

nò VIII. teſte *Donato to.1.part.2.tract.1. qu.11.* Quòd ſi regulares urgeantur, ut
10 oſtendant licentiam Epiſcopi, tunc ſi urgeantur infra decennium à die fundationis, tenentur illam oſtendere: ſed ſi poſt decennium, non tenentur amplius oſtendere ex bulla Sixti V. de qua poſt alios *Donatus quæſt.12.* & licèt antiquitùs non potuiſſent Regulares ædificare monaſteria ſine licentia Papæ, & Epiſcopi, ad notata per *Barboſ. in Trident. d. ſeſſ.25. de regular. cap.3.nu.29.* & per *Ricc. part.4. deciſ.168.* tamen hodie ſufficit ſola licentia Epiſcopi ex privilegiis Regularium, poſt omnes *Donatus qu.13.* & ità deciſum refert *Ceſpedes de exempt. regul. dub.2.*

Sunt ergo requiſita neceſſaria pro fa-
11 bricando aliquo Monaſterio in aliqua Civitate octo, & hęc debet obſervare Epiſcopus, priuſquam det licentiam ædificandi. Primum requiſitum eſt, ut
12 videat, an talis erectio præjudicet aliquo modo Eccleſiæ Parochiali, quia tunc non debet conſentire: etenim Parochus debet in juribus ſuis conſervari, *Guid. Papa deciſ.370. Barboſ. allegat.26. nu.5. Novar. in praxi novi jur. Pontificii con-*
13 *cluſ.1.* aliàs 20. Secundò requiritur, ut fiat ædificatio intra debitam diſtantiam præſcriptam à Clemente IV. à Julio II. à Clemente VIII. & cæteris Pontificibus: quæ diſtantia debet eſſe quatuor milliarium, ſed ſi fiat ædificatio inter quatuor milliaria, tunc requiritur conſenſus omnium Superiorum regularium, qui habitant infra illa quatuor milliaria, ut ex decreto Clementis VIII. de quo in *bulla* 99. ejuſdem Pontificis confirmato per Gregorium XV. & Urbanum VIII. de quibus *Barboſ. in collect an. Apoſtolicarum deciſ.*
14 *in verb.monaſteria.* Tertiò requiritur, ut vocentur Prælati aliorum Monaſteriorum, cauſa cognita, an nova ſint aliis allatura damna, vocatiſque Superioribus Conventuum infra quatuor milliaria diſtantium, & ut in Conventu ſaltim ſubſtentari poſſint duodecim fratres, aliàs ſi minores ſint, viſitari poſſent ab Epiſcopo loci, ſed hodie ſaltim ſex fratres, aliàs poſſent ab Epiſcopo viſitari, ut in motu proprio Innocentii X.
15 Quartò requiritur, ut, ſi in loco, ubi eſt ędificandum Monaſterium, non ſint regulares, vocentur incolæ loci.
16 Quintò requiritur, ut in caſu appellationis nihil innovetur, ſed totum referatur ad Sedem Apoſtolicam. Sextò
17 debet Epiſcopus conſiderare, quòd revocatæ ſunt licentiæ omnes pro fundandis locis Regularium, ſed ſunt ſervanda decreta Concilij, Clementis VIII. Gregorii XV. & Urbani VIII. Septimò
18 debet obſervare, ut qui erigunt nova Monaſteria prætextu licentiarum revocatarum ſine licentia Ordinarii, & non ſervata forma Gregorii XV. incurrunt pœnam privationis vocis activæ, & paſſivæ, & ipſo facto excommunicationis pœnam. Octavò debet Epiſcopus
19 advertere, quòd in prædictis decretis, & bullis Pontificum reperitur decretum irritans, *Riccius dec.75. part.2. & deciſ.131. part.4.* & ſunt decreta Clementis VIII. Gregorii XV. & Urbani VIII. quæ decreta refert *Donat.to.1. part.2. tract.1. qu.15.*

Sub nomine verò Epiſcopi dantis li-
20 centiam non ſolùm venit Epiſcopus, ſed etiam alius inferior Prælatus, qui jura habet Epiſcopalia: non tamen ſufficit licentia Vicarii Generalis pro Monaſterio ædificando, quia videtur electa induſtria perſonæ Epiſcopi, ergo non ſufficit Vicarii perſona, ut deciſum refert per Sacram Congregationem de anno 1663. *Novar. in lucern. regular. verb.monaſteria:* & in Vicario Capitulari fuiſſe idem deciſum referunt *Barboſ. in collect. bullar. verb. monaſteria*, & *Novar. in ſumma bullarum de monaſter. ædificand. in bulla Urbani VIII.* in qua bulla comprehenduntur etiam Monachi, ut benè *Donat. tract.1. qu.18. & 19.*

Quia verò pluries fuit diſputatum,
21 teſte *Novar. in deciſ.206.* an prædictæ bullæ comprehendant clericos ſeculares vita communi viventes; reſponderunt unanimiter DD. non comprehendi, ſi clerici ſeculares prædicti habeant de per ſe, unde vivant, & non vivant de eleemoſynis, quia poterunt ædificare Monaſteria: & ità refert fuiſſe deciſum, & etiam à Sacra Congregatione confirmatum *Ceſpedes cap. 1. dub. 3.* ſed ſi tales clerici ſeculares vivant de eleemoſynis, comprehenduntur ſanè, quia ubi militat eadem ratio legis, debet etiam militare lex, *l.illud ff.ad l.aquil.* ſed cauſa bullarum eſt intereſſe cæterorum regularium, & præjudicium antiquorum Monaſteriorum de eleemoſynis viventium, ergo habebit locum diſpoſitio prædictarum bullarum, *Riccius parte 4. deciſ.220.* de qua re *Paſqualig.to.2. qu.333. & 339.*

Neque Monaſteria regularium poſſunt
22 erigi, ac conſtrui ſine licentia Ordinarii loci ex *Tridentin. ſeſſ.25. de regular. cap.3. Barboſ. de jur. Eccleſiaſtico lib.2. cap.12. num.6.* & in *collect an. bullarum*

Apo-

Digitized by Google

Apoſtolicarum in verb. bulla Clement. VIII. Tamburrin. de jur. Abbat. diſp. 33. qu. 1. Novar. in prax. novi juris Pontificii concluſ. 1. alias *concluſ. 10.* & in *lucern. regular. in verb. monaſteria*, & *2. part. bullar. de monaſter. ædificand. num. 4. Ceſpedes de exemption. regular. de monaſter. ædificand. dub. 5.* Scimus tamen, *Lezanam verb. monaſteria num. 5.* dixiſſe, ædificationem Monaſteriorum monialium non ſubjacere bullis prædictis: ſed intelligi debet quoad alia requiſita, de quibus ſuprà, non verò quoad licentiam Epiſcopi.

23 Hinc dicunt Doctores, bullam Clementis VIII. non comprehendere hoſpitia regularium, *Riccius deciſ. 39. part. 2.* & in *collect. an. 2269.* ſuper dicta bulla Clementis VIII. quam ait non procedere in hoſpitiis, quia ſicut appellatione domus non venit hoſpitium ex Doctoribus in *l. plerique ff. de injus vocand.* ità nomine Monaſteriorum non veniunt hoſpitia: quod affirmant idem *Riccius collect. an. 1896.* & in *poſthum. collect. 39. Suarez tom. 5. de cenſur. diſput. 23. ſect. 5. num. 35.* idem *Novar. de jur. Pontif. concluſ. 12.* & alter *Novar. part. 1. tit. de monaſter. ædificand. ſuper bull. Clem. VIII. num. 15. limitat. 7. Tamburrin. tom. 3. de jur. Abbat. diſput. 5. part. 2. num. 10. Bordon. reſolut. 41. de ſecundo caſu reſervato quæſt. 2.* Propterea dicebat *Bald. in dicta*

24 *leg. quia plerique*, quòd ſtatutum puniens offendentem in domo non habet locum in offendente in hoſpitio: & ſic licèt Æremitis Camaldulenſibus prohibeatur facere Monaſterium propè Civitatem ex notatis à *Regente Tappia in auth. ingreſſ. in verb. monaſteria cap. 40. Cod. de ſacroſanct. Eccleſ.* non tamen eſt prohibitum propè Civitatem facere hoſpitium, ut deciſum refert *Novar.* ubi ſuprà: fiunt enim ad viatores recipien-

25 dos: etenim in talibus hoſpitiis non pulſant campanas, eleemoſynas non quærunt, miſſas non recipiunt, conjunctam Eccleſiam non habent, in qua divina celebrent, & ſimilia faciant, & ideò fieri poſſunt, quia ceſſat ratio intereſſe aliorum Monaſteriorum à Clemente, Urbano, & aliis, conſiderata, & quia ho-

26 ſpitium talis generis non gaudet immunitate locali, nec confugientes ſunt tuti in eo, nec habet clauſtra, nec ſepta, in quibus nequeant mulieres ingredi, nec poteſt dici locus ſacer, *Laurent. de Peyrin. Lezana*, & alii apud *Donatum quæſt. 22. Ceſpedes de monaſter. dub. 6.* Si verò talia hoſpitia ſint talis generis, ut in eis pulſentur campanæ, & habeant Eccleſias diſtinctas, & ibi adminiſtrentur pabula ſalutis; certum eſt, quòd ſunt erigenda, ſervat is bullis Pontificiis, de quibus ſuprà.

Si regulares habent aliunde certitu-

27 dinem, & aſſecurationem vivendi, non quæſtuando, ſed ex propriis, vel alicujus certis reditibus, non tenentur habere requiſita bullarum, quia ceſſat finis bullarum prædictarum, ut latè *Donat. quæſt. 27. Ceſpedes, Novar.* & alii contra *Ricc. part. 4. deciſ. 222.* & alios apud citatos Doctores; & hoc idem dicitur, ſi regulares ſe obligent non quæſtuare, vel alii ſe obligent ad victum, quia tunc non ſunt alii regulares ſuperiores citandi, ut pluries practicatum habes apud *Donatum quæſt. 28.* qui *quæſt. 29.* notat, conſenſum Superiorum regularium haberi poſſe à ſolis Patribus Generalibus Ordinum, ut fundat, & practicatum refert: undè annis retrò elapſis id practicatum fuit à Cardinali Caracciolo, qui Conventum Sanctæ Mariæ Montis Carmeli Civitatis Turris Octavæ jam ſuppreſſum tempore Innocentii X. ut novum Conventum, conceſſit Patribus reformatis ejuſdem Ordinis, quos Sanctæ Mariæ de Vita appellamus, & ad evitandas bullas Pontificias non quærendi conſenſum à Patribus Capuccinis reformatæ obſervantiæ, & PP. Diſcalceatorum ejuſdem Ordinis, prudenter fecit obligare tres Conventus, ſeù Monaſteria ad præſtandos ducatos tercentum annuos eidem Monaſterio, ideſt Monaſterium Sanctæ Mariæ de Vita, ducatos centum quinquaginta annuos, Monaſterium Concordiæ hujus Civitatis alios ducatos ſeptuaginta quinque, & Monaſterium ejuſdem reformatæ obſervantiæ Civitatis Averſæ alios ducatos ſeptuaginta quinque. Igitur practicatur, quòd quando Patres certitudinem habent vivendi, ut non teneantur quæſtuare, nullum tenentur habere conſenſum, niſi ſolius Epiſcopi.

Neque poteſt Monaſterium mutari de

28 uno loco ad alium ſalubriorem ſine licentia Epiſcopi, *cap. unico de exceſſibus Prælatorum in 6.* & *canon. 41. 16. quæſt. 7.* & ex *Tridentin. ſeſſ. 25. de regular. cap. 3.* & ex aliis Summorum Pontificum conſtitutionibus habetur, eandem licentiam Epiſcopi requiri in Monaſteriis transferendis, ac in illis ædificandis, ut declaravit Sacra Congregatio apud *Donatum qu. 26.* & notat *Ceſpedes* cum aliis ubi ſuprà.

Duo tamen Monaſteria propter exi-

29 guos reditus una inſimul uniri poſſunt ſine licentia Epiſcopi ex privilegiis re-

gu-

Digitized by Google

gularium, ut fundant *Donatus quæst.31. & Lezana in verb. monasteria n.31.* Poterunt etiam Regulares sine Episcopi licentia ex suis privilegiis sua loca deserere, & deserta vendere, teste *Lezana* ubi suprà *num.41.* & licèt tale privilegium sit concessum Generalibus Ordinum; tamen potest illud communicari, committi, & delegari Patri Provinciali, vel alteri ejusdem ordinis, committendo eidem nudum ministerium, *Pater Donatus quæst.34.* & poterit locus derelictus profanari à Prælato regulari: sed, si erat consecratus, profanabitur ab Episcopo loci ex facultate concessa, de qua *Genuens. in prax. cap.54. Ricc.par.2. decis.54. num.5.* & poterunt deserere sua propria auctoritate, nec tenentur deserere in manibus Episcopi, sed bona mobilia poterunt secum afferre, stabilia vendere, & pretia accipere, si sumptibus propriis ea fecerint, non de pecunia alterius, *Donat. quæst.36.* & licèt ligna Ecclesiæ consecratæ vendi non possint ad usum laicorum, *cap.ligna 38. de consecrat. distinct.1.* tamen saxa, & lapides possunt ad usum profanum adhiberi, *Bordon. decis.413.*

Si verò Monasteria ex concessione Se-
30 dis Apostolicæ sint sub patronatu secularium, tunc eisdem sunt relinquenda, & si patronus habeat jus patronatus in Monasterio regularium, poterit præsentare Abbates, Priores, Præpositos, &c. sed non alterius Ordinis, *cap. cum in beneficio de præbend. Tridentin. sess 14. cap.10. de reformat. Garzia part.10. de benefic. cap.10. num. 14. Barbos. in Tridentin. sess.25. de regular. cap.21. Donat. qu.38.* Derelicta verò, & deserta loca possunt Regulares iterum occupare, & accipere, non servatis solemnitatibus bullarum Pontificum, si illa sint vacua, sed si fuissent occupata, & incorporata, vel aliis per Episcopos applicata, non poterunt illa capere, nisi servatis servandis, ut ajunt Doctores citati.

Licèt verò regulares sint exempti,
31 non poterunt ædificare in loco exempto sine consensu Episcopi, ex *Trid. sess.25. de regular. cap.3. & cap. auctoritate de privileg. in 6.* & si contrarium faciant ædificantes in loco exempto sine licentia Episcopi, acquiruntur ædificia ipso Ordinario loci una cum fructibus, & juribus suis, *Ricc. part.4.dec.163.* ex *dicto cap.auctoritate de privil. in 6. & cap.cum olim de privil.* sed quia loca sunt exempta, propterea poterit Episcopus dicta loca interdicere, & fratres carcerare, & ad suos Superiores mittere, *Cespedes dub.22. & dub.17.*

Quòd si testator præscribat, in tali loco
32 faciendum esse Monasterium, poterit in alio loco construi de licentia Episcopi, *cap. nos quidem de testament.* & ex *leg. legatum ff. de usufruct. legato*, & ex *authent. de Eccles. tit. §. si quis in nomine magni Dei coll.10. Covarruv. in cap.3. de testament. nu.3.* & si quid reliquerit testator pro ædificando hospitali, poterit ædificari Monasterium, *Donat. to.prim. part.2.tract.1.quæst.6. & quæst.43.* Sicut
33 poterit Episcopus mutare ecclesiam regularium in ecclesiam secularium Sacerdotum, existente legitima causa, *Moneta de commutat. stat. Eccles. cap.11.* & poterit Episcopus sine consensu Capituli dare Ecclesias regularibus, licèt convenientiùs sit habere consensum Capituli, *Rubeus decis.590. num.8. & 9. cum sequent.*
34 Verùm posito consensu Sedis Apostolicæ, qui supplet consensum Capituli, nullus alius requiritur consensus. Neque possunt laici suas Ecclesias dare regularibus sine licentia Episcopi, *cap. in Lateranensi de præbend.* & licèt *Glos.* ibi dicat, posse dari Ecclesiam patronatam, tamen sunt in hoc attendendæ conventiones Patronorum, ad notata per Doctores ubi suprà.

Ex præscripto *Concilii Tridentin.*
35 *sess. 25. de regular. cap.3. in fine* habetur, ne de cætero erigantur Monasteria virorum, atque mulierum sine licentia Episcopi, & sunt recipiendi ii, vel eæ tantùm, qui, vel quæ ex propriis reditibus subsistentari possint: quem *text.* explicant *Barbos. allegat.98. & Ricc. dec.249. part.4.* Concordant bulla Sancti Pii V. 4. Kalend. Junii 1566. bulla Gregorii XIII. incipiens: *Deo sacris*; de anno 1573. bulla Clementis VIII. in decretis *de reform. regular. §.14.* sub die 25. Julii 1599. Pauli V. bulla, quæ incipit: *Sanctissimus*; 4. Decembris 1605. & bulla Gregorii XV. quę se restrinxerunt ad fratres duodecim, qui habitare debent, ut observat *Barbos. in Tridentin. dicto cap.3. num.22.* & Urbanus VIII. per breve in anno 1624. idem disposuit, idque pluries Sac. Congregatio decrevit apud eundem *Barbosam* ubi suprà *num.25.* & tandem, si non sint saltem duodecim fratres, voluit Sac. Congregatio, annuente Pontifice, ut subjecti sint visitationi Episcopi, ut ajunt Doctores citati. Et in erigendis novis Monasteriis regularium,
36 non sufficit consensus Episcopi, nisi etiam Summi Pontificis authoritas in-

ter-

Digitized by Google

tercedat, ex *text. in cap. unico de excess. Prælator. in 6. & in cap. unico de religios. dom.* quorum jurium dispositio non est abrogata per *Trident. dicta sess. 25. cap. 3. de regular.* ut decisum referunt *Zerola*, & *Campanil.* apud *Barbosam allegat. 26. num. 4. &* in *Trident. sess. 25. cap. 3. nu. 28.* contra *Sorbum*, & *Rodriquez*, existimantes Episcopi tantùm licentiam sufficientem esse absque speciali mandato Episcopi, ut testatur cum aliis *Barbos.* ubi suprà *num. 30.* & licèt Fratres Ordinis Carme-
37 litarum discalceatorum habuerint privilegium, ut de sola licentia Ordinarii possent nova construere Monasteria ex bulla Pauli V. incipiente: *Ad Ecclesiæ*; de anno 1605. & Monachis Congregationis S. Mariæ Forliens. ex bulla ejusdem Pauli V. quæ incipit: *Monasteria 51.* in ordine de anno 1608. & Religiosis Sancti Pauli Decollati ex concessione ejusdem Pauli V. quæ incipit: *Ecclesiæ*; de anno 1610. idem privilegium concessum fuerit, teste *Riccio part. 4. decis. 168.* tamen tales facultates, seu privilegia sunt omnino revocata, & illa in posterum erigi prohibentur, nisi servatis constitutionibus Clementis VIII. & Greg. XV. ac *Concil. Tridentin. dicta sess. 25. cap. 3.* quia omnia cum licentia Ordinarii loci, & aliis solemnitatibus, de quibus in dictis bullis, sunt ædificanda, ut disposuit Urbanus VIII. in bulla 15. quę incipit: *Romanus Pontifex*; 28. Augusti 1624. teste *Tamburr. tom. 3. de jur. Abbat. disp. 5.*
quæst. 1. per totum. Quæ quidem licen-
38 tia Ordinarii non requiritur in ampliatione Monasterii, quia additamentum judicatur, sicut Monasterium vetus, cui additur: unde pro ampliando non requiritur nova licentia, argum. *text. in cap. fin. de concess. præbend. in 6. Lauretus de Franch. in controvers. inter Episc. & Regular. super bullis Summorum Pontificum*, de quibus supra, *quæst. 1. fol. 132. cum sequentibus*, & *quæst. 2. Suarez, Rodriquez*, & alii, de quibus *Tamburr. dicta disp. 5. quæsito 1. num. 9.* Neque talis licentia requiritur pro fundandis hospitiis, *Gratian. tom. 3. cap. 527. Tamburrin. num. 11.* qui etiam dicunt, quòd debet dari talis licentia cum causæ cognitione, *Lauret. de Franch.* ubi supra *qu. 4. Riccius par. 4. decis. 222. Novar. in summa bullar. par. 1. in tit. de monaster. ædificand. num. 5. ampliat. 4. Peyrin. in addit. ad bullam Urbani VIII. cap. 2.* quia bullæ Pontificiæ re-
39 quirunt, ut convocentur superiores, & formam constituunt servandam. Scimus, alios dixisse non esse necessariam causæ cognitionem. Ità *Joann. Maria Novar. in conclus. jur. Pontificii tit. de ædificand. monaster. conclus. 2. Cespedes de exempt. regular. cap. 1. dub. 4. Donat. in prax. par. 2. tit. 1. de ædificand. monaster. quæst. 7.* supponentes, quòd Gregorius XV. in bulla supra relata dixerit, quòd possunt Ordinarii introducere novas religiones, vel obtento assensu aliorum regularium, vel aliter, si eis constiterit, posse sine aliorum detrimento commodè subsistentari: quod arbitrium concessum Episcopis non fuit revocatum per bullam Urbani super Monasterii erectione, sicuti putavit *Peyrin.* ubi supra *num. 418.* imò fuit confirmatum, ut benè *de Franchis* ubi supra *quæst. 4.* Sufficit ergo, si quomodocumque constiterit Ordinariis, posse quomodocumque subsistentari sine aliqua causę cognitione, nec possunt Ordinarii extorquere consensum, si aliter non constet de subsistentatione, quod notat *Ventrigl. in praxi adnot. 18. n. 20.*

Possunt tamen regulares transferre
40 Conventum de loco ad locum cum sola licentia Episcopi, loquendo de jure communi, quia mutare, & de novo construere æquiparantur in hac materia ob identitatem rationis, ut in *dicto cap. 1. de excessib. Prælator. in 6. &* in *clemen. 3. de pœn.* Itaque pro mutatione Monasterii consensum Ordinarii solummodò requiri dixerunt *Rodriquez tom. 1. quæstionum regular. quæst. 23. art. 7. Portell. in verb. monasteria num. 5. Larrea decis. Granatens. 97. part. 2. Ventriglia in prax. adnotat. 18. num. 25. Novar. in prax. novi jur. Pontificii de ædificat. monaster. concl. 2. Donat. in praxi tract. 2. de monaster. ædificand. quæst. 26. num. 6. Cespedes cap. 1. dub. 7.* qui putat cum *Lezana in verb. monasterium*, ut non possit mutari Monasterium de uno Oppido, aut de una Civitate ad aliam sine consensu Ordinarii, si nullum intercedat præjudicium aliorum, secus autem si interveniat. Cum hac ergò distinctione de jure communi loquendo requiritur consensus Episcopi, ut constat ex *cap. si quis 16. quæst. 7.*
41 Ratione autem privilegiorum possunt regulares intra eandem Civitatem, seù Oppidum transferre Monasterium de uno loco ad alium sine licentia Episcopi, quia ad hoc habent sufficientem facultatem regulares communicantes in privilegiis ex privilegio Clementis IV. Ordini Minorum concesso, ut in *compend. in tit. ædificare* §. 2. & Sixtus IV. Ordini Prædicatorum concessit hoc idem privilegium, ut notat *Confectus* in suo *bullar.*

Digitized by Google

lar. regular. in bulla 1. ejusdem Pontificis, & Sixtus V. Congregationi S. Benedicti Portugallię concessit hoc ipsum, teste *Rodriquez* in suo *bullar. constit.* 21. ejusdem Pontificis: & ità tradunt *Miran. in manual. Prælator. tom.* 1. *qu.* 33. *art.* 2. *conclus.* 2. idem *Rodriquez tom.* 2. *qu.* 49. *art.* 4. *Portell. in dub. regular. in verb. monasterium num.* 7. *Hieron. Rodriquez in compend. resolut.* 55. *num.* 4. *Dian. part.* 3. *tract.* 2. *de dubiis regular. resolut.* 136. *Bordon. in decis. miscellan. decis.* 125. *Antonell. de regim. Eccles. lib.* 7. *cap.* 1. *nu.* 6. quia non dicitur acquiri novum Conventum, quando fit mutatio in eadem Civitate, vel Oppido de uno ad alium locum, quia tunc nulli prejudicium fit, nisi fortè per accidens ratione majoris propinquitatis ad aliud Monasterium regularium.

Neque obstant decreta Clement. VIII.
42 Gregor. XV. & Urban. VIII. nam procedunt in nova erectione, per quam in aliquo loco recipitur de novo aliqua religio, ut constat ex ratione finali, quæ est, ne una religio inferat cęteris præjudicium in ordine ad substentationem, dum de novo recipitur, & per hoc injungitur Ordinariis, ut examinent, an simul cum cæteris commodè substentari possint: quæ ratio finalis non potest accommodari mutationi Monasterii intrà eundem locum, quia jam illius religiosi substentabantur simul cum cęteris, nec necessaria sunt nova alimenta, cum non introducantur de novo.

Nec pariter obstat, quòd aliqua reli-
43 gio, cui de novo appropinquaret, posset pati præjudicium, si hoc præjudicium sit per accidens, nec fiat diminutio eleemosynarum in communi, cum non dividantur in plures religiosos, sed adhuc in eosdem: & si ratione mutationis aliqui religiosi amittant aliquam eleemosynam, vel pœnitentes, possunt etiam aliàs acquirere ab habitantibus in domibus propè locum derelictum, undè hoc non poterit obstare mutationi.

Neque obstat *Concil. Tridentin. sess.* 25.
44 *cap.* 3. *de reformat.* ubi prohibet, ne de cętero nova Monasteria erigantur sine licentia Episcopi: nam quando fit mutatio de loco ad locum, non erigitur de novo Monasterium, sed erectum transfertur, ut notant *Rodriquez*, & *Bordon.* ubi suprà: si verò non relinqueretur prius Monasterium, esset nova erectio, quia inciperet esse novum Monasterium, quod non erat. Imò, etiamsi construen-
45 da esset de novo Ecclesia in loco, ad quem transfertur Monasterium, non esset necessaria licentia Episcopi, quia, ut dicebamus, non esset nova Ecclesiæ erectio, sed translatio prioris: & cum jam regulares habeant jus ad habendam Ecclesiam in tali loco, non indigent nova licentia: si tamen reciperent aliquam præexistentem Ecclesiam subjectam Ordinario, deberent eam recipere de manu ipsius, ut notat *Bordon.* ubi supra. Pos-
46 sunt ergò regulares sine Episcopi licentia etiam sua loca deserere, & deserta vendere, *Lezana in verb. monasteria nu.* 45. & licèt tale privilegium sit concessum Generalibus Ordinum; tamen potest illud communicari, committi, & delegari Patri Provinciali, vel alteri ejusdem Ordinis, committendo eidem nudum ministerium, *Pater Donatus* ubi supra *qu.* 34. & poterit locus derelictus
47 profanari à Prelato regulari: sed si erat consecratus, profanabitur ab Episcopo loci ex facultate concessa, de qua *Genuens. in prax. cap.* 54. & *Ricc. part.* 2. *decis.* 64. *num.* 5. & poterunt deserere sua propria authoritate, nec tenentur deserere in manibus Episcopi, sed bona mobilia poterunt secum afferre, stabilia vendere, & pretia accipere, si sumptibus propriis ea fecerint, non de pecunia alterius, *Donat. qu.* 36.

Tandem si regulares sine licentia Se-
48 dis Apostolicæ de novo acceptent monasterium, incurrunt in excommunicationem nemini reservatam, ut habetur in *clement. cupientes de pœnis*, *Barbos. allegat.* 50. *num.* 230. *Tamburrin. tom.* 3. *quæst.* 1. *disput.* 5. *num.* 15. qui *text.* procedit etiam, quando locus donatus desinit esse de ipsorum dominio, & habitatione, & posteà novo jure acquirunt illum, ut notat *Barbos. lib.* 2. *de jur. Eccles. cap.* 12. *num.* 78. Secùs dicendum est, quando domus aliqua corruit, sed illius solum omninò remansit in ipsorum dominio, quia tunc licebit illis ipsam de novo ædificare absque meta excommunicationis prædictæ, ut benè *Tamburrin. quæst.* 1. *disput.* 5. *in fine*, post *Barbosam*, quem allegat, qui etiam adducit bullam Clementis VIII. & Urbani VIII. & quamvis contrarium videatur tenere *Ricc. decision. part.* 4. *decis.* 168. ubi titulum decisionis proponit de mutatione Monasterii de loco ad locum; tamen in discursu deindè totus occupatur in nova erectione Monasterii, postmodùm de mutatione agit de loco ad locum, & loquitur de jure communi, & tandem concludit ad favorem mutationis: nam dicit, quòd cessat ratio prohibitionis in mutatione prædicta. Ulteriùs ibi *Rica-*

nihil decisum affert, sed totus est ejus proprius discursus: & nos habemus decisionem factam in Senatu Granatensi, de qua *Larrea decis. 97. tom. 2.* ubi posse fieri ales translationes decisum refert. Advertunt etiam *Lezana*, *Cespedes*, & alii supra adducti, quòd translatio Monasterii dupliciter potest fieri: primò de loco ad locum in eadem Civitate, vel in eodem Oppido: secundò de una Civitate ad aliam, vel de uno Oppido ad aliud, & è contra: Si fiat in eodem Oppido, vel Civitate, cum sola licentia Episcopi posset fieri, sed si ad aliud Oppidum, posset intelligi, & est intelligendus *Riccius in dicta decis. 168.* ut, cum nihil afferat deci um, remaneat in terminis puri discursus: & quamvis *text. in cap. si quis vult 41. 16. quæst. 7.* loquens de Monasterii translatione ad meliorandum in alium locum requirat consensum Episcopi; loquitur tamen textus de jure communi, non ex privilegio, ut supra fundavimus. Ulteriùs non procedit de necessitate licentiæ, sed solùm de consilio, quod utpotè voluntarium non tenetur aliquis sequi, *cap. cum olim*, junctâ *glos. de arbitr. l. 2. ff. mandat. Menoch. cons. 69. num. 17. Barbos. in appellat. verbor. in verb. consilium*, & *de potestat. Episcop. allegat. 32. num. 18.* & plura de consilio, & consiliario tradit *Solorzan. de jur. Indiar. lib. 3. cap. 2. per totum*.

Infertur ex his, *text. in cap. 1. de excess.* 49 *Prælat. in 6.* & *Tridentin. sess. 25. cap. 3.* loqui de ædificatione novi Monasterii, non autem de translatione ejusdem de loco ad locum: in ædificatione enim requiritur licentia Summi Pontificis: sed in translatione de jure communi solius Episcopi consensus requiritur, ad notata per *Larream dicta decis. 97. nu. 2.* & 16. jure verò privilegii non requiritur, ut dicebamus, & advertit *Larrea*, qui sic respondet ad *textum in dicto capit. si quis num. 3.* & 4. & *Pater Suarez com. 5. de censur. disput. 23. sect. 5. num. 33. text.* intelligit in *cap. unico de excessib. Prælat. in 6.* & in *clement. cupientes de pœnis*, ut procedant circa Monasteria usque ad tempora Bonifacii VIII. constructa, ut in eis non possit fieri translatio sine Summi Pontificis consensu, ut patet ibi: *Sed hactenus receptis mutare*: quasi jam constructa usque ad illud tempus Monasteria non possint transferri: & fuit opinio *glos. in dicto cap. unico*, ut post *Navarr. Suarez*, & alios, decisum refert in Senatu Granatensi *Larrea dict. decis. 97. num. 5.* Infertur secundò, ex pri-

50 vilegiis concessis mendicantibus non requiri hodiè Episcopi consensum in tali translatione, *Barbos.* & alii apud *Larream* ubi supra *num. 6.* & *Dian. part. 4. tract. 4. resolut. 106.* qui *part. 3. tractat. 2. resolut. 136.* firmiter asserit non esse ad translationem Monasterii de loco ad locum necessariam licentiam Episcopi ex privilegiis concessis à Summis Pontificibus, de quibus *Larrea* ubi supra *nu. 9.* ergo jure communi ex dicto *cap. si quis 16. quæst. 7.* & ex *Tridentin. dicta sess. 25. de regular. cap. 3.* requirebatur licentia Episcopi in translatione Monasterii, & ex *text.* etiam in *cap. ad audientiam 5. de Ecclesiis ædificand.* Infertur tertiò, quòd,

51 si Episcopus jusserit Monachis, ne faciant translationem sine sui licentia, si illam faciant, videntur Judicem spoliare jure suo, & possessione dandi licentiam; & multò magis, si consenserint inhibitioni, & competeret interdictum *uti possidetis*, quod pro juribus incorporalibus datur, *Bart. in leg. 1. §. hujusmodi ff. uti possidetis*, *Menoch. de retinend. possess. remed. 3. quæst. 17. num. 131. 134.* & 144. præsertim si clandestinè, & noctis tempore id fecerint, & violenter contra Judicis præceptum, ad notata per *Cancerium part. 3. cap. 14. nu. 54.* & posset procedere per censuras, puta sub pœna excommunicationis, ne transferant, & licèt appellent à tali censura comminata, à qua competit appellatio (imò etiam à declaratione excommunicationis appellatio datur) juxta notata per *Larream dicta decis. 97. num. 3.* tamen si sit appellatio frivola contra prius factam inhibitionem, non est ei deferendum, *cap. cum appellat. de appellat. Salgad. de regia protect. part. 3. cap. 6. n. 55. Scacc. de appellat. quæst. 2. nu. 48.* & frivola semper dicitur appellatio, quando contra se habet juris præsumptionem, quo casu Judex non tenetur supersedere, sed potest ad ulteriora procedere, ut ex pluribus Rotæ decisionibus notat *Salgad.* ubi supra *num. 21.* Infertur quartò,

52 jure communi, ut dicebamus, regularibus volentibus transferre Monasterium proprium ad alium locum, requiri licentiam Ordinarii, sine qua id facere prohibentur ex *cap. auctoritate 4. de privil. in 6.* & ex aliis notatis à *Barbos. alleg. 26. num. 3.* & in *dicto cap. auctoritatem nu. 5.* Verùm privilegia, quæ habent, debent exhibere Ordinario, ut recognoscat, *Larrea* ubi supra *num. 17.* In Aragonia verò, ubi non possunt fundari Monasteria sine licentia Regis, si propria auctoritate Monachi id facerent, possent oppor-

Digitized by Google

opportunis remediis puniri. Infertur
53 quintò, jure etiam civili ab Imperatore Justiniano fuisse ordinatum, ne possit Ecclesia ædificari sine consensu, & licentia Episcopi, ut in *authen. ut nullus fabricet Oratorii domus collat. 5. tit. 22.* & etiam jure canonico, ut in Concilio Aurelianensi, de quo in *cap. nemo de consecrat. distinct. prima*, post alios *Barbos. dicta allegat. 26.* & præsertim propè Parochiam non posse ædificari dicit post alios *Larrea* ubi supra *num. 15.* ergo benè concludit *Laurentius Portellius in dubiis regular. in verb. monasterium n. 5.* mutationem Monasterii fieri attento jure communi cum licentia Episcopi, idq; notarunt *Lapus in alleg. 68. Agia de exhibend. auxiliis fundament. 5. Card. Tusch. litter. M. conclus. 195.* cum *Barbos.* ubi supra *num. 8.* & cum *Larrea numer. 25.*
54 Infertur sextò, quòd licèt veteri jure Monasteria non potuissent ædificari, non mendicantium scilicet, nisi assignaretur dos sufficiens pro Presbytero, Diacono, Subdiacono, Cantore, & Lectore, ut in *cap. de Monach. de præbend. & in cap. is cui eod. tit. in 6. Menoch. cons. 159. num. 3. & seq.* tamen de jure novo debent esse duodecim ex bullis Clement. & Urban. VIII. sed tempore Innocentii X. Sacra Congregatio remisit Monasteria, ubi sex saltem Religiosi substentari possint, ut benè *Pasqualig. ad Lauret. de Franch. de Monaster. ædifican. quæst. 6.* & idem in addit. *ad qu. 23.* ubi latè agit de pluribus ad materiam numeri Religiosorum in Monasterio deputandorum *fol. 251.* In-
55 fertur septimò, decreta Summorum Pontificum de modo construendi Monasteria Monachorum habere locum, etiamsi non sint mendicantes, & non vivant de eleemosynis, quia decretum Gregorii XV. est generalissimum, & non pro solis mendicantibus, ut notant *Donat. in praxi part. 2. tract. 1. de monaster. ædific. quæst. 19. Pasqualig. ad de Franch. de Conventuum nova fundat. in addition. ad ultimam quæstionem num. 476. fol. 154.* Sic Monasteria monialium non possunt eri-
56 gi sine licentia Episcopi ex *dicto cap. 3. de regularib. Novar. in summa bullarii part. 2. in tit. de monaster. ædificand. n. 4.* & alter *Novar. in lucerna regular. verb. monasteria num. 6. Barbos. lib. 2. de jur. Eccles. cap. 22. num. 6. Tambur. tom. 3. de jur. Abbat. disputat. 33. quæst. 1. num. 4. Cesped. de exempt. regular. cap. 2. dub. 5.* An verò in concedenda licentia ædificandi Monasteria monialium sit servanda forma præscripta à Clem. VIII. & Gregor. XV. de vocandis vicinis superiori-
57 bus monasteriorum, & earum distantia; quæstio est. Putant aliqui affirmativè cum *Donato q. 21.* quia in decretis prædictis dicitur, tam pro monasteriis virorum, quàm mulierum petendam esse licentiam: sed verior est opinio non requiri has solemnitates in erectione Monasteriorum monialium, *Cesped.* ubi supra, *Lezana in verb. monasteria n. 54. Pasqualig. ad de Franch. nu. 478.* quia verba decretorū loquuntur de religiosis monachis &c. neque illa verba, ut non erigantur, nisi saltem duodecim inhabitent, & sustineri valeant, possunt comprehendere moniales, præsertim si moniales non mendicent eleemosynas quæstuantes. Octavò, quod, si regulares habeant
58 certitudinem de victu, vestitis &c. an introduci possint ad novum Monasterium fundandum, an requiratur consensus aliorum regularium? Putant aliqui negativè, quia causa finalis fuit, ne ex novis supervenientibus regularibus non possint illi primi commodè substentari: sed regulares de novo introducendi non faciunt præjudicium primis, quia possunt commodè substentari, ergò &c. & ità dicunt *Novar. in prax. novi juris Pontific. concl. 2. Cespedes de exempt. Regular. dub. 8. Donat. part. 2. tit. 1. q. 27. num. 2. & Rota decis. 745. part. 2. recent.* ubi dixit potuisse Ordinarium concedere licentiam erigendi novum Collegium, quia ipsi constabat nullum præjudicium allaturum præexistentibus, quia Collegialibus provisum erat de victu, & vestitu. Secunda opinio est affirmativa, *Novar. in summ. bullar. de ædificand. monaster. num. 5. Ricc. decis. 222. part. 4.* asserens ità fuisse decisum in Curia Archiepiscopali Neapolitana in causa Reformatorum S. Augustini, *Ventriglia in praxi annotat. 18. num. 26.* quia cum decreta Clementis VIII. & Greg. XV. generaliter loquantur, comprehendunt omnes casus, argum. *leg. qui generaliter ff. de legat. præstand. leg. de pretio ff. de publician. in rem act.* quod procedit etiam in constitutionibus pœnalibus, *Rota decis. 41. nu. 4. part. 1. recen.* quæ opinio pro-
59 cedit sanè, quando ex illis de novo introducendis regularibus diminueretur concursus populi illius Monasterii, ad quod accederent, ut decisum refert in *Rot. Januens. privilegior. 14. Januarii 1647.* ad favorem Patrum Theatinorum, pro quibus tulit sententiam coram Royas. Neque aliquid obstat decisio *Rotæ* contraria *415. part. 2.* quia ibi agebatur de erigendo Collegio, in quo tantùm celebrabantur Missæ, & Euchari-

stiæ Sacramentum conservabatur, ut ibi in eadem decisione habetur, & notat *Pasqualig. in addit. ad de Franch. de Conventuum nova fundat. à nu.*481. *usque ad* 484. *fol.*155. *col.*1. Infertur nonò, quòd,
60 si aliqua religio vellet intrare cum cautione de non quærendo eleemosynam, nec faciendi aliquid, unde nocumentum veniret aliis Religiosis, tunc non esset adhibenda forma bullarum: quæ cautio præstanda est in Provinciali, vel Generali Capitulo, & stipulari debet, & Provincia debet obligari ad substentandos religiosos de novo introducendos medio juramento, & cum assignatione annuo-
61 rum redituum sufficientium, si ibi non habeant proventus, unde substententur: verùm debent etiam se obligare, regulares ad non exercenda ea ministeria, quæ concursum ab aliis religiosis arcere possint: & hoc casu licèt cæteri regulares assensum debeant præbere; adhuc tamen sunt convocandi cæteri regulares vicini, quia per accidens est, quòd non sint passuri damnum. Ità *Lezana*, & alii apud *Donat.* ubi supra, *quæst.*28. & apud *Pasqualig. in addit. ad de Franch. num.* 485. Infertur decimò,
62 decreta de monasteriis non ædificandis de novo sine consensu Episcopi non esse necessaria, quando Monasteria recuperantur, quæ prius fuerant occupata ab hæreticis, aut in bello, & deinde reædificantur. Ità *Rodriquez qu.* 49. *art.*9. *Lezana in verb. monasteria nu.*49. *Donat. part.* 2. *tract.* 1. *de monaster. edificat. quæst.*24. Ratio est, quia per talem occupationem, aut devastationem, regulares non amittunt jura sua, sed dicuntur violenter, & injustè spoliati: ergo semper uti possunt jure proprio. Infertur
63 undecimò, quòd, si quæratur, an Monasteria regularium possint reædificari sine consensu Episcopi, & aliis, de quibus in bullis supra citatis, respondendum est cum *gloss. in cap. de monachis* 18. *qu.*2. cum *Affli&.* *decis.*392. *nu.*14. ubi *Ursill.* cum *Novar. in rubric. pragmaticar. de ædificat. num.*2. cum *Novar.* fratre *in Summ. bullar. part.* 1. *de monaster. ædificand. num.*9. cum *Cesped. de exempt. regular. cap.*1. *dub.*10. cum *Donat. qu.*23. & *Pasqualig. in addit. ad de Franch. de Conventuum nova erectione num.*489. quòd si
64 totum Monasterium sit dirutum, tunc esset nova ædificatio, secus est, si non sit totum dirutum: tunc autem diceretur totum dirutum, quando funditus esset eversum, ut neque remanserint fundamenta: primo enim casu, cum sit totum dirutum, cum sit nova ædificatio, requiruntur solemnitates: sed si non sit totum dirutum, non habent locum decreta, quæ loquuntur de ædificatione. Ità est communis sententia. Sed nos putamus alia distinctione opus esse,
65 quòd, si Regulares non amiserunt jura sua, non requiratur solemnitas, putà, quòd sit in totum dirutum, sed Regulares retineant ibi jus habitandi, ministrandi Sacramenta &c. & sic videndum est, an ex tali destructione Monasterii amiserint Religiosi jus habitandi, ministrandi Sacramenta &c. quia si amiserunt, non poterunt recuperare sine licentia, & consensu Episcopi, cæterisque solemnitatibus, quæ erunt de novo requirendæ: si verò non amiserunt, poterunt sine solemnitatibus reædificare, & hoc videtur de mente *Pasqualig. num.*490. Duodecimò, quid di-
66 cendum est ad quæstionem, an solemnitates requirantur, si Religiosi velint recuperare loca ab ipsis dimissa? Prima opinio est negativa. Secunda tenet, quòd, si absolutè, & sponte sint relicta, non poterunt amplius ædificari sine nova licentia, ut post *Rodriq. Mirand.* & alios, tenent *Cesped. dub.*13. cum *Donat. quæst.*39. *num.*6. quos impugnat *Pasqual. num.*493. Cum verò dicimus, licentiam, & consensum Superiorum Monasteriorum posse suppleri per Patrem Provincialem, vel Generalem, ut declaravit Sacra Congregatio 1615. & in una Neapolitana Patrum Coloritorum in burgo S. Antonii, in qua consenserunt Romæ Generales, intelligi debet, quòd Superiores non possunt supplere consensum, nisi causa cognita, quia sic præscribitur forma ex notatis per Doctores citatos.
67 Infertur decimotertiò, quòd hodiè præter licentiam Episcopi non requiritur licentia Sedis Apostolicæ: jure enim communi requirebatur, *dicto cap.*1. *de excessib. Prælator. in* 6. & *cap.*1. *de religios. domib. in* 6. *clem. cupientes de pœnis*; sed hodie ex *Tridentin. sess.*25. *de regular. cap.*3. sola sufficit licentia Episcopi, *Donat. part.*2. *tit.*1. *quæst.* 14. *Cesped. cap.*1. *dub.*20. *Novar. in prax. jur. Pontific. concl.*1. *Pasqualig. nu.*502. quam licentiam possunt etiam concedere illi, qui habent auctoritatem quasi Episcopalem: & licèt *Cesped. dub.*22. affirmet posse concedi etiam à Vicario Generali
68 tamen, nisi habeat speciale mandatum, concedere non potest: neque Vicarius Capitularis poterit concedere talem licentiam, quia licèt talis licentia sit actus jurisdictionis; est tamen de reservatis Episcopo, tanquam quid arduum, & in quo

Digitized by Google

quo requiritur specialis industria, cum discernendum sit, an novum Monasterium commodè substentari possit sine aliorum detrimento. Infertur quartodecimò, quòd, si Papa concedat Eccle-
69 siam, aut Conventum Regularibus, adhuc requiritur consensus, & licentia Episcopi, ut ajunt Doctores omnes supra citati, & *Donat. quæst.25.* per *textum* clarum *in cap.pastoralis de privileg.* quia concessio facta censetur salvo jure Episcopi: & posset Episcopus rescribere Pontifici, si quæ sint inconvenientia; non tamen requiritur consensus Capitu-
70 li. Licentia verò debet esse in scriptis pro foro externo, sed in foro conscientiæ sufficit consensus quocunque modo manifestatus, sicuti sufficit in cæteris ex *cap. institutionis 25. quæst.2, cap. tibi de rescript. in 6. & clem. dudum de sepultur.* nec sufficit tacita licentia, quòd videat Ordinarius, & non contradicat: nam debet videre de congrua substentatione: ergo tacitus consensus non sufficit, quia caret tali forma, ut probant DD. citati, neque valet erectio non facta servatis bullis Pontificiis, quia concessio corruit ex defectu potestatis. Infertur ul-
71 timò, vocandos esse non solùm mendicantes, sed omnes etiam non mendicantes, ut adducto *Cespedes cap.1. dub.23.* movente dubium, & non resolvente, dicit *Pasqualig. num.512.* & si possederint regulares per decem annos, non
72 tenentur titulum ostendere, & de assensu docere, sed regulares vocati si gratis dissentiant, poterit Episcopus dare licentiam: & si alii regulares reclament, & appellent à concessione assensus, devolvitur negotium ad Sac. Congregationem Episcoporum, & Regularium, & interim nihil innovandum, sed irritum futurum quidquid attentatur, ignoranter etiam, ut in dicto decreto Gregorii XV. de quo *Novar. Cesped. & Pasqualig.* ubi supra *num.519.* & subdit *Donat. part.2. tractat.1. quæst. 30.*
73 quòd, si aliqua religio contra novam erectionem excipiat, quòd non sit audita alia religio, non est admittenda exceptio, quia non admittitur exceptio de jure tertii: sed *Pasqualig. num.520.* putat, præcisa declaratione, posse opponi de jure tertii ob rationes ibi adductas: & si vocentur plures Superiores, & unus dissentiat, licèt major pars consentiat, res redditur dubia, & proinde non potest constare, quòd congruè substentari possunt, ut ajunt DD. citati: & tandem notandum est, quòd Regulares contravenientes incurrunt in excommunicationem latæ sententiæ, privationem beneficiorum cum inhabilitate perpetua ad illa, & privationem vocis activæ, & passivæ: de quibus pœnis latè agit *Pasqualig. à num.523. cum sequ.*

Hic autem instituti ratio exigit, ut
74 preces, quas hæc fidelissima Civitas adhibuit, ne laicorum bona tam frequenter, tamque itidem exuberanter ad ecclesiasticos, & monasteria devenirent, in hanc fermè sententiam Imperatori expositas percenseamus: *Perchè tra li Capitoli, e grazie supplicate da questa fedelissima Città, Baronaggio, e Regno alla gloriosa memoria del Rè Filippo IV. nell' anno 1660. in tempo del glorioso Carlo II. sotto il governo della Serenissima Regina Madre, Tutrice, e Governatrice, esecutoriate nel Regno nell'anno 1668. si legge nel cap.4. del tenor seguente: Rappresenta a V. M. la Ciudad, que al numero tan excessivo, que hai de Ecclesiastici, han destruido las Universitades del Reyno, per averse preso todos los bienes muobles, y estables, en caosa de lo que lo son, la qual le carga, que se haya de repartir en tre ranchos, lla lleven muy pocos, y los demas probres, que es de notable danno al Patrimonio Real, y a los asinnatarios de los Fiscales, y con esto se destruien los pueblos, y se hagan los Citadinos por no poder suplir tanta carga, y ser los Ecclesiasticos los mas ricos, y poderosos. Supplicando a V. M. se sierva de poner en esto el opportuno rimedio. Su della qual supplica in quel tempo s'ottenne il seguente rescritto: Sua Majestas in re tanti ponderis congruè se provisurum respondit. Qual providenza poi mai più si è data: onde l'accennato disordine si è notabilmente avanzato, essendo da quel tempo gli Ecclesiastici moltiplicati in maggior numero, così parimente i Monasterii, e le Chiese, e gli altri luoghi Ecclesiastici, e pii, e ridottisi quasi tutti gli stabili, effetti, e rendite, precisamente nella Città, e suoi distretti, ed anco nel Regno in mano de' medesimi. Perciò si supplica a dare su materie di tanta importanza colla maggior celerità possibile tutte le più opportune provvidenze, con interporre ancora la Reale autorità presso Sua Santità, ed ovunque bisogna, acciò con effetto la grazia supplicata si consegua, che riuscirà certamente in servizio di Dio, e di Sua Maestà, e di grandissimo beneficio a questo Publico. Placet Suæ Cæsareæ, & Catholicæ Majestati, ejusque curæ erit, ut Regni indemnitati provideatur.* Quoniam verò ne ab Imperatore quidem aliquid expressim constitutum fuit; Pro-

re-

Digitized by Google

regem quandoque, & Collaterale Consilium adiit eadem Civitas, ut propositum assequeretur, atque hujuscemodi rescriptum impetravit: *Cum effectu fiat relatio Sacræ Regiæ, & Catholicæ Majestati, & interim nihil innovetur.* Postmodum autem, quum RR.PP. Societatis Jesu quoddam erigere Collegium instituissent, quod Baro D. Joseph de Mirto erigi voluit, bonis omnibus testamento eisdem Patribus relictis, ut constructioni, & fulcimento ejusdem Collegii proficerent; opus fuit supplicem exhibere libellum in Collaterali Consilio, ne a construendo opere abstraherentur: sed, eo inspecto, ita inibi mandatum comperimus: *Lecto retroscripto memoriali Suæ Excellentiæ in Collaterali Consilio, Illustrissimus, & Excellentissimus Dominus Prorex, Locumtenens, & Capitaneus Generalis providet, decernit, atque mandat, quòd respectu fundationis, & constructionis novi Collegii, cum effectu fiat consultatio Suæ Cæsareæ, & Catholicæ Majestati, qua pendente, nihil innovetur:* Constituta inde augustissimi post Regis adventum Regali Camera Sanctæ Claræ, ut Collateralis gereret vices Consilii; aliis ea precibus ducta declaravit, decrevitque, *quòd respectu omnium hinc inde priùs deductorum in tunc Regio Collaterali Consilio procedatur in ipsa Regali Camera Sanctæ Claræ pro executione ordinis regalis præcitati de die 26. Junii 1736. dicto fol. 2. & 3. vol. 2. ac proinde relatio fieri ordinata per Sac. Regiam Majestatem super determinatione, & resolutione generali per dictos Electos hujus fidelissimæ Civitatis supplicata in præcitatis eorum memorialibus, fiat per ipsam Regalem Cameram cum interventu Judicum adjunctorum per Sacr. Regiam Majestatem nominatorum, non impedita interim provisione in causa particulari vertente inter dictum venerabile Collegium PP. Societatis Jesu, & prætensos hæredes dicti quondam Baronis D. Josephi Mirto, servata forma ordinis Regalis contenti in præcitato Regio rescripto expedito dicta die 14. Decembris 1734. dicto fol. 88. vol. 2. & pro effectu prædicto in causa particulari hæreditatis dicti D. Josephi eadem Regalis Camera declarat, benè fuisse, & esse provisum sub die 18. Martii 1733. per tunc Regium Collaterale Consilium fol. 40. vol. 1. ac proinde respectu fundationis, & constructionis novi Collegii cum effectu fiat relatio S. R. M. & interim nihil innovetur.* Causa tandem excussa, permissum non fuit, ut novum Collegium erigeretur: sed bona omnia hæreditaria Baronis D. Josephi de Mirto Monti pauperum verecundorum addicta fuere, quia ipse Baro mandaverat, ut, si illud construi non posset, ad eundem ea Montem deferrentur.

De Monasteriis tractant *Novarius in lucerna regular. pag. 157. Summa Rodriquez part. 4. pag. 109. Barbosa de jur. Ecclesiast. tom. 1. pag. 94. Alloza in flor. sum. pag. 540. Sà in aphoris. confess. pag. 388. Rubeus in aphorism. Episc. pag. 406. Bonagratia in quæst. regul. pag. 388. Tusc. to. 5. pag. 461. Roderic. in quæst. mor. pag. 684. Crespetius in summa pag. 638. Zerola in prax. Episc. part. 2. pag. 86. Lorichius to. 2. thes. theolog. pag. 1420. Nicolius in flosc. pag. 455. Bordonus tom. 3. par. 2. resol. 97. Acta Ecclesiæ Mediol. pag. 310. Summa Naldi pag. 504. Miranda in manual. pag. 221. Barbos. in decis. apost. pag. 465.* idem *in repert. jur. pag. 249.* idem *in tract. var. pag. 259. Summ. Quarantæ pag. 403. & 440. Summa Lezanæ tom. 4. pag. 192. Ventriglia tom. 1. prax. pag. 189. Larrea in allegat. tom. 2. pag. 98.* De Monasteriis ædificandis tractant *Donatus in prax. regul. to. 1. pag. 3. Summa Novar. pag. 385.* De fundatione Monasteriorum *Garzias tom. 2. polit. regul. pag. 579.* De privilegiis Monasteriorum *Engel. & Donatus in prax. regul. tom. 1. part. 2. pag. 29.* De successione, & obligationibus Monasterii *Donat. in prax. regul. tom. 1. part. 2. pag. 210. & 238.* De Officialibus Monasteriorum *Francus in controvers. pag. 223.* De recessu à Monasteriis *Novar. in lucern. regul. pag. 221.*

CAPUT XXVII.

De Processionibus.

SUMMARIUM.

Processio quale mysterium indicet n. 1. Qualis fuerit præscripta regula per Sacram Congregationem pro dirimendis litibus, & controversiis in materia precedentiæ inter Religiosas personas num. 2. quidque fuerit præscriptum bulla Gregorii XIII. inter Ordines mendicantium num. 3.

Precedentia debetur Religioni antiquiori tàm ratione fundationis, quàm ingressus in Civitatem n. 4. etiamsi id sit per unam horam n. 5.

Consuetudo, & quasi possessio attenditur in precedentia n. 6. & 24.

Cæremoniale Romanum qualem fidem faciat, & an sit attendendum n. 7.

Generales Monachorum præcedunt omnibus

bus Generalibus Fratrum mendicantium n.8.
Referendarii utriuſque Signaturæ præferuntur Generalibus Monachorum nu.9.
Referendarii utriuſque Signaturæ ſunt Romæ antiquiſſimi, & quibus ſucceſſerint num.10.
Referendarii utriuſque Signaturæ quale habeant officium n.11.
Referendarii vocantur Spectabiles ab Imperatore, & Magiſtri vocantur à Papa num.12.
Referendarii vocantur miniſtri Papæ, & quid agere debeant n.13.
Generalis Jeſuitarum non præcedit Generali Capuccinorum 14. & 15.
Generales qualiter poſſint dici magnates num.16.
Præcedentia debetur illi, qui recipit honorem à Principe ſupremo n.17.
Referendarii utpotè de Monarchia ſæculari præferuntur Generalibus Ordinum, & quare n.18.
Generales Religioſorum humilitatem ſervare debent n.19.
Referendarii præcedere debent Generalibus Ordinum in proceſſionibus numer. 20. & 29.
Referendarii an præcedant Generalibus in Capella Pontificia n.22. & 23.
Generales qui ſint, & qualem habeant juriſdictionem in toto Orbe n.24.
Beneficiati præſentes, qui non habent beneficium reſidentiale, qualiter non poſſint cogi per Epiſcopum, ut interveniant in publicis proceſſionibus n.25.
Cum agitur de duabus Collegiatis exiſtentibus in aliquo Oppido extra locum Cathedralis, inferior, ſive minus digna, privatim tenetur accedere ad dignorem, in qua inchoanda eſt proceſſio num.26.
Proceſſiones fieri non poſſunt, nec etiam per exemptos, ſine licentia Ordinarii, vel Parochi extra proprium ambitum num.27.
Omnes regulares, & exempti tenentur accedere ad publicas proceſſiones n.28. ubi quando id limitetur.

PRoceſſio in plura agmina diſtributa, myſterium eſt exercitus militantis
1 Eccleſiæ adverſus hoſtes humani generis, ut refert *Honor. cap.72.* & obſervat *Pater Quartus de proceſſ. lib.1. part.9. myſter.2. fol.4. per totum*. Inter religioſas perſonas nonnullæ lites, & controverſiæ in materia præcedentiæ ortæ fuerunt, & pro ipſis dirimendis Sac. Congregat. Sanct. Rom. Eccl. Cardinalium
2 negotiis, & conſultationibus Epiſcoporum, & Regularium præpoſita cenſuit ſervandas eſſe literas Gregorii XIII. & Urbani VIII. hac de re conditas, ut, ubi non conſtat de poſſeſſione, præcedant illi, qui ſunt antiquiores in loco controverſo, & ità ſervari teſtatur *Lezzana in ſumma in verb. præcedentia inter regulares fol.537. column.1. & 2.*
3 & pro controverſiis inter ordines mendicantium emanavit Gregorii XIII. bulla, quæ incipit: *Expoſcit paſtoralis officii munus*, ſub die 15. Julii 1583. apud *Honor. tom.1. fol.503. & tom.2. fol.430.* eaque præſcribitur, quòd, quando non probatur, aut non conſtat quaſi poſſeſſio præcedentiæ inter fratres mendicantes, illi, qui ſunt antiquiores, in loco controverſiæ debeant præcedere: & ſic fuit declaratum per Sacram Congregationem anno 1608. apud *Honor.* ubi ſupra *to.1.* & quòd præcedentia debeatur
4 Religioni antiquiori tàm ratione fundationis, quàm ingreſſus in Civitatem, docent *Cavaler. dec.594.* & *Riccius dec.131. part.1.* etiamſi eſſet antiquior per unam horam, idem *Ricc. reſolut.203. in prax. Menoch. de arbitr. cent.1. caſ.48.* quia prioritas, ſeu anterioritas cauſatur non ſolùm per unum diem, *Gloſſ. in cap. ſi eo tempore in verb. jam de election. in 6.* ſed
5 etiam ratione unius horæ, *Gloſſ. in leg. ſi ex pluribus §. fin. ff. de ſolut. in verb. dic, obligavit*, & *in cap. duobus in verb. ſi non appareat de reſcript.* imò unius puncti, vel momenti, *Caſſadorus dec.201. num.1. de reſcriptis*: & quantum tempus ſit unum punctum, vel momentum, tradunt *Joan. Andreas in cap.1. n.7.* & *Abbas nu.3. de cauſa poſſeſſ.*

Poſſeſſio attendenda eſt in materia præcedentiæ in proceſſionibus, imò tota à poſſeſſione regulatur, etiamſi de ea ex unico actu tantùm appareret, latè *Adden. ad Buratt. deciſ. 903. per tot.* & *deciſ.322. num.17. part.6. recent.* & *in Albiganen. præcedentiæ 20. Junii 1653. coram bon. mem. Bichio §. conſtitutio*, & *§. nec obſtat*: & ibi expreſsè firmatur, quòd teſtes confratres de archiconfraternitate probant præcedentiam ad favorem ejuſdem archiconfraternitatis, quæ eſt *deciſio 320. num.8.* & *ſeqq. part.11. Rot. deciſ.419. num.3. part.9. recent. tom.2.* & ſecundùm eam judicari debet, *Poſtb. de manutent. obſervat.53. num.24. Pignatell. conſult. canon. 104. num.47. Beſold. diſcurſ. politic. legal. de præcedentiis*, & *ſeſſion. prærog. cap.3. concluſ.1.* & concurrente pluſquam decennali quaſi poſſeſſione præcedendi, non ſolùm acquiritur quaſi poſſeſſio, ſed titulus, & jus præ-

ce-

Digitized by Google

cedendi præscribitur, *Megal. var. resolut. tom. 2. resolut. 112. num. 6.* illaque sufficit,
6 etiamsi repugnaret dispositioni juris communis, *Crusius de præcedent. cap. 28. num. 43. & 44. Rota coram Seraphino decis. 964. num. 1. & decis. 214. nu. 4. part. 4. recent. tom. 2.* & latissimè in *Oppiden. processionum 18. Maii 1746. §. nec obstat cor. bon. memor. Verospio.*

Summus Pontifex *Paulus* Papa III. in ejus *constitutione 23. §. 1. bullar. nov. fol. 647. tom. 1.* creavit Referendarios Sanctæ Sedis Notarios, ac si essent de numero Prothonotariorum participantium (sine tamen dictorum Prothonotariorum præjudicio) eisque benignè impartitus est omnia, & quæcumque privilegia Prothonotariis competentia, & in specie jus præcedentiæ, & præeminentiæ, quam habent iidem Prothonotarii, ibi: *Gaudeant eisdem præeminentiis, & antelationibus, & prærogativis &c. quibus cæteri nostri, & dictæ Sedis Notarii de numero participantium &c. tàm de jure, quàm consuetudine, seu aliàs quomodocumque utuntur, & potiuntur, & quomodolibet in futurum in judicio, & extra, & ubique locorum, uti, potiri, & gaudere debeant in omnibus, & per omnia*: unde sicuti in processionibus, & alibi regularium Generales cedunt locum Prothonotariis de numero participantium, sic pariter præfati Generales cedere debent locum Referendariis, qui privilegia Prothonotariorum habent, *Grat.* relat. à *Rubeo* in suis *singularibus tom. 2. part. 4. de præcedent. in funer. n. 4. fol. 469.* & cæremoniale Romanum fa-
7 ctum de anno 1516. temporibus Leonis X. in *cap. 15. de festo Corporis Christi* expressè digniorem locum Referendariis concedit in processione, Generalibus verò inferiorem: nam post assignatum locum procedendi ante Papam in processione Clericis Cameræ, Auditoribus Rotæ, Episcopis, cæterisque Prælatis paratis, assignat ordinem procedendi post Papam per hæc verba: *Papa sub Baldachino &c. Secretarius Papæ, si non est Prælatus cum Medico Papæ, Prothonotarii, Prælati, si qui sunt non parati, Generales Ordinum, quos tandem sequuntur Fogati omnes*: ex quibus verbis constat omnes Prælatos anteponendos esse Generalibus Ordinum: imò illa verba: *Prælati, si qui sunt non parati*; intelligi debent per necesse de Referendariis, quia aliis Prælatis jam antea locum assignaverat: Cæremoniale enim pro lege servandum est, ut dixerunt DD. relati à *Gratian. disceptat. 298. num. 27. & 28. & disceptat. 111. num. 7. & alibi passim.*

8 Unde Generales Monachorum, qui in omnibus actibus præferuntur Generalibus religionum mendicantium, ut videre est apud *Pignatell. consult. 104. per tot.* ubi *concordant.* & Abbates, qui eosdem Generales mendicantium præcedunt, *Jacobat. de concil. lib. 1. art. 6. n. 4. in fin. vers. & post Abbates sedebunt Generales inter tract. magn. lib. 13. part. 1. fol. 209. Campeg.* eodem *tract. cap. 13. n. 19. inter tractat. magn. dicto tom. 13. part. 1. fol. 407. Caramuel de præcedent. thes. 4. num. 77. & 78. fol. 56. & 58. Tamburrin. de jur. Abbat. tom. 1. disput. 25. quæst. 4. num. 9. & seq.* Referendariis ubique præcedentiam cesserunt: & Abbas Montis Cassini præcedit omnibus Abbatibus, tamquam Abbas Abbatum, ut fuit sub Paschali II. in Concilio Romano definitum in differentia nata inter Abbates Cassinen. & Cluniacen. ut habetur in bullar. Cassinen. & chronolog. Cassinen. *num. 1027. & 1794.* & alibi: & in Concil. Tridentino Abbas Cassinen. præcessit Generales regularium, ut apparet in subscriptione Concilii, quod prius ab Abbate Cassinen. & postea à Generalibus apparet subscriptum.

Et summa ratione, & justitia Paulus
9 III. concessit præeminentiam Referendariis, cum, attenta dispositione juris civilis, sint antiquissimi: nam vel originem habuerunt temporibus Reipublicæ Romanæ, ut refert *Gravat. ad Vestr. in prax. lib. 1. cap. 3.* sive temporibus Alexandri Severi, qui regnavit anno salutis nostræ 224. ut refert idem *Gravat.* ubi supra *in fin.* per *text. in l. rescriptum ff. de distract. pignor.* Certum est, quòd tempore Justiniani Imperatoris jam aderant, cum illos reduxerit de anno salutis nostræ 525. ad numerum moderatum, ut in *authen. de Referend. Sacri Palatii collat. 3.* & voluit *Gomez in comp. utriusque Signaturæ quæst. 16. fol. mihi 321. & 322. Marchesan. de commiss. part. 1. cap. 1. num. 3. Choell. de notit. Card. de Referend. cap. 57. litt. B.* Quòd si attendatur jus ca-
10 nonicum, pariter Referendarii in Ecclesia Dei sunt antiquissimi, cum successerint in locum illorum Consiliariorum Summi Pontificis, de quibus fit mentio in *canon. convenientibus §. item Petrus 1. quæst. 7. & in canon. Ecclesiasticis quæst. 1. canon. in Parochia 16. qu. 1.* juxta opinionem *Gambar. de auct. Legat. in quæst. qualiter Legatus se gerere debeat &c. num. 34. & seq. in tract. magn. to. 13. part. 2. fol. mihi 153. & canon convenientibus* emanavit in Concilio Melden.

Digitized by Google

den. ſub Gregorio IV. qui vixit anno Domini 828. ut teſtatur *Ciacconius* in vita dicti Pontificis *fol.*290. *Canon* autem *Eccleſiaſticis* deſumitur ex epiſtola Divi Gregorii ad Theodor. qui vixit anno 590. *Can.* verò *in Parochia* editus fuit ſub Pelagio II. qui rexit Eccleſiam Dei anno 579. & extitiſſe Referendarios Papæ ſaltem ante annum 1243. habetur ex Innocentio IV. *in cap. ex literis num.*3. *de reſtitut. in integr.* dum ait: *Et quidem libellus ſupplicationem continens porrigitur Referendariis: ſolus autem Princeps, vel Præfectus cognoſcet de ſupplicatione*: qui Innocentius ſcripſit *ſuper decretalib.* poſt Concilium Lugdunen. factum, ipſo Eccleſiam Dei gubernante: ex qua Innocentii doctrina *Choell. de notit. Cardinal. fol.*310. *litt. B.* colligit non ſolùm extitiſſe tunc temporis Referendarios, ſed etiam Signaturæ Præfectum: unde in concurſu cum religionibus, quæ ortum habuerunt poſt plura ſecula, nempe anno 1218. *Gratian. diſceptat.* 845. *num.*7. Referendarii præcedere debent tanquam antiquiores, cum antiquitas in materia præcedentiæ attendatur, idem *Gratian. diſcept.*845. *num.*8. *Frances de Eccleſ. Cathedral. cap.*25. *num.*38. *Rota deciſ.*718. *per tot. part.*4. *diverſorum*, & *deciſ.*588. *num.*4. *coram Cavalerio*: quod procedit, ſive Referendarii moderni ſint iidem cum Referendariis Imperatorum, & Conciliariis Papæ, ſive in illorum locum ſubrogati, cum ſubrogati gaudeant eiſdem privilegiis, & prærogativis, quibus gaudebant illi, quibus fuerunt ſubrogati, ut in terminis præcedentiæ *Rub. in ſingul. tom.*2. *part.* 4. *tit. de præcedent. in funer. nu.*4. *fol.*469. *Grat. diſcept.*845.

11 *num.*16. Pariter Referendarii ſunt digniores, eorumque munus circa nobiliora negotia verſatur: nam præfatus Paulus Papa III. in dicta ejus conſtitutione §.1. illos conſtituit nobiles, ibi: *Ac ſi ex magno Baronum, & nobilium genere eſſent procreati*; & illis dedit facultatem inter propria ſtemmata inſerendi inſignia Pontificis, in Abbatiis verò, & Monaſteriis per Referendarios poſſeſſis baculo, & mitra uti, & publicam dandi benedictionem facultatem impartitus eſt: & Sixtus Papa V. in ejus *conſtitutione* 41. non ſolùm omnia confirmavit, ſed etiam auxit, declarando, Referendarios eſſe conſtitutos in dignitate Eccleſiaſtica, illiſque cauſas committendas eſſe, ut de his, aliiſque prærogativis notant *Marcheſan. de commiſſ. part.*1. *cap.*1. *Gomez in compend. utriuſq; Signaturæ tit.* 16. *fol. mihi* 619. & *ſeq. Gambar. de offic. Legat. tit. qualiter Legatus ſe gerere debeat à num.*31. *in tractat. tom.*13. *fol.*153. *part.*2. *Choell. de notit. Cardinal. cap.* 57. *fol.* 305. & *ſeq.* & *Zecch. in republic. Eccleſiaſt. cap.* 10. *Fagnanus in cap. ex parte per tot. de privileg.* Imperatores etiam vocant Refe-

12 rendarios Spectabiles, ut in *authen. de Referend. Sacri Palatii collat.*3. *in authen. ut litigantes jurent §. quia*: Papa verò illos Magiſtros vocat: quod honoris encomium eſt, ut per *Gloſſ. in clementin.*2. *de magiſtr. in verb. doctoratus* firmat *Choell.* ubi ſupra *litt. D.* illoſque facit familiares ſuos: familiares autem Principis præcedere debent, quia pars corporis Principis ſunt, *Caſſanæus in cathal. glor. mundi part.*6. *conſiderat.*29. *in fine*, *Rub. in ſingul. Rot. tom.*2. *part.*4. *de præcedent. Prothonot. num.*63. *fol.*491. illud

13 tamen præcipuum videtur, ut negotia coram, & in præſentia Vicarii Chriſti tractent, & præ cæteris officialibus Curiæ propinquiùs Papæ aſſiſtant, ut idem Paulus III. in ejus præfata conſtitutione teſtatur, ibi: *Referendarii noſtri, qui præ cæteris officialibus, & miniſtris noſtris nobis propinquiùs aſſiſtunt*: quod ſingulare eſt, cum alia Tribunalia negotia, & cauſas definiant abſque præſentia Papæ: unde jure meritò antiquitùs præcedebant omnes, & quoſcumque officiales Romanæ Curiæ; imò eoſdemmet Prothonotarios de numero participantium, cum in litteris expectativarum priùs Referendarii nominarentur, quàm Prothonotarii, *Gomez in compend. utriuſque Signaturæ quæſt.*16. *fol. mihi* 321. & 322. *Marcheſan. de commiſſionib. part.*1. *cap.*1. *num.*12. *Rub. in ſingul. tom.*2. *part.*4. *de præced. Prothonot. num.* 59. *Caſſanæus in cathal. glor. mundi part.*4. *conſider.*29. *in fin. Monet. de conſervat. jud. num.*111. & 112. optimè *Manriquez de præced. Referendar. qu.*44. *per tot.* & præcipuè *nu.*3. & 4. *Matthien. de Referendar. part.*2. *cap.* 1. *num.* 9. latè *Fagnanus in cap. ex parte de privileg. num.* 3. nec mirum eſt, quòd Referendarii alios officiales, & Judices præcederent, cum deputati ſint Conſiliarii à Principe ad corrigendos aliorum Judicum, ac Tribunalium errores, ut dixit antiquus *Caſſiodor. var. formul. lib.*6. *form.*17. ibi: *Quamvis tantum ſit clara quæque dignitas, quantum eam præſentiæ noſtræ conſpectus illuminat, dum ſemper honores ſuſcipit, qui noſtra colloquia decenter acquirit; nemo tamen ſermones noſtros tantum meretur, quàm qui Referendarius eſſe dignoſcitur, ad ſummum tales vos eſſe*

cupimus, ut etiam per vos Judices corrigamus: & latiùs per *Choell.* ubi suprà *fol.*306.*litt.D. Matthien. de Referend.* ubi supra: & regulare est, quòd illi, qui sunt Consiliarii Principis, vel qui assistunt lateri ejusdem, præcedere debeant, *Decian. consil.* 58. *num.*23. *lib.*5. *Cyriac. controvers.*202.*num.*65. *Petrus de Gregor. in sua republica lib.*4.*cap.*10.*nu.*13. sicuti pariter ille, qui tractat graviora Principis negotia, præcedere debet, *Vasq. controv. illustrium in præfat. num.* 125. *Cyriac. controv.*201. *n.*47. & 50. & *controv.*202. *num.*61. *Sanfelic. decis.*140.*n.*4. *Rota in Bononien. Decanatus præcedentiæ* 20. *Junii* 1641. *coram Meltio*. Et cum 14 Generales regularium sint omnibus istis privilegiis, honoribus, & præeminentiis spoliati, præcedentiam Referendariis cedere debent, *Mastrill. de magistr. part.*2.*lib.*4. *cap.*14. *num.* 30. *Capyc. Galeot. controvers.*45. *num.*15. *lib.*2. *Cyriac. controv.*201. *nu.*152. *Capyc.Latr.dec.*181. *num.*8. *Georg. alleg.*35. *num.*6. *Gratian. discept.*845. *num.*32.& 45. *Michael Ferr. de præced. quæst.*1. *num.*19. maximè cum eorum jurisdictio restringatur quoad correctionem suorum Regularium dumtaxat, nec egrediatur portas Conventuum, ut benè firmat *Merlin. decis.*133. *num.*4. Imò cum basis fundamentalis re- 15 ligionis mendicantium sit humilitas, consequenter Generales omnibus cedere locum deberent, ut respondeant nomina factis, ut de Generalibus Minorum, & Minimorum, dixit *Cassan.in cathal.glor. mundi part.*4. *consid.*69.*vers.sed cum sint:* & cum regulares, maximè mendicantes, mortui mundo reputentur, non debent de hac temporali præcedentia contendere, *Leonell. de præced. homin. quæst.*7. *art.*6. *vers. fin.* latè *Salgad. de Reg. protect. part.*2. *cap.*9. *num.*40. & 42. ubi refert mirabile exemplum ab istis Generalibus modò imitandum, quod dederunt PP.Jesuitæ, & PP.Cappuccini Salamanticæ in funere Margaritæ Hispaniarum Reginæ, ubi, quando inter alios de præcedentia plures suborte erant graves controversiæ, inter ipsos diversa lis agitata fuit, nempè cui ex dictis religionibus humilior locus deberetur, cum utraque religio se in humilitate fundatam esse profiteretur, & sibi consequenter inferiorem locum deberi. Fortan RR.PP. Societatis Jesu sequuti sunt exemplum Didaci Lainez eorum Generalis, qui ultimum locum petiit in Concilio Tridentino, ut scribit *Cardin. Pallavicinus in histor.Concil.par.*2.*lib.*18. *cap.*2. *num.*6. & 7.

Ad motivum Generalium Religionis 16 Prædicatorum, & S. Francisci, quòd sint Hispaniarum magnates ob prærogativam operiendi caput coram Hispaniarum Rege, responsum vidimus, quòd licèt operire caput sit qualitas annexa magnatibus; attamen alia requiruntur ad constituendum aliquem magnatem, quia coram Rege Nuncius Sanctissimi, Indiarum Patriarcha, cæterique Archiepiscopi caput operiunt, & tamen nemo prætendit illos esse constitutos magnates: & quòd Generales Prædicatorum, & Sancti Francisci non sint constituti magnates, per has, & alias rationes in puncto latissimè probat *Alonz. Carillus de origine, & dignitate magnat. de Castel. in discurs.*3. *fol.*17.§ *Sin embargo*, cujus verba sunt hæc: *Sin embargo de que el comun modo de significar la merced, que el Rey haze de la grandeza, es con la palabra, cubrios, y el Señor titulado, V.otro, a quien se manda cubrir queda constituido en aquel grado absolutamente, es de advertir, que si no se expressa el decreto en que se haze la merced, o si el sugeto a quien el Rey dize cubrios, no tiene la aptitud, y disposicion, que pide la naturaleza deste grado por si sola la prerogativa de cubrirse, no inprime el caracter principal de grande, por ser la cubertura una parte, que puede subsistir sin el todo de la grandeza, compuesto de muchas, però divisibles, y que se ven separadas, y de por si en diferentes personas, a quien el Rey las distribuie, como fuente, y origen, de quien proceden todos los honores, y dignidades. Es permitido cubrirse en presencia del Rey a ciertas personas assi eccleſiasticas, como seculares, que ni por si, ni por sus dignidades tienen otro tratamiento de grandeza, sino este solo (exceptos los Cardenales, que gozan de maiores prerogativas, y se cubren) como tambien el Nuncio de Su Santidad en estos Reinos, el Patriarca de las Indias, los Arçobispos, los dos Generales de las Religiones de Santo Domingo, y San Francisco, y los Embaxadores que tienen assiento en la Capilla*. Et quidem hæc prærogativa non constituit magnates: nam etiam Generales Augustinianus, & Carmelitanus caput operiunt coram Rege, & tamen non prætendunt se esse magnates: imò etiam hunc honorem sæpè sæpiùs invictissimus Carolus V. exhibuit S. Francisco Borgia Societatis Jesu Generali, sed ipse religiosa humilitate ab aliis Generalibus imitanda constantissimè recusavit, idem *Alonz. Carillus* ubi suprà *discurs.*4. *fol.mihi* 25. ubi proponit, an

admi-

Digitized by Google

mirabilior eſſet vel tanti Imperatoris pietas, vel ejuſdem S. Franciſci humilitas.

Obſervatur pariter in hac materia,
17 quòd præcedere debent illi, qui dignitatem recipiunt à Monarcha ſupremo, & à manu perſonæ dignioris in concurſu illorum, qui dignitatem recipiunt à manu inferiorum, *Vaſquez contr. illuſt. in præfat. num.* 136. *Caleſat. de equeſtr. dignitat. num.* 45. *Ricc. in prax. præcedent. deciſ.* 177. *in fin. Speidell. in ſpecul. obſerv. lib.* 2. *verb. præcedentia verſ.* 8. *Beſold. diſcept. polit. legal. de præced. & ſeſſion. prærogat. cap.* 3. *concluſ.* 3.

Prælati ſimplices, tanquam de clero
18 ſeculari, & de hierarchia ſeculari præferri debent Prælatis religionum, tanquam de hierarchia regulari, & conſequenter minus digna, ut probant *Campeg. de Concil. cap.* 15. *num.* 22. *Beer. in addit. ad tract. de auth. magn. conſil. n.* 84. *Caſſaneus in cathal. glor. mundi part.* 4. *conſid.* 51. *Rodriq. quæſtion. regul. tom.* 3. *quæſt.* 37. *artic.* 1. *Leonell. de præced. homin. quæſt.* 7. *artic.* 6. *per tot. Novar. in lucern. regul. verb. præcedentia numer.* 5. *Barboſ. collect. bullar. verb. præcedentia, & verb. regulares quoad præcedentiam*, ubi aſſert plures reſolutiones Sac. Congregationis Rituum, *& in tract. de jur. eccleſiaſtico lib.* 1. *cap.* 43. *num.* 192. *Vulp. in prax. for. Epiſc. cap.* 34. *num.* 1. *Lezan. oper. tom.* 2. *verb. præcedentia quoad regulares nu.* 3. *Peregrin. in prax. Vicar. par.* 1. *ſect.* 5. *num.* 17. *Salgad. de regia protect. part.* 2. *cap.* 9. *n.* 38. ubi, quod minores de clero ſeculari debent præferri majoribus de clero regulari, & latiſſimè *Rot. in Oppiden. proceſſionum* 18. *Maii* 1646. *coram Veroſpio in princip.* & bis Sac. Congregatio Rituum cenſuit cum ſubſequuto effectu, quòd ratione dicti Ordinis hierarchici præcedentia debita eſſet Sancto Franciſco Borgiæ ſupra Sanctum Philippum Benitium longè antiquiorem, & religionis reſtauratorem, & habentem juriſdictionem, utpotè diverſæ hierarchiæ regularis: & in puncto, quòd Generales religionum debeant cedere præcedentias in proceſſionibus Prælatis Romanæ Curiæ, etiam non habentibus juriſdictionem, *Pilaja in addit. ad conſiderat.* 48. *Hieronymi Iranci de proteſt. n.* 8. *& 9. & verſ. nec ſolum*. Et Religioſos
19 non eſſe de vera, & reali hierarchia eccleſiaſtica, quæ ſolùm per Epiſcopos, presbyteros, diaconos, & clericos ſeculares repræſentatur, ex Conciliis, & Patribus probant *Hallier. de hierarch. eccleſiaſt. lib.* 1. *cap.* 4. *verſ. idem verò*, & latiùs *lib.* 2. *cap.* 4. *§.* 5. *& Joan. Dart. eod. tract. cap.* 8. 9. *&* 10. Ponebantur enim monachi antiquitùs inter multitudinem laicam, ut in Concilio Arelaten. tertio; & uti laici in omnibus actibus, & functionibus veniebant poſt clerum, ut ex *Palladio, Clemente, & Epiphanio*, ac aliis, probat *Joann. Dart.* ubi ſupra *cap.* 8. ſub *§.* 1. & tanquam alii laici ſolvebant de laboribus ſuis decimas Eccleſiæ, *gloſſ. in verbo laborum in cap. ex parte ii* 1. *de decimis*: imò neque poterant antiquitus clericari, ut latè probant *Cardinales Cycada, Saracenus, & Scottus* in relationibus factis Pio Papæ IV. in cauſa præcedentiæ inter clericos regulares, & monachos, quæ impreſſæ reperiuntur apud *Tamburrin. de jur. Abbat. tom.* 1. *diſp.* 25. *§. monachi verò nu.* 291. ubi dicitur, quòd, licèt religioſi hodiè fiant clerici, hoc non eſt ex ſua inſtitutione, ſed per accidens.

In proceſſionibus major dignitas ce-
20 dere debet, quando concurrit cum collegio, & corpore, quod magis dignum eſt, *Menoch. conſ.* 52. *nu.* 143. *& conſ.* 902. *nu.* 51. *verſ. ita quoque*, *Grat. diſcept.* 111. *num.* 10. *& ſeq. Barboſ. de canon. cap.* 18. *nu.* 63. *de Luca de præeminent. diſcurſ.* 57. *num.* 5. *& diſcurſ.* 21. *num.* 9. *Addent. ad Buratt. deciſ.* 903. *num.* 16. *Rota dec.* 254. *nu.* 8. *part.* 10. *recent. Rota in Ampurien. & Civitaten. præcedentiæ* 19. *April.* 1660. *coram Meltio*. Et abſurdum eſſet, inter
21 Prælatos, & membra cleri ſecularis inſerere, & interponere perſonas cleri regularis, & clerum ſecularem à ſuo capite dividere, & interſecare contra diſpoſitionem juris communis, de qua in *Pampilonen. antelationum* 10. *Maii* 1577. *coram Cardin. Lancellotto* relat. à *Rub. tom.* 2. *ſingul. part.* 4. *n.* 64. *& ſeq. fol.* 491. & decrevit Sacra Congregatio Epiſcoporum, & Regularium in *Turitana* 24. *Novembris* 1617. relata à *Barboſ. in collect. deciſ. apoſt.* 172. *verb. clerum nu.* 10. optimè *Rota in Oppiden. proceſſionum* 18. *Maii* 1646. *coram Veroſpio*, ubi latiſſimè: imò, ne interrumpatur ordo eccleſiaſticus in proceſſionibus, non eſt novum, quòd minores præferantur majoribus, ut de Canonicis Cathedralis, qui præferuntur Abbatibus, licèt Abbates ſint in majori dignitate conſtituti, *Michael Ferr. de præcedent. quæſt.* 1. *num.* 6. *in fin. Tamburr. de jur. Abbat. tom.* 1. *diſput.* 25. *quæſt.* 2. *num.* 19. Ex præcedentia in capella, & Conciliis, deſumi non poteſt
22 præcedentia in aliis locis juxta opinionem, de qua *Jacobatius de concil. lib.* 2. *artic.* 1. *num.* 113. *poſt med. in tract. to.* 13.

Digitized by Google

fol.197. part.2. Contelor. de præced. nu.59. & 63. Merlin. decis.779. num.6. Rota decis.865. num.7. part.4. diversorum, & decis.254. num.27. part.10. recentior. nec valet argumentum de loco ad locum, quando habemus specialem possessionem præcedendi in alio loco, *Posth. de manut. observat.73. num.172.*

In prægressione decernenda semper
23 consuetudo spectatur, & quod in similibus observari usus obtinuit, per *text. in cap. cum olim*, ubi *Bald. num.5. de consuetud.* à consuetudine, ait, sedendi, aut standi locum præscribi, neque ab illa vel minimum abscedendum: idemq; *Bald.* id ipsum probat per *text. in l. observare §. antequam n.3. ff de offic. Proconf.* & præcisè in supplicationibus. Nam in Hetruria mos est, concionatores, quamvis maximo in honore habitos, in anteriori ordine, & ignobiliori supplicationum procedere. Vadat ergo primò, qui primò ire consuevit, ut ajunt *Natta conf.62. nu.7. Rot. dec.4. de elect. in novell. Menoch. conf. 51. n.50. conf.126. nu.3. & conf.257. n.36. & n.39.* ubi asserit, hoc procedere, licèt aliàs de jure secus esset, *Peregr. conf.31 num.1. & 2. volum.2. Grammat. decis.1. num.49.* ubi ait, in prægressionibus consuetudinem prævalere, licèt aliàs in contrarium foret observandum, *Farinacc. in suo conf.95. num.13.* ubi docet, prægressionis jus à consuetudine potius, quàm à ratione pendere: & *Cardin. Seraphin.* hujusmodi controversias definit in suis diversis decisionibus *decis.964. num.3.* dum ait, in præcedentiis plurimum eam pollere, etiam quòd juri repugnet; idemque *decis.402.* affirmat *nu.1. & decis.522. & 716. n.18.* & sic decisum refert *dec.335. Borrell. in sum. decision. part.1. tit.14. num.18.* & *Bobadilla in sua politica* refert, Salmanticæ nobiles, & equestris ordinis viros de prægressione disceptantes ad arma devenisse, nec nisi consuetudinis observantia contentionem dirimi potuisse. *Montanar. super pragmat.2. sub tit. de administrat. universi. num.221.* ait, quòd illud, quod observatum est de præterito in præcedentiis, illud idem observari debeat, ex quo non potest dici nova quæstio, quæ antiquitus per consuetudinem fuit finita: Idem dicunt *Mastrill. de magistratib. cas.41. & Tiraquell. de nobil. cap.20. num.56.* Imò consuetudini tantum in prægressionis negotio tribuitur, ut cuilibet privato liceat illam armis tueri, *Bald. in dicta leg. observare §. antequam propè finem.* Nam si quem loco suo depuleris, injuria afficis, quam cum honoris jactura nemo æquo animo ferat unquam: quare haud immeritò repellendæ injuriæ causa jus ipsum arma ministrat: & in hanc sententiam devenit *Pecian. de probat. lib.2. cap.26. nu.144.*

Atque hujusmodi consuetudo vetustate
24 firmata concessionis, & privilegii vim obtinet, *leg. hoc jure §. ductus aquæ ff. de aqua quotid. & æstiv.* imò & ipsimet legi æquivalet, *leg.1. §. fin. ff. de aqua pluv. arcen.* ibi: *Vetustatem vim legis obtinere*: & habetur etiam *in leg.2. in verbo vetustas ff. eod. tit.* & inducit præsumptionem juris, & de jure pro titulo, & concessione privilegii, *Bart. in leg.1. de Summ. Trinit. & fid. cathol. Butr. in cap. pervenit extra de censib. Oldrad. consil.172. Bald. consil.439. column.4. vol.3. & in tit. de regal. num.21.* & alii per *Peregrin. de jur. fisc. lib.1. tit.2. num.65.* quos refert *Regens Capycius Latro decis.191. num.49.* & ne specialis decisio super prægressione desideretur, adest *Modest. Pistor. conf.51. num.35. in fin. vol.1.* & duplex tantùm actus pro consuetudine inducenda sufficit, in prægressionibus perpetuò servandis juxta *Abb. in cap. monasteria. num.5. & 6. & in cap. in decorem de vita, & honest. cleric.* &, lite pendente, possessio non est violanda, quæ in hujusmodi casibus cæteris omnibus antecellit, *cap. cum Ecclesia Sutrina de caus. possess.* & in puncto *Ann. allegat.131.* & *Ricc. decis.131. part.1.* unde, lite pendente, prohibetur quidem acquisitio possessionis, attamen usus quæsitæ non prohibetur. Ita *text. in cap. muliere de matrim. contr. interp. Eccles.* ubi *Anchar.* Inter Regiam Camoram Summariæ, & Sacrum Regium Consilium olim prægressionis causa judicio conflictatum coram Duce Albæ Prorege in Collaterali Consilio, à quo possessionis antea quæsitæ continuatio Sacro Consilio decreta fuit, ut refert *Rovitus conf.112. volum.2.* nam in prægressione, quamvis aliter ratio suadeat, consueti semper observantia præfertur, per DD. quos *numer. 5.* refert.

Beneficiati præsentes, qui non habent
25 beneficium residentiale, sive non sunt de aliquo corpore, quod ex consuetudine soleat, ac teneatur intervenire in publicis processionibus, aliisque functionibus, non possunt ad id cogi per Episcopum, *Card. de Luca in opusc. de Episcop. & miscell. discurs.32. in fin. & discurs.44. num.4.*

Cum agitur de duabus Collegiatis exi-
26 stentibus in aliquo Oppido extra locum

Ca-

Cathedralis, inferior, & minus digna, quamvis non processionaliter, sed privatim tenetur accedere ad dignioremm, & matricem, saltem in illa matricitate impropria, quam importat antiquitas, & præcedentia, ex quo in illa Ecclesia, in qua incheanda esset processio, in eadem terminari debet, eodem modo, quo agendum est per illos Regulares, & alios, qui ex decreto Sac. Concilii Tridentini in publicis functionibus intervenire debent in Cathedrali, aut Collegiata, quæ sit dignior juxta *decis. 15. Seraphini*, & declarationes Sacræ Congregationis relatas per *Barbos.* & *Card. de Luc. loc. cit.* & quòd processiones fie-
27 ri non possint etiam per exemptos sine licentia Ordinarii, vel Parochi extra proprium ambitum, dixit idem *Cardin. de Luc. de jurisdict. discurs. 20. num. 25.* ubi ex *num. 3.* ait, quòd omnes regu-
28 lares, & exempti tenentur accedere ad publicas processiones, atque ad id cogi possunt ab Episcopo; quod etiam firmat in adnotationibus ad Concilium *discurs. 48. num. 2.* & Jesuitæ, & Theatini quasi dicantur exempti, docet in *tractat. de jurisdiction. discurs 100. num. 3.* & 4. & de Clericis Hierosolymitanæ Religionis agit *dicto discurs. 100. ex num. 5.* & quòd Episcopus non possit eos volentes intervenire non admittere, probat *d. discurs. 100. n. 7.* & an ex facto, seu observantia aliquorum præjudicari possit Religioni, habetur in *d. discurs. 100. n. 6.* & *seq.* & an regula, de qua supra, procedat in processionibus devotionis, & quando processiones dicantur publicæ, & obligatoriæ, docet *dicto discurs. 100. num. 8.*

De processionibus ultra Authores supra citatos tractat per integrum tractatum *Gretserus*: & de eadem materia tractant *Nicolius tom. 2. resolut. pag. 73. Rodericus in quæst. moral. pag. 143. Gavantes in manual. Episc. pag. 227. Portelius in dub. regul. pag. 391. Barbosa de potest. Episc. tom. 3. pag. 318. Lorichius tom. 2. thes. theol. pag. 1611. Tuscus to. 6. pag. 356. Francus in controv. pag. 16. Carrier in digesto fidei pag. 603. Raynaudus tom. 15. pag. 178. Novarius in lucer. regul. pag. 207. Summa Rodriquez par. 4. pag. 266. Zerola in prax. Episc. pag. 296. Barbosa in decis. apost. pag. 558. Summa Novarii pag. 511. & 516. Corona de sanct. Eccles. tom. 4. pag. 484. Nicolius in flosc. pag. 580. Moronus in respons. moral. pag. 60. Crespetius in summa pag. 786. theatr. vit. hum. tom. 6. pag. 629. Ventriglia tom. 1. prax. pag. 137. Pax Jordanus tom. 2. elucubrat. pag. 305. Acta Eccles. Mediolan. pag. 232. Casalius de ritibus Christ. pag. 175. & 418. Corsetus in prax. rit. pag. 92. Pellizarius tom. 1. pag. 767. Barsæus tom. 2. pag. 691. Sà in aphorism. confess. pag. 432. Rubeus in aphorism. Episc. pag. 100. Genuensis in prax. Archiep. pag. 306. Maerus in votit. pag. 428. Summa Lezana tom. 4. pag. 430.*

CAPUT XXVIII.

De Xenodochiis.

SUMMARIUM.

Xenodochium monasterii cujusquam regimini authoritate Apostolica solemniter commendatum, eique annexum, & coherens, non nisi justa ex causa, eademque juridicè, partibus auditis, pensitata, sejungi poterit, quemadmodum de Ecclesiis dicitur num. 1. latè, & quando ecclesiasticum dici debeat n. 2. & in titulum concessum n. 3.

Si Xenodochii, aut beneficii patronus, dum alterutrius unio fit, salvum sibi patronatum fore dicat, ea unio irrita existimanda est n. 4.

Patronatus si unione sit suppressus, eadem revocata postmodum unione, an reviviscat nu. 5. Unio facta Pontificis authoritate, non nisi eodem Pontifice authorante dividi potest n. 6.

Si Xenodochii reditus ægrotis medendis, curandisque, levandæve calamitati additi, occasione ita ferente, supersint in alium pium usum impendi debent n. 7.

Si Xenodochii rectores ex fundatoris, alteriusque præscripto quicquam agere debeant ea lege, ut negligentes in aliquam pœnam incidant, priusquam ejus fiant pœnæ obnoxii, monere illos oportet num. 8. ubi ex quibus in casu prædicto locum habeat moræ purgatio, nec clausula irritans refragari possit nu. 9. quidque dicendum pro Xenodochii ecclesiastici gubernatoribus, si eorum muneris partibus non adimpleant, & reditus in beneficium ægrotantium non erogent, qualiter peccent, & ad restitutionem teneantur n. 10.

Xenodochium quando debeat dici in titulum, quando ad regimen collatum num. 11.

Pro alterius debitis, & obligationibus nemo unquam molestiis affici debet, & qualiter id procedat in administratoribus Xenodochiorum pro incuria, aut deficientia prædecessorum n. 12.

Sacramenta in Xenodochio sive à Paroche, sive

Digitized by Google

sive ab aliis secundùm consuetudinem sunt impartienda n.13.
Hospitale Incurabilium Civitatis Neapolis qualiter fuerit fundatum, quibusque privilegiis, & exemptionibus condecoratum, enucleatur n.14. latè, & recensetur controversia exorta temporibus retro actis inter Gubernatorem nobilem, & alios ejusdem Hospitalis Incurabilium circa prætensam per præfatum Gubernatorem nobilem privativam distributionem officiorum in eodem Hospitali vacantium etiam quoad gubernium spirituale n.15.
Jurisdictio ex quibus cumulativè concessa intelligatur nu.16. ubi jura adducuntur pro aliis Gubernatoribus.
Observantia declarativa, & interpretativa, quam habeat vim n.17.
Mulieres volentes ingredi monasteria monialium sacræ domus Incurabilium à quo recipiendæ, & qualiter n.18. & dum profitentur, quid agendum n.19.
Missæ ubi dicendæ, & qualiter, in sacra domo Incurabilium n.20.
Concionatoris electio pro tempore, à quo sit facienda in Ecclesia Incurabilium num.21.
Ecclesiæ, & reditus Incurabilium à quibus gubernentur n.22.
Hospitalis familia sacræ domus Incurabilium à quo gubernetur, mutetur, & corrigatur n.23.
Sacerdotes Hospitalis ut ad benè morien-dum ægrotos erudiant, à quo deputentur, & qualiter num.24.
Causarum distributio, Procuratorum, & Sollicitatorum provisio qualiter facienda n.25.
Compromissariis causas committere ad quos spectet n.26.
Memorialia pro notitia pro transactionibus qualiter danda n.27.
Domorum, & prædiorum visitatio qualiter facienda n.28.
Author apologiæ Insulani reprobatur n.29
Affertur diploma editum per Proregem D. Petrum de Aragona ad favorem Correctoris sacræ domus Incurabilium pro diremptione controversiæ prædictæ num.30.

XEnodochium monasterii cujusquam regimini auctoritate apostolica solleniter commendatum, eique annexum, & cohærescens, non nisi justa ex caussa, eademque, juridicè partibus auditis, pensitata, sejungi poterit, quemadmodum de ecclesiis scripsere Doctores, & maximè *Oldradus in cons.262.* ibi: *Vocatis vocandis, præmissa causæ cognitione, pronuntiet dictam unionem dissolvendam: tamen antiquam sic dissolvat unionem successor, vel pronuntiet dissolvendam, ut nudas non occupet Ecclesias unitas, nec conferat, ne jus sibi de facto dicere videatur, argumento de hæreticis c. cum secundùm leges lib. 6.* & id quidem ipsum docuerunt canonistæ in *clementin. 2. de rebus Eccles. non alienand. Guid. Papa in cons.134. Rota Romana in antiquis dec. 2. tit. de rebus Eccles. non alienan. Boer ut dec. 345. n. 1.* allegans *Concilium Castantiense sess.44. tit. de unionibus* ubi dicitur: *Retractabimus, justitia mediante*: unionemque, justa urgentique ratione suadente, ac solennitatibus quibusdam servatis, dissolvendam putarunt *Caccialupus in tractatu de unionibus artic.9. Dec. in cons. 233. colum.3. & in cons. 275. Farin. decis.288. num.1. part.3. Ludovis. dec. 504.* & ibi *Beltram. Lotter. de re benefic. lib.1. qu.28. num.4. Pax Jord. de re benef. lib.10. tit.32. de union. benefic. num. 107. Fagnan. in cap. ad audientiam num. 15. de Eccles. ædific.* & plenè dissolvendi causam probandam esse tradiderunt *Petrus de Perusio in tractatu de revocation. union. cap. 2. Paris. cons.36. volum.4. Rebuff. in prax. benefic. tit. de unionis revocatione num. 10. & 25.* Idcirco beneficium alteri beneficio junctum, nisi prius dividatur, separatim conferri neutiquam potest, *cap. sicut unire de excessibus Prælatorum, Doctores in cap. 1. nè sede vacante, Rebuff. in praxi benefic. de unionibus gloss. 11. num. 1. Joann. à Chokier de permutat. benefic. cap.8. num.2.* nec permutari valet, *Frider. de Senis in tract. de permutat. quæst. 33. Bellamera de permutat. part. 3. qu. 7. num.10. Garzia de benefic. par.11. cap. 4. num.22. Zerola in prax. Episcop. par.2. verbo unio §. 14. Stafileus de litteris gratiæ tit. de vi, & effectu clausul. §. 6. similis motus numer.6.*

Quod autem de beneficiis dicitur, id & in xenodochiis ecclesiasticis ad titulum concessis locum sibi vindicat, *glossa in clement. unic. de rer. permutat. verb. beneficia* ibi: *Includit etiam hospitalia, & loca similia*: atque id animadvertunt *Cardin. in consil. 117. Mandosius in regula 16. Cancellariæ quæst. 51. num.3. & 4. Milis in repertorio verb. permutari potest. Parisius in tractatu de resignatione beneficior. lib.2. quæst.14. per tot. Joannes à Chokier de permutat. benefic. cap. 6. num. 5.* Ecclesiasticum autem, religiosumque appellatur xenodochium, si Pontificio assensu, auctoritateque fundatum, erectumque fuerit, *cap. ad hæc de religiosis domibus* ibi: *Sicut moris est, auc-*

Digitized by Google

ditterit ab Pontificis definitus, cum sit religiosus: Inhærent *Alexand. cons.* 209. *num.* 12. *lib.* 1. *Antoninus de Amat. variar. resolut. lib.* 1. *resolut.* 14. *num.* 1. *Flores de Mena lib.* 2. *part.* 2. §. 4. *num.* 145. *Barzius decis.* 124. *nu.* 1. *Trentacinq. var. resol. lib.* 1. *tit. de rescriptis resol.* 4. *Ric. par.* 1. *resol.* 37. *Ludovisius decis.* 4. *nu.* 1. *Zerola in praxi verb. hospitale vers. secundum dubium, Ugolinus de potest. Episcopi cap.* 24. *Marta de jurisdict. par.* 4. *casu* 113. *num.* 21. *Pereyra de manu regia lib.* 1. *tit.* 26. §. 39. *cap.* 17. *num.* 3. *Gonzalez in cap. ad hæc num.* 6. *de religiosis domibus, Suarez quæst. canonic.* 35. *num.* 18. *Tranchedin. consult.* 38. *numer.* 50. & 51. qui solam Episcopi auctoritatem sat esse docuerunt. Potissimè verò ecclesiasticum dicitur, si, accedente Pontificis placito, simul cum ecclesia fuerit constructum, si fundator pro se, suisque hæredibus, & successoribus jus patronatus, facultatemque nominandi rectorem nactus legitimè fuerit, & congrua etiam dote illud instruxerit, & si aliæ concurrant circumstantiæ, de quibus agunt *Calderinus cons.* 4. *de religiosis dominus, Roman. cons.* 477. *num.* 8. *Felinus in cap. de quarta num.* 11. *de præscript. Tuscus pract. conclus. lit. H. conclus.* 159. *num.* 10. *Imola in cap. inter dilectos num.* 8. *de donationibus, Decius cons.* 168. *num.* 2. & *in cap. petentibus num.* 10. & 11. *de privilegiis, Decianus tract. crim. lib.* 6. *cap.* 25. *num.* 16. *Farinac. in praxi part.* 1. *quæst.* 12. *num.* 71. *Macarasens. variar. lib.* 1. *cap.* 14. *num.* 5. *Menoch. de præsumpt. lib.* 6. *resol.* 89. *num.* 4. & 14. *Barzius decis.* 124. *num.* 5. *Rot. decis.* 225. *par.* 1. *diversorum*, & *decis.* 725. *num.* 1. *Merlinus lib.* 1. *controversiar. forensium cap.* 63. *num.* 12. *Ciarlin. cap.* 197. *num.* 27. *part.* 2. *Thorus in compendio part.* 3. *sect.* 1. *verb. hospitale, Sanfelic. decis.* 29. *nu.* 5. *Barbosa de jure Ecclesiastic. lib.* 2. *cap.* 11. *num.* 15. & *in cap. ad hæc num.* 9. *de religiosis domibus*.

In titulum verò liquet xenodochium
3 fuisse concessum, si concessio in perpetuã facta ostendatur, & annexum illud subjectivè fuerit Ecclesiæ, ut Canonistæ probant in *cap. ad hæc de religios. domib. Parisius de resignatione beneficior. lib.* 2. *quæst.* 14. *Gonzalez ad regulam* 8. *Cancell. gloss.* 5. §. 4. *num.* 14. *Velascus consult.* 105. *num.* 31. *Lotterius de re benefic. lib.* 3. *part.* 6. *à num.* 5. *Garzia de benefic. par.* 3. *cap.* 4. *à num.* 4. *Barbosa de jure eccles. lib.* 2. *cap.* 11. *à num.* 26. *Castropalaus to.* 2. *tract.* 13. *disput.* 1. *punct.* 6. *num.* 3. *Grilenzon cons.* 104. *Rota Bononiensis decis.* 92. *Thomasius tract.* 10. *tit.* 1. *nu.* 46. *Mandosius ad regul. de annal. quæst.* 10. *Milis in repertor. verbo beneficium nu.* 4. *Riccius collect an.* 1886. *Joannes Chokier de permutat. benefic. cap.* 6. *num.* 5. *Rot. Roman. decis.* 714. *part.* 1. & *decis.* 114. *part.* 2. *diversor.* Jure autem quæsito neminem viduare licet, & ne caducum quidem aliquid haberi potest, nisi Judicis sententia præcesserit, *Bald. in cap.* 1. §. 1. *num.* 2. & 3. *quibus modis feud. amittat. Ferrett. cons.* 121. *num.* 1. *lib.* 1. *Roman. consil.* 212. *num.* 7. *Alexand. cons.* 128. *num.* 1. *lib.* 1. *Cephal. cons.* 223. *num.* 19. *lib.* 2. *Dec. consil.* 138. *num.* 6. *Corn. cons.* 115. *nu.* 7. *lib.* 1. *Capell. Tholos. decis.* 208. *Rot. in antiq. dec. ultim. de re judic. Farinac. in qu.* 116. *num.* 17. & 20. *Giurba consil.* 66. *num.* 65. *Guttierez quæst. canonicar. lib.* 2. *cap.* 5. *Peregrinus de jure fisci lib.* 4. *cap.* 5. *nu.* 8. *Noal. de transmission. casu* 47. *num.* 8. & *casu* 48. *num.* 2. *Mantica de tac. & ambig. lib.* 22. *tit.* 29. *num.* 8. *Gratianus discept. cap.* 378. *num.* 3. & 4. Quoniam verò detrimentum patrono infertur, si beneficium, vel xenodochium, in quo jus patronatus habet, uniatur; idcircò hujuscemodi unio, non nisi eo assentiente fieri debet, *cap. suggestum de jure patronat. Geminian. in cap. nemo de elect. in* 6. *Card. Abb. in clement. unica de reb. Eccles. non alien. Soccinus sen. cons.* 1. *col.* 2. *lib.* 3. *Felin. in cap. cum accessissent de constitut. num.* 17. *Dec. cons.* 174. *colum. ultim. Lambertin. de jur. patron. lib.* 3. *qu.* 6. *art.* 2. *Rocc. in* eodem *tractat. verb. beneficium num.* 8. *vers. an autem præsentati, Paris. de resignat. benefic. lib.* 2. *part.* 4. *num.* 11. *Covarr. pract. cap.* 36. *num.* 11. *Ricc. in prax. fori eccles. decis.* 486. & *resol.* 377. *num.* 1. & 3. *Antonell. de regim. Eccles. lib.* 3. *cap.* 8. *num.* 19. *Campan. diversi. jun. canon. rubr.* 11. *cap.* 13. *num.* 477. *Azor. instit. moral. tom.* 2. *lib.* 6. *cap.* 28. *qu.* 10. *lit.* E. idque itidem in Tridentino Concilio constitutum novimus fuisse *sess.* 24. *de reformat. cap.* 15. atque id ipsum luculenter tradiderunt *Stephanus Bertrandus in consil.* 73. *vol.* 4. & *Barbosa de officio, & potestate Episcop. allegat.* 62. *numer.* 19. *Unire igitur* (ait iste) *beneficia de jure patronatus nullus superior potest citra patroni consensum, ne sibi perpetuò generetur præjudicium, amittendo jus præsentationis, quod sine dubio perdit patronus, statim ac beneficium juris patronatus unitur alteri libero*. Quamobrem si Ecclesiæ cujusquam unionem fieri contingat, necesse est audiatur Episcopus, qui collationis jure potitur, *Rebuff. in prax. benefic. rubr. de unionib. gloss.* 11.

in

Digitized by Google

in princip. ibi: *Et sic in unione requiritur, ut vocentur ii, quorum interest, ut Episcopus, quià sua interest, eo quòd collationem amittet ratione unionis, quia amplius beneficium non vacabit.* Xenodochium autem Ecclesiæ junctum, & beneficium alteri beneficio connexum naturam assequuntur eorum, cum quibus junctio, connexiove facta proponitur, *gloss. in cap. & temporis 16. qu.1. verb. unire, & in cap.1. ne sede vacante verb. uniendo, Gonzalez ad regulam octavam Cancellariæ §.7. à num.2. Barbosa in leg. quia tale nu.95. ff. solut. matrim. Flamin. de resignat. lib.2. quæst.9. num.3. Navar. cons. 6. num. 2. Petrus de Perusio de reunion. cap.2. num. 10. & 12. Garzia de beneficiis part.11. cap.2. Salgadus de regia protectione part.3. cap.9. num.120. & 122. Engel. lib.3. universi juris canonici tit.12. num.9. Anton. Faber in lib.1. Cod. tit.2. de sacros. Eccles. defin.64.* adeò ut beneficium, quod unitum fuit, extinctum, suppressumque reputetur, dijudiceturque membrum illius, cui accessit, *Rota Romana decis.758. num.6. part.1. & decis.113. num.16. part.2. divers.* & apud *Puteum dec.6. de unionib. Seraphinus decis.1009. num.4. Velascus consult.14. n.1. Flor. ad Gammam decis. ultim. Addent. ad Gregorium decis.112. Barbosa de potestat. Episcopi alleg.66. num.38.* ceu flumen, quod mare ingreditur, *Card. de Luca de jurisdict. discurs.22. num. 9. in adnotat. ad Concilium Tridentinum discurs. 8. de regularibus discurs.25. n.5. & de præeminentiis discurs.7. & discurs.29. numer.4. Cavaler. decis.330. num.5. Bich. decis.421. num.5. & 6.* Unde xenodochium Ecclesiæ junctum, velut accessorium, illi dicitur adhærere, *Antonius de Butrio in capit. cùm ad sedem de restitut. spoliator. num.2.* ibi: *Nota, ubi hospitale habet ecclesiam, ecclesia in dubio judicatur principalis, hospitale accessorium, Cæsar de Grassis decis.124. num.12. & 13. Rebuffus de nominationib. quæst.13. num.14. Benintend. decis.13. num.4. Mascardus de statut. conclus.1. num.161. Thomasius tract.10. tit.1. cap.3. num.54. quia Ecclesia principalis præsumitur, eique facta hospitalis unio, non è contra.*

Si verò xenodochii, aut beneficii pa-
4 tronus, dum alterutrius unio fit, salvum sibi fore patronatum dicat; ea unio irrita, nulliusque roboris esset existimanda, *capit. ad audientiam de Eccles. ædifican.* ubi *glossa*, & *Abbas Panormitanus*, *Concilium Tridentinum session. 25. de reform. cap.9.* ubi mentio fit unionis hospitalium, *Rota Romana decis.239. part.1. recentiorum*, *Cardinal. de Luca de benefic. discurs.47. num.7.* Sed illud in dubium
5 venire potest, num patronatus unione suppressus, eadem revocata postmodum unione, reviviscat: quod negandum admodum videtur ob regulam illam vulgatissimam: *Jus semel extinctum non revivisci; leg. qui res §.aream ff. de solut. Petrus de Perusio in tract. de unionibus cap. fin. regula prima*: atque ideo cautus patronus ea sub conditione unioni debet assentiri, ut, non nisi ipsa unione constante, patronatum ab se abdicare intelligatur.

Unio autem Pontificis auctoritate fa-
6 cta, non nisi eodem Pontifice auctoritatem præstante, dividi poterit: & nihil tam naturale est, quàm eo modo, quo res alligatæ fuerunt, ipsas dissolvere, *§. item per acceptilationem instit. quibus modis tollitur obligatio, leg. nihil tàm naturale ff. de regulis juris, cap. prim. de regulis juris, authent. è contra si filius Cod. de repudiationibus, authent. de defensor. Civit. §. à non habente, gloss. in leg. cum proponeretur ff. de legib. Baldus in cap. si quis feudum si de feudo fuerit controversia inter dominum, & agnatum, Felinus in cap. cum accessissent de constitutionibus num.5. leg. tertia ff. de re judicata, cap.1. & 2. de cappellis monach. cap. cum & plantare §. in Ecclesiis de privilegiis, cap. cum ex injuncto in fin. de hæreticis, Oldradus cons. 262.* ibi: *Sed hoc debet facere cum suo capitulo, nisi sine causa recusaret consentire, sicut cum capitulo debet fieri unio, ut sic omnis res per quascunque causas contrahitur, per easdem dissolvatur, de regulis juris omnis res: & unde processit datio, procedit & privatio.* Inhæret *Rebuffus de revocat. unionis num.15.* ibi: *Et qui unire potest, & unionem dissolvere, qui potest instituere, & destituere*: & ne dissolvere quidem potest, qui uniendi potestatem non habet, *Rota decis.737. num.2. part.3. in recentioribus, Frances in tract. de cathedralibus cap.3. num.4. Tranchedin. consult.104. num.27.* ibi: *Tantò magis, quia ab unione ad dissolutionem valet argumentum, ità ut qui non potest unire, minùs possit dissolvere.* Ad Summum Pontificem pertinet, xenodochii Rectorem ab officio, quo fungitur, amovere, si illud ipsum xenodochium Pontificia fuerit auctoritate fundatum, *cap. de xenodoch. de relig. domibus, clemen. quia contingit* eodem *titulo*, ubi *gloss. verb. de jure, Concilium Tridentinum sess.25. de reform. cap.8. Antonius de Butrio in cap. inter dilectos de donationibus, Ancharanus cons.*

343.

Digitized by Google

343. *Felinus in cap. de quarta de præscriptionibus num.* 8. *Calderinus in conſ.* 2. *de religioſis domibus*, *Barboſa de offic. & poteſtate Epiſcopi allegat.* 771. *nu.* 14. *Engel. in tractatu de privilegiis monaſter. privileg.* 2. *Gonzalez in cap. licet ad ea de religioſ. domib. n.* 6.

7 Si xenodochii reditus ægrotis medendis, curandiſque, levandæve calamitati addicti, occaſione ità ferente, ſuperſint, in alium pium uſum impendi debent, quemadmodum à Tridentino Concilio decretum legimus fuiſſe in *ſeſſ.* 25. *cap.* 8. hujuſcemodi verbis: *Quòd ſi hoſpitalia hæc ad certum peregrinorum, aut infirmorum, aut aliarum perſonarum genus ſuſcipiendum fuerint inſtituta, nec in loco, ubi ſint dicta hoſpitalia, ſimiles perſonæ, aut perpaucæ reperiantur, mandat adhuc, ut fructus illorum in alium pium uſum, qui eorum inſtitutioni proximior ſit, ac pro loco, & tempore utilior, convertantur*: idque etiam probant *Card. de Luca*, *Barboſa*, & *Card. Lauria in epitome canonum verb. hoſpitalia*. Idcircò, ſi monaſterium, cujus regimini xenodochium commendatum fuit, egeſtate laboret, in proprium uſum illos ipſos exuberantes reditus convertere poterit, prout is, cui facultatum in pauperum præſidium erogandarum cura commiſſa fuit, ſi in tanta rerum inopia verſetur, ut ea requirat, quæ vivendi neceſſitas poſtulat, in ſuam utilitatem eaſdem facultates poterit erogare, *Card. in clem.* 1. *quæſt.* 22. *de teſtibus*, *de Arimino ad Ang. in tractatu malef. verb. meritori colum.* 9. *Antonius Roſſellius in tractatu de indultis num.* 460. *Padilla in leg. cum quidam num.* 21. *ff. de legat.* 2. *Afflict. in cap. ſi inter dom. num.* 101. & *num.* 102. *de inveſtitura inter dominum*, & *vaſſallum*, *Greg. in leg.* 3. *verb. tucciere tit.* 10. *part.* 6. *Meſſia in tract. taxæ panis concl.* 1. *nu.* 29. & *concl.* 6. *num.* 49. *Azeved. ad Curiam Piſan. lib.* 2. *cap.* 10. *num.* 4. *Menoch. de præſumpt. lib.* 4. *quæſt.* 125. *num.* 17. *Spin. in ſpecul. teſtam. gloſ.* 6. *nu.* 10. & *gloſ.* 28. *num.* 28. *Surd. de aliment. tit.* 1. *quæſt.* 92. *num.* 4. *Gonzalez ad regulam* 8. *Cancell. gloſ.* 2. *num.* 55. *Caldas de poteſt. elig. n.* 13. *cap.* 9. & rector monaſterii, idemque eleemoſynæ largitor conſtitutus, ſi eidem egenti monaſterio ad victum neceſſaria tribuat, juſtè agere dicitur, *Bald.* & *Padilla in l. cum quidam ff. de legat.* 2. *Peregrin. de jure fiſci lib.* 3. *tit.* 18. *n.* 101. *Gonzalez ad regulam* 8. *Cancellar. gloſ.* 2. *n.* 54. *Barboſa in ſcholiis ad l. ſi is qui ff. de vulgari num.* 2.

Si xenodochii rectores ex fundatoris,

8 alteriuſve præſcripto quicquam agere debeant ea lege, ut negligentes in aliquam pœnam incidant, priuſquam ejus fiant pœnæ obnoxii, monere illos oportet, ut pro xenodochio, ſeu ſocietate diſciplinatorum ſcripſit *Felin. conſil.* 34. *num.* 10. & 11. ibi: *Secunda ratione pro hac ſocietate diſciplinatorum nigrorum erat defectus monitionis non excitantis juſtam negligentiam: nunquam enim fuerunt moniti iſti gubernatores, ut facerent anniverſarium, quod certo tempore continuaverunt: ſed deſtiterunt non credentes neceſſarium, vel poſſibile propter defectum Religioſorum: idcircò debebant moneri, & adduco theoricam Innocen. in cap. extirpandæ ante finem de præbend. ubi dicit, quòd in diſpoſitione pœnali, quæ loquitur negativè, puta ſi non fecerit, ad incurrendam pœnam requiritur monitio quia poteſt eſſe dubium, an juſta de cauſa omiſerit*: idque probè deſumitur ex *cap. filiis* 16. *quæſt.* 7. ibi: *Filiis, vel nepotibus, ac honeſtioribus propinquis ejus, qui conſtruxit, vel ditavit Eccleſiam, licitum ſit hanc bonæ intentionis habere ſolertiam, ut ſi Sacerdotem, ſeu miniſtrum aliquid ex collatis rebus præviderint defraudare, aut commonitionis honeſtæ conventione compeſcant, aut Epiſcopo, vel Judici corrigenda denuntient*: & in *clement. contingit de religioſ. domib.* demandatur, ut xenodochii adminiſtratores hoſpitalitatem negligentes ad ipſarum miſerabilium perſonarum receptionem, & ſubſtentationem debitam juxtà facultates, & proventus locorum ipſorum compelli non omittatur: ſicque itidem conſtitutum invenimus in Concilio Colonienſi 2. *part.* 12. *cap.* 1. in Concilio Mediolanenſi *part.* 2. *tit. de piorum locor. adminiſtrat.* & in Concilio Tridentino *ſeſſ.* 25. *capit.* 8. ejuſmodi verbis: *Itaque ſi prædicti omnes, & ſinguli cujuſque ordinis, & religionis, & dignitatis, etiamſi laici fuerint, qui adminiſtrationem hoſpitalium habent, non tamen regularibus ſubjecti, ubi viget regularis obſervantia, ab Ordinario moniti hoſpitalitatis munus, adhibitis omnibus, ad quæ tenentur, neceſſariis, re ipſa obire ceſſaverint, non ſolùm per eccleſiaſticas cenſuras, & alia juris remedia ad id compelli poſſint, ſed etiam hoſpitalis ipſius adminiſtratione, curaque perpetuò privari poſſint*. Imò *gloſſ. in cit. clement. quia contingit* negligentiam inquit probari debere per aſſignationem termini ad hoc præfixi, & elapſi: ejuſque opinionem ſectatur *Joann. Imol.* ibid. Nec prætermittenda ducimus, quæ ſcripſit *Engel. de priv.* & *jurib. monaſt. privil.* 2. in hanc

Digitized by Google

fermè sententiam: *Si Beneficiatus, vel Prælatus malè in rebus Ecclesiasticis versetur, à patrono commonendus est, & data perseverantia, apud legitimum ejus superiorem pro correctione insistendum, non spoliandus.* Moræ autem purgatio ex canonica æquitate nunquam excluditur, etiamsi de contractibus juramento firmatis agere contingat, *Baldus in leg. qui crimen num.20. Cod. de his, qui accusare non possunt, Alexand. Jason, Curt. sen. Thomas. Parpal. Cagnol.* & alii in *leg. si quis major Cod. de transact. Dec. cons.138. num.7. Ruin. consil.123. volum.3. Anton. de Butr. & Imol. in cap. dilecti de rescrip. Gratian. consil.49. vol.1. Bursat. cons.26. & 43. lib.1. Goffred. cons.41. nu.8. Barz. decis.50. num.57. & decis.111. numer.11. Thomat. decis.202. num.128. Rot. divers. part.4. decis.370. num.2. Gratian. discept. forens. cap.48. nu.12. & 13. tom.2.* & ad removendam pœnam ea semper admittitur, *Dec. in leg. cum proponas lit. 2. Cod. de pact. Seraphin. decis.119. num.8. Gratian. discept. forens. cap.301. numer.11. & 35. Giz. ad Capycium Latr. decis.160. num.7. Rocc. respons.93. num.3. & Adden. ad Ludov. decis.599. in fin. Urceol. de transact. quæst.48. num.12. & seq.* & in terminis administratorum hospitalis *Felin. in cit. cons.34. à num.22.* idemque de regressu ad beneficia pertractantes tradiderunt *Rot. Roman. part.4. divers. decis. 804. & Ricc. in collect.2456. limit.7.* ibi: *Limita septimò, non procedere, ubi agitur de pœna regressus, sive accessus ad beneficium, tunc mora potest purgari, maximè considerata æquitate canonica, quæ ad evitandam pœnam facilè purgationem admittit;* estque apud *Celsum* decisio 363. quam adprobat *Card. de Luca de pension. discurs. 13. num. 11.* ibi: *Dixi, omninò planam, ac incontrovertibilem esse affirmativam: quoniam receptum est, ad instar illius purgationis moræ, quæ ex canonica æquitate conceditur emphyteutæ, seu livellario, hujusmodi purgationem competere titulari, quamvis moroso, juxta punctualiter firmata per Rotam apud Celsum decis.363. ubi concordantes: quæ est in terminis fortioribus purgationis petitæ, re non integra, & postquam pensionarius super regressu sententiam obtinuerat, quinimmò & beneficium alteri cum majori pensione resignaverat, unde per purgationem jus pensionarii efficiebatur deterius contrà regulam:* nec clausula irritans
9 refragari poterit, *Rot. Roman. dicta decis.804. part.4. & Ricc. d. collect.2456.* ibi; *Limita nonò, non procedere, nec impedire moræ purgationem clausulam sublatæ unà cum decreto irritante, quia non alterat, neque mutat illius naturam, sed ab eo regulatur.*

Sed & illud adnotandum putavimus, 10 eum, cui xenodochii cujusquam ecclesiastici gubernium, & regimen in titulum beneficii committitur, fructus, redituſque sibi, ut alios beneficiarios, comparare cum oneribus, ad quæ ipsi beneficiarii solent obstringi, adeo ut, si suis muneris partes non adimpleret, & pro pauperibus, ægrotantibusque illos non erogaverit, peccet quidem, sed restituere minimè teneatur, *Zenz. & Card. in clem. per litteras num.2. de præben. & in clement. quia contingit num. 9. de relig. domib.* ubi *Imol. num.5. Mill. in repertor. verb. hospitalia licèt habeant nu.7. Barb. consil.65. num.9. lib.3. Silv. de benefic. part.1. qu.3. sub num.9. circa medium, & part.3. quæst.75. sub num.1. Sarnen. in reg. de trienn. quæst.7. num.3. vers.2. casu, & Rot. Roman. part.1. diversor. decis.714. n.6. & 7.* ibi: *Nam distributio redituum hospitalis in alimoniam, & nutritionem pauperum non convenit, nisi Rectori hospitalis laicalis; Rector enim hospitalis ecclesiastici, quod datur in titulum beneficii, facit fructus suos, sicut de aliis beneficiis:* atque id ipsum probat eadem *Rota decis.114. part.2. divers.* ejusdemque fuit opinionis *Ricc. in collect.1886.* ibi; *Et in his terminis duo veniunt considerandi casus: Primus est, quando hospitale confertur in titulum beneficii, tunc recipiens debet esse clericus, & facit fructus suos cum oneribus, ad quæ clerici beneficiati tenentur, & tunc Rector deputatur principaliter ad cultum Divinum, & accessoriè ad usum pauperum, nec tenetur distribuere fructus in usum pauperum. Rot. in novissim. decis.714. num. 8. part. 1. & decis.114. num.2. part.2. & tunc certum est, hospitale contineri appellatione beneficii ecclesiastici, Rot. Roman. coram Cantuccio in novissim. Farinac. decis.667. num.5. Alter est casus, quando hospitale datur in regimen, & non in titulum: quo casu Rectores non faciunt fructus suos, sed jurant recipere, nutrire, alere pauperes, secundum facultatem hospitalis, Rot. decis.714. num.9. part.1. &c.* Adstipulatur *Thomas. tract.10. tit.1. cap.3. num.46.* ibi: *Quando locus est religiosus, aut hospitale confertur in titulum, & tunc recipiens clericus esse debet, qui facit fructus suos cum oneribus, ad quæ clerici beneficiati tenentur, & tunc Rector principaliter deputatur ad cultum Divinum, & accessoriè ad usum pauperum. Si verò hospitale datur in regimen, non*

autem

autem in titulum, tunc Rectores non faciunt fructus suos, sed jurant recipere, nutrire, & alere pauperes secundùm facultates hospitalis: atque in eandem ivere sententiam *Card. in clement. per litteras num.15. Vital. in clement. quia contingit num.92. & Rot. Roman. decis.714. par.1. num.13. & 14.* ibi: *Item deputari in usum pauperum per erogationem faciendam per institutos, dicto cap. quoniam quidquid: qui tamen faciunt fructus suos, ità ut, si distribuant in alios, quàm in pauperes, teneat distributio, quamvis peccent malè distribuendo: vel potest etiam responderi secundùm Vital. in dicta clem. quia contingit num.92. vers. nisi dicas, ubi vult, Prælatum, & alium quemlibet titulatum facere fructus suos, hoc est, ut cedant eorum lucro, sed ut eos fideliter pauperibus distribuant, & sic eorum conscientia oneratur.*

Si verò hæsitare contingat, in titu-
11 lum ne, an ad regimen xenodochium conferatur, quid principale sit, animadvertere oportet, ita ut, si Ecclesia sit xenodochio annexa, in regimen xenodochium ipsum collatum censeatur; si verò xenodochium Ecclesiæ junctum fuerit, in titulum conferri dicatur, *Rot. Roman. dicta decis.114. part.1. diversor. Addentes ad Rotam Bononiensem dec. 92. Thomas. in tract.10. tit. 1. num.46.* ibi: *Et hoc casu, quando in regimen datur, vel in titulum, si quomodo sit datum, dubitetur, attenditur, quod est principale. Si Ecclesia est annexa hospitali, datur in regimen: si verò hospitale Ecclesiæ, in titulum*: idque comprobat *Ricc. in citat. collect. 1886. vers. ponitur in dubio* ibi: *Attenditur id, quod est principale. Si Ecclesia est annexa hospitali, datur in regimen: si verò hospitale Ecclesiæ, in titulum.* Præterea illud etiam inspicere convenit, num ad tempus, vel in perpetuum concedatur: nam, si concederetur in perpetuum, concessum ad titulum intelligendum foret, *Corziada decis.64. num.53.* ibi: *Si Episcopus deputat, nominat, seu confirmat clericum in Rectorem ad nutum, ut per Gonzalez ad regulam 8. Cancell. glos.5. §.4. num.23. vel ad triennium juxtà formam Concil. Trid. sess.25. de reformat. cap.8. Barbos. de jure Eccl. univers. lib.2. cap.11. num.10. & sic in administrationem, & tunc Ecclesiæ, Cappellæ, Oratoria, & Hospitalia per talem deputationem, nominationem, confirmationem Rectoris clerici, non sunt loca sacra, & religiosa, nec præsumuntur erecta auctoritate Episcopi: si autem Episcopus nominat, deputat, seu confirmat Rectorem clericum in perpetuum, vel ad ejus vitam juxtà formam clemen. quia contingit de religios. domib. & sic in titulum; hoc casu præsumuntur erecta auctoritate Episcopi.*

Pro alterius debitis, & obligationibus
12 nemo unquam molestiis adfici debet, *leg. hac Cod. de omni agro desert. lib.11. leg. si quis in suo §. legis Cod. de inoffic. testamen. leg.1. & 3. Cod. ne uxor pro marito, Cujac. ad titul. Cod. ne filius pro patre, Osuald. lib.15. comment. cap. ultim. lit. A. Amaja in leg.25. Cod. de Decurion. num. 35. Solorzan. de Indiar. jure lib.1. cap.18. num.90.* unde *Cassiodorus lib. 4. epist.14.* eleganter inquit: *Magni peccati genus est alienis debitis alterum prægravari*: atque ideò qui xenodochii, Ecclesiæve regimen suscipit, neutiquam teneretur, si prædecessores quicquam non in evidentem pii loci utilitatem, & incrementum, sed in alios usus impendissent, *cap. quia Joannes 12. quæst.5. cap. convenior 23. quæst.8. cap. significante de rescript. cap. causam de judiciis, cap. dilect. de for. competen. cap. fin. de his, quæ fiunt à Prælat.* & ibi *Canonistæ, Fragos. de regimin. Christianæ reipublicæ part.1. lib.1. disput.2. §.1. Petrus Gregor. lib.7. de republ. cap. fin. num. 58. Pekius de Eccles. ædificand. Amaja in leg.24. Cod. de Decurion. lib. 10. Quintanadvennas lib.2. eccles. num. 42. Silva de salar. famil. quæst.15. Leon. tom.2. dec. Valentiæ 135. Marescott. lib. 1. variar. cap.18. Marta de jurisdiction. part.4. quæstion.51. Caccialupus de pensionibus quæst.11. Surd. de alimentis tit.8. priv.54. num.6. Castill. lib.5. controv. cap.161. num.50.* Negligentia namque, culpa, delictumve Prælati, seu Rectoris, nullum Ecclesiæ, aut xenodochio detrimentum afferre potest, *cap. si Episcopum 16. qu.1. cap.1. ut lit. non contestat. cap. delict.76. de reg. jur. l. meminerint Cod. unde vi, l. neque interdicto de reg. jur. l.1. Cod. de falsi. mon. leg. jubemus 2. §. æconom. Cod. de sacros. Eccles. glos. in cap. placuit 16. quæst. 6. Card. & Abb. Panormit. in cap. 1. de dolo, & contumacia, Roman. cons.284. num.4. Ripa in cap. sæpè num.95. de dolo, & contumacia, Molin. in consuetud. Parisien. §.30. num.61. Menoch. de recuper. possess. remed.9. num.101. Alciat. in rubric. de præscript. num.10. Capra cons.32. num.13. Alexand. cons.5. num.15. lib.5. Francisc. Stephan. quæst.21. Gratian. cap.916. n.4. Capyc. Latr. decis.122. num.7. Staibanus resolut.37. numer.30. Carocius decis.132. num.12.* & cum ille uti administrator habeatur, quicquid gerit, in administrati

strati loci præjudicium cedere non debet, *Bart. in leg. si dolo tutoris ff. si quis omissa causa testamenti, Bald. Paul. de Castr. Jas. Dec. & Cagnol. in leg. novo interdict. de regul. jur.* nec in mandato comprehenditur delinquendi facultas, *leg. 1. §. 1.* ubi *Bart. & Paul. de Castro ff. quod jussu, l. si procurator §. Celsus ff. de condict. indeb.* Donatio item xenodochio, aut Ecclesiæ facta ob Rectoris, aut Prælati ingratitudinem revocari non potest, *Rip. lib. 2. respons. cap. 28. num. 20. Ruin. cons. 27. num. 2. lib. 2. Menoch. de recuper. possess. remed. 9. num. 101. Jul. Clarus in §. donatio quæst. 20. num. 5. Barb. in cap. fin. de donationibus num. 15. Carocius decis. 7. num. 8. Mascard. de probat. conclus. 1280. num. 155. Tiraquellus in leg. si unquam versic. libertatis num. 72. Cod. de revocandis donationibus, Vivius in sylva commun. opin. 213. num. 8. Thorus in summa priv. piar. caus. priv. 70. Engel. in tract. de privileg. monaster. privil. 17.* quemadmodum, si Prælatus perduellionis reus fieret, non ideò Ecclesia privaretur feudo, sed, quandiu ipse Prælatus viveret, & in munere, dignitateque versaretur, feudum ipsum ad dominum pertineret, *cap. 1. §. item si clericus de capite Corradi*, ibi: *Item si clericus, veluti Episcopus, Abbas beneficium habens à Rege datum non solummodò personæ, sed Ecclesiæ, ipsum propter suam culpam perdat, eo vivente, & ecclesiastico beneficium, vel honorem habente, ad Regem pertineat, post mortem verò ejus revertatur*; & ibidem *Gloss. Martinus Laudensis, Isern. Afflict.* & alii feudistæ, *Capyc. in investitura feudali cap. feudatarii rum delicta column. 2. §. Prælati in fin. Afflict. decis. 265. num. 24. Schrader. in tract. feud. partic. 2. part. 9. principali sect. 9. num. 72. Menoch. de recup. possess. remed. 9. num. 120. Roman. cons. 284. n. 4. Clar. in §. feudum quæst. 66. Ardizon. in summ. tit. quibus modis feudum amittatur, Honnett. lib. 3. cap. 10. Duar. cap. 15. num. 6. Mozz. de feudis tit. final. nu. 121. Fachin. lib. 7. controv. cap. 12. Engel. de privilegiis monasteriorum privil. 26. Caravit. in rit. 52. Anna singul. 398. Thor. in summa privilegiorum piarum causarum privileg. 66. Laratta in theatro feudali part. 10. dilucidat. 58.* atque in similibus id ipsum locum obtinet, sive in committendo, sive in omittendo Rector, Prælatusve deesset, & sui oneris partes non expleret, *Dinus in cap. delictum de regulis juris in 6. Andr. de Isernia nu. 19. Belvis. & Baldus num. 1. Alvarot. nu. 21. Balzat. num. 11. & 12. in cit. cap. 1. §. fin. de cap. Corradi, Ripa in l. fin. num. 175. Cod. de revocand. donation. Menoch. de recuperanda possess. remed. 9. num. 111. Felin. dicto cons. l. 34. num. 7.* ibi: *Quòd non nocet Ecclesiæ, probatur, quia delictum solius Prælati in omittendo, etiam in casu, quo, data negligentia, res debet statim reverti, fortè ob anniversarium non factum, non nocet Ecclesiæ &c.* & luculentiùs *Anton. Faber in Cod. definit. 86. tit. de sacrosanct. Eccles.* ibi: *Itaque favore Ecclesiæ, ne indotata constituatur, vel pauperior fiat, humanius est à summo jure hac parte recedi, ut prædecessoris, qui tamdiù in solutione cessavit, negligentia non noceat successori, nec si is ex voluntaria resignatione beneficium fuerit assecutus, præsertim verò si domino directo imputari possit, cur non fuerit diligentior in agendo contra priorem beneficiarium, aut si egit, & obtinuit, non citiùs exegerit, & judicati executionem urserit: nam si respondeat licuisse sibi esse negligentem, quòd sciret jus suum utique durare, nec temporis lapsu extingui posse, non erit audiendus, cum futurum sit, ut ea negligentia cum debitoris cessatione conjuncta vergat in dispendium Ecclesiæ, cui tamen factum; aut mora Prælati nocere nec potest, nec debet, quia bonorum Ecclesiasticorum, & proprietas, & possessio penès Ecclesiam ipsam esse intelligitur, non penès Prælatum, qui non nisi nudus beneficii administrator est, aut saltem usuarii, vel ad summum usufructuarii jure censendus.*

Sacramenta in xenodochio sive à Pa-
13 rocho, sive ab aliis secundùm consuetudinem esse impartienda, sancitum fuit in *clem. 2. de religiosis domibus in 6. §. fin.* ibi: *Cæterùm nostræ intentionis existit, quòd si qua sint hospitalia, altare, vel altaria, & cœmeterium ab antiquo habentia, & presbyteros celebrantes, & Sacramenta ecclesiastica pauperibus ministrantes, antiqua consuetudo servetur quoad exercenda, & ministranda spiritualia prædicta.* Hospitale quandoque privatum est, nec habet ecclesiastica privilegia, quandoque verò, uti res sacra, & ecclesiastica consideratur, *Ursill. ad Afflict. dec. 67. num. 6.*

Inclyta, & fidelissima nostra Civitas
14 Neapolitana, etsi omnibus virtutibus sit commendabilis; pietate tamen, & in pauperum studiis præ cæteris coruscat. Hujus charitatis igne accensi ejus Cives, cum ad illorum notitiam pervenisset, quòd in alma Urbe hospitale Sancti Jacobi de Augusta (ità dictum, quia situm est propè mausolæum Cæsaris Augusti)

Digitized by Google

guſti) ædificatum anno 1338. pro executione piæ diſpoſitionis factæ ab Eminentiſſimo Cardinali Petro Columna, & à quodam ſodalitio nobilium gubernatum, à Summo Pontifice Leone X. anno 1515. converſum fuerat in Archihoſpitale pauperum incurabilium, & innumeris privilegiis, gratiis, & exemptionibus decoratum; porrectis precibus eidem Summo Pontifici pro conſtructione hoſpitalis ſimiliter pauperum incurabilium hic Neapoli ad inſtar dicti archihoſpitalis Sancti Jacobi de Urbe, & cum eiſdem privilegiis, & exemptionibus dicto archihoſpitali conceſſis; licentiam, & facultatem obtinuerunt anno ſalutis 1519. die 11. menſis Martii: Verba bullæ dicti Summi Pontificis hæc ſunt: *Quodque, poſtquam dictum hoſpitale erectum, ſeu inceptum extiterit, & in eo hoſpitalitas incepta fuerit, & quandiù duraverit ipſum hoſpitale, illiuſque officiales, infirmi, ſervitores, & confratres, ac aliæ perſonæ, omnibus, & ſingulis privilegiis, exemptionibus, gratiis, indultis, indulgentiis &c. conceſſionibus, favoribus, immunitatibus, & decretis ſpiritualibus, & temporalibus, quibus archihoſpitale prædictum, ejuſque ſervitores, infirmi, officiales, confratres, & aliæ perſonæ utuntur, potiuntur, & gaudent, ſeu uti, potiri, & gaudere quomodolibet poterunt in futurum, uti, potiri, & gaudere liberè, & licitè poſſint, & valeant in omnibus, & per omnia, ac ſi privilegia, indulgentiæ, exemptiones dicto archihoſpitali per nos, & ſedem prædictam conceſſa eidem hoſpitali erigendo, ſeu recipiendo expreſsè, & nominatim conceſſa fuiſſent, indulgemus, pariterque concedimus.* Hac facultate impartita, Cives Neapolitani ſub die 27. Septembris dicti anni 1519. erexerunt hoſpitale incurabilium in Eccleſia S. Nicolai Epiſcopi Miræ propè Regiam dohanam Neapolis: at poſtmodùm ſub die 10. Februarii anni 1520. emptis nonnullis domibus propè mœnia dictæ Civitatis juxta Monaſterium Sanctæ Mariæ gratiarum RR. PP. heremitarum Beati Petri de Piſa, in tali loco ob aeris ſalubritatem fuit erectum hoſpitale prædictum (quod hiſce temporibus ob ægrotantium aſſiduò illuc affluentium multitudinē etiam ſupra mœnia civitatis ampliatum inſpicimus) qua erectione ſequuta, cives prædicti iterùm ſupplicaverunt Romanum Pontificem, tunc temporis Clement. VII. pro confirmatione dictorum privilegiorum ſervata forma bullæ dicti ſui prædeceſſoris Leon. X. & obtinuerunt 3. idus Decembris 1523. bullam exprimentem nonnulla privilegia conceſſa à Leone X. dicto archihoſpitali Sancti Jacobi de Auguſta hujuſmodi verbis: *Sanè pro parte dilectorum filiorum communitatis Civitatis Neapolitanæ nobis nuper exhibita petitio continebat, quòd alias, poſtquam felicis recordationis Leo Papa X. prædeceſſor noſter ex perneceſſariis cauſis motu proprio, & ex certa ſcientia hoſpitale Sancti Jacobi de Auguſta de Urbe in archihoſpitale, & caput omnium hoſpitalium pauperum infirmorum incurabilium ubilibet conſtructorum, & conſtruendorum erexerat, & inſtituerat, illiq; omnia, & ſingula conſtructa, & conſtruenda incurabilium infirmorum hujuſmodi hoſpitalia immediatè ſubjecerat, & ab eo dependentia membra fecerat, ac eidem archihoſpitali, quòd illud, ac illius eccleſia, infirmi, confratres, miniſtri, ſervitores, familiares, & bona quæcumque, omnibus, & ſingulis privilegiis, immunitatibus, exemptionibus, gratiis, favoribus, & indulgentiis ſpiritualibus, & temporalibus in genere, & in ſpecie ſub imagine S. Salvatoris, & S. Spiritus in Saxia de dicta Urbe, ac Sancti Jacobi in Compoſtella hoſpitalibus, eorumque confraternitatum confratribus, infirmis, miniſtris, ſervitoribus, familiaribus, rebus, & bonis, apoſtolica, aut quavis alia authoritate conceſſis, & pro tempore concedendis, non ſolùm ad inſtar, ſed æquè principaliter, & abſque ulla penitùs differentia, perindè ac ſi ipſis à principio ſigillatim conceſſa fuiſſent, uterentur, potirentur, & gauderent, indulſerat:* & inter privilegia in dicta bulla continentur etiam infraſcripta: *Nec non presbyteris, & confeſſoribus per dictos confratres, & cuſtodes eligendis, infirmos, & alios utriuſque ſexus in archihoſpitali, & membris hujuſmodi reſidentes, & deſervientes, ac Sedi Apoſtolicæ reſervatis (exceptis contentis in bulla cœnæ Domini legi conſueta) ſemel in vita, & de non reſervatis caſibus, quoties opus foret, abſolvere, ac plenariam indulgentiam, & remiſſionem omnium peccatorum ſuorum in mortis articulo impendere, ac eis Euchariſtiam, ac alia Sacramenta eccleſiaſtica miniſtrare, ac ſepulturæ eccleſiaſticæ tradere poſſent, licentiam, & facultatem conceſſerat: & demum archihoſpitale, membra, & in eis degentes perſonas, ac durante ſervitio actu in archihoſpitali, & membris prædictis, ſervitores tunc præſentes, & futuros, ac eorum ſingulos, ipſorumque, & cujuslibet eorum beneficia eccleſiaſtica, etiamſi certis tunc expreſſis*

Digitized by Google

modis qualificata forent, per eosdem servitores, & personas in titulum, vel commendam, aut aliàs tunc pro tempore obtenta, ac res, & bona quæcumque mobilia, & immobilia tunc præsentia, & futura ab omni jure quarumcumque Parochialium Ecclesiarum, infrà quarum limites existebant, seu quarum Parochiani pro tempore essent, ac jurisdictione, dominio, potestate, visitatione, & correctione Patriarcharum, Archiepiscoporum, Episcoporum, & aliorum Ordinariorum, eorumque officialium, Vicariorum, Commissariorum, & aliorum quorumcumque, etiam Apostolicorum Judicum, & Delegatorum tùm ecclesiasticorum, quàm secularium, etiamsi mixtim Ordinarii, & Delegati, & aliàs qualitercumque qualificati forent, per alias suas litteras exemerat, & totaliter liberaverat, ac sub B. Petri patrocinio, ac sua, & Sedis prædictæ protectione susceperat, nec non sibi, & Romano Pontifici pro tempore existenti immediatè subjecerat, ita quòd Patriarchæ, Archiepiscopi, Ordinarii, Officiales, Commissarii, Rectores, & Judices prædicti, tunc præsentes, & futuri nullam jurisdictionem, superioritatem, authoritatem, dominium, potestatem, visitationem, aut correctionem in archihospitale, membra, & personas, ac, hujusmodi servitio durante, servitores, eorumque beneficia, res, & bona hujusmodi tunc presentia, & futura, utpotè prorsus exemptos, & exempta, etiam ratione cujuscumque delicti, aut contractus, seu rei, de qua ageretur, ubicumque committeretur delictum, iniretur contractus, aut res ipsa consisteret, exercere, seu excommunicationis, suspensionis, & interdicti, seu alias sententias, censuras, & pœnas ecclesiasticas promulgare nequirent. Immò dictus Summus Pontifex exemit dictum sacrum hospitale incurabilium de Neapoli ab omni superioritate, & jurisdictione etiam dicti archihospitalis S. Jacobi de Augusta, sequentibus verbis: *Et tàm illud, quàm illius membra, & personæ ab omni superioritate, & jurisdictione Guardianorum, seu Rectorum dicti archihospitalis de Urbe penitùs exemptum, & liberum existat, & esse censeatur, eadem auctoritate apostolica perpetuò concedimus, & pariter indulgemus.* Postmodum omnia privilegia prædicta, immunitates, & exemptiones concessæ dicto sacro hospitali incurabilium de Neapoli fuerunt confirmatæ à diversis aliis Summis Pontificibus, nempè à Paulo III. sub die 20. mensis Novemb. anni 1538. à Julio III. in mense Martii anni 1551. à Paulo IV. de mense Januarii anni 1558. à Pio IV. de mense Martii anni 1561. à Greg. XV. sub die 9. Junii anni 1621. cumque postmodum, Dei providentia totum operante, non modicum incrementum receperit dictum sacrum hospitale ex abundanti Neapolitanorum charitate, qui pia æmulatione opulentissimis eleemosynis illud ditarunt; plura Monasteria ibidem contiguè fundata fuere, unum dictum *Novitiatum* intrà septa ejusdem sacri hospitalis, in quo mulieres, quæ divino spiritu ductæ, relictis prostibulis, & mundi illecebris, ad Dei misericordiam recurrunt pœnitentiam agere cupientes, ibidemq; purgantur, ut deindè, probato spiritu, si ex Deo sit, ingrediantur aliud monasterium annexum dicto sacro hospitali vulgò nuncupatum *delle Pentite*, in quo monasterio profitentur solemniter, & promittunt observantiam regulæ tertii ordinis S. Francisci ab Assisio, & clausuram perpetuam ex præcepto Summi Pontificis S. Pii V. immò dicta regula fuit postillata cum diversis adnotationibus à dicto Summo Pontifice ejus propriis manibus: pro cujus monasterii constructione multum laboris impenderunt Reverenda Mater Maria Laurentia Longa, & Illustr. Ducissa Thermularum D. Maria Ayerba ab Aragonia, quæ Maria Laurentia fuit etiam fundatrix venerabilis monasterii monialium S. Mariæ Hierusalem propè aliud monasterium dicti sacri hospitalis dictum *delle Riformate*, ad quod mulieres existentes in dicto monasterio pœnitentium cupientes de virtute ad virtutem transcendere, ut strictiorem vitam regularem amplectantur, transire solent: in quo monasterio adest quædam parva Ecclesia pro missis, & divinis officiis celebrandis divisim ab alia Ecclesia majori existente intra septa dicti sacri hospitalis. Hinc etiam auctus fuit numerus RR. Sacerdotum pro celebratione missarum, & ut tàm in hospitali prædicto audiendis confessionibus, quàm in dicta Ecclesia divinis officiis vacarent: qui clerus fuit primus, quem reformavit S. Cajetanus Tieneus fundator Illustr. Religionis Clericorum Regularium: quandoquidem certum est, quòd, quando S. Cajetanus accessit Neapolim, moram fecit aliquantulum in palatio Comitis Oppidi in burgo Virginum, in quo hodie adest Ecclesia S. Mariæ Misericordiæ: at importunis precibus adfectus dicti Comitis, qui suadere prætendebat eidem S. Cajetano, ut acceptaret donationem omnium

Digitized by Google

minum ejus bonorum, affirmando quòd dicta Religio aliter non potuisset subsistere, nisi ejus Religiosi haberent annuos reditus pro eorum victu, & substentatione; cum semper in memoria haberet verba Domini: *Nolite solliciti esse, quid manducetis, aut quid bibatis; scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis*; suum propositum institutum non mutavit, & talibus suasionibus defaticatus, relicto dicto loco, una cum suis sociis se contulit ad dictum sacrum hospitale incurabilium, & honorificè receptus à Dominis Gubernatoribus, & à dicta Matre Maria Laurentia Longa, plurimis mensibus ibidem moratus fuit, reformando Clerum, qui tunc temporis floruit viris nobilitate illustribus, & pietate, ac doctrina clarissimis, ita ut ad formam regularium reduxerit, eosque in unum dormitorium cohabitare jussit, viventes veluti in Congregatione, & omnes horas canonicas in choro Ecclesiæ prædictæ recitare, psallereque suasit, prout ad præsens etiam observatur. Hic autem Clerus, hęc venerabilium monasteria monialium, hoc conspicuum hospitale, & dicta venerabilis Ecclesia S. Mariæ de Populo cum aliis Ecclesiis, & hospitalibus, quæ sunt membra ejusdem, expostulabant, ut aliquis perexcellens Sacerdos esset eorum caput, illosque circa spiritualia dirigeret, & gubernaret. Unde Gubernatores semper elegerunt pro dicta directione in spiritualibus unum ex RR. Sacerdotibus hujus Civitatis tàm virtutibus, & bonis moribus imbutum, quàm etiam natalium nobilitate præclarum, qui sub nomine Correctoris, seu Visitatoris dictis omnibus præesset. Dictus verò Corrector, seu Visitator in utroque hospitali, & monasteriis, aliisque locis prædictis non solùm omnium ad disciplinam ecclesiasticam, nempè administrationem Sacramentorum, professionem monialium, loquendi licentiam, missarum celebrationem, presbyterorum correctionem, & legata pia hospitalibus, & monasteriis, ac locis hujusmodi pro tempore facta, concernentium curam gerit, sed etiam omnia alia, quę locorum Ordinarii infrà suarum Diœcesum, & jurisdictionum fines facere, & exercere possunt, & solent, ex indultu, seu concessione recolendæ memoriæ Summi Pontificis Pauli III. facit, & gerit. Postmodum Summus Pontifex Gregorius XV. ob majorem decorem dicti sacri hospitalis concessit Correctori, & Visitatori ejusdem usum pontificalium, nempè ut uteretur mitra, & baculo pastorali, nec non chirothecis, anulo, sandaliis, mantello, seu mozzetta, pileo, rocchetto, habitu, coloribus, cæterisque insignibus pontificalibus, & ut missas, ac alia divina officia pontificaliter more Episcoporum celebraret, & post ipsorum divinorum officiorum solemnia benedictionem solemnem impartiri posset: De quibus privilegiis, exemptionibus, & prærogativis, dictum sacrum hospitale, & dictus Corrector, seu Visitator, dubitari non potest, quin semper steterint, & in præsentiarum reperiantur in pacifica, & quieta possessione, seu quasi, publicè, & palam, non dissentientibus tot Eminentissimis Cardinalibus prædecessoribus Archiepiscopis hujus inclytæ Civitatis, & propè Romanam Curiam, quo casu neque opus esset titulo, sed sufficeret demonstratio facti. Immò dictus Corrector, quando dubitavit, fortasse aliquam posse oriri turbationem in dicta sua quasi possessione, statim à dicta Romana Curia obtinuit mandatum de manutenendo, ut anno 1661. sub die 13. mensis Octobris, & anno 1686.

Præterea tàm personæ degentes intrà septa dicti Sacri Hospitalis, quàm locus ipse, & Ecclesia sunt exemptę ab onere solvendi quartam funeralem parochis, ut patet ex bullis Leonis X. & Clement. VII. ibi: *Ac eidem Archihospitali, quòd illud, & illius Ecclesia, infirmi, confratres, ministri, servitores, familiares, &c.* & demùm: *Archihospitale, membra, & in eis degentes personas &c. ac res, & bona quæcumque mobilia, & immobilia, tunc præsentia, & futura ab omni jure quarumcumque parochialium Ecclesiarum, infra quarum limites existebant, seu quarum parochiani pro tempore essent, &c. exemerat, & totaliter liberaverat, &c.* Cum igitur eximantur dictus locus, & personæ ibi degentes, & Ecclesia prædicta ab omni jure parochialium Ecclesiarum, in quarum limites existit Hospitale prædictum; dubitari non potest, quin sit exemptum a solutione dictæ quartæ funeralis, quæ inter jura parochialia præcipuè enumeratur, ut inquit *Riccius in praxi jur. parochial. resolut. 299. tom. 4.* prò qua exemptione ab Hospitali prædicto usque modò nunquam talis quarta fuit soluta, prout neque unquàm à dicto Sacro Hospitali fuit soluta quarta Episcopalis, quæ debetur Episcopo prò relictis factis per testatores piis locis, *Glos. in c. officii, e. requisita, & cap.*

Digitized by Google

& cap. ultim. de testamentis, quæ etiam canonica portio appellatur, & Episcopo, tanquam patri spirituali, & propter onus Episcopale debetur, *Alex. cons.*102.*vol.*4. *num.* 8. *Gabriel lib.* 6. *de pia causa conclus.* 1. *sub num.* 12. *Bald. in l. si quis ad declinandum* §. *in omnibus Cod. de Episcop. & Cleric. Cardinalis Tuscus in verbo quarta conclus.* 21. *Megal. tom.* 2. *instit. confess. cap.* 14. *num.* 12. *Azor. cap.* 12. *qu.* 2. *instit. moral.* quæ quarta debetur etiam de omnibus mortualibus, seù funeralibus, *cap. quarta de præscript. Fridericus de Senis consil.* 6. *Tuscus*, & *Megala ubi supra*, immò est magis privilegiata, quàm parochialis, quia digniori debita, ut DD. citati probant. Ratio est, quià ad hoc, ut debeatur talis quarta, duo requiruntur. Primò, quòd legatum sit relictum locis piis subjectis Episcopo: Secundò, quòd non adsit exceptio, seù privilegium non solvendi. DD. per text. *in cap. requisivisti de testamentis*, *Tuscus* ubi supra, *Megala d. cap.* 14. *nu.* 8. & *sequenti.* Igitur, si non debetur talis quarta Episcopalis ex rationibus prædictis, neque debetur quarta parochialis: aliàs parochus esset melioris conditionis, quàm Episcopus, ut dicunt DD. per text. *in c. constitutus de religios. domib. & cap. in nostrum de sepulturis*, & *cap. requisivisti de testam.* Neque obstat dispositio Sacrosancti Concilii Trident. *sess.* 25. *cap.* 13. *de reformatione*, in quo disponitur sequentibus verbis: *Decernit Synodus quibuscumq. in locis per annos quadraginta quarta, quæ funeralium dicitur, cathedrali, seù Parochiali Ecclesiæ solita esset persolvi, ac posteà fuerit ex quocumque privilegio aliis Monasteriis, Hospitalibus, aut quibuscumque locis piis concessa, eadem post hac, integro jure, & eadem portione, quæ antea solebat, cathedrali, seù Parochiali Ecclesiæ persolvatur, non obstantibus concessionibus, gratiis, privilegiis mari magno nuncupatis, aut aliis quibuscumque.* Etenim dictum Hospitale fuit erectum, & confirmatum in dictis suis exemptionibus plusquàm annos 40. antè Concilium, nempè annis 1419. & 1523. ut patet ex bullis Leonis X. & Clementis VII. Concilium verò fuit confirmatum die 27. Januarii anni 1564. & propterea minimè censetur in aliquo fuisse suæ exemptioni derogatum per dictum Sacrosanctum Concilium, ut declaravit Sanctissimus Pontifex Pius V. in sua constitutione edita anno 1577. quam referunt *Arcangel. Cavacia de quarta funerali cap.* 1. *Guttierez de juram. confirmatorio* 2. *p. c.* 4. *num.* 3. *Emanuel Rodriquez in quæst. regul. tom.* 1. *quæst.* 41. *art.* 2. & ità resolvit Congreg. interpr. ut refert *Rodriquez loc cit.*

In bulla insuper Leonis X. confirmata à Clem. VII. & ab aliis successoribus inter privilegia concessa d. Sacro Hospitali sunt, *ut RR. Presbyteri, & Confessores dicti Sacri Hospitalis possint administrare sacramenta non modò infirmis, sed omnibus aliis utriusque sexus in Hospitali, & membris hujusmodi residentibus, illosque tradere ecclesiasticæ sepulturæ*: quæ privilegia concessa in ipso actu fundationis sunt species contractus, & habent causam onerosam, & proindè sine causa nunquam revocantur, *Canonistæ in capit.* 1. *de probationibus*: neque in hoc adest præjudicium Ordinarii, qui à in opere formando, non formato, concessa fuerunt, ad text. *in l. quod autem ff. quæ in fraud. credit. & in l. quod autem ff. de regul. jur. Felinus in cap. cum inter.* 2. *colum. vers. tamen quia p.* 1. *de re judic.* Immò fortius dixit ibi *Felin. quòd Episcopus ex causa legitima potest privilegiare locum deputatum Hospitali pauperum in præjudicium Ecclesiæ parochialis*, ut in simile quæstione tradit etiam *Rocch. de Cur. in tract. de jure patronat. in verb. in Ecclesia nu.* 7. *vers.* 3. & cum locus prædictus sit exemptus ab omni jurisdictione Ordinarii, si Parochus administraret sacramenta, exerceret jurisdictionem Ordinarii intus septa dicti Sacri Hospitalis, quod repugnaret exemptioni prædictæ, & esset contra formam dictarum bullarum, quæ disponunt, quòd potestas Ordinarii resideat solùm penès dictum Reverendum Correctorem, & Visitatorem dicti Sacri Hospitalis: quæ potestas, ut honorificentius exerceretur ab ipso Reverend. Correctore, Summi Pontifices voluerunt illum in dignitate Ecclesiastica constituere, concedendo eidem usum Pontificalium, quem solus Pontifex potest concedere inferiori Prælato, *cap. accedentibus*, ubi *Abbas num.* 2. *extra de excessibus Prælat. Sylvest. in summa verbo Episcop. num.* 9. *in princ.* & competit Episcopo ratione suæ dignitatis, *Abb. loc. cit. Cassaneus in cathalogo glor. Mundi p.* 1. *considerat.* 2. *Durand. in ration. divin. officior. lib.* 3. *de mitra, Bursat. cons.* 125. *in arbor. Ecclesiast. potest. vol.* 1. quæ insignia pontificalia sunt illa, de quibus meminimus concessa dicto Rev. Correctori, ut per *Gloss. in cap. cum Apostolicæ*, & ibi

DD. de

DD. *de privilegiis in 6. Mascon. in suo tract. de majestat. militan. Eccles. p. 1. lib. 1. cap. 8. vers. ornamenta*. Quod exercitium Pontificalium non voluntariam, sed contentiosam respicit jurisdictionem, & propterea extrà proprium territorium absque superioris loci licentia uti minimè licet, ut tradunt communiter DD. *in l. extrà territorium ff. de jurisdict. omnium judicum, cap. animarum de constitut. c. novit de officio delegati*: nam Episcopus ea, quæ contentiosam respiciunt jurisdictionem, extra territorium exercere nequit, *Baldus in l. si ex consensu num. 10. ff. de Episcop. audient.* Cum igitur dictum Sacrum Hospitale sit exemptum à jurisdictione, & dominio Ordinarii, licèt sit in diœcesi, tamen non est de diœcesi, *cap. 2. de constit. in 6. cap. cum Episc.* & ibi *Franc. in 2. notab.* & *Gemin. num. 3. de officio Judicis ordinar.* eodem *lib. Puteus decis. 83. lib. 3.* & firmavit *Rota decis. 207. p. 2. divers.* & pluribus relatis *decis. 324. num. 3. part. 1. in recent.* & *decis. 346. nuper. 8.* coram *Coccino*: & talis locus exemptus constituit territorium de per se, ut ex multis probat *Roland. cons. 13. num. 44.* Sic etiam vidimus in hac Civitate observari in Ecclesia S. Mariæ de Patientia fundata sub Clemente VIII. per illos de Cesarea, & exempta à jurisdictione Ordinarii, ut succedentibus casibus mortis eorum, qui ibi commorantur, & habitant, per Sacristam Ecclesiæ sacramenta administrentur, nec unquam parochus ibidem habuit accessum pro causa prædicta. Sic itidem in Ecclesia Sancti Antonii Abbatis extrà mœnia observatur, non obstante, quòd ibidem commorantes sint prorsùs extranei à servitio dictæ abbatiæ: & totum provenit ex privilegio d. exemptionis: & propter dictam exemptionem Prælati possunt omnia agere, quæ competunt Episcopo in sua diœcesi præter ea, quæ sunt ordinis, *Glosa in cap. Ordinarii*, ubi DD. *de officio ordinarii in 6. Rota decis. 386.* coram *Cardinali Seraphino*, & *decis. 1057.* coram eodem, ubi pro hac opinione affertur Sacræ Congregationis authoritas. Undè observamus, quòd dictus Rev. Correctror, & Visitator exercet ea, quæ non nisi ab Ordinario loci exerceri possunt. Ad Ordinarium namque spectat dare licentiam loquendi cum monialibus in clausura existentibus, & tamen dictus corrector dat talem licentiam in suis Monasteriis. Ad Ordinarium spectat perquirere de statu animarum, & proindè Parochi in suis parochiis invigilant circa dictum statum animarum, & tamen dictus Corrector, & non Parochus circa personas existentes intrà sepia dicti Sacri Hospitalis incumbit circa statum prædictum. Sic etiam videmus, quòd SS. Sacramentum Eucharistiæ processionaliter defertur per singulas Parochias intrà octavam Corporis Domini per plateas existentes in districtu, & comprehensorio cujuslibet Parochiæ, & tamen Parochus S. Joannis ad Portam nunquàm ingressus fuit processionaliter intrà sepia dicti Sacri Hospitalis: at dictus Corrector in Dominica intra dictam octavam post celebratam Missam pontificaliter exit cum Sanctissimo cum sollemni processione, associantibus Gubernatoribus per totum comprehensorium dicti Sacri Hospitalis. Ad Ordinarium etiàm spectat induere Moniales, easque ad professionem admittere, & tamen hoc fit a dicto Correctore. Ad Ordinarium spectat intervenire in electione Abbatissarum, easque confirmare, & tamen hoc fit a dicto Rev. Correctore. Ad Ordinarium etiam spectat corrigere Presbyteros, & visitare Ecclesias, & tamen hoc exercetur a dicto Correctore, & Visitatore, quia Abbas exemptus habens Episcopalia potest subditos suos visitare, *Oldrad. cons. 116.* Ad Ordinarium spectat cognoscere de adimplementis legatorum piorum, & tamen hoc onus fuit collatum ad dictum Correctorem. Ad Ordinarium denique spectat administratio sacramentorum, & ad proprium Parochum, ut de Sacramento extremæ unctionis dicitur in *clemen. dudum. versic. verùm de sepulturis*, quæ edita fuit in Concilio Viennensi, & de Sacramento pœnitentiæ, & Eucharistiæ est dispositio Concilii generalis Lateranensis *in cap. omnis utriusque sexus de pœnitentia*, & *remiss.* & tamen Summi Pontifices Paulus III. & Gregorius XIII. hæc omnia concesserunt dicto Correctori cum expressa derogatione omnibus Conciliis non modò provincialibus, sed etiam universalibus, ut patet in fine dictæ bullæ Gregorii XIII. de anno 1621. in dictis mandatis de manutenendo desuper adductis. Si igitur dictus Reverendus Corrector circa prædicta gerit vices Ordinarii, non potest Parochus prætendere, administrationem Sacramentorum ad ipsum spectare. Exemptiones verò, & privilegia prædicta debent habere locum nedum circa infirmos, ministros, & servitores

Digitized by Google

Hospitalis, sed etiam cum aliis personis intra septa existentibus d. Hospitalis, primò quia exemptio est etiam localis, & proindè expresè eximit omnes personas utriusque sexus ibidem degentes: Secundò quia in illo verbo *familiares* Summus Pontifex voluit comprehendere personas de familia ministrorum, officialium, & servitorum Hospitalis prędicti, quæ veniunt nomine familiarium: Tertiò quia observantia tàm longissimi temporis ità fuit privilegium interpretata, & cum tali subsequenti possessione omnia comprehendit, *Bart. in l. semper in stipulation. ff. de reg. jur. & in cons. 59. vol. 1. Roman. cons. 271.* & tale privilegiū cùm possessione allegata sufficit ad manutenendum aliquem in possessione, *cap. cum personæ de privilegiis in 6. Abb. in cap. dudum de decimis, Afflict. in cap. 1. per quos fiat investitura col. 4. Decius in cap. 1. de confirmat. util. vel inutil. Joan. Vincent. de Anna allegat.* 120. Quartò dicimus, quòd quando sumus in possessione interpretativa alicujus tituli, sufficit spatium decem annorum, etiam quòd aliter requiratur immemorabilis: nam illa non est inductiva novi tituli, sed veteris declarativa, *Paul. de Castr. cons. 101. p. 1. Molina de Hispan. primogenit. lib. 2. cap. 6. num. 58.* & privilegium ex subsequenti possessione interpretatur, ut omnia comprehendat, *Bart. in l. semper in stipulationibus ff. de reg. juris, & in cons. 59. vol. 1. Ludovic. Roman. cons. 271.* Et si verum est, quòd talis quarta funeralis, etiam in casibus, in quibus debetur, spatio quadraginta annorum præscribi possit, *cap. de quarta de præscription.* & est vera, & communis opinio, ut docent *Abbas cons. 31. & 47. lib. 1. & Tusc. d. conclus. 21. num. 30. & sequenti*; quantò magis cum titulo validissimo dictum Sacrum Hospitale potuit præscribere talejus exigendi eam quartam funeralem? Insuper dicimus, quòd ultrà enunciativas factas in diversis bullis Summorum Pontificum ultrà centum annos de exemptione prædicta, quæ sufficerent in probando ad quemcumque effectum, prout probant assertivæ factæ in instrumentis antiquis, *Decius cons. 146. n. 14. Menoch. cons. 409. num. 9. Cæssador. dec. 3. num. 3. de procuratorib. Rota dec. 91. n. 2. part. 1. recent. in Papin. bonorum* 25. *Aprilis* 1595. coram *Cardinali Millino*, & *in Roman. devolution.* 28. *Maii* 1625. coram *Pirovano*, *Ferentill. ad Buratt. decis. 602. num. 21.* à fortiori dictæ enunciativæ sufficiunt ad probandam possessionem, seu quasi, in qua reperitur dictum sacrum hospitale exemptionis prædictæ. Immò voluerunt Doctores in materiâ ecclesiastica, quòd diuturna possessio cum diuturna patientia inter præsentes rerum, quæ aliàs spectarent ad Ordinarium, importet præsumptionem, & tituli confirmationem, ac assensum, *Hostiens. in cap. illud de præsumptioni* Quæ exemptionis possessio comprobatur ex Synodo Diœcesana facta in anno 1567. per Eminentissimum Cardinalem Alphonsum Carafam Archiepiscopum Neapolitanum recolendæ memoriæ, existente Vicario, & consulente omnia tunc Julio Santoro postea Cardinali tituli S. Severinæ: Per id namque temporis comparuit clerus dicti sacri, ac Regalis hospitalis incurabilium, & allegavit suam exemptionem à jurisdictione Ordinarii, & causa cognita, audito Reverendo Procuratore Fiscali, fuit dictum in dicta Synodo *hospitale S. Mariæ de Populo exemptum, & Sedi Apostolicæ immediatè subjectum*: ex quo benè oritur legitima exceptio rei judicatæ circa exemptionem prædictam, *cap. cum inter*, ubi *Butrius* id notat, *ff. de re judicata, cap. cum olim de præscriptionibus, Tiraquell. in tract. primogenit. quæst. 35. num. 18.* nam sententia lata cum Episcopo nocet successori, sicut dicimus in feudis, in majoratu, & in bonis subjectis fideicommisso, ut lata sententia cum legitimo contradictore noceat omnibus: de quo latè agunt *Covarruv. practic. quæst. 13. & Molin. de Hispan. primogenitura lib. 4. cap. 8.* Quæ res judicata facit dictam exemptionem notoriam, immò solùm acta faciunt notorium, *Bart. in leg. 2. in 1. opposit. ff. de nov. oper. nunciat. Ursill. ad Afflict. dec. 291. num. 7. Præsid. de Franch. dec. 10. num. 11. in fine, & decis. 239. num. 1.* & proindè opus non esset exhibere privilegia, *clement. pastoralis de sentent. & re judicata, Sanchez consil. moral. lib. 6. cap. 9. dubio 4.* quem sequitur *Pellizar. tom. 2. de regular. tract. 8. cap. 6. sect. 1. num. 86.* & attenta dicta exemptione, dictus locus dicitur esse extra jurisdictionem Ordinarii, & proindè in eo nullam potest exercere jurisdictionem ex regula text. *in cap. Episcopale de officio ordinarii in 6. clement. 7. de privileg.* ubi *Gloss.* Si autem permitteretur parocho ibi administrare Sacramenta, Ordinarius per parochum exerceret suam jurisdictionem, quod repugnat exemptioni prædictæ, quæ neque permittit Episcopo visitare, *clem. quia contingit de religiosis domibus*, Fan-

gna-

Digitized by Google

gnan. in cap. 1. de xenodochiis n. 28. & 29. Præterea dicimus, quòd dictum ſacrum hoſpitale à principio ſuæ fundationis fuit, & ad præſens reperitur ſub immediata protectione Regis, ut patet ex inſignibus, & armis regiis in marmore inſculptis ſupra januam majorem dicti hoſpitalis, & à piiſſimis Regibus fuit multis privilegiis, & donationibus decoratum, & auctum, & præcipuè ab Imperatore Carolo V. & Philippo III. quæ immediata protectio importat ſpecialem protectionem, *Innocentius in cap. recipimus de privilegiis in 1. column.* ubi allegat *text. in cap. cum olim eſſemus* eodem *tit.* & in eodem *loco* meliùs *Hoſtien.* imo & juriſdictionem, *Bald. in leg. 1. Cod. ſi quacunque præd. poteſt.* quam juriſdictionem Sacroſanctum Concilium Tridentinum Regibus reſervavit volens illos privilegiare, & limitare juriſdictionem Ordinariorum, ut ex expreſſis verbis illius patet in *cap. 8. ſeſſ. 22. de reformat.* ubi concedendo Epiſcopis licentiam exequendi ultimas voluntates teſtatorum circa diſpoſitiones factas ad pios uſus, & viſitandi hoſpitalia, etiam uti delegatis Sedis Apoſtolicæ, limitat loca exiſtentia ſub Regum immediata protectione, ibi: *Non tamen, quæ ſub Regum immediata protectione ſunt, ſine eorum licentia*: qua de re ſunt videndi *Marta de juriſdictione cap. 18. Velaſch. conſultat. 101. num. 72. Gabed. de patron. reg. coron. cap. 39. num. 1. & cap. 45. n. 5. Cævallos quæſt. 497. num. 984. Barboſa allegat. 75. num. 16. Velaſch. conſil. 58. num. 22. Gabriel Pereyra de manu regia part. 1. cap. 17. num. 12.* quia ſacra Synodus ſatis videtur confidere curæ, & ſollicitudini Regum, *Novar.* in ſuo *opuſc. novi juris Pontificii concluſ. 4. num. 2. ſub rubric. de viſitat. Bobadill.* in ſua *politic. lib. 2. cap. 18. num. 212. Ricc. in praxi to. 4. loc. pior. num. 3. reſolut. 159. & 163. cum ſequentibus*. Unde in quadam bulla Pauli III. legitur, quòd, cum fuiſſet ſupplicatum pro parte dictorum protectorum, ut mutatio ipſorum in gubernio hoſpitalis prædicti non fieret ſolà junctim, & de novo ſingulis ſex menſibus, ut ſtatutum fuerat in fundatione, ſed dilataretur per annum, ac poſſent confirmari, & quòd non omnes de novo crearentur, ad hoc ut pars remanens in gubernio poſſet informare novos magiſtros, qui ad gubernium crearentur; Summus Pontifex remiſit hoc ad proviſionem Regis, ac magiſtrorum, & protectorum dicti hoſpitalis, quia non dubitatur, quin dictum ſacrum hoſpitale ſit ſub immediata Regis protectione, *Gabed. de patronat. regio cap. 39.* quam protectionem Rex habuit ab initio fundationis dicti ſacri, & Regalis hoſpitalis, ut ſuprà dicebamus, ideòque pro inſignibus dictum ſacrum hoſpitale facit arma hujus fideliſſimæ Civitatis in litteris S. M. D. P. denotantibus titulum Eccleſiæ S. Mariæ de Populo, & deſuper ponit coronam ad denotandum, quòd ſit Regium, & ſub immediata Regis protectione, & à principio fuit gubernatum nomine Regis, & proindè electio gubernatorum ab eo fit, præcedente nominatione trium perſonarum facta à quolibet ex gubernatoribus, & proindè manutenere dictum Regium hoſpitale in poſſeſſione, ſeu quaſi, ſuarum exemptionum pertinet ad ipſum Regem, quia aliàs læderentur ejus jura regalia, & dicta Regia protectio, quæ nihil aliud eſt, niſi defenſio, cura, & cuſtodia, ſecundùm *gloſſ.* notabilem in *cap. ex tenore de foro competenti, cap. recipimus de privilegiis*. Neque quælibet poſſeſſio, ſi adeſſet in contrarium, aliquid opitularetur, quia omnis poſſeſſio damnatur in juribus regalibus abſque titulo: & ità ſemper practicatum dicunt *Gabed. de reg. coron. cap. 7. num. 20.* & latè *Caſtill. de tertiis debitis cap. 22. cum ſequentibus*: & per conſequens neque poteſt dari præſcriptio, *cap. ſine poſſeſſione de regulis jur. in 6.* prout in patronatibus Regiis fundant *Velaſch. quæſt. 9. num. 7. & Gabed.* ubi ſupra. Et proindè dicitur, quòd jura regalia ſint impræſcriptibilia, *Covar. pract. cap. 1. nu. 2. & 3. Avend. de exeq. mandat. lib. 1. cap. 4.*

Quandoque autem in eo incurabilium
15 xenodochio quæſtio excitata fuit à gubernatore titulato, qui exiſtimabat, quòd ſuperintendentia, ſeu diſtributio officii charitatis ſibi à cæteris gubernatoribus, ſeu à tota banca, ut dici ſolet, commendata, daret privativam quamdam adminiſtrationem, motionem, ſeu ſuperintendentiam, ut circa res etiam eccleſiæ, & monaſteriorum prædictorum nullo modo, niſi ſolus ipſe titulatus, poſſent alii gubernatores ſe intromittere, ſed privativè quoad alios conſocios ſolus ipſe gubernator, qui titulatus erat, clericos, ſacerdotes, cæteroſque confeſſarios in eccleſia ponere poſſet: in monaſteriis etiam totum, quod contingebat, ab ipſo ſolùm emendandum eſſet: unde ſibi eccleſiæ, & monaſteriorum curam pertinere putabat: & ſi aliquis ſacerdos erat in eccleſia recipiendus extraordinarius, vel ordinarius, confeſſarius,

Digitized by Google

vel simplex sacerdos, ad se spectare jactitabat; si monialis aliqua erat recipienda in monasterium, ab se esse dicebat habendam licentiam, quemadmodum, si in novitiatu erat aliqua ingressura, vel monialis professionem erat facturа: circa verò hospitale nedum circa familiam, sed circa sacerdotes ipsos, qui ad adjuvandum benè morientes erant constituti, ad ipsum gubernatorem habendum esse recursum autumabat, qui de platea erat Neapolitanæ Civitatis, ad alios verò numquam esse recurrendum. Quod quidem & ab illius xenodochii institutione, & à recto juris tramite alienum optimo cuique visum fuisse opinamur; quandoquidem ea superintendentia minimè præbere poterat jurisdictionem quamdam privativè ad alios gubernatores, quod in jure pluribus ex rationibus repugnabat: Primò, quia
16 regulariter, si aliquis Judex habeat jurisdictionem universalem ordinariam, censetur illam habere cumulativè, non privativè ad illum constituentem, ut probat *text. in leg. 1. ff. de offic. Præfect. prætor.* & ibi *Bart.* & idem dicitur *in cap. 1. §. ex parte de conces. præbend. in 6. cap. per hoc de hæret. in 6. cap. dudum de præb. in 6. Fontanell. decis. 293. numer. 9. & seq. Aretin. cons. 102. Gabedus dec. 13. part. 2. Dec. cons. 131. Vant. de nullit. ex defect. jurisdict. num. 25. & 26. Gramm. decis. 30. Menoch. de arbitr. lib. 1. qu. 40. & de retinend. possess. remed. 3. num. 367. Guttierez lib. 3. pract. quæst. 24.* ubi loquens de jurisdictione consulum mercatorum Civitatis Burgensis, id ipsum probat. Secundò ex notabilibus *consiliis Decii 542. & 644.* qui retenta communi conclusione, de qua supra, dicit, quòd, si patroni concedant jus præsentandi in jure patronatus aliis, non censetur concessa talis facultas privativè ad eosdem concedentes, sed cumulativè, ex *cap. statutum §. nos igitur de conces. præbend.* Imò quòd præsentatus ab illo, qui est patronus, si concurrat cum præsentato ab illo, cui concessum erat jus præsentandi, debet præferri præsentatus à patrono, non ille, qui fuit præsentatus ab habente jus cessum, quia juris præsentandi cessio intelligitur in dubio cumulativè, non privativè quoad concedentem, ut post *Decium* notat *Gabedus decis. 13. num. 2. in fine*. Sic jurisdictio concessa à Rege alicui, cumulativè, non privativè intelligitur concessa, teste *Gabedo* ubi supra *num. 3*. Cum itaque à tota banca fuerit titulato gubernatori commissa dicta distributio, non privativè, sed cumulativè ad eandem bancam concedentem, censenda erat facta distributio. Tertiò ex *Bartoli* theorica *in l. quoties §. ultimo ff. de administr. tutor.* ubi ait, quòd in illis, quæ sunt, vel possunt esse apud plures in solidum, ut est jurisdictio, non videtur ademptum uni, quod est alteri concessum: unde infert, quòd etsi aliquis ad regendam terram, vel castrum de novo adjunctum Civitati, deputetur singularis rector; nihilominus cæteri alii rectores, & potestas habebunt etiam in illa terra particulari jurisdictionem; ad quod adducit argumentum desumptum ex text. *in dicta leg. quoties §. ultimo*, & notat idem *Gabedus decis. 13. num. 4.* Tota autem banca, seu totum gubernium debet gubernare ecclesiam, monasteria, hospitalia &c. constituit peculiarem rectorem, seu gubernatorem, putà titulatum, vel nobilem de platea pro certis quibusdam locis; sed non per hoc censetur à se abdicare, vel ab aliis gubernatoribus administrationem, sive gubernium; non ergo privativè quoad alios, dicere poterat titulatus, vel gubernator ille de platea, quòd ad se tantùm pertinebat illius loci gubernatio. Quartò ex *Menochio lib. 2. de præsumpt. præsump. 18.* qui totam hanc materiam bene distinguit, & declarat, dicens, quòd, quando jurisdictio uni, vel duobus concessa, est, censetur cumulativè respectu concedentis, non privativè concessa, nisi jurisdictio tributa sit in feudum, quia tunc censetur privativè tributa; & per quindecim casus id ipsum declarat *Menochius*, & in ultimo casu ait, quòd in dubio, si non appareat, an favore, vel odio fuisse alteri concessam jurisdictionem, tunc censetur cumulativè, non privativè concessa. Sic etiam *Guttierez lib. 3. practic. quæst. 24.* dicit, quòd in dubio jurisdictio censetur concessa cumulativè, non verò privativè, ut novem argumentis fundat etiam *Roman. cons. 293.* & id quoque notarunt *Bart. in leg. 1. Cod. de offic. Præfect. Urb.* & *Garz. de nobilit. gloss. 1. nu. 5. cum seqq.* & per hoc respondit *Brunus cons. 47. numer. 3.* quòd licèt Fridericus Imperator anno 1222. concesserit Civitati Albæ jurisdictionem, & merum, & mixtum imperium; tamen non erat concessum privativè, sed cumulativè, & ideo, subdidit, eundem Imperatorem potuisse præveniendo cognoscere: de qua re agit etiam *Menoch. de arbitr. lib. 1. quæst. 40. num. 5.* idque locum obtinet, nisi aliter per legem particularem dispositum fuisset,

Digitized by Google

set, testibus *Gutierez num.8. Avendan. lib.1. de exequend. mandat. cap.19.* qui latè distinguit. Unde firma remanet conclusio, de qua supra, testibus *Roland. à Valle consil.1. num.135. cum sequentibus, & cons.80. per totum volum.2. Albertus Brun. consil.47. num.3. & 4. Aretin. consil.102. Grammat. consil.6. in fine, & voto 28. num.4. Afflict. decis.41.* ubi *Ursill.* & alii, quos congerit *Marta de jurisdiction. part.4. cent.1. casu 89. num.25. & seq. & cas.147. num.6. & seqq.* Quintò, ex *Bald. in auth. habita Cod. ne filius pro patre num.16.* qui ait, quòd interdum jurisdictio alicui discretivè conceditur, ut in aliquo casu unus tantùm procedat, & tunc intelligitur cumulativè quoad alios: & idem *Bald. consil.253. num.3.* concludit, quòd commissio specialis censetur facta propter excellentiam commissarii, sed non privativè ad committentem, vel ad alios ejusdem generis. Adducitur textus *in cap. dudum §. nos igitur de præbend. in 6.* quem ponderant idem *Bald. in leg. fin. Cod. de jurisdict. omn. Judic. num.4. Afflict. in cap. prim. quæ sint regalia in vers. potestas, Montan. de regalibus in verb. potestas numer. 24. Decius consil.3. Mastrill. lib.3. de magistrat. num.43. tom.1. Bellug. in specul. Princip. rubr.22. §. & quia num.3. & in rubr.26. §. Princeps n.3. Natta cons.636. Suarez allegat.7. Marcell. de Maur. allegat.43. vol.2. & Jacob.* ejus filius *alleg.4. num.5. & Pater Merolla tom.3. discept.7. cap.2. num.61.* ubi de communi tenet, quamcumque concessionem, sive officii, sive exercitii, intelligendam esse non privativè, sed cumulativè, & hoc non solùm habito respectu ad ipsum concedentem, sed etiam ad alios magistratus, quibus aliàs competebat. Probatur sextò ex doctrina *Gratiani cap.154. à numer.35.* qui ait, quòd jurisdictio cujuslibet officii semper censetur concessa cumulativè, non privativè, ex notatis per eundem; quod adeo verum est, ut potestas, & jurisdictio competat superiori adversus suos subditos, prout priùs, ex illa vulgata regula: *Si vinco vincentem te, multò magis vinco te; cap. auctoritate de concess. præben. in 6. l. de accessione §. itaque ff. de divers. & tempor. præscript.* dummodo non constet de contraria mente concedentis, vel non simus in jurisdictione perpetua concessa vassallo per superiorem, quia tunc intelligitur concessa privativè, prout illa, quæ conceditur per Principem; quod non ità est in jurisdictione temporali delegata ratione officii demandati inferiori à superiore, quatenus, & quandiù ille durat, quæ intelligitur cumulativè tributa, *Colerus de process. exequut. cap. prim. part.2. num.149.* usque ad *num.165.* ubi dicit, quòd sic est intelligendus *Roman. dicto consil.293.* cum aliis Doctoribus in *cap. pastoralis de offic. ordin.* Quoniam verò sic fuerat observata conclusio facta per gubernatores, etiam post factam dictam distributionem, per usum subsequutum, seu per eam ob-
17 servantiam subsequentem declarata, jam fuerat dubietas negotii, & quid intenderit banca gubernii, dum distributionem prædictam fecit: proprium enim est observantiæ declarare jus dubium juxta notata per *Salgad. 1. part. de retent. bullar. nu.9.* quia ex observantia, & usu, optima, & juridica inducitur legis interpretatio, ad notata per *Castill. tom.6. controvers. cap. 125. à numer.29.* Etenim observantia, & consuetudo interpretativa dirimit omnia dubia, & declarat omnem dispositionem hominis, & legis, nec requiritur præscriptio, sed aliquando ita fuisse de facto observatum, ut latè *Castill. lib.5. cap.93.§.7. per totum*, ubi magna Doctorum caterva citatur: eumque sequitur *Salgad. part.1. cap.9. num.12. cum seqq.* & hoc procedit, quia publica observantia facit actum licitum, & permissum, quod aliàs esset illicitum. Igitur ex observantia clarè liquebat, conclusionem prædictam non privativè ad alios, sed cumulativè fuisse receptam: & sic hodiè etiam videmus in hospitali, ubi mensarius singulis quibusq; diebus sui mensis ingreditur illud, suam exercet auctoritatem cum illis, qui ibi existunt, sive sint infirmi, sive sani, ut exempla demonstrant, & notorium est: Sic & in monasteriis mensarius accedit ad alloquendum cum Abbatissis pro sublevandis necessitatibus earundem. Non ergo privativè ad alios fuisse factam distributionem censendum erat, sed ad charitatis officia exercenda eo modo meliori, quo posset, juxta dictum Divi Pauli: *Fratres æmulamini charismata meliora*; & illud ejusdem Doctoris gentium, qui reprobando aliquos dicebat: *Non benè dicitis: Ego sum Cephe; tu autem Apollo: quia omnes in Christo unum sumus.* Remanet ergo fundata conclusio, distributionem officiorum factam à gubernatoribus in banca non intelligi privativè, nec quoad bancam totam, nec quoad alios gubernatores, sed cumulativè, ut unus gubernator charitatis officium exerceat in ecclesia, alius in ho-

Digitized by Google

hospitali, alius in aliis respectivè, sed non nisi, ut non possit ita unus illud officium exercere, quia omnibus competunt omnia: quam conclusionem ultra supra adductos confirmant *Menoch. consil.* 380. *num.* 2. *Azevedus tit.* 13. *lib.* 3. *num.* 10. & *lib.* 8. *pag.* 221. *cum sequentib. Gonzal. in regul.* 8. *Cancell.* §. 2. *in proœm. num.* 20. *Ricc. in decis. Cur. Archiep.* 213. *num.* 13. & *in collectaneis collectan.* 1513. & 1545. *Barbos. in repertor. in vers. jurisdictio fol.* 202. *column.* 2. Et comper-
18 tum, exploratumque est, mulierem aliquam volentem ingredi unum ex dictis monasteriis debere dare memoriale in banca, seu gubernatoribus sacræ domus, & ab illis committi debet patri correctori, ut videat, si habeat requisita necessaria, ut sunt, quòd sit à viro soluta, publica meretrix, scandalosa ad peccandum movens, juvenis, & visis requisitis, ac facta relatione sub memoriali à patre correctore per bancam, sive totum gubernium, rescribitur: *Admittatur, stante relatione correctoris*; non verò dari debet memoriale gubernatori titulato, qui committat correctori, & rescribat solus ipse: Nam sequeretur maximum inconveniens, quòd domus obligaretur alere mulierem non visam, non sibi notam, non à se receptam, sed à solo titulato, quod est absurdum: imò solet practicari, quòd tales fœminæ solent venire in loco audientiæ, & ibi solent recipi ab omnibus gubernatoribus. Cum verò moniales profitentur in
19 manibus correctoris, vel ingrediuntur ad habitum novitiatus, solitum est invitari gubernatores ad talem functionem honorandam, non verò unum tantùm, scilicet solum titulatum, & cum ab omnibus recepta sit, ab omnibus est honoranda functio, non verò ab uno solo.

Missæ autem, quæ sunt dicendæ in
20 ecclesia sacræ domus, & in ecclesiis monialium, & hospitalium, si quæ supersint dicendæ, non possunt ex ordine unius gubernatoris alibi dici, nec stipendia tradi aliis ecclesiis pro illis supplendis, sed in eisdem sunt celebrandæ, & si forsitan supersint eleemosynæ, & non sint tot sacerdotes, non sunt dandæ aliis regularibus, vel secularibus pro dicta celebratione, sed in banca est providendum, ut accipiantur alii sacerdotes extraordinarii, qui celebrare valeant in ecclesia, & in capellis monasteriorum, vel duorum hospitalium, non verò in aliis extraneis ecclesiis, quia non possunt in bona conscientia, quando missæ sunt relictæ dicendæ in ecclesiis incurabilium, alibi celebrari, sed debent celebrari in capellis monasteriorum, & hospitalium, non extra, & hoc ita per conclusiones fuit in banca à toto gubernio ordinatum, ut in conclusionibus apparet tempore Marchionis Carifi Regentis Capiblanci: non ergo de missis poterit ad libitum disponere titulatus sub prætextu, quòd ad illum pertineat ecclesiæ, & monasteriorum gubernium. Electio itidem concionatoris pro
21 quadragesima, vel adventu non spectat ad titulatum, sed ad totam bancam, seu totum gubernium, & in conclusionibus animadvertitur semper à banca fuisse electum, imò fuit facta quædam conclusio, quòd semper debeant eligi concionator de Patribus Capuccinis, vel Jesuitis: & sanè congrum est cum Capuccinis concurrere citra præjudicium aliorum, quia cum tales Patres habeant à sacra domo plures eleemosynas, congruum est, ut ab eisdem exerceatur hoc opus vigore cujusdam obligationis antidoralis, ut qui altari servit de altari vivere debeat, & hac occasione reciprocus quidam amor, & obsequiorum præstatio inter eosdem, & sacram domum servetur. Sic videmus eosdem vocari ad celebrandum tum in festivitatibus ecclesiæ, tum in anniversariis solitis celebrari in obitu gubernatorum præsentium, vel præteritorum: semper enim Capuccini accedunt ad celebrandum solummodò certiorati. Ec-
22 clesia etiam S. Mariæ de Libera ædificata, & dotata ab illis de Lancia Longa, & Barbata sedilis montaneæ jam extinctis in anno 1300. frequentata tempore Reginæ Joannæ II. à Neapolitano Populo ob devotissimam imaginem positam in altari majore unitam cum sacro incurabilium hospitali in anno 1611. à Joanne Antonio della Tolfa Episcopo Sancti Marci ejus rectore, teste *Cæsare Engenio in sua Neapoli sacra fol.* 365. (pro qua ecclesia sacra domus solvit annatistis Romæ quindennium) gubernanda est non à solo titulato, sed à tota banca, & sacrista eligendus est per eosdem gubernatores (quod idem dicimus de capellania intus ecclesiam Sanctæ Mariæ Majoris hujus Civitatis pertinente ad sacram domum) quia cum istę granciæ pertineant ad ecclesiam incurabilium, ab illis gubernatoribus gubernari debent, qui gubernant totam ecclesiam. Familia verò hospitalis
23 non ab alio est removenda, collocanda, aut mutanda de loco ad locum familiarem

Digitized by Google

rem honoris, vel ignominiæ causa, nisi à toto gubernio, seu à tota banca, non ab uno gubernatore, & similiter de practicis medicorum dicendum est, qui hodiè fiunt per concursum maxima cum utilitate hospitalis: omnes enim hujusmodi electiones sunt à gubernio faciendæ, quod idem de hospitali sacræ domus existente in Turri Octava dicendum est, in quo magister domus, qui vulgò dicitur *mastro di casa*, eligitur à tota banca, & sic mutatio ejusdem, sicut & aliorum de familia, aut medici, ab eadem banca est facienda: sic & ille, qui asportat res comestibiles, & medicamenta è Neapoli ad dictum locum, à tota banca est eligendus, quem vulgò mulletterium appellant: solebat enim antiquitùs cum mula ejusdem domus ibi accedere ad res prædictas asportandas.

24 Patres quoque adjuvantes infirmos in mortis articulo non ab uno solùm, sed ab omnibus gubernatoribus, sive à tota banca sunt eligendi, cum approbatione tamen circa requisita à correctore facienda, quia cum sint ministri sacræ domus, congruum est, ut ab illis gubernatoribus eligantur, non ab uno: & hoc etiam dicitur de sacerdotibus ecclesiæ, qui dum recipiuntur, tenentur dare memoriale gubernatoribus sacræ domus, & ab eis committi debet receptio requisitorum, & examen correctori, deinde, visa informatione correctoris, banca tota rescribit: *Recipiantur*; & ita legitur in appuntamentis, & conclusionibus sacræ domus, ubi hoc totum reperitur fuisse dispositum, licèt interdum aliter practicatum fuerit, sed malè, & est obviandum. Causarum insuper per-

25 tinentium distributionem faciendam ad vocatis, procuratoribus, & sollicitatoribus, non esse faciendam ab eo gubernatore, cui distributio causarum vigore illius antiquæ distributionis pertineret (quod hodiè nec practicatur circa causas prædictas) sed esse à toto gubernio faciendam dicendum est. Sic transactiones, conventiones, & alia similia, ex causis dependentia à toto gubernio tractanda sunt, & si alicui remittantur, ille in banca de toto, quod gerit, relationem facere debet, ut semper servatum fuit: & sic observatur, cum aliquid concludi debet, aut stipulari: nam si alicui committatur, & agatur de negotio gravi, tenetur semper bancam certiorare, & licèt mensario permittatur stipulari aliquod negotium occurrens sui mensariatus tempore; tamen id permittitur, facto colloquio inter consocios, nec consensum præstare poterit liberationibus faciendis in illis causis, ubi est concursus creditorum, sed à banca committitur, audito negotio. Sollicitato-

26 res item in causis ponere, & multò magis procuratores constituere, vel causas committere de consensu partium arbitris compromissariis, vel de jure tantùm, vel de facto, pertinet ad totam bancam, & nullus poterit solus id facere, & multò minus poterit unus solus dilationem concedere debitoribus pro aliquo tempore, & multò minus excomputum, sive restaurum facere poterit, & hoc de excomputo, ut non possit fieri nec à tota banca, vel toto gubernio, est peculiariter concluſum sub gubernio Marchionis Carifi Regentis Antonii Capiblanci, & de jure sic fundatur tam in dilatione concedenda, quàm in excomputo faciendo per *Consiliarium Franciscum Roccum*: sed fieri debet causa cognita, & repræsentata in banca coram omnibus. Me-

27 morialia etiam, quæ dantur ab ignotis, & incertis, figuratisque personis pro notitia danda de quibusdam utilitatibus sacro hospitali cum pacto de sexto, vel quinto lucrando ad beneficium denunciantium, non uni soli danda sunt, nec ab uno solùm firmanda, sed à tota banca, & toto gubernio, ac sunt danda in banca legenda per secretarium, & fit provisio, qua dicitur, quòd si de bonis denunciatis sacra domus nullam habeat notitiam ex suis libris, processibus &c. tunc, & eo casu dabitur quintum, vel sextum, prout gubernio placuerit, & poterit se concordare, & non de propriis, sed de eisdem effectibus dabitur, qui recuperabuntur ex dicta notitia expensis sacræ domus, & si id committatur uni, debet de hoc in banca fieri relatio. Prædia verò sacræ

28 domus, fundi, sive rura sunt visitanda suo tempore ab illo gubernatore, cui in banca id committitur: semper tamen eidem commendanda est expensa, ne nimia, & excessiva sit. Idem dici debet de visitatione facienda hospitalis Turris Octavæ, vel de aliis similibus. Verum tamen est, hodiè concluſum esse, ad hospitale prædictum debere mensarium accedere in suo mense, ita tamen, ut moderatè agatur sine domus dispendio: in aliis autem visitationibus, quæ committuntur faciendæ, semper in banca fit commissio, ut de omnibus gestis relatio detur eisdem consociis. Idem fit de domibus sacræ domus, quæ tempore lo-

ca-

Digitized by Google

cationis committuntur recognoscendæ, ut locentur congruis mercedibus, seu pensionibus.

Tandem non possumus non dicere, 29 quàm malè certioratus fuerit de rebus, quas scripsit, author apologiæ Julii Cæsaris Insulani ad epistolam impressam Fratris Evangelistæ de Benedicto, qui *fol.*70. *in fin.* nullam habens rei notitiam scripsit, D. Petrum de Aragona in hoc Regno Proregem perturbasse pacem gubernii hujus sacrę domus incurabilium, quę conservata jam erat ex temporibus feliciſſimæ memoriæ Imperatoris Caroli V. semper intacta, & supponit, quòd, ut faveret cuidam sibi benemerito, approbavit, quæ dicebantur ab illo, & injustas correctoris prætensiones, & excitavit delegati indiscretum modum agendi, ita ut vim quamdam intulerit gubernatori nobili, & titulato renunciandi officium, & totum gubernii perturbaverit. Sed auctor ille, qui ejusmodi verba effutivit, longè quidem à veritate aberravit: tunc enim disputabatur, cujus esset potestas spiritualis in gubernanda domo incurabilium. Dicebant aliqui gubernatores, facultatem capiendi requisita de pertinentibus ad clericos, & sacerdotes pertinere ad correctorem, qui in sua bulla erectionis talis dignitatis vocatur Prælatus totius domus, & inibi dicitur ad eundem spectare approbationem sacerdotum adjuvantium morientes, quia talis facultas erat merè spiritualis: è contra, dicebant alii gubernatores, quòd, quantum attinet ad hoc, ipsi habebant facultatem requisita recipiendi, & approbare faciendi ab illis, ad quos ipsi remittebant.

Corrector autem, ut ea controversia dirimeretur, anno 1661. supplici libello rogavit D. Petrum de Aragona Proregem, qui ejus adnuens obsecrationibus diploma edidit hujusmodi verbis: *Carolus Dei Gratia Rex. & Regina Mater, Tutrix, & Gubernatrix. D. Pietro Antonio de Aragona Duca di Segorbe, & Cardona, &c. Vicerè, Luogotenente, e Capitan Generale in questo Regno di Napoli. Antonio Capiblanco Marchese di Carife, Regente della Real Cancellaria, Delegato, e Protettore della Real Casa Santa dell'Incurabili. Si fà noto à tutti, qualmente da S. E. per evitare le differenze, quali potevano insorgere frà li Governatori di detta Real Casa Santa con il Correttore, e Visitatore di essa nel governo spirituale, v'è stato rimesso viglietto del tenor sequente videlicet. Foris: Al Regente Marques de Carife guarde Dios del Conseyo Colateral de su Magestad. Intus verò: Haviendose representade al Duque mi Señor de parte de D. Joan. de Ligor Corrector de la Real Casa de los Ingurables la pretension, que tienen algunos de los Governadores della que quando se han de recebir Clericos, Confessores, y Monias no se tenga obligacion de remettirle el examen, reconociendo si los que pretenden, tienen los requisitos necessarios para ser admettidos en dicha Iglesia, Hospidal, y Monasterio, peroque lo puedan cometer al Clerico Mastre de Casa del Hospidal, o otro à su eleccion, siendo assi que el suplicante come Corrector està a los Lugares Pios de los Incurables, en lugar del Prelado ordinario, y no se le puode quitar lo que le pertenezer, y es de su jurisdicion, commetiendose a Clericos inferiores de dicha Casa Santa; ha resueldo S. E. que se observe à beneficio de los Corretor lo que aze Sù Santitad despachado el anno 1621. a instancia de los administradores, y Governadores de dicha Casa Santa, copia della que ha presentado, en que se dà authoridad al Correttor sobre los Clericos, Monias, y Hospidal de la misma manera que la tenen los Ordinarios en sus Dioceses, y me ha mandado S. E. avisarlo à V. S. paraque assi lo haga executar. Guarde Dios à V. S. Pal. 22. de Julio 1671. D. Cosme Mazarero. Señor Regente Marcheſe de Carife. E volendo esequire l' ordini di Sua Eccellenza abbiamo riconosciuto le parole cantenute nella Bolla di Sua Santità del tenor sequente, videlicet: Et tam Hospitalia, quàm Monasteria, & loca prædicta in temporalibus per septem seculares, seù laicos Magistros, aut Gubernatores nuncupatos; in spiritualibus autem per Correctorem, seù Visitatorem Ecclesiasticum regi, & administrari soleant. Dictus autem Corrector, seù Visitator in utroque Hospitali, & Monasterio, ac aliis locis prædictis non solùm omnium ad disciplinam Ecclesiasticam spectantium, nempè administrationem Sacramentorum, professionem Monialium, loquendi licentiam, Missarum celebrationem, Presbyterorum correctionem, & legata pia Hospitalibus, & Monasteriis, ac locis hujusmodi pro tempore facta concernentium curam gerere, sed etiam alia, quæ locorum Ordinarii infra suarum Diœcesum, & jurisdictionum fines facere, & exercere possunt, & solent. Che però uniformandoci con detta bolla, e viglietto, è parso incaricare, & in nome di S. E. ordinare alli*

Go-

Digitized by Google

Governatori preſenti, e futuri, che pro tempore ſaranno di detta Real Caſa Santa dell' Incurabili, ed in nome di S. E. ordinare, che in modo veruno debbiano impedire al detto Correttore, ſeù Viſitatore il libero eſercizio del governo ſpirituale di detta Real Caſa Santa, Oſpedali, e monaſterii, nè ammettere Confeſſori, Padri del ben morire, Preti, e Clerici tanto nella detta Chieſa, quanto nell' Oſpidali, e monaſteri, e ne meno far ricevere Donne nelli detti Monaſterii, ſe primieramente non ſiano riconoſciuti li requiſiti neceſſarii per dette ammiſſioni dal detto Correttore, ed eſſi fattane relazione in ſcriptis a d. Governatori, quale relazione non poſſa commetterſi ad altri ſuor del detto Correttore: ne il Segretario e Razionale, Credenziero, ed altri, à chi ſpetta di detta Real Caſa, debbia aſſentare nelli libri, ò dare la razione à Confeſſori, Padri del ben morire, Preti, Clerici, e Donne, ſenza precedere detta relazione in ſcriptis: E così anco incaricamo, ed in nome di S.E. ordinamo à detti Governatori non s'intromettano in dare ordini in ſcriptis, vel oretenus allì detti Preti, e Clerici nel modo della celebrazione delle Meſſe, Divini Officii, ed altre funzioni publiche, e private concernentino ſpiritualità, mentre in eſſecuzione della ſudetta bolla ne ſpetta la cognizione al detto Correttore come Ordinario in detto luogo, e però tutti del Reverendo Clero debbiano obbedire, ed eſſeguire quanto per detto Correttore li ſarà impoſto per il governo ſpirituale di detta Real Caſa, Oſpedali, e Monaſterii, come loro Superiore in ſpiritualibus: ed acciò l' ordinato da Noi venga à notizia di tutti, e da neſſuno poſſi allegarſi cauſa d' ignoranza, ordiniamo, il preſente ordine ſi affigga nelli luoghi ſoliti di detta Real Caſa Santa. Datum Neapoli die 12. menſis Auguſti 1671. Antonius Capiblancus Regens.

De hoſpitalibus tractant *Pax Jord. in elucub. tom. 2. pagin. 45. Riccius in praxi tom. 3. pagin. 158. Tuſcus tom. 4. pag. 195. Barboſa in deciſ. apoſtolicis pag. 396. & in repert. juris pag. 177. Archiepiſcop. Bonon. p. 4. pag. 396. Rubeus in aphoriſ. Epiſc. pag. 301. Allozza in flor. ſumm. pag. 344. Sà in aphoriſm. confeſſ. pag. 254. ſumm. Rodriq. p. 3. pag. 482. Piaſecius in praxi Epiſcop. pag. 177. ſum. Sylveſtr. p. 1. pag. 384. Gavantes in manual. Epiſcop. pag. 139. Fuſcus de viſitatione pag. 289. Zerola in prax. Epiſcop. pag. 193. Frances de Eccleſ. Cathedr. pag. 492. Nicolius in floſc. pag. 370. Barboſa de jure Eccleſ. tom. 2. pag. 78. Creſpetius in ſumma pag. 463. ſumma Naldi pag. 376. Pilaja in inſtit. canon. pag. 334. Beſold. in theſ. practic. lit. S num. 99. Velaſcus in ſumm. tom. 2. pag. 103.*

CAPUT. XXIX.

De bullis, & earum obſervantia.

SUMMARIUM.

Bullæ Pontificiæ non ligant, ubi non fuerunt uſu receptæ num. 1. De bulla Pauli II. ambitioſæ *vulgò Paulina differitur numer. 2. De bulla Gregorii XIV. num. 3.*

Bulla S. Pii V. in materia cenſuali in Regno Neapolis non fuit uſu recepta, ſed illa Nicolai V. n. 4.

Bullæ cum continent ſubreptionem, vel obreptionem, reſcribitur Sedi Apoſtolicæ, & interim retardatur executio in hoc Regno 5.

Bullæ Pontificiæ, & breves Apoſtolici, qui in hoc Regno præſentantur, ex antiquiſſima obſervantia non admittuntur ſine Regio exequatur, & ejus praxis recenſetur 6. Prædictum Regium exequatur concordat cum jure communi 7.

Quando debeat judicari ſecundùm tenorem ſupplicationis, & quando ſecundùm bullarum expeditionem, differitur 8.

Bullæ Pontificiæ, reſcriptaque regia non debent executioni demandari, niſi originalia producantur, num. 9.

IN illis caſibus, & in illis locis, in quibus eſſet obſervandum jus Pontificium, non aſtringit tale jus, niſi ſit uſu receptum, & propterea bullæ Pontificiæ non ligant, ubi non fuerunt uſu receptę: quod deducitur ex textu *in cap. in iſtis §. leges 4. diſtinct. & l. de quibus ff. de legibus, Gloſſ. in cap. 1. de tregua, & pace,* ubi *Felin. Covarruv. lib. 2. cap. 16. Menoch. lib. 2. præſumptionum cap. 2. Azorius lib. 1. inſtitut. moral. cap. 4.* qui in ſpecie loquitur de bullis Pontificiis. Quapropter Pauli II. conſtitutio *ambitioſæ* vulgò Paulina non ligat, ubi non fuit uſu recepta, *Rodoan. de reb. Eccleſiæ non alienandis caſu 8. num. 20. Burſatt. conſ. 55. vol. 1.* ubi verba facit de bulla Gregorii XIV. quæ in multis chriſtianis Provinciis non fuit recepta: quod etiam adnotat *Emanuel Rodriquez in ſum. part 1. cap. 155. num. 4.* Sic pariter bulla S. Pii V. in hoc Regno Neapolis circa materiam cenſualem non fuit recepta, ſed dumtaxat bulla Nicolai V. contenta *in pragm. 1. de cenſibus,* ubi *Rovit.*

Digitized by Google

vit. Marad. & alii, *Thorus in voto decisivo 99. num. 31.& 35. tom. 2.* Bullæ cum continent subreptionem, vel obreptionem, rescribitur Sedi Apostolicæ, & in-
5 terim retardatur exequutio, prout observatur in hoc Regno, & in Regionibus Hispaniarum, & ita etiam servari fatentur *Pereyra de manu Regia par. 2. c. 22. num. 27. & Roman. de præstantia S. C. cap. 1. præstantia 22. num. 21.* ubi, quòd si exequantur, pendente rescripto misso ad Summum Pontificem, Judex, qui illas exequitur, causat violenti am.

Bullæ Pontificiæ, & breves Apostolici, qui in hoc Regno præsentantur ex
6 antiquissima observantia non admittuntur sine Regis licentia, quam nostri *Regium exequatur* appellant, quod non conceditur, nisi prævia relatione Capellani Majoris, quòd moribus nostræ Regionis, & juribus Regiis prejudicium non inducant: At, si prædicta, aut similia inconvenientia inferrent, solet Capellanus Major cum suo Consultore suspendere illarum exequutionem, interposita supplicatione ad Summum Pontificem, ad hoc ut illas revocet, vel reformet, & secundas transmittat jussiones juxta textum *in cap. si posita*, ubi *Abbas*, & *Felin. de rescript. Glos.* notabilis *in l. deinde vers. si quis aut verb. nunc* per illum text. *auth. de mandat. Princip.* elegantèr *Covar. practic. cap. 35. nu. 6. Maranta disput. 1. num. 19. Rodoan. de reb. Eccles. non alien. quæst. 49. num. 13. Jo: Briedon. de liber. Christ. lib. 1. pag. 138. Salzed. in prax. crim. canon. cap. 54. num. 11. 17. & 19. Azeved. ad l. 14. num. 49. tit. 3. lib. 1. recompil. Florez Diez de Mena practic. lib. 1. qu. 12. num. 8. Cutell. ad leges Sicil. ad l. Friderici notab. 46. & ad l. Martin. notab. 64. per tot. Borrell. de præst. Reg. Catholic. c. 52. num. 3. & 4. Guttierez lib. 2. practic. q. 177. in fin. Roderic. de ann. redit. lib. 1. quæst. 4. n. 28. & 29. Lasart. de decim. cap. 10. num. 2. & 20. Anguian. de legib. lib. 1. controv. 5. num. 7.* & alii, quos refert *Salgad. de retent. bull. part. 1. cap. 2.* ubi latissimè *num. 18. & seq. & nu. 66. & cap. 2. & 3. num. 131. & sect. 4. per tot.*

Quod autem observantia introduxit, id fuit postmodum per specialem sanctionem ordinatum: nam aspiciens noster Rex Catholicus id convenire suæ Regali jurisdictioni, peculiari lege præcepit, ut prædictis bullis, & brevibus Apostolicis, non posset à Collaterali Consilio concedi Regium exequatur sine præcedenti relatione dicti Capellani Majoris, & ejus Consiliarii Consultoris sub pœna duc. mille scribis à mandatis pro prima vice, & pro secunda vice duc. bis mille, ut in *pragm. 14. num. 30. de officio secretarii, seu a libellis, & num. 67. & seq.* idemque fuit confirmatum *in pragm. 5. de citationibus*. Hoc verò Regium exequatur concordat
7 cum jure communi: & hoc esse permissum omnibus christiani Orbis Principibus, ostendunt *Covarr. pract. quæst. cap. 35. num. 3. 4. & 5. Thesaur. decis. 131. nu. 7. Anna alleg. 59. Graffius dec. aur. par. 1. lib. 2. cap. 68. num. 16. & lib. 4. cap. 18. in explicat. bullæ cœnæ Dom. numer. 120. cum seq. Bobadill. libr. 2. capit. 18. num. 207. Bellet. disquis. Cleric. part. 1. tit. de exempt. Cleric. a statutis §. 3. nu. 21. Riccius resol. 198. Borrell. in ultimo casu* addito *ad cap. 72. de præst. Reg. Cathol. fol. 544.* & præsertim in hoc Regno Neapolitano dict. regium exequatur deberi modo suprà posito observari præter alios DD. latè ostendunt *Anton. de Amato var. lib. 2. resol. 72. num. 27. & seq. & Marta de jurisdict. cap. 32. num. 21.* qui subdit, quòd in hoc Neapolitano Regno multoties fuit concluſum cum Summis Pontificibus, ut quantum pertinet ad ea, quæ sunt jurisdictionis, ipse Rex conservetur in sua possessione, & nihil innovetur. Sed de regio exequatur in sequenti titulo latiùs differemus.

Quamvis secundùm regulam Cancel-
8 lariæ non debeat judicari secundùm tenorem supplicationis, sed secundùm litterarum, sivè bullarum expeditionem; secus tamen est in judicio possessorio, ubi, cum tantùm coloratus titulus ostendi debeat, si bullæ expeditæ non fuerint, potest judicari secundùm tenorem supplicationis, *Gizzarelli. decis. 73. num. 14.* Bullarum exequutoriatio non est concedenda, nisi producatur originale, aut exemplum validè reassumptum, quemadmodum nec Regii rescripti, *Cæsar de Afflict. contr. jur. cap. 21. num. 53. & seq.* & in terminis bullarum scribunt *Gabriel Pereyra de univers. instrum. edit. tom. 1. tit. 4. resolut. unic. num. 58. Scaccia de judic. tom. 2. cap. 11. num. 745.* pro qua re vide, quæ scripsimus *t. 4. tit. de rescript.*

De bullis tractant *Zerola in praxi Episcoporum part. 1. pag. 59. & par. 2. pag. 28. Nicolius in flosc. pag. 82. Magrus in notitiis p. 79.* De bullis Pontificum *summa Castellani*. Bullæ, & decreta recentiora peculiari tractatu habentur sub eodem titulo, prout etiam editus fuit alter tractatus, qui inscribitur; *Bolle de*

Digitized by Google

le de Pontifici, e decreti della Congreg. de bono regimine. In bullam cœnæ peculiares ediderunt tractatus *Ugolinus, Duardus, Sousa.*, & de eadem materia pertractant *Vivald. in candelabro aureo part. 2. pag. 38. Summa Lezanæ tom. 3. pag. 79. Verde de prohib. opin. pag. 83. Fragosius tom. 2. Reipubl. pag. 111. Rebuff. in praxi pag. 271. Portell. in dubiis regularibus pag. 37. Bordon. tom. 4. resol. 178. Lorichius in thesibus theolog. tom. 1. pag. 456. Nicolius tom. 2. resol. pag. 257. Bonac. tom. 3. pag. 1. Banny tom. 2. theolog. moralis pag. 396. Sayrus de censuris pag. 196. Filiucius tom. 1. pag. 535. Summa Naldi pag. 89. Summa Quarantæ pag. 320. Sà in aphoris. confessarior. pag. 194. Garzias tom. 2. politicæ Regiæ pag. 367. Summa Toleti pag. 45. Summa Rodriq. par. 1. p. 171. Leander t. 4. pag. 252. Velasq. in sum. t. 1. p. 232.* In bullam Cruciatæ integros edidere commentariorum tractatus *Mend.* & *Bard.* & de eadem materia pertractant *Hurtadus tom. 2. resol. pag. 151. Summa Rodriquez part. 3. pag. 127. Villalob. t. 1. p. 614. Portellus in dub. regular. p. 38. Mend. in stat. opin. benign. p. 414. Nicolius in flosc. p. 197. Ludovicus à Cruce* per integrum tractatum. *Novarius in lucern. Regular. pag. 52. Diana ordinat. tom. 4. pag. 66. Castropalaus p. 4. pag. 309. Alloza in flor. Summa pagin. 43. Vega in Summ. tom. 1. resol. 323. Summ. Lezan. tom. 3. pag. 202. Catonus in contr. pag. 284. Velascus in Summ. tom. 1. pag. 235. Trullenc. de sacram. in fin. Pistachius tom. 2. de voto pag. 107.* In bullam defunctorum *Alloza in flor. Summæ pag. 90. Villalobos tom. 1. pag. 637. Ludovicus à Cruce in bull. cruciat. pag. 365. & 494. Velascus in Summ. tom. 1. pag. 266.* De bulla compositionis *Alloza in flor. Summ. pag. 50. Card. de Lugo de just. & jur. pag. 640. Velascus in Summ. tom. 1. pag. 268.* De legendis bullis inquisitionis per Regulares *Bordonus tom. 1. cap. 28.* De bulla Pii V. pro sacr. inquisitione *Caren. de inquisit. pag. 204.* In auream bullam Caroli IV. *Gerlacus Buxdorfius.* De retentione bullarum *Salgadus.* De voce bullæ *Glossar. med. latin. tom. 1. col. 638.*

CAPUT XXX.

De brachii imploratione.

SUMMARIUM.

Jurisdictiones esse distinctas quàm intersit Reipublicæ, enucleatur n. 1.

Implorare auxilium, quod nos brachium appellamus, pro executione sententiæ adversus reum habitantem sub aliena jurisdictione juri, & praxi consonum est num. 2.

Imploratio brachii non datur inter inferiorem, & superiorem, sed inter æquales jurisdictionis n. 3. ubi quando non requiratur, & alia de praxi.

Judex laicus tenetur concedere brachium Curiæ Ecclesiasticæ cum causæ cognitione num. 4. & recensetur sententia Doctorum contrarium sustinentium n. 5. quæ conciliatur num. 6. & 16. & qualis sit praxis Supremorum Tribunalium, & præsertim S. R. C. enucleatur nu. 7. ubi an semper terminus requiratur, & qualia statuta servanda sint in brachii impartitione num. 8. & quid, ubi ex actis constet de notoria injustitia sententiæ, cujus petitur executio n. 10.

Judex laicus tenetur præstare auxilium, & brachium Judici ecclesiastico nu. 10. latè.

Judex ecclesiasticus debet suum brachium præstare Judici laico n. 11. ubi qualiter id practicari debeat cum distinctione casuum.

Judices ecclesiastici, cum crimen capitale est, reum puniendum tradunt Judici seculari, qui non est merus, sed mixtus executor n. 12.

Episcopus in casibus, in quibus cognoscit adversus laicos, an possit prehendere eorum personas, & bona, non impetrato brachio seculari nu. 13. latè, & quid dicendum de laudo an egeat literis hortatorialibus, si ejus petatur executio extra Regnum n. 14.

Impetrato rescripto à Prorege, quòd Capitaneus Insulæ Liparis valeat adstringere certas personas ad solvendum impetranti, possunt coram eo comparere creditores, vel alii interesse habentes, & allegare, qualiter solutio facienda non sit n. 15.

Judex ex officio an possit supplere, rejiciendo calumniosam petitionem n. 17.

Judex requisitus, si sit executor mixtus, quomodo gerere se debeat n. 18.

Decretum quatuor aularum super materia impartitionis brachii recensetur num. 19.

Brachium qualiter sit concedendum, citata parte n. 20.

Brachium non datur, posita nullitate sententiæ n. 21. & 22.

INterest Reipublicæ jurisdictiones esse distinctas, & unum Judicem alterius 1 jurisdictionem non occupare, ita quòd,

Digitized by Google

si unus Judex jubeat aliquid, quod ad ejus munus non pertineat, ratum non sit, nec magis obliget, quàm præceptum cujuscumque privati, *leg. factum à Judice*, ubi interpretes, *ff. de regul. jur.* & rectè adnotarunt *Giurb. decis.* 29. *per totam*, *Perez ad leg.* 5. *tit.* 14. *lib.* 9. *ordinationum*, *Pegas ad ordin. Portugalliæ tom.* 2. *tit.* 3. *in princip.* ubi multa cumulat. Hinc cum Judices unius Regni non habeant jurisdictionem contra subditos alterius Regni ibidem habitantes, & domicilium tenentes, *Addentes ad capellam Tholosan. dec.* 334. *Abbas in cap. de cæter. de rejudic. Macerat. lib.* 1. *variar. resol.* 39. *Menoch. de arbitrariis casu* 38. *num.* 5. *Guidon Papa decis.* 70. ideò si partes obtinuerint
2 sententiam adversus reum habitantem sub aliena jurisdictione, necesse habent implorare auxilium (quod nos brachium appellamus) Judicis territorii, ubi reus condemnatus incolatum tenet, quod sæpè sæpiùs accidit in hoc nostro Regno, & in hac Civitate, ejusque Tribunalibus, ubi partes producunt sententias Rotæ Romanæ, Januensis, Venetæ, Hispalensis, Siciliæ, aliorumq; Regnorum supplicantes pro illarum executione; quæ causæ committuntur Sac. R. Cons. ut praxis nota est. Differt autem brachii præstatio ab accommodatione familiæ, quia in imploratione brachii requiritur cognitio causæ, secus in accommodatione familiæ, *Ricc. resolut.* 287. *part.* 1. & imploratio brachii non datur
3 inter inferiorem, & superiorem, sed inter æquales jurisdictionis, *Staiban. in observat. ad resolut.* 50. *num.* 62. *tom.* 1. & petitur contra subditum existentem in alieno territorio sub alia jurisdictione: sed quando jurisdictio exercetur contra subditos in territorio proprio commorantes, non debet implorari brachium, sed absque alieno auxilio exequuntur ordines Judicis præcipientis, latè *Molin. de brachio seculari lib.* 1. *cap.* 4. & 18. *Pereyr. decis. Lusitaniæ* 115. *Cancer. var. resolut. lib.* 2. *cap.* 15. & *Reg. Rovit. in pragmat.* 5. *de citationibus num.* 5. Cum autem imploratur auxilium brachii secularis, debet implorator uti literis requisitoriis, non autem præceptoriis, puta sub pœna excommunicationis, nisi sit Judex ecclesiasticus, *Franciscus Marcus decis.* 147. *part.* 1. & est exhibenda copia actorum illius Judicis, qui sententiam protulit, in imploratione brachii, *Farinac. de inquisitione quæst.* 11. *nu.* 61. *vers. limita rursus*, & *Reg. Sansel. decis.* 293. *num.* 3. *tom.* 2. &, quidquid sit de praxi aliorum Tribunalium, in nostris servatur, brachium minimè concedi, nisi omnium actorum copia, super quibus orta fuit sententia, producatur, *Merlin. forens.* 98. *num.* 30. & 31. *Scaccia de judiciis pragm.* 125. *column.* 1. *num.* 290. & Judex requisitus pro concessione brachii ad finem exequendi sententiam debet sequi leges, & consuetudines sui fori, ubi petitur executio, & non consuetudinem fori requirentis, *Caravit. in ritu* 166. *n.* 65. & 66. *Reg. Rovit. in pragmat.* 4. *de citationib. num.* 2. *Molin. de brachio seculari lib.* 1. *cap.* 7. 8. 9. & 10. & *lib.* 2. *cap.* 38. & *Reg. Capyc. Latr. decis.* 82. *num.* 20. *vers.* 2. *dicebant*: & suprema Tribunalia laicorum requiri possunt à Judice ecclesiastico pro præstatione brachii in executione suarum sententiarum, *Glos.* & Doctores *in leg. Episcopale Cod. de Episcopali audientia*, & in *cap.* 1. *de officio Ordinarii*, *Marant. disput.* 1. *num.* 26. *Aviles in leg. Prætor cap.* 2. *num.* 11. *Menoch. de arbitr. Judic. lib.* 2. *cent.* 5. *casu* 442. & *in tract. retinendæ possessionis remedio* 3. *num.* 359. quod procedit, sive Judex ecclesiasticus sit ordinarius, *cap.* 1. *de offic. Judicis ordinarii*, sive delegatus, *Joan. Andr.* & cæteri Doctores *in cap. significasti de offic. delegati*, *Felin. in cap. dilecto in princip. de majoritate*, & *obedientia*, & in *cap. dilecto* juncta *glos.* 2. *de sententia excommunic. in* 6. *Staphil. de literis justit. fol.* 290. *Cabed. decis.* 9. *num.* 3. & tenetur
4 Judex laicus concedere brachium Curiæ ecclesiasticæ, *cap.* 1. *de offic. Ordinarii*, hoc tamen procedit cum causæ cognitione circa justitiam, vel validitatem sententiæ, §. *si quis vers. si quis autem litigantium auth. de sacrosanct. Episcop.* ex quo desumpta est *authent. si quis litigantium Cod. de Episcopis*, & *Clericis*, *Molin. de brachio seculari lib.* 2. *cap.* 25. *num.* 19. & *lib.* 1. *cap.* 51. *num.* 12. *Pereyr. de manu regia part.* 2. *cap.* 42. & *cap.* 52. *Rendin. de majestate Princip. in verb. non armis part.* 2. *num.* 141. *cum seq. Antonius Oliban. in constit. Cataloniæ cap.* 15. *n.* 51. & 56. *Henric. Boich. singul.* 70. *num.* 17. *Belluc. in specul. Princip. rubr.* 11. §. *tractandum sub nu.* 4. *Andr. de Isernia in constit. Regni post mundi machinam*, *Barbos. in cap. final. de exception. Larrea decis. Granatens.* 1. *Bossius de foro competenti num.* 87. & *seq. Surd. cons.* 358. *numer.* 12. *vers. non etiam resistit*, & *cons.* 405. *vol.* 3. *Affict. decis.* 220. *num.* 9. & *Ursill. ad eundem decis.* 24. *num.* 16. & 17. Quamplures
5 verò docuerunt, Judicem requisitum pro impartitione brachii esse merum executorem, adeòque debere brachium impartiri, omissa omni causæ cognitione,

per

Digitized by Google

per textum *in l. ſicut proponis Cod. de executione rei judicatæ*, & per textum *in leg. ſi Prætor 75. ff. de judic.* ibi: *Non utique Judex, qui de judicato cognoſcit, debet de Prætoris ſententia cognoſcere, alioquin eluſoria erunt hujuſmodi edicta, & decreta Prætorum.* Alii verò diſtinguunt,
6 quòd aut exceptio oppoſita adverſus implorationem brachii eſt notoria, aut non: ſi notoria, poteſt Judex executor de ea cognoſcere, *l. à divo Pio §. ſi ſuper rebus ff. de re judic.* ſi verò non ſit notoria, non poteſt de illa cognoſcere, *Ripol. var. reſolut. cap. ultimo num.* 297. quò faciunt tradita per eoſdem auctores ſupra relatos. Hæc autem omnia procedunt in aliis Judicibus, non in ſupremo Senatu, qui non eſt merus, ſed mixtus executor, & debet de juſtitia, aut injuſtitia ſententiæ exteræ cognoſcere, *Borrel. in ſumma deciſionum tit.* 31. *de re judic. num.* 39. *Coler. de proc. executivo part.* 1. *cap.* 3. *à num.* 207. *Merlin. 2. for. cap.* 98. *Chartarius deciſ.* 58. *Cancer. lib.* 3. *var. reſolut. cap.* 19. *num.* 2. *Caball. reſol. crimin. caſu* 161. *Clarus in practic. crimin. qu.* 51. *in fin. & quæſt.* 96. *Reg. Valenzuol. conſ.* 9. *num.* 2. *Reg. Capyc. Latr. deciſ.* 82. *circa*
7 *finem*, & pro Sacro Conſilio adeſt decretum generale diei 23. Martii 1623. quod referunt *Gizz. in obſervat.* 82. *ad dictam dec. Capyc. Latr. Reg. de Marin. reſol.* 112. *lib.* 2. *Reg. Sanfelic. deciſ.* 293. *Reg. Rovit. in dicta pragmat.* 4. *de citationibus nu.* 1. & nos infra. Non ſemper tamen eſt de neceſsitate, ut ſuper dicti brachii imploratione terminus impartiatur, qui impartiri debet, ſi juſtitia cauſæ non conſtet plenè ex probationibus: ſi autem conſtet, ne partes defatigentur, eſt cauſa expedienda abſque termino: & exempla habentur apud *Regent. Sanfelic. deciſ.* 298. *Merlin. dicto cap.* 98. *num.* 43. *Capyc. Latr. deciſ.* 82. *num.* 26. & ante *num.* 37. & *Carleval. de judiciis tom.* 2. *lib.* 1. *tit.* 3. *diſput.* 17. *num.* 15. *in fine*: & quòd mixtus, non merus exequutor, non guſtato bono jure ſententiæ, non poſſit illam exequi, ſed debeat priùs de ejus viribus cognoſcere, & integer proceſſus preſentari, latè *Intrigliol. lib.* 3. *ſing.* 44. ubi in *annotat.* & quòd ſententia Romæ lata in Regno exequi non poſſit, præcipuè contra non citatos, nec auditos, niſi conſtito de ſententiæ juſtitia, quæ hic cognoſci debeat, *Joann. Franciſcus de Ponte conſil.* 106. *per totum*: & decretum, ſive ſententia dans exequutionem, & concedens brachium ſententiæ alterius Judicis, quæ nulla erat, nullitatis vitio ipſa quoque laborat, *Reg. Merlin. 2. for.* 98. & *Reg. Sanfel. deciſ.* 293. *in princip.* & mixtus exequutor ſententiæ alterius Judicis licèt poſſit de juſtitia ſententiæ cognoſcere, antequam illam exequutioni mandet; attamen ſecundùm leges, & conſuetudines loci, ubi ſententia prolata eſt id agere debet, *Cuman. conſil.* 141. *per totum*. Et ſolùm ſtandum eſt ſtatutis
8 loci, ubi ſententia lata eſt, licèt eſſent juri communi, & ſtatutis loci exequutionis contraria, *Joſeph de Roſa* ità diſtinguens *conſult.* 4. *tom.* 1. *num.* 15. 16. & *ſeq.* Verùm, ſi circa exequutionem ſententiæ adeſſet aliquod ſtatutum in loco judicii, quod non viget in loco Judicis requiſiti pro exequutione; hoc caſu Judex requiſitus ſecundùm jus commune, vel loci, in quo reſidet, ſententiam exequi debet ex doctrina *Baldi*, *Conſiliarius de Roſa cit. conſult.* 4. *num.* 19. Coram Judice requiſito pro imploratione brachii non poſſunt opponi exceptiones, quæ tangunt merita cauſæ principalis, ſed tantùm quæ exequutionem reſpiciunt, *Joſeph de Roſa conſult.* 4. *tom.* 1. *num.* 38. & 39. ubi loquitur de exceptione inofficioſitatis teſtamenti paterni, & deductionis legitimæ, *Joſeph de Roſa conſult.* 4. *tom.* 1. *num.* 39. Exequutio ſententiæ remittenda eſt ad Judicem domicilii, ſi ſit in loco propinquo, etiamſi ſit ſub alieno dominio, *Urſill. ad Afflict. deciſ.* 137. *num.* 2.

Quamvis ſententiæ extra Regnum la-
9 tæ ex decreto generali Sac. Conſil. per modum legis lato, relato per *Gizzium in addit. ad Capyc. Latr. deciſ.* 82. *num.* 3. non ſtatim exequendæ ſint per Sacrum Conſilium, ſed prævia cauſæ cognitione, cum S. C. non ſit merus, ſed mixtus exequutor, & proindè terminus ſit interponendus; id tamen procedit tantùm, quando injuſtitia eſt notoria, ſecus verò, ſi ex actis de notoria injuſtitia non conſtet, *Joſeph de Roſa conſult.* 4. *per totam*, *Reg. Merlin. 2. controverſ. cap.* 98. *Reg. de Marin. reſol. quotidian. cap.* 112. *num.* 1. & 2. & *in addition. ad Reverter. deciſ.* 502. *Reg. Sanfel. deciſ.* 293. *nu.* 10. *lib.* 2. Verùm quòd hujuſmodi cauſæ cognitio ſummariè, & abſque ullo termino ſit expedienda, & per ſimplicem informationem, & cognitionem ex eiſdem actis, quæ poterit recognoſcere Judex requiſitus pro brachii imploratione, ſi velit, *Joſeph de Roſa conſult.* 4. *tom.* 1. *n.* 6. & 7. & cum ſola monitione ad dicendum, quare ſententia non debeat exequi, *Joſeph de Roſa loc. cit. num.* 11. & *ſeq.* & *n.* 25. ubi dicit, non debere Judicem exequutionis novas exceptiones admittere,

ſed

Digitized by Google

sed sibi pars imputet, quare passa sit sententiam transire in rem judicatam, & intra legitima tempora non appellavit. Et quod Judex non possit brachium impartiri, si coram ipso sit proposita nullitas sententiæ, quæ exequutioni mandari debet, apparens ex eisdem actis, *Reg. Sanfel. decis.* 293. dummodò notoriè, de ea constet, & in promptu, ac ex eisdem actis, *Joseph de Rosa consult.* 4. *tom.* 1. *numer.* 9. secùs si in promptu non constet, *Staib. 2. forens.* 136. *n.* 1. *& per tot.* & diximus *tom.* 8. *tit. de nullit.* & ad materiam vide *Joseph de Rosa loc. cit. num.* 1. *Montan. controvers. ultim.* & quod Judex secularis non possit cognoscere de nullitate decreti Judicis ecclesiastici, & exequutionem impedire, nisi notoriè constet ex eisdem actis, *Reg. Sanfel. dec.* 286. *nu.* 11. *in fine*. Verùm litteris exequutorialibus expeditis in alma Urbe virtute obligationis Cameralis, licèt de obligatione Camerali non constet, brachium fuisse impartitum, dicit *Reg. Sanfel. decis.* 64. *n.* 10. & quod sit in arbitrio Judicis requisiti, etiamsi sententia notoriam contineat injustitiam, eam exequi si velit, *Joseph de Rosa consult.* 4. *tom.* 1. *n.* 10.

An Judex laicus teneatur præstare auxilium, & brachium Judici ecclesiastico? Textus in *cap. administratores* 23. *quæst.* 5. dicit, administratores secularium dignitatum ad ecclesiarum tuitionem, pupillorum, ac viduarum protectionem, rapaciumque refrænationem constitutos esse, & quoties ab Episcopis, & ecclesiasticis viris requisiti fuerint, eorum querimonias attentiùs audire, & secundùm quod necessitas expetierit, absque negligentia perpendere debere. *Archidiacon. in dicto cap. administratores in princip.* dicit per illum textum, quod quoties Judex secularis requisitus fuerit, tenetur exequi sententias ecclesiasticas, 17. *distinct. cap. ne licuit*, *& cap. tanta extra de excess. b. Prælator. & cap. si quis cum clero* 11. *quæst.* 1. *& Joannes Turrecremat.* in eodem *cap.* dicit per illum textum, quod potestas secularis tenetur defensare ecclesias, & pupillos, & viduas protegere, & si requisiti ab ecclesia hoc facere contempserint, aut neglexerint, veniant excommunicandi. *Ægyd. Bellam.* in eodem *cap.* dicit: *Quoties Judex secularis fuerit rogatus, tenetur exequi sententias* 17. *distin. cap. ne licuit, cap. tanta de excess. b. Prælator.* atque id ipsum desumitur ex text. in *cap.* 2. *de maledic.* ubi *in verb. contra eum* dicit: *Idest contra potestatem: & ita hìc habes, quòd, si Judex secularis negligit facere justitiam, potest compelli per ecclesiam,* 23. *quæst.* 5. *cap. administratores, & 96. distinct. cap. cum ad verum. Alberic. de Rosat. in leg. Episcopale nu.* 3. *Cod. de Episc. audien.* quærit: *Episcopus invocat auxilium brachii secularis contra clericum suum, qui ab ejus sententia appellavit, numquid ejus auxilium Judex secularis præstare teneatur?* Et primò dicit quòd sic, quia Judex secularis quoad hoc merus exequutor est: unde, etiamsi sciret sententiam injustam, exequi tenetur, *cap. pastoralis §. quia verò de offic. deleg.* & ad probandum, quòd teneatur, & compelli possit, allegat textum in *dicto cap.* 2. *de maledic. & l.* 2. *de his qui latron.* & allegat etiam textum in *cap.* 1. *extra de offic. ordinar.* ubi dicitur, quòd juvare debet in his, quę Deo sunt placita, & non ad præjudicandum, & sic videtur, quòd aliqualiter debet examinare, antequam juvet, an sit licitum id, pro quo requiritur: & allegat etiam *cap. administratores* 23. *qu.* 5. Textus *in cap.* 1. *de offic. ordin.* de Episcopis inquit: *Et cum opus fuerit, invocent auxilium, non ad præjudicandum, sed potiùs ad ea, quæ Deo sunt placita, prosequendum. Gloss. in dicto cap.* 1. *in verb. publicum auxilium* dicit: *Scilicet Judicum secularium: sic* 23. *qu.* 5. *cap. Principes, & una potestas per alteram adjuvatur, & posset compelli*: & allegat textum in *cap.* 2. *de maledic. Hostien. in dicto cap.* 1. *de offic. ordin. num.* 8. declarando verba textus dicit, quòd Episcopus, cum opus fuerit, debet recurrere ad brachium seculare, ut in textu, & 23. *quæst.* 5. *cap. Princeps*, & è converso potestas secularis, cum expedierit, auxilium ecclesiasticum implorare: una enim potestas alia semper eget, & continuò tenentur se ad invicem adjuvare, *cap. cum ad verum* 96. *distinct.* Dicit tamen *Hostiensis*, quòd hæc est differentia, quia secularis Judex potest cogi ad præstandum auxilium per ecclesiasticum, sed per secularem ecclesiasticus non cogetur, argum. eodem *tit.* 1. *ad reprimendum*, & meliùs in *cap. qualiter de judic. Innocent. in dicto cap.* 1. *de offic. ordin. in verb. auxilium* dicit, Prælatum quoque ecclesiasticum eodem modo teneri mandare exxequutioni sententiam Judicis secularis, argum. *cap. cum ad verum* 96. *distinct.* sed in hoc esse diversitatem, quia Prælatus exequi non cogitur per secularem potestatem, sed secularis benè cogitur per suum Prælatum, argum. *dict. cap. ad reprimendum*: Item *hoc est diversum*, dicit *Innocent. quia nunquam ad petitionem secularis ex-*

com-

Digitized by Google

communicabit, nisi canonica monitione præmissa, cap. sacro de sentent. excommunicat. sed postea subdit, sibi videri, quòd, quantum ad hoc ultimum, nulla sit differentia. *Joann. Andr.* in eodem *cap.* 1. *de offic. ordinar. num.* 9. 10. & 16. refert simpliciter dictum *Innocent.* per verba formalia supra relata. *Abb.* in eodem *cap.* 1. *num.* 11. dicit, quòd Judex secularis potest compelli per excommunicationem ad dandum familiam, & auxilium Judici ecclesiastico. *Innocent.* fatetur hoc: sed dat duas differentias in hoc inter ecclesiasticum, & secularem, quia ecclesiasticus potest compellere secularem, si non vellet sibi impendere auxilium, sed non è contra per jura allegata in *glossa*, ut supra, per *Innocent.* & quia ecclesiasticus non tenetur juvare secularem Judicem, puta excommunicando subditos rebelles, nisi prius fiat sibi fides de processu, quòd subditus sit rebellis: deinde allegat *Anton.* qui hoc ipsum comprobat, & finaliter videtur concludere secundùm *Abbat.* quòd, si est casus, in quo Judex secularis potest cognoscere, non tenetur exequi, nisi sibi fiat fides de processu, & allegat *Bart. in leg. divus ff. de cauſ. reor.* ubi per illum textum dicit, quòd, si Judex ecclesiasticus tradat convictum de hæresi Judici seculari, ut illum puniat, non teneatur illum punire, nisi prius videat, an justè fuerit processum contra illum. *Abb.* dicit, quod de directo *Bart.* dixit contra casum *cap. ex inquisitionis §. prohibemus de hæretic. in 6.* ubi dicitur, de crimine hæresis, cum sit merè ecclesiasticum, neque directè, neque indirectè posse Judicem secularem cognoscere, sed nudam exequutionem ad eum pertinere ad requisitionem Judicis ecclesiastici. *Joann. de Imol.* in eodem *tit. cap.* 1. *num.* 14. & *sequ.* refert omnia dicta per *Innocent.* ut supra, ac etiam refert opinionem *Anton. de Butr. in dict. cap.* de qua infra dicemus: & ultimò, si quæratur, an Judex secularis debeat exequi mandatum judicis ecclesiastici, ita distinguendum putavit: *Aut est mandatum extrajudiciale, aut judiciale: si extrajudiciale: aut emanat super causa civili, aut criminali: si super causa civili, debet exequi, nec potest admittere exceptiones injustitiæ, nisi prout alius exequutor. Si autem emanat super causa criminali; tunc distingue: Aut est crimen, de quo non potest cognoscere secularis, aut potest cognoscere: primo casu tenetur stare processui:* & postea refert quæstionem, quam posuit *Joann. Andr.* in eodem *cap.* 1. nempe Episcopus excommunicavit Prælatum quendam Diœcesis suæ, qui tamen appellavit ab hac sententia excommunicationis, propter quod Episcopus invocavit brachium seculare: dubitatur, an debeat præstare brachium Judex secularis: quam opinionem *Joann. Andr.* post *Joann. de Montemurlo* disputavit ad partes, ut refert *Imola*, & tandem concludit, quòd Judex secularis, appellatione interposita, non cogitur præstare suum auxilium per multas rationes, ut ibi per *Joan. Andr.* & alios Doctores. *Anchar. in dict. cap.* 1. *num.* 5. & 6. refert *Innocent.* supra relatum, & refert etiam quæstionem illam disputam per *Joann. de Montemurlo*, & per *Imol. Cardin. Zabarell.* in eadem *cap.* 1. *num.* 4. refert dicta per *Innocent.* & per *Hostiens.* & dum dicunt prædicti DD. quòd secularis Judex potest cogi per Ecclesiasticum ad præstandum brachium seculare, inquit ipse: *Secularis autem potest cogi per Ecclesiasticum, non quemlibet, sed per suum ordinarium, cap.* 7. *de except. in* 6. *cui subest ratione peccati. Barbatus* in eodem *cap.* 1. *num.* 55. per illum textum dicit Judicem Ecclesiasticum super exequutione justitiæ posse implorare auxilium Judicis Secularis, & ideo familiam potestatis non incurrere excommunicationem, si cum mandato Episcopi capit Clericum, & ducit ad carceres, ex *cap. ut famæ de sentent. excommu nic.* & allegat *Old. in conſ.* 89. & subdit posse Judicem secularem ad hoc compelli, ut præstet auxilium petitum ex *cap.* 2. *de maled.* & *l.* 1. *C. de his qu. latr.* ac deinde probat, quòd Judex Secularis non tenetur mandare, exequutioni injustum præceptum Episcopi, quia illud non potest dici Deo placitum secundùm textum in *d. cap.* 1. *de offic. ord.* Insuper *num.* 2. colligit ex *gloss.* ibidem, quòd Judex Secularis debet compelli per excommunicationem ad dandum familiam, & auxilium Judici Ecclesiastico: & ad hoc allegat *Innoc.* quem recitat, & similiter adducit id, quod dixere *Hostiens Abb.* & alii supra adducti. *Aegydius Bellamera* in eodem *cap.* recitat formaliter verba *Innocent.* & postmodum quærit, quid, si secularis Judex requisitus debitè per Ecclesiasticum non vult ei præstare auxilium? Et respondit secundùm *Innocentium*, quòd sit excommunicandus: & idem videtur sentire *Ber. in cap. cum sit generale de for. competent.* & *cap. fin. de dilation.* ubi dicit, quòd Ecclesia contra hostes potest subsidium petere à Principibus secularibus

Digitized by Google

bus,& si non præstent,potest excommunicare Facit textus in *cap.2.de exceptin.6.* & deinde *num.7.*refert illam quęstionem *per Joannem de Montemurlo* disputatam, ut supra, in qua concludit ipse, sicut cæteri DD.nempe quòd, quando Episcopus excommunicavit aliquem Præfatum, qui ab illa sententia excommunicationis appellavit, & eam contendit, si dictus Episcopus excommunicans invocavit brachium seculare contra dictum Prælatorum, Judex secularis non tenetur præstare brachium suum, stante illa appellatione, quia non est obediendum injuste mandato, *cap.qui resistit* 11. *qu.* 1. & multas alias rationes in medium adduxit, & ad omnia contraria respondit. *Guid. Pap. in dict. cap.* 1. *num.9. in gloss. publicum* colligit ex illa *glossa*,quòd potestas Ecclesiastica debet juvari per potestatem secularem, & econtra, & postea subdit: *Est tamen differentia secundùm Innocentium, quia, licèt Judex Ecclesiasticus, præcedente monitione, possit compellere Judicem Secularem, ut præstet auxilium per censuram Ecclesiasticam, eò quòd censetur inferior, cap. solitè de major. & obed. non tamen secularis poterit compellare Ecclesiasticum, quia nullam in eo habet jurisdictionem, cap. decernimus de jud. Secunda differentia est secundùm Innocent. quia secularis requisitus, ut juvet Judicem Ecclesiasticum non poterit examinare proeessum Judicis Ecclesiastici, sed econtra Ecclesiasticus nunquam ad petitionem Judicis Secularis excommunicabit, nisi examinato processu secundùm formam cap. sanè de sentent.excommunicat. licèt postea Innocentius variaverit dicendo in hoc ultimo non esse differentiam, quod est falsam.* Allegat deinde *Butrium* dicentem, quòd, si fuisset lata sententia in causa criminali, & sit tale crimen, super quo Judex secularis habeat jurisdictionem, tunc secularis non tenebitur stare processui Judicis Ecclesiastici, aliàs secus, *ex auth. de Ecclesiastic. tit. §. si ultrò crimen* & ex *l.div.*& ibi notatis per *Bart. ff. de custod. eorum, & l. magistratibus*, & ibi *Gulielm. ff. de jurisdict. omn. Judic.* & finaliter concludit ipse, quòd, quando Judex requisitus habet jurisdictionem cognoscendi de crimine, quemadmodum requirens, non debet procedere ad exequendum requisita, nisi prius cognita causa. *Oltrad. in quæsito* 89. quod incipit *Episcopus* quærit: *Si Episcopus invocet brachium seculare contra Clericum suum, qui tamen ab eo ex causis probabilibus ad S. A. appellavit, an Princeps, vel Judex secularis debeat eum juvare?* & pro utraque opinione rationes adducit, ut per *Alberic.* supra in dicta *l. Episcopale*, & tandem cum *Alberic.* concludit, & ad contraria respondet, ut per eundem *Albericum* formaliter, & dicit,quòd hæc est quæstio disputata, & subdit postea, quòd tunc habet locum invocatio, quando invocans fecit, quod potuit, & non habet ultra, quid faciat, *cap.* 2. *de maledic.* unde jura, quę de hac invocatione loquuntur, ponunt hanc clausulam: *Si necesse fuerit. Alciatus in dict. cap.* 1. *de offic. ordinar. num.* 26. dicit: *Judex Ecclesiasticus in exequutione sententiæ implorat brachium seculare, & è converso laicus implorat officium Judicis Ecclesiastici. Est tamen differentia inter ipsos, quia Ecclesiasticus potest cogere secularem, ut sibi præstet auxilium, etiam per censuras, cap.* 2. *de maledic. sed secularis non potest cogere Ecclesiasticum, ut per Innocentium hic.* deinde *num.* 100. super *gloss. in verbo publicum* pro ejus expositione dicit, quòd in crimine mere Ecclesiastico Judex secularis requisitus, ut præstet seculare brachium, non debet se intromittere in cognitione criminis, sed debet exequi ex textu loquente de hæresi in *cap. ut inquisitoris §. ut prohibemus de hæretic. in 6.* & ita inquit tenere cnmmuniter cano nistas: postea verò multa in contrarium adducit: tamen non recedendo a contraria opinione hanc conclusionem primò limitat, ut procedat, quando crimen esset merè Ecclesiasticum, & ita loquitur d. §. *prohibemus*: Si verò non esset crimen merè ecclesiasticum, credit ipse, quòd possit secularis cognoscere, & quòd, quando Judex haberet conscientiam certam pro injustitia, non debet alio modo concedere brachium inquisitori per *cap. qui scandalizaverit de jur. reg.* quoniam non tenetur secularis prestare auxilium, nisi ad ea, quæ Deo placita, sunt persequandum:& ita sentit *Abbas.* Alias quoque limitationes, conclusionesque tradit *Alciatus in cit.loc.Tertiò limitatur,ut secularis non teneatur exequi sententiam Episcopi, etiamsi agatur de re merè ecclesiastica: quando reus appellavit ab illa sententia: & ita transeunt communiter DD.facitque disputatio per Jo: de Montemurlo relata per Oltrad. in cons.89.Quartò quando Judex extrajudicialiter vellet implorare brachium seculare: nam tunc non tenetur ei parere, quia in extrajudicialibus præceptis Judex Ecclesiasticus non est major Secularì, sed par: unde*

non

Digitized by Google

non poteſt ei mandare. Ita tenent DD. & præſertim Innoc. Secunda concluſio, quòd in criminibus mixtis Judex ſecularis non tenet præſtare auxilium Epiſcopo, niſi ſibi fiat fides de proceſſu, §. ſi verò crimen in auth. de ſanc. Epiſc. & ita tenent Butr. Abb. & cæteri. Et eſt ratio, quia ſecularis iſto caſu judicat, ut in ſubditum, non autem eſt merus exequutor, ut per Abbat. heic. Limitatur hæc concluſio, quando Epiſcopus ipſe vult exequi ſuam ſententiam puniendo ſecundùm canones, & ſimpliciter implorat à ſeculari, ut concedat ſibi familiam. Ita tenet Abbas heic declarans Innoc. & ſequuntur alii. Et idem etiam eſt in civilibus cauſis, l. Epiſcopale in fine ff. de Epiſcop. audient. Tertia concluſio eſt: Sicut Judex ſecularis tenetur adjuvare Eccleſiaſticum, ita etiam contra. Facit cap fin. de except. in 6. per Hoſtienſ. Bald. Abbat. & alios heic: & iſtud procedit etiam, quando imploratur brachium ſeculare: & hanc concluſionem *Alciatus* ipſe comprobat multis rationibus. Ulterius quærit, ſi Judex requiſitus nolit adjuvare, quomodo conſulatur, & dicit ſecundùm *Innocent.* & *Abb.* quòd Judex Eccleſiaſticus poterit excommunicare ſecularem, & eum cogere *ex cap. 2. de maledic.* & eſt communis opinio ſecundùm eum, ſed ſecularem, ait, non cogere eccleſiaſticum, ex quo eſt inferior, *ex cap. qualiter de judic.* Quo verò ad Judicem ſecularem licèt *Innoc.* dicat, quòd non poterit compellere Eccleſiaſticum, intelligit id *Alciatus* eſſe verum ex ſui perſona, & ſic ait poſſe recurrere ad ſuperiorem ipſius Eccleſiaſtici, puta Archiepiſcopum, qui cogat Epiſcopum, ut illi det auxilium *ex cap. fin. de except. in 6. Covarruv. practicar. quæſt. cap. 10. num. 1.* dicit, quòd Judex ſecularis, & Eccleſiaſticus mutuò ſibi præſtare tenentur auxilium in exequendis ſententiis, & mandatis, atque inde ſubdit: *Hæc tamen eſt differentia, quòd Judex Eccleſiaſticus poterit cenſuris, & ſpiritualibus pœnis compellere ſecularem ad hoc exhibendum, cap. 2. de maled. judex verò ſecularis non poteſt cogere Eccleſiaſticum, ſed debet metropolitanum adire, ut inferiorem Judicem Eccleſiaſticum cogat, ut præſtet auxilium pro exequutione ſententiæ*: & allegat *Innocent. Abbat.* & alios *in dict. cap. 1.* & ibidem *Alex. num. 26. & 123.* hanc communem eſſe opinionem fatetur, ſicque diſtinquit *Jaſon in l. à divo Pio. §. ſententiam num. 15. ff. de re judicata. Specul. in tit. de Judic. delegat. §. ſequitur verſ. nunquid ſeculare nu. 6.* quærit, nunquid Judex delegatus poſſit brachium ſeculare invocare, & eum cogere ſuam exequi ſententiam, & quamvis dicat, reſpondendum ſibi videri quòd non; tamen contrarium firmat per textum *in dict. cap. 1. de offic. ordin. in c. quoniam in fine extra eodem, & l. Epiſcopale C. de Epiſc. aud.* cum aliis concordantibus: *Si enim*, inquit ipſe, *poteſt hoc facere ordinarius, ut per allegata jura, multò fortiùs poteſt hoc delegatus, qui quoad cauſam ſibi commiſſam major eſt quolibet ordinario, ut extra de offic. Jud. delegat. cap. ſanè. Jacobus Menoch. de arbitrar. Judic. lib. 2. num. 5. caſu 452. num. 3.* exiſtimat Judicis arbitrio puniendos fore, Judices temporales, qui auxilium, quod ſeculare brachium appellant, Judici Eccleſiaſtico præſtare negligunt, quando delinquentium audacia coerceri debeat, & jure inquit brachium hoc ſeculare præſtandum eſſe *ex cap. Princeps, cap. adminiſtratores 23. qu. 5. Hoſtienſ. in cap. 1. de offic. delegat. Cardinal. in clementin. 1. qu. 10. de offic. delegat. Alberic. in l. Epiſcopale C. de Epiſcopal. audien.* & ex *Roland. à Valle, in conſil. 37. lib. 1. Bald. in d. cap. 1. de offic. ordinar. num. 10.* quærit cum *Innoc.* utrùm ſecularis poteſtas poſſit mandare Epiſcopo, quòd juvet eum in exequutione facienda, & reſpondet, quòd non, ſed è contra ſecundùm *Innocent.* ejus dictum debet intelligi in mandato arctativo: benè tamen facit Epiſcopus non tanquam obediendo, ſed tanquam patrocinando favere juriſdictioni temporali in licitis, & honeſtis. *Jaſon. in l. à divo Pio §. ſententiam numer. 16. de re judicata* quærit, nunquid Epiſcopus teneatur exequi ſententiam Judicis ſecularis, & è contra, & allegat *Bald. in cap. 1. col. 4. de conſtitut.* ubi in ſpecie tenet, quòd Epiſcopus tenetur exequi ſententiam laici, ſi eſt juſtè lata, & a jure canonico non diſcrepet, aliàs ſecus: & multò fortius è contra, ut in *l. Epiſcopale*, & ibi per eum, *C. de Epiſc. audient.* & in *cap. licet undique num. 8. de offic. delegat.* & refert etiam *Bald. in d. cap. 1. de offic. ordinar. Rland. à Vall. in conſ. 37. vol. 1.* latiſſimè tractat, an Judex delegatus Apoſtolicus poſſit implorare brachium ſeculare pro exequutione ſuæ ſententiæ, & dicit, quòd apud Doctores recepta eſt ſententia, talem Delegatum poſſe implorare brachium ſeculare pro exequutione ſuæ ſententiæ, quamvis expreſsè in ſua commiſsione hoc ſibi non concedatur, ut per *Archidiacon. in cap. adminiſtratores 23. qu. 5.* & *Old. dict.*

Digitized by Google

dict. cons. 89. & DD. *in c. significasti de offic. delegat.* ac deinde *n.* 7. dicit, quòd Judex secularis ante concessionem dicti brachii secularis debet adhibere aliquam causæ cognitionem, an justum sit, quod petitur ab eo per delegatum. Ita *Ancharr. cons.* 382. *vol.* 2. *Frideric. de Sen. cons.* 351. & *Afflict. in decis.* 220. ubi *nu.* 9. firmat, quòd Judex secularis non debet obedire Judici Ecclesiastico, nisi quando processerit juris ordine servato: & refert *num.* 10. quod dixerant *Alberic. in dict. l. Episcopale*, & *Oldrad. in dict. cons.* 89. nempè quòd Judex secularis non tenetur concedere brachium suum Judici Ecclesiastico pro facienda exequutione ejus sententiæ, si videt ab ea fuisse appellatum. *Paris de Puteo in tract. de Judic. in verb. brachium n.* 2. & *sequ.* dicit, quòd Judex teneatur ad requisitionem alterius suum brachium impartiri *ex l.* 3. *C. de his qui latr.* & *ex Canonistis in d. cap.* 1. *de offic. ordinar.* ita ut Judex secularis exequi teneatur sententiam Judicis Ecclesiastici: & allegat *gloss. in l. Episcopali* supr. alleg. & *dict. cap.* 1. *de offic. ordinar.* tamen, cum descendit ad quæstionem illam, an, si opponatur aliqua exceptio coram Judice seculari requisito ad exequendum sententiam Ecclesiastici, possit secularis cognoscere, & non exequi, remittit se ad *Bart. in l. à divo Pio ff. de re judicat.* & ad canonistas *in cap. pastoralis* §. *qui de offic. delegati. Andreas de Isernia in constitutione Regni post mundi machinam* dicit per illum textum, quòd Judex secularis invocatus ab Ecclesia debet præstare auxilium, & allegat *l. si quis in hoc genus C. de Episcop.* & *Cleric.* & *auth. si quis litigantium Cod. de Episcopal. audient.* Deinde quærit, si secularis requisitus ab Ecclesiastico sciat injustum esse id, quod requiritur exequendum, vel contra illud opponatur de nullitate, an debeat parere? & plera que argumenta pro, & contra deducit, & finaliter ita distinguit: *Sententia, & id, quod fecit Ecclesiasticus Judex, de quo requiritur, & imploratur brachium seculare, transivit in rem judicatam, aut est pecuniarium, & civile, & in judicio ex more factum per ipsum Judicem, aut est criminale. Primo casu debet parere brachium seculare: si autem esset criminale, & sit sententia injusta contra jus litigantis lata consulerem, quòd non pareret secundùm quod dicit Innocent. in cap. pastoralis* §. *quia verò de offic. delegat. Item si extra judicium Ecclesiasticum sibi petit parere nam si requireretur de aliquo judiciali facto coram eo, vel quod fieri debuit, oportet, quòd producat coram executore, aut brachio seculari acta, & processum, cap. queniam extra de probat.* & *verbis requirentis non standum, nisi quando extra judicium diceret: Excommunicavi, quia verberavit Clericum: hoc casu standum litteris Episcopi ob rationem traditam per gloss. in cap. post cessionem de prob. Si enim requireret, ut assisteret, vel caperet talem, & ad se mitteret, oportet, quòd constet de culpa, l. divus ff. de custod. reor. Afflict. in constitut. Regni post Mundi machinam num.* 50. & *seq.* refert superius dicta per *Iserniam*, additque ipse, quòd, quando imploratur brachium seculare, antequam impartiatur, debet præcedere talis qualis causæ cognitio, an justè imploretur, ut per *Vital. in clausul. an possit renunciar. beneficio reduct. ad arbitr. bon. vir.* ac deinde quærit *Afflict.* an, & quando teneatur Judex secularis brachium impartiri Judici Ecclesiastico ipsum requirenti, & se remittit ad eundem *Iserniam in cap.* 1. *ult. col. de controvers. inter vassall.* & alios, & ad notata *per Abb. in dict. cap.* 1. *de offic. ordin.* & ad probandum, quòd omnino, antequam brachium impartiatur, debeat adhiberi aliqualis causæ cognitio per judicem secularem, ut videat, si justè, vel injustè imploratum fuerit, allegat *Petr. de Anch. in cons.* 382. *retento ordine dubiorum*, & ita refert *Gramm.* in eadem *constit. post mundi machinam num.* 18. & *seq.* obtinuisse in facto in quadam causa. *Foller. in d. constit. num.* 90. & *seq.* refert dicta per *Isern.* & per *Afflict.* & dum *Afflict.* in tertia conclusione, quam ipse facit, dicit, quòd, si Judex Ecclesiasticus cognovit contra delinquentem de crimine, de quo poterat etiam cognoscere Judex secularis, & tulit sententiam condemnatoriam, & deinde invocat brachium Judicis secularis, non tenetur judex secularis illam sententiam exequi, nisi prius fiat ei fides per processum de justitia sententiæ, ut per *Butr.* & *Abb. in d. cap.* 1. *de offic. ordinar.* & *Isern. in d. cap.* 1. *de controvers. int.* &c. Subdit *Foller.* quòd adeo est vera hæc conclusio, & in Regiis Tribunalibus recepta, quòd, si quis contradiceret, committeret sacrilegium, immo nunquam, aut rarò, ubi inquiruntur laici a judice Ecclesiastico, circumscripto crimine hæresis, Tribunalia Regia concedunt brachium, sed illud concedunt cum conditione, dummodo non contra laicos, sed contra

Digitized by Google

tra personas Ecclesiasticas,&, quod plus est, non permittitur inquiri contra laicos. *Andreas de Isern. in c.1. n. 15.vers. sed quid si tunc judex de controvers. int. vassall.* quærit, si judex ecclesiasticus invocet brachium seculare, ut exequatur sententiam, & judex secularis sciat, sententiam esse nullam, vel injustam, an exequi debeat, vel assistere? & allegat *Innoc. in d. c. 1. de offic. ordin. & in cap. pastoralis §. quia verò de offic. ordinar.* cujus dicta refert *in dicta constit. post mundi machinam. Luc. de Penn. in l. 1. num. 5. Cod. de dignit. libr. 12.* quærit, an judex secularis, a quo invocatur brachium per ecclesiasticum judicem, possit ipsius examinare processum, antequam per eum fiat exequutio, & dicit, quòd non argumento ejus legis, & hoc tenet *Innoc.* secundùm eum *in d. cap. 1.* & allegat etiam *Isern.* in locis supra citatis, ubi hanc opinionem modificat cum distinctione, ut supra dictum est, & se remittit ad dicta *in l. 1. vers. degradand. qu. 1. & 2. de privileg. Scholar. Ioann. Fab. in l. unic. de offic. milit. judic.* in fine dicit, quòd Clerici possunt invocare auxilium brachii secularis, & exhortari contra invasores absque metu irregularitatis, quamvis mors sequatur: ut per *Specul. de offic. delegat. §. justa vers. breviter c. 2. de homicid. in 6. Petr. de Anch. in cons. 382. retento ordine num. 8.* dicit ex mente *DD. in cap. cum jure de offic. delegat. & in dict. cap. 1. de offic. ordinar.* quòd judex secularis non tenetur obedire judici ecclesiastico, nisi quando judex ecclesiasticus processit, servato juris ordine, contra illos, qui de facto, non de jure sunt rebelles. Item videtur innuere, quòd, cum ecclesiasticus implorat auxilium brachii secularis, debet, antequam impartiatur, adhiberi aliqua causæ cognitio, an præceptum sit justum, *c. administratores 23. qu. 5. de Paz. in sua prax. t. 2. in proem.* dicit, quòd potestates spiritualis, & secularis debent se vicissim adjuvare, & allegat *gloss. in cap. 1. in verb. publicum de offic. ordin. & gloss. in cap. 2. de maledic. & Covarr. practicar. qu. cap. 10.* & postea subdit: *Quod tamen auxilium ab utraque potestate in subsidium præstatur secundùm Oldrad. in cons. 89. Idem juris observandum est in judice delegato, DD. in cap. significasti de offic. deleg. Navarr. in cap. cum contingit remed. 2. de rescript. Est tamen inter has potestates differentia: nam judex ecclesiasticus poterit compellere secularem judicem ad sibi præstandum suum auxilium per censuras ecclesiasticas, cap. 52. de maled. & per Innoc. Abb. Alc. in cap. 1. de offic. ordin. è contra verò secularis non potest ecclesiasticum compellere, sed adire debet ejus superiorem, ab eoque petere, ut illum cogat ad sibi præstandum auxilium, ut per citatos Doctores:* & circa alia, nempè quando secularis implorat auxilium judicis ecclesiastici, quòd ecclesiasticus non teneatur stare processui facto coram seculari, allegat notata per *Decium in cap. at si clerici de judic. & Vivium commun. opin. verb. Judex laicus*, & è contra recitat dicta per *Alciat.* supra relata, & per *Ægyd. Bossi. in pract. crimin. tit. de for. compet. num. 82. Jul. Clar. in prax. §. fin. quæst. 96. num. 7. Bernard. Diaz in practic. crimin. cap. 133. Gandisal de Villadiego in tract. de hæret. quæst. 19. nu. 8. volum. 11. tract. tom. 2.* dicit, quòd judex secularis non debet exequi sententiam judicis ecclesiastici, quando constaret, sententiam illam esse injustam, ne animam suam damnet juxta notata per *Innocentium in cap. pastoralis §. quia verò de offic. deleg.* & subdit, quòd, si cogeretur per judicem ecclesiasticum per censuras ecclesiasticas, & alias juris pœnas, debet illas humiliter tolerare potiùs, quàm mortem injustam alicui inferre, argum. *cap. inquisitioni de sentent. excommun. Joann. Staphil. in tract. de commiss. & litt. vers. & primò sciendum est num. 20. thes. 15.* dicit, quòd brachium seculare non debet indifferenter concedi, sed in casu, in quo judex ecclesiasticus fecit, quod potuit, & non habet ultra, quid faciat, per textum *in cap. 2. de maledic. & Oldradum in cons. 89. Jacobus Butr. in l. 2. Cod. de his, qui latron.* per illum textum dicit, quòd, si Episcopus implorat brachium seculare, non debet ei concedi, nisi primò fecerit, quod potuit, scilicet excommunicando, & suam familiam mittendo, &, si hoc non sufficiat, tunc imploret. *Bald. in dicta leg. 2. Cod. de his qui latron.* idem dicit, & refert *Butr. Stephan. Aufrer. de potestat. Eccles. super laicis num. 20. vers. 26.* dicit, quòd judex ecclesiasticus compellere potest judicem secularem per excommunicationem ad sibi dandum familiam, & auxilium, & ut sententiæ ipsius judicis ecclesiastici exequatur, licèt sibi non fiat fides de processu, & allegat *gloss. Innocent. Anton. & Sicul. in dicto cap. 1. de offic. ordin.* & in exequutione sententiæ, dicit, quòd videtur secularis inferior, argum. *cap. administratores, & cap. Princeps 23. quæst. 5.*

Digitized by Google

quæst. 5. Idem *Aufrer. de potest. secul. super Eccles. reg.* 4. *fall.* 27. posita regula, quòd judex secularis de negotiis ecclesiasticis intromittere se non debet, ita postea subdit: *Fallit, quando judex secularis adstringitur ad exequendam sententiam judicis ecclesiastici super causa criminali lata: nam tunc judex secularis potest cognoscere de justitia processus per §. si verò crimen authen. de sanctiss. Episc. & tenet Bart. in leg. divus ff. de custod. reor. idem Bart. Bald. & Paul. in l. magistratibus ff. de jurisdict. omn. Judic. & ista est communis opinio legistarum, quæ tantùm procedit in criminibus mixtis, puta sacrilegio, & similibus*: pro quo refert dicta superius per *Butr. & Abb.* & sic concludit ipse, quòd in criminibus aliis præter hæresim judex secularis non tenetur stare processui judicis ecclesiastici: & ultimò quoad aliam quæstionem pluries relatam dicit, quòd, quando Episcopus invocat brachium seculare contra clericum, qui tamen ab eo probabilibus ex causis ad Sedem Apostolicam appellavit, judex secularis non debet brachium præstare: & allegat *Oldr. in dicto cons.* 89. *Joann. Redin. in tract. de majest. Princip. in verb. non armis solùm decoratum part.* 2. *num.* 141. & *seqq.* dicit, quòd judices ecclesiastici possunt invocare brachium seculare, quatenus opus fuerit, dummodo non habeant ultra, quod faciant, ut per *Hostiens. Ant. Felin. in cap. cum non ab homine de judic. & Oldrad. consil.* 89. *in fin.* Quod dictum limitat, ubi injustè invocaretur brachium seculare: non enim id impartiendum putat in injustis à judice seculari: & allegat *Oldrad. cons.* 89. cujus rationes refert ipse: & inde infert, quòd judex secularis requisitus etiam extra judicium de brachio impartiendo non tenetur, nec debet suum auxilium præstare, ubi ei constiterit, ecclesiastico id injustè petere secundùm *Abb.* post *Innocent. in dicto cap. de offic. ordin. Frider. de Sen. in cons.* 163. incip. *Super invocatione* latè disputat illam quæstionem, an judex delegatus possit invocare brachium seculare, si non habeat hoc expresse in mandatis, & arguit ad partes, ac postea concludit, quòd potest brachium invocare, & respondet ad eos, qui adserunt, quòd delegatus, quando non potest per se, debet recurrere ad ordinarium, dicens, quòd imò delegatus vincit ordinarium quoad causas sibi delegatas, & delegatum ideò, inquit, posse coercere judicem secularem, & concludit per multas rationes, quòd ei judex secularis auxilium sui brachii secularis præstare, & exhibere debet. *Martinus de Fano in tract. de brachio, seu auxilio implorando tom.* 11. *part.* 2. dicit, quòd judex ecclesiasticus ordinarius, cum sibi opus fuerit, potest auxilium brachii secularis implorare, ex *cap. Princeps* 23. *quæst.* 5. si tamen sit delegatus, concludit ipse nonnullis rationibus, quòd invocare non potest, nisi in literis hoc expresse positum sit. *Felin. in cap.* 1. *num.* 15. *de sponsalib.* dicit, quòd, si alter conjux non potest induci, ut redeat ad alterum, potest judex ecclesiasticus implorare brachium seculare, ut compellatur de facto redire: quod tamen ait procedere, quando alia remedia non sufficiunt, quia nunquam judex ecclesiasticus invocare debet auxilium brachii secularis, nisi cum per se non potest sua exequi decreta, seu placita secundùm *Oldrad. dicto cons.* 89. *Joann. Lup. in repetit. cap. per vestras vers. sed est pulchra dubitatio num.* 17. *fol.* 180. *de donat. inter vir. & uxor.* dicit, quòd tam judex ecclesiasticus ordinarius, quàm delegatus invocare possunt auxilium brachii secularis, nec inter eos facit differentiam per notata in *cap.* 1. *de offic. ordinar.* & in *cap. significasti*, ubi DD. ita concludunt, *de offic. deleg. Laurent. Calcan. in cons.* incip. *sanctissimus Papa in fine*, dicit secundùm *Innocent. in dicto cap.* 1. quòd judex secularis debet brachium suum judici ecclesiastico præstare, si justè postuletur, & quando judex ecclesiasticus aliud facere non potest: & allegat *cap. cum non ab homine de judic.* ex quo notat ibidem, quòd judex ecclesiasticus non potest compellere judicem secularem ad carcerandum aliquem clericum, ubi Episcopus habet potestatem carcerandi, ex *cap.* 2. & *cap. pastoralis de homicid.* & sic cum ecclesia usa sit omni sua potestate, & gladio; tunc brachium seculare ait posse invocari, ut tradatur per secularem, præmissa summaria cognitione. *Anton. de Butr. in dicto cap. cum non ab homine num.* 12. *de judic.* dicit, quòd via invocandi brachium seculare per judicem ecclesiasticum est subsidiaria, non principalis, scilicet in defectum potestatis ecclesiasticæ, sive detur defectus in facto, sive in jure, per quæ dicit ipse, non posse judicem ecclesiasticum arctare secularem ad carcerandos clericos pro delictis, ubi habet potestatem carcerandi, & carceres habiles ad clericos detinendos, ex *cap. administratores*

Digitized by Google

vores 23. *quæst.* 5. & *cap.* 1. *de offic. ordin. Abb. in dicto cap. cum non ab homine n.* 7. formaliter refert dictum *Butrii*, & *n.* 24. *in fin.* dicit, judicem ecclesiasticum posse invocare auxilium seculare contra clericos incorrigibiles, & judicem secularem illud præstare debere ex 23. *q.* 5. *cap. administratores*, & *cap.* 1. *de offic. ordin. Francisc. Bursatt. in cons.* 90. *an Judæus num.* 33. *vol.* 1. hæc verba inquit: *Etenim, invocato brachio seculari per ecclesiasticum, auxilium sibi denegari haud debet, quia medio excommunicationis laicus adstringi potest secundùm communem sententiam, cujus meminit Alciat. in cap.* 1. *num.* 123. *de offic. ordin. Nicolaus Anton. Gravat. in addit. ad prax. Octaviani Vestrii lib.* 8. *cap. fin. Ignatius Lopez in pract. crimin. cap.* 150. *num.* 10. *vers. septimo* dicit, quòd judex ecclesiasticus potest invocare auxilium brachii secularis pro exequutione suæ sententiæ, & è contra: hoc tamen discrimen ait esse inter eos, quòd scilicet judex ecclesiasticus possit censuris, & aliis pœnis spiritualibus compellere secularem judicem ad hoc auxilium exhibendum juxtà text. *in dicto cap.* 2. *de maledic.* Judex verò secularis non possit ecclesiasticum cogere, sed coram metropolitano comparere debeat, & petere, ut inferiorem judicem ecclesiasticum cogat, ut auxilium à se justè petitum præstet, & allegat *Innoc. Abb.* & cæteros in *dicto cap.* 1. *de offic. ordinar.* quam opinionem communem esse testatur *Alciat.* secundùm eum in *d. cap.* 1.

Hoc verò auxilium ab ecclesiastico judice præstandum esse seculari, non obediendo, sed patrocinando, tenent *Innocent.* & *Bald. in dicto cap.* 1. *de offic. ordin.* & *Francisc. Avil. in cap. Prætor. in verb. usurpat. num.* 17. *Anton. Gabr. in libr. commun. opin. in verb. judex ecclesiasticus fol.* 196. hæc inquit: *Judex ecclesiasticus potest compellere judicem secularem, ut præstet sibi auxilium per excommunicationem: laicus tamen non compellit clericum ad præstandum:* & *Alciatus* allegat. *Petr. Bellug. in spec. Princ. rub.* 11. *§. tractandum de proposit. gravamin.* ita dicit: *Aliquando ecclesia est oppressa per laicos, vel etiam clericos per schisma, vel per hæresim, & tunc potestas secularis requisita statim debet juvare ecclesiam, & impartiri auxilium sine aliqua cognitione: Sic loquitur cap. placuit* 17. *distinct.* & *cap. Princeps* 23. *quæst.* 5. *aliter autem, si ecclesiam non adjuvaret secularis, non distaret ab hæresi, cap. ad abolendam in fin. de hæret.* & *qui tale auxilium negligit impartiri, privari debet sua jurisdictione, ut ibi notatur. Et ad hoc reduci potest regula, nempe quòd judex secularis ad solam requisitionem judicis ecclesiastici sine aliqua causæ cognitione tenetur impartiri auxilium suum in omni causa, de qua judex secularis non potest cognoscere, & si non facit, malè facit, & ad id potest per censuram ecclesiasticam cogi secundùm Anton. de Butr. in dicto cap.* 1. *de offic. ordin. post Innoc. In aliis verò casibus, in quibus cognitio non est solius judicis ecclesiastici, sed est mixta; tunc, licèt secularis debeat auxilium impartiri; tamen primò cognoscere potest, an justè, vel injustè auxilium imploretur*: & allegat text. *in authen. de eccles. tit.* §. *si verò crimen. Cagnolus in leg. cum quædam bulla num.* 33. *vers. magistrat. de jurisdiction. omn. judic.* dicit, quòd judex secularis, cui ecclesiasticus condemnatum de hæresi remisit pro exequutione facienda, non debet, nec potest de causa, & condemnatione facta, cognoscere, sed ipsius judicis ecclesiastici sententiam exequi debet, ex *cap. ut inquisitionis* §. *prohibemus de hæret. in* 6. & ex DD. *in cap.* 1. *de offic. ordin. Joann. Segurabavolos in* 2. *part. de rector. jud. cap.* 13. *num.* 32. dicit, quòd judex ecclesiasticus potest compellere judicem secularem ad sibi auxilium, & brachium præstandum sub excommunicationis interminatione, per text. *in cap.* 2. *de maledic.* & per scribentes in *cap.* 1. *de offic. ordin.* maximè *Abb.* ibi *num.* 11. & *Jason. in l. à Divo Pio* §. *sententiam num.* 16. *ff. de re judic.* Imò ait *Menoch. de arbitr. judic. lib.* 2. *cas.* 452. *num.* 4. Judices seculares, qui hoc auxilium ecclesiastico judici præstare negligunt, ejus arbitrio puniendos esse, licèt praxis admiserit, ut solummodò inobedientes excommunicatione plectantur, donec mandatis ecclesiæ paruerint. *Alexand. in cons.* 130. *volum.* 4. *num.* 3. relato dicto *Innocent. in dicto cap.* 1. *de offic. ordin.* dicit, quòd, quando imploratur brachium alterius superioris extrajudicialiter, nisi constet evidenter, quòd injustè petatur, debet dari: sed, ubi in judicio petitur, ut quia fuit lata sententia, à qua non fuit appellatum, dicit, quòd debet impartiri officium suum, nec debet aliquo modo admittere aliquam exceptionem injustæ sententiæ. *Navar. in cap. cum contingat* 1. *remed. per tot. de rescriptis* inquit, communem esse sententiam DD. delegatum à Papa posse implorare brachii secularis auxilium,

& alle-

& allegat *Innocent.* quem communiter DD. ibi sequuti sunt in *cap. significasti de offic. deleg.* & *Oldrad. dicto consil.* 89. cum aliis supra relatis, & refert etiam dicta per *Abbatem*, *Butrium*, & *Imol. in dicto cap.* 1. *de offic. ordin.* Sed vide ad hanc materiam *Soccin.* & alios Doctores *in cap. postulasti de homicid. Franciscum Avil. in cap. Prætor. cap.* 20. *num.* 18. & *seq.* & *Andr. de Barulo in l.* 2. *de privil. scholar. lib.* 12.

Et quòd Judex ecclesiasticus debeat
11 suum brachium præstare judici laico, *Covar. practic. quæstion. cap.* 10. *nu.* 1. & *in vers. eadem ratione*, latè *Farinac. de pœnis temperan. quæst.* 97. *casu* 4. *nu.* 81. 83. & 96. *Consil. Staibanus resolut. for.* 136. *num.* 1. 2. & 3. *tom.* 2. & *in observ. ad resolut.* 50. *num.* 63. *tom.* 1. *Reg. de Marin. resolut. jur. lib.* 1. *cap.* 53. *num.* 17. & possunt coerceri etiam Episcopi per judices, & publicas potestates seculares ad brachium impartiendum, ut inquiunt citati Doctores: & quamvis judex ecclesiasticus possit incidenter cognoscere de merè temporalibus à matrimonio dependentibus, prout est dotis restitutio, & similia; judex tamen laicus non erit merus, sed mixtus executor, & proinde poterit de justitia cognoscere, antequam sententiam judicis ecclesiastici executioni mandet, *Reg. Merlin.* 2. *for.* 93. & 98. *in fine*: & in tortura testi inferenda ad finem videndi, utra ex ejus depositionibus vera sit, debet judex ecclesiasticus seculare brachium implorare, ut diximus in *praxi criminal. tit. de tortura*: & pro homicidio potest clericus degradari, & judici seculari puniendus tradi, *Reg. Sanselic. decis.* 139. *num.* 5. ac judex secularis potest degradatum pœna ultimi supplicii punire juxta leges, & statuta laicalia, etsi tempore delicti mitiori pœna fuisset puniendus, *Reg. San-*
12 *sel. loc. cit. nu.* 6. & judices ecclesiastici, cum judicium sanguinis eis sit prohibitum, quando crimen capitale est, reum puniendum tradunt judici seculari, qui sententiæ judicis ecclesiastici non est merus, sed mixtus exequutor: indè, quamvis ex probationibus coram judice ecclesiastico factis debeat judicare; potest tamen novis uti probationibus, novosque recipere testes, vel coram ecclesiastico examinatos repetere, novum dare terminum, & omnia examinare, quæ justitiam causæ concernunt, ac secundùm suam conscientiam, ac stylum fori secularis judicare, *Reg. Sanfel. dec.* 239. *num.* 4. & *seq.* ubi id plurimis comprobat exemplis. Verùm deinde *num.* 4. & *seq.* probat, in crimine ecclesiastico judicem secularem esse merum exequutorem. At, si monachus velut homicida fuerit degradatus, & Curiæ seculari traditus, absque novo processu, & repetitione testium, ex eisdem actis pro degradatione factis, quæ valida sunt, puniendus est: debet tamen judex laicus cognoscere de justitia sententiæ degradationis, quæ si injusta sit, minori pœna illum puniet, & etiam reo defensiones dare, si petat, & si innocentem cognoverit, absolvere, & etiam incidenter cognoscere de validitate degradationis. *Reg. Sanfel. decis.* 139. *per totam.*

Hic autem silentio haud esse præte-
13 reundam putamus quæstionem illam, num Episcopus in casibus, in quibus cognoscit adversus laicos, prehendere possit eorum personas, & bona, non impetrato brachio seculari. Hac in re duplex cadit inspectio. Aut enim agimus de capiendis laicis pro criminibus mixtis (nam de verè ecclesiasticis non fit controversia) aut de executione facienda in eorum personis, & bonis ad solutionem quantitatis, vel restitutionem rei, ad quam fuerunt condemnati. In primo casu variatum est inter DD. quorum nonnulli existimarunt capi posse, & præsertim ad id probandum allegari solent *Dominicus in cap. cum Episcopus num.* 9. *de offic. ord. lib.* 6. *Anania in cap.* 2. *de adult.* & *in cap. qualiter*, & *quando il.* 2. §. *ad corrigendos de accusat.* & *in rubr. de sortileg. Felin. in cap. cum sit generale nam.* 20. *de for. competet. Marian. Soccin. ibid. num.* 26. *in fin. vers. utrùm autem Ecclesia, Aufrer. in clement.* 1. *de offic. ordin. num.* 105. & *in tract. de potest. eccles. super laicos num.* 1. *in fin. Villadieg. de hæretic. quæst.* 11. *num.* 17. *Cagnol. in l.* 1. *num.* 26. *ff. si quis jus dicenti non obtemper. Didac. Covarr. pract. qu. cap.* 10. *num.* 2. *vers.* 2. *Foller. in prax. canon. cap.* 6. *à num.* 52. *Abb. in cap. licèt de pœnis*, *Decius in cap. sicut in princip. de privileg. Abb.* relatus *à Felin. in cap. irrefragabili* §. *cæterum num.* 1. *de offic. ordin. Boss. tit. de for. competent. num.* 159. Sed *Abb.* agit de ea quæstione, an Episcopus possit imponere pœnam laico, quæ longè diversa est ab ea, quam proposuimus, ut inferius etiam demonstrabimus. *Decius* verò solùm dicit, Ecclesiasticum posse coercere laicos inferentes violentias Ecclesiis, quod non negamus, nec de hoc disputatur, sed de modo coercendi,

an

an censuris, vel impetrato brachio seculari. Idem comprobat *Abbas in c. 1. de empt. & vendit.* relatus à *Felino*, quatenus ait (& ad hoc illum citat *Felin.*) quòd ecclesiasticus potest punire laicum aromatarium immiscentem farinam fabarum in cera. *Bossius* verò id tantùm scribit, quòd ecclesiasticus in laicos habet omnem potestatem solùm pro delictis ecclesiasticis, secus pro mixtis, quia tunc cognitio est utriusque, & locus est prævention: de quæstione verò proposita nihil dicit: sed ultra allegatos addi possunt *Philipp. Franc. in d. cap. cum Episcopus de offic. ordin. lib. 6. num. 2. Aufrer. in addit. ad Capell. Tholos. dec. 379. num. 2. Lælius Jordan. in tract. de Sed. Apostol. origin. & author. cap. 8. num. 20. cum seq.* Assertores autem hujus sententiç moventur præcipuè ex text. *in c. contra Idolorum 26. qu. 5. & in cap. attendendum 17. qu. 4. & in cap. 2. de adult.*

Contrariam sententiam multi tenuerunt, nempè *Oldrad. cons.* 86. qui tantùm eam limitat in crimine hæresis, *Joann. Andr. ad Specul. tit. de offic. ord. in princip.* quo loci, re ad partes disputata, asserit ita communiter ab omnibus teneri, & id etiam comprobat *in cap. cum Episcopus vers. personæ eod. tit. lib. 6. Alberic. 3. part. statutor. quæst. 43. Anchar in regula ea quæ num. 17. de reg. jur. lib. 6. & in d. cap. cum Episcopus, Petrus Belluc. in specul. Princip. rubr. 12. de jurament. §. quondam num. 104.* in ultimis verbis, ubi ait, quòd, si Episcopus laicos in his criminibus carcerare solet, in sua jurisdictione turbari non debet, & quòd aliàs servabitur communis opinio *Jo: Andreæ. Palat. Ruvios in c. per vestras §. sed est pulchra dubitatio numer. 18. & 20.* asserit, istam partem tenendam, & *num. 26.* in fine eam dicit verissimam, & a prædicto *num. 18. vers. ex prædictis infertur* usque *ad nu. 27.* agit de captura personarum. Inhærent *Franc. Marc. decis. 448. à nu. 1. in fin. vers. sed in contrarium part. 1. Nicol. Everard.* qui eam communem esse testatur *in topicis legalibus loc. 125. a conceff. anteced. num. 3. pagin. 5. vers. secundò simili ratione*, asserens sæpius ità vidisse de facto, *Mansuer. in prax. tit. de Judicibus*, & *eor. jurisd. num. 22. Boer. de consuetud. Bituricens. tit. de jurisd. gloss. 1. circa med. & decis. 227. num. 11.* ubi testatur, pluribus arrestis ita fuisse judicatum, *Ægyd. Magister in tract. de appellat. cap. 5. vet. quòd autem Episcopum, Didac. Perez ad l. 48. in fin. addit. tit. 19. lib. 14. ordin. vers. Hisp. pag. 396.* qui asserit constanter hoc esse tenendum, & quòd ita in Hispania practicatur, Jo: *de Roxas in singul. fidei sing. 198.* ubi testatur de communi, & in fine ait, quòd, si in aliquibus Episcopatibus contrarium servatur, illud est ex consuetudine præscripta, non autem de jure, *Ignatius Lupus reg. 397. vers. 7. non procedit, Michael Crassus lib. 2. com. opinion. c. 8. qu. 8.* qui eam sententiam redigit inter communes, *Jul. Clar. in q. 37. n. 8.* qui etiam de communi testatur, & asserit, quòd in statu Mediolanensi in practica servatur, *Sigismundus Scaccia in tract. de judic. cap. 12. n. 82.* ubi inquit, quòd, licèt quæstio sit disputabilis; ita tamen se habet communis opinio, *Baptista Villa in arar. commun. opin. littera S. num. 117. Jacob. Beretta*, qui id latissimè comprobat, & objecta dilui t *cons. 5. num. 2. cum seqq. Tiber. Decian. lib. 4. tract. crimin. cap. 27. num. 15.* ubi in fine asserit, hanc esse veram, & tenendam, *de Grassal. lib. 2. Regal. Franc. jure 20.* per totum, maximè in fine *vers. ex quibus concluditur.* Moventur præcitati DD. pluribus rationibus, & fundamentis, præcipuè *ex text. in d. cap. cum Episcopus de offic. ord. lib. 6.* qui sanè expressus videtur (& ita illum appellat *Roman. sing. 711. in fine*) & ibi, postquam Pontifex dixit, Episcopum posse in quolibet loco suæ Diœcesis pro Tribunali sedere, & causas ad forum Ecclesiasticum spectantes audire, ut laicos à captura excludat; subjicit, personas Ecclesiasticas, cum earum excessus exegerit, capere, posse, & carceri deputare.

Qua opinione, uti receptiore, & in praxi admissa, retenta, haud erit difficile contraria evitare. Non obstat textus *in cap. attendendum 17. qu. 4.* ubi agens de sacrilego, inquit: *Et carceri traditur*; & *gloss.* id ibi tenet: Sed, ut optimè declarat *Palat. in supr. citato loc. num. 23. in fine vers. ex istis etiam resultat*, & *num. 24. in principio*, vel ille textus procedit in Clericis sacrilegis, vel, si etiam in laicis, qui ratione sacrilegii efficiuntur de foro Ecclesiæ, non dicit, quòd tradantur carceri per judicem ecclesiasticum, sed ostendit, quid faciendum sit à seculari, ut clarè ibi sentiunt *Magister Petrus Mediolan.* & *Hugo*. Quibus addimus *Cardin. Turrecremata in ultimis verbis*. Atque eodem modo intelligendus est textus *in cap. contra Idolorum 26. qu. 5.* Præterea illa jura deservire possunt ad diffinitionem alterius quæstionis, quam *Roman. d. singul. 711. in princip.* & *August. in*

Digitized by Google

in addit. ad tract. Angeli de malefic. verſ. fama publica num. 88. immemores prædictorum jurium non bene perceperunt, nempè an Epiſcopus imponere poſſit laico pro crimine pœnam carceris temporalis, vel perpetui, quemadmodum poſt *Joann. Oroſcium*, quem refert *Palat. Ruvios* illum doctiſſimum appellans *in leg. Imperium column.* 544. in principio *litera S. ff. de juriſd. omn. judic.* & ita prædicta jura interpretatur *Alphonſ. Azeved. lib.* 4. *ad l. Hiſpan. t.* 1. *libr.* 14. *num.* 11. aſſerens id apertè probari *in dict. cap. attendendum*, dum, poſtquam dixit: *Et carceri tradatur*; inquit, & proſequitur loquendo disjunctivè: *Aut exilio perpetuæ deportationis feriatur*. Exilium autem nunquam niſi in pœnam imponitur: & ita carcerem textus ille in pœnam impoſuit. Atque idem ait probari *ex d. cap. contra Idolorum*, ſubiicitque *nu.*12. ſecundùm hanc diſtinctionem debere intelligi quorundam opinionem volentium tenere contra communem opinionem ſupra memoratam authoritate dictorum jurium canonicorum. Eorum namque opinio debet intelligi, quoties carcer in pœnam delicti imponitur, cum jura, quæ pro ſe allegant, ita loquantur: aliter etiam falſum aſſererent: & concludit *num.*16. in principio, Civitatem Placentiæ in contradictorio judicio ita obtinuiſſe contra Epiſcopum.

Præter quam quod textus *in d. c. contra Idolorum* loquitur de Idolorum cultoribus, quod crimen eſt merè eccleſiaſticum, & de auruſpicibus, & ſortilegis, qui proximè ad hæreticos accedunt ob mixtionem dæmonis, & aliarum ſuperſtitionum, & ideo ut plurimum ad ſolum eccleſiaſticum eorum cognitio ſpectat, ut ex *Clar. Bodino*, *Luc. de Penn.* & aliis, tradit *Sigiſmund. Scaccia in tract. de judic. cap.* 12. *à num.* 22. *ad* 54. Textus verò *in cap.* 2. *de adulter.* nihil concludit, & evitatur eodem modo, quo prædictum *cap. attendendum* ſecundùm *Palat.* ubi ſupra *num.* 23. *verſ. per ista patet*, & *verſ. item quia non dicitur*. Concilium autem Tridentinum, quo, veluti potiſſimo fundamento, nitiſtur prædicta concluſio, nihil contra hoc immutaſſe inferius declarabimus: non tamen inficiamur, quòd, ſi adeſſet conſuetudo legitimè præſcripta capiendi laicos, illi omninò eſſet ſtandum, ut tradunt *Bellug. Rox. Scacc. Decian.* in locis ſupra citatis, *Vaſquius libr.* 3. *de ſucceſſ. creat.* §. 22. *limit.* 7. *num.* 18. *in fin. verſ. illud autem*, *Avendan.* & alii, quos ſequitur *Azeved. in d. l.* 14. *nu.* 7.

De executione facienda in perſonas, & bonis laicorum ad ſolutionem quantitatis, vel reſtitutionem rei, ad quam fuerunt condemnati, contendunt etiam Doctores, & nonnulli eam ab eccleſiaſticis fieri poſſe autumarunt authoritate *Joann. de Imol. in cap. ſignificaſti de offic. deleg. Felin. ibid. num.* 4. & *Barbat. ibid. num.* 30. & *in cap. conqueſtus nu.* 36. *de for. competenti*, *Innocen.* & *Bellamer.* & dictum *Innocentii* ſic intelligunt *Joan. Andr.* & *Collect. in fin. Cardin. n.* 3. *ad fin.* & *Foller. in pract. crimin. verſ. imò in fin.* & magis in ſpecie præfatam opinionem tanquam veriorem firmant *Specul. tit. de ſecund. decret. in fin.* & *Joannes de Anan. in dicto cap. ſignificaſti in fin.* Præterea exiſtimarunt, contrarium tenentes loquutos fuiſſe in delegato, & in ordinario contrarium tenuiſſe, ut patet ex verbis *Innoc.* ad quem alii ſe referunt *in dicto cap. ſignificaſti*, ubi, dum refert opinionem negativam, loquitur ſolùm in delegato: dum autem refert aliam opinionem affirmativam, dicit: *Alii tamen dicunt, quòd ex quo cauſa eſt de juriſdictione eccleſiæ, licèt poſſeſſores ſint laici; tamen judex eccleſiæ, ſive ordinarius, ſive delegatus, ſententiam exequetur*: & ſic præſupponit, quòd ordinarius poſſit exequi ſententiam in bonis laicorum, & quòd Doctores de hoc non dubitent, ſed ſolùm diverſitas illarum opinionum verſetur circa delegatum; nec etiam ita firma eſt poteſtas delegati in hujuſmodi executione, ſicut eſt ordinarii. Et hoc idem tradit *Foller.* diſtinguendo inter delegatum, & ordinarium in *praxi criminali verſ. aut inquiſitione formata ſub num.* 52. allegans etiam dictum *Innocent.* Denique id probari poſſe putarunt auctoritate Concilii Tridentini *ſeſſ.* 25. *cap.* 3. dum, expreſsè in eo dicitur, quòd loco cenſurarum, quibus utebantur judices eccleſiaſtici, liceat Epiſcopis in cauſis, ſive civilibus, ſive criminalibus ad forum eccleſiaſticum quomodolibet pertinentibus contra quoſcumque, etiam laicos, per multas pecuniarias, per captionem pignorum, perſonarumque diſtrictionem, per eos proprios, aut alienos executores procedere, & cauſas definire. Quæ verba non videntur enunciativa, ſed diſpoſitiva, tum ex eo quia loco cenſurarum, quibus prius Epiſcopus utebatur, hæc poteſtas procedendi contra bona, & perſonas etiam laicorum, ſubrogata eſt. Ex quo ergo ſubrogatus ſapere debet naturam ejus, in cujus locum ſubrogatur, *leg. ſi*

cum

Digitized by Google

tum §. qui injuriarum ff. si quis caution. cum ibi notatis; ſicut cenſuris utebatur Epiſcopus ex jure proprio, ita & hac facultate loco earum ſubrogata uti debere videtur; tum quia etiam in decreto adſunt verba diſpoſitiva: *Liceat Epiſcopis*; quæ reſpiciunt factum, videlicet procedere per captionem pignorum, & diſtrictionem perſonalem, quo caſu videtur licere Epiſcopis hoc facere de jure, & de facto, ut declarat *Bart. in l. ſtipulatio iſta §. ſi qui ſub n. 3. ff. de verb. oblig.*

His tamen minimè refragantibus, contraria ſententia tenenda eſt uti communis, & ferè ab omnibus Scribentibus probata, ut patet, facta primùm diligenti enumeratione eorum, qui in delegato Papæ, deinde eorum, qui in ordinario hoc cenſuerunt: Inter loquentes de delegato hujus ſententiæ fuit *Hoſtienſ. in dict. cap. ſignificaſti num. 2. in fin. & num. 3. de offic. delegat.* ibi: *Quid de ſecularibus in illis caſibus, qui ad eccleſiaſticum judicem pertinent? Dicunt quidam, quòd in hoc caſu nunquam eccleſiaſticus per ſe debet poſſeſſionem dare, imò ſemper debet recurrere ad judicem ordinarium ſecularem, qui hoc exequetur, infra qui fil. ſint legitim. cap. cauſam quæ il 2. cap. cum ad verum 96. diſtinct. l. à Divo Pio §. 1. ff. de jud. alii, quòd ex quo cauſa principalis eſt de juriſdictione eccleſiæ, per conſequens & executio. Sed primi videntur juſtius ſentire, ut patet ex eo, quod colligitur, & notatur infra de for. competent. cap. poſtulaſtis*: & *Hoſtienſem* ſequuntur Joannes *Andreas* ibidem *num. 7.* ferè per eadem verba, *Anton. de Butr. in cit. loc. num. 13. Collect. num. 2. verſ. ſed numquid poteſt dare*, ubi, relatis opinionibus pro utraque parte, inquit, quòd opinio *Hoſtienſis* ſecurior videtur, *Cardinal. ibid. quæſt. 5. num. 3.* inquiens in fine hoc eſſe rectius, ne turbetur juriſdictio laicorum, argum. *dict. cap. poſtulaſtis*, idem *Card. in clement. 1. num. 14. qu. 10. de offic. deleg. Innocentius in dicto cap. ſignificaſti num. 4. verſ. item non credimus*, ejuſque, ut inferiùs ſuo loco demonſtrabimus, authoritas in dubium revocari non poteſt, *Gulielm. de Monte Laudun. in dicta clement. 1. num. 6. de offic. delegat.* his verbis: *Sed numquid iſti executores, vel delegati poterunt ſuo jure invocare brachium ſeculare, ſi opus fuerit? Super hoc ſunt opiniones tres, quas ſic concordo: Aut loquimur de poſſeſſionibus omninò laicalibus, & tunc non niſi per modum requiſitionis recurrent ad brachium ſeculare, ideſt ad judicem ipſarum poſſeſſionum: ſi autem ſunt eccleſiaſticæ &c.* Inhærent *Henric. Boich in dicto cap. ſignificaſti n. 1. ver. ſed iſtas opiniones concordo* referens formalia verba *Montis Laudun. Petrus de Ancharan. ibid. nu. 3. verſ. quæro illa, Bald. in margharit. verb. delegatus verſ. delegatus Papæ, Angelus in l. cum ſpecialis num. 5. Cod. de judic. not. ult. Andr. Barbat. in cap. ſi quis contra clericum num. 69. de for. competen. Franciſc. Marc. deciſ. 72. num. 8. poſt principium part. 1. Guidon Pap. in dicto cap. ſignificaſti nu. 4. ad medium verſ. ex quibus colligatis*, ubi ait, quòd, licèt forte diſputando poſſet ſuſtineri contrarium; tamen hæc opinio eſt in judiciis ſervanda.

In ordinario autem, & generaliter in quocunque judice eccleſiaſtico hoc idem expreſsè tenent *Bald. in dicto cap. ſignificaſti ſub num. 2. verſ. idem nempe*, ibi: *Et per hoc communiter dicunt DD. quòd, licèt Epiſcopus poſſit pronunciare de dote reſtituenda; non tamen poteſt mittere in poſſeſſionem laicalem, niſi per judicem ſecularem, ſecundùm Hoſtienſ. Innocent. & Joann. Andr. & hoc teneas, quia mera juriſdictio non trahit ad ſe mixtum imperium: imò eſt ratio, quia eſt territorium alienum.* In eandem quoque ſententiam protendit *Joann. Faber in l. Epiſcopale Cod. de Epiſcop. aud. num. 10.* ibi: *Item dicunt quidam, quòd judex eccleſiaſticus poteſt ſuam ſententiam exequi in poſſeſſionibus laicalibus, cum ſibi competit cognitio cauſæ, ut teſtatur in dicto cap. ſignificaſti. Sed illam opinionem reprobat Innocent. ibi; Specul. eam approbat: ſed opinio Innocentii verior videtur*: atque id ipſum comprobant *Anchar. in reg. ea quæ qu. 11. num. 17. poſt medium verſ. & moveor primò de reg. jur. lib. 6. Paul. de Caſtro in auth. ſi quis litigantium num. 4. verſ. Baldus dicit Cod. de Epiſcop. audient. Salycet. in dicta leg. Epiſcopale num. 4. in fin.* ibi: *Ideò Epiſcopus ſuam ſententiam exequi non poſſet in bonis laici in diœceſi exiſtentibus, qui ejus juriſdictionem prorogaſſet, licèt forſan in bonis clerici poſſet, quia bona clericorum ſunt ſibi ſubjecta.* Nec obſtat, ſi diceretur, quòd *Salycetus* loquitur in Epiſcopo cognoſcente ex prorogatione partium, quia juriſdictio prorogata tàm in Epiſcopis, quàm in quovis alio ejuſdem eſt naturæ, & qualitatis, cujus eſt primitiva ordinaria, ut dixerat antea idem *Salycet. ibid. num. 3. verſ. ego puto*, quem ſequuntur *Thomas Grammat. deciſ. 9. num. 2. in fin. verſ. idem erit, Franc. Marc. deciſ. 73. nu. 9. part. 1.* & *Salycetus* in eo tantùm vim facit, quòd hujuſmodi facultas Epiſcopo non com-

competat, nisi in bonis clericorum. Nec aliter sentiunt *Palat. Ruvios in dict. repetit. cap. per vestras §. sed est pulchra num. 1. ad 18.* concludens *in fin. num. 17.* hunc articulum esse indubitatum, nec esse ulterius insistendum, *Bernard. Laurent. in tract. de casib. in quibus jud. secul. cognosc. potest inter cleric. num. 18. vers. & propterea licèt, Gulielm. de Benedict. in repetit. cap. Raynutius verb. & uxorem il 2. num. 130. in fin. & num. 131. de testament. in princip. Petr. Rebuffus in tract. de regia ad Prælatur. nominat. vers. in manibus nostris*, ubi refert in hanc sententiam multa arresta Senatus Parisiensis, *Nicol. Everard. in topic. legal. topic. 125. à concess. antec. num. 2. pag. 3. vers. ex isto sequitur etiam* asserens id esse memoriæ commendandum, quia sic se habet veritas, *Didac. Covarr. practic. quæst. cap. 10. num. 2. vers. tertiò illud erit, Francisc. Aviles dicto cap. 20. verb. usurpandis num. 15. in fine, Tiber. Decian. dicto lib. 4. tractat. crimin. cap. 27. num. 15. circa finem vers. & concludit, Renat. Coppin libr. 2. de sacra polit tit. 11. num. 2. & num. 3. in principio*, ubi etiam testatur pluries judicatum, *Gundisalvus Paz in pract. tom. 2. prælud. 2. numer. 55. & 56. Alphons. Azeved. lib. 4. ad leg. Hispan. tit. 1. lib. 14. num. 16. in fin. Jacob. Berretta cons. 6. per totum.*

Et pro hac parte connumerari potest *Abb. in dicto cap. significasti num. 10. in fin. vers. & ex his infero*, quatenus ait, Episcopum, qui non habet jurisdictionem temporalem, in executione justitiæ debere implorare auxilium brachii secularis, quia sicut pro spiritualibus debent Principes recurrere ad ecclesiam; ita Prælati pro temporalibus debent recurrere ad Principes seculares, ne promiscuis actibus eorum perturbentur officia: & *Abbatem* sequutus est *Augustinus Berous ibid. num. 25. & num. 30. in fine*, resolvens, quòd, ubicunque deficit potestas ecclesiastica, quia non possit habere effectum, ex eo quia censura ecclesiastica negligatur, tunc recurrendum est ad potestatem secularem, hoc est ad auxilium brachii secularis: idemque tuetur *Petr. Bellug. in specul. Princip. rubr. 22. §. & quia quotidiana à num. 46. in fine vers. adverte* usque ad *n. 8.* quo in loco, postquam diserte tradidit, quòd jurisdictio, sive imperium Episcopi non cohæret territorio propriè, sicut aliorum ordinariorum (quod non admittimus) & postquam hoc sensu accipienda putavit jura canonica, quæ contrarium innuere videntur, nempè *cap. omnes basilicæ 16. qu. 7.* subjicit, quòd Episcopus non habet potestatem realiter exequendi adversus laicos, quę prius fuit sententia *glos. in dict. leg. Episcopale verb. tribuatur Cod. de Episcop. audient.* quę sententiam per Episcopum latam à potestate ait esse exequendam: & ibi *additio marginalis in verb. potestate* inquit: *Idest territorii; Oldrad. cons. 17. num. 17. vers. tunc arguo, Alberic.* qui id declarat *3. part. statutor. qu. 18. n. 9. vers. quod patet.*

Rationes, & fundamenta, quibus hi DD. moventur, non opus est singillatim commemorare, cum ex eorum verbis, & maximè antiquorum, quos retulimus, probata abundè pateant. Receptissima igitur, &, ut ita dicamus, in jure canonizata est hæc conclusio, à qua nefas videtur deviare: quod clariùs elucescet, sublatis objectionibus.

Non obstat authoritas *Joannis de Imola in dicto cap. significasti num. 2. Felin. ibid. num. 4. & Barbat. n. 30. & in cap. conquestus de for. competen.* Siquidem *Imola* (ultra quod loquitur in delegato Papæ, qui, ut ipse ait, censetur habere jurisdictionem in omni loco quoad causam commissam, sicut Papa, quod non ita considerari potest in simplici ordinario) in fine referens *Hostiensem* concludit, in practica tutius esse illius opinionem servare. *Felinus* verò loquens in delegato Papæ, quamvis existimet, modestiæ, & urbanitatis, non necessitatis esse imploratione brachii; fatetur tamen, communem sententiam esse in contrarium, quemadmodum etiam *Barbat. numer. 21.* licèt postea more suo discesserit ab ea *num. 30.* & in *dicto cap. conquestus nu. 36. de foro competen.* nihil solidi allegat, sed somnia, ut inquit *Everardus dicto loc. à conces. anteced. pag. 3. vers. ex isto etiam sequitur.*

Non obstat secundum argumentum, quod fit connumerando pro contraria parte *Innocent. & Ægyd. Bellam.* Nam *Innocent.* apertè inquit: *Item non credimus, quòd delegatus Papæ in rebus, quę non sunt ejus, puta in possessionibus laicalibus, possidere mandet possessionem corporalem, puta si cognoscat de dote, ut de donat. inter vir. & uxor. cap. de prudentia, vel de aliis similibus: sed laico judici dandam mandabit, ff de re judic. l. à Divo Pio §. 1. 96. distinct. cap. cum ad verum 11. quæst. 1. cap. de persona in fin. Alii tamen dicunt, quòd, ex quo causa est de jurisdictione ecclesiæ, licèt possessiones sint laicales; tamen judex ecclesiæ sive ordinarius, sive delegatus, etiam in possessione laicali sententiam exequetur:* & licèt ulti-

mo

mo loco referat opinionem pro parte affirmativa, quæ, pluribus relatis, approbata censetur, *glos. in leg. qui filium §. fin.* & ibi *Imol. num. 3. ff. ad trebellian.* hoc tamen non habet locum, quando Doctor refert unam opinionem simpliciter, & postea dicit: *Alii tamen dicunt*; vel quid simile: nam hoc casu primam opinionem approbasse censetur, ut tradunt *Jason*, *Purpurat. Claud.* & *Dec.* quos refert, & sequitur *Antonius Maria Corasius lib. 1. de commun. opin. tit. 6. num. 103.* & in specie sic *Innocentium* declarans, & illius verba discutiens *Palat. Ruvios in dicto §. sed est pulchra num. 6. vers. revera maximè cum Innocent. adeò mentem suam explicaverit per illud verbum non credimus &c.* atque ità *Innocent.* tanquam pro parte negativa clarè sentientem ultra *Palat. Ruv.* allegant ferè omnes Doctores proximè citati, præcipuè *Bald. Fab. Angel. Guid. Pap. Barbat. in dicto cap. si clericus laicum*, *Bernard. Laurent. Benedict. Aviles*, & illimet, qui à communi dissentiunt, ut *Barbat.* & *Felin. in d. cap. significasti*, quemadmodum etiam ita *Innocentium* intellexerunt *Dominic. in dicto cap. cum Episcopus num. 9. Franc. num. 2. de offic. ord. lib. 6.* post *Joannem de Imola*, quem refert *Jacob. Beretta dicto cons. 5. num. 1. column. 2. vers. 3.* quique id eandem tractans quæstionem comprobat. Nec aliter *Joann. Andr.* & *Cardin.* intelligunt *Innocentium*: nam nihil aliud agunt, quàm ipsius verba referre: & solus *Collectar.* tametsi eidem sententiæ adhæreat, pro contraria videtur allegare *Innocentium* considerans tantùm, & referens ejus ultima verba, quæ etiam deceperunt *Follerium*, cum tamen necessariò accipienda sint, ut proximè diximus. *Bellamer.* verò *in cap. significasti num. 7. in fine* de delegato loquens potiùs in adversam ecclesiasticis judicibus opinionem inclinat: eamque probant *Specul. dicto tit. de secund. decret. in fin.* loquens in quocunque judice ecclesiastico, & alii DD. communiter: & *Anan.* de delegato agens in *dicto cap. significasti num. 3.* tametsi dicat contrariam veriorem, nostram tamen æquiorem appellat.

Ratio verò, & fundamentum, quo innituntur scribentes, qui tàm de delegato, quàm de ordinario loquuntur, non illud est, quòd discrimen aliquod constituant inter ordinarium, & delegatum; sed quia bona, & possessiones laicorum sunt de jurisdictione Principis temporalis, uti expressè ajunt *Innocen. Laudun. Henric. Boich. Cardin. Angel.* & alii illorum affectæ, vel quia, ut *Baldus* ait, sunt de territorio alieno, quæ ratio, ut de se patet, æquè convenit judici ordinario, & delegato. Ideò autem præcitati Doctores *in dicto cap. significasti*, & *in clement. 1. de offic. delegat.* loquuntur in delegato, quia hoc conveniebat materiæ illius tituli, & textuum, quos interpretantur, non verò, quòd restricta, & minus firma sit quoad causam commissam potestas delegati à Papa, quàm illa ordinarii: istiusmodi enim delegati æquiparantur ordinariis, quinimmò ipsis majores sunt, & veniunt appellatione maximorum judicum, quia funguntur authoritate Papæ, vel Principis, ut post alios scripsere *Ludovic. Gomez in cap. 1. de judic. num. 60.* & *64.* & *Franc. Marc. decis. 72. num. 2. part. 1.* ac possunt mittere in veram, & corporalem possessionem in rebus ecclesiasticis, quemadmodum ipsi ordinarii secundùm *Innoc. in dicto cap. significasti num. 3. Hostiens. Joann. Andr. num. 6. Bellamer. num. 7. in princip. Butr. num. 14.* & *15. in principio vers. verum omnis delegatus*, *Card. quæst. 4.* & *Franc. Marc. in alleg. decis. 72. num. 6.* & similiter pro exequenda sua sententia brachium seculare possunt invocare, *Bellam. in clem. judices num. 34. de offic. delegat. Guid. Pap. in dicto capit. significasti num. 4. vers. ex quibus colligatis*, etiamsi expressè in commissione hoc sibi non concedatur, *Hostiens. Oldr. Bald. Paul. Salycet. Abb. Cardin. Felin.* & alii relati à *Roland cons. 37. numer. 1. lib. 1.* qui de communi testantur: atque ita in specie differentiam hanc, quæ excogitabatur inter ordinarium, & delegatum, quoad invocationem brachii reprobat *Palat. Ruvios* ubi supra *num. 18. vers. nec facio differentiam*.

Minùs etiam refragatur Concil. Trid. *sess. 2. cap. 3.* ex pluribus. Primò, quia vis illius decreti in eo tantùm versatur, ut ordinem procedendi judicibus quibusvis ecclesiasticis statuat, ne passim, facilè, & indistinctè à censuris inciplant, nisi priùs aliis remediis tentatis. Cum autem principaliter de ordine in procedendo, obiter verò de personarum districtione, & pignorum captione per suos, vel alienos executores sermo fit, nihil amplius disponi apparet, quàm quod jure communi institutum est, ut explicat *Beretta cons. 3. nu. 21.* & *cons. 5. num. 28. vers. illud verò in fin.* ubi etiam subjicit, verba Concilii intelligenda esse in casu habili (in quo lex loqui semper intelligitur) & ita referenda ad casum, ubi Episcopi, & judices ecclesiastici temporalem quoque in laicos habent

Digitized by Google

bent jurisdictionem, vel consuetudinem legitimè præscriptam, vel in aliis casibus, in quibus id judicibus ecclesiasticis est permissum. Secundò, quia, ut inquiunt *Alphonsus Azevedus in dicta l.4. tit.1.l.4.leg. Hispan. n.2. post med.fol.26. column.1. in principio*, & *Avalos in direct.or. judic. eccles. cap. 13. à num.24.* verba Concilii non contrariam, imò conclusionem propositam probant, dum dicitur ibi: *Per suos proprios, aut alienos*; quasi verbum illud *alienos* ad distinctionem laicorum, & pignorum captionem referatur, & per eos sint facienda, quibus de jure permissum est fieri, singula singulis referendo. Si enim judex ecclesiasticus tàm contra laicos, & eorum bona, quàm contra clericos (omnium enim judiciales causæ comprehenduntur) pariter, eodemque modo per suos exequi posset; frustra Concilium addidisset: *Et alienos*: Addidit id igitur supponens esse aliquas executiones, quæ ad ecclesiasticum non spectant, & ideo ministerio indigere alieno, veluti quæ fierent in personis, & bonis laicorum. Tertiò, quia debile est argumentum, quod fit à regula subrogatorum, ut quemadmodum Episcopus utebatur censuris jure proprio; ita etiam uti possit districtione laicorum, & bonorum captione censurarum loco per Concilium subrogata: siquidem Concilium nihil aliud agit, quàm ordinem antiquis canonibus præscriptum circa invocationem brachii immutare, ut quod antea post decretas censuras, & quando nil ecclesia haberet ultra, quod faceret, invocandum erat; postea in casibus, in quibus invocari oportebat, priùs quam ad censuras deveniretur, invocari deberet; & istud est, quod respicit subrogatio: non autem executio per omnia, & sic etiam quoad modum eam faciendi subrogatur loco censurarum: quapropter prædicta regula locum habere non potest ad tradita per *Everard. in topic. legal. loc.122. à vi subrogationis num.20. vers.2. in fin.* idque satis indicat Concilium per illa verba: *Vel per alienos*. Ultra quod brocardicum, quòd subrogatus sapere debet naturam ejus, in cujus locum subrogatur; cessat, quoties cumque vel diversa est qualitas in subrogato, *Alexand. cons 106. num.17. lib.3. Gozadin. in l.2. num.34. Cod. de pact. inter emptor. & vendit. Antonius Rubeus in leg. penult. §. ad crimen num.186. ff. de publ. judic.* vel diversa ratio, *Otalor de nobilitate 4. part. cap.2. num.9.* vel quando in subrogato aliquid è speciali ter dispositum in contrarium, *Jacob. Niger* in specie valdè simili post *Alex. & Soccin. in leg. mandatam num.1. ff. de offic. ejus, cui mand. est jurisdict.* quę omnia præcipuè concurrunt, cum Episcopus pro executione justitiæ jure proprio uti possit censuris ecclesiasticis, non verò manus injectione in bonis laicorum, nisi civilium magistratuum, quibus subsunt, auxilio invocato, & sic quoad bona secularia adest diversa qualitas, & ratio, ac etiam contraria, specialis dispositio. Subrogatio igitur intelligenda est quoad ordinem procedendi, ut supra diximus, non verò quoad modum faciendæ executionis, qui is demum erit, qualis à jure statutus reperitur, & ad limites ecclesiasticæ potestatis, argumento eorum, quæ in simili tradit *Berous in dicto cap. significasti numer.34.* ubi respondens ad id, quod dicitur, quòd omnia censentur judici ecclesiastico concessa, sine quibus jurisdictio nihil esset, inquit, hoc esse verum, dummodo non excedat potestatem, seu jurisdictionem suam, seu ejus terminos; unde sicut secularis judex non posset censuras decernere, ita nec ecclesiasticus hujusmodi executionem facere, cum in hoc potestates distinctæ sint.

Fragilis etiam est inductio, quæ fit ex verbis dispositivis Concilii, ibi: *Liceat Episcopis*; quæ respiciunt factum, videlicèt procedere per captionem pignorum licere. Non enim negamus, Episcopo licere id facere, antequam censuris utatur, quod priùs non licebat. Sed quæstio est, an per suos, vel alienos executores; quod decidendum venit juxta supradicta.

Præcedenti consequens est altera quæstio, an conclusio proximè firmata locum habeat, quando executio facienda est in bonis laicorum occasione condemnationis in causa criminali; eamque locum habere putamus unico illo, & sæpiùs repetito fundamento, quòd apprehensio in bonis laicorum per judicem ipsorum bonorum, nempè magistratum civilem, non verò ecclesiasticum fieri debeat; nec videmus, congruam aliquam differentiæ rationem constitui posse in executione quoad causam criminalem, & civilem; semper enim verum est, quòd hujusmodi bona sunt alterius jurisdictionis, ità attestantibus auctoribus superiùs memoratis, quorum ratio, ut apparet cuilibet intuenti, æquè complectitur utrumque casum. Nec movet opinio *Alb. in cap. licet num.8. de pœn.* quem sequuntur *Felin. in cap. irrefragabili*

§.cc.

§. cæterum n. 5. de offic. ordin. & Ausrer. de potest. eccles. super laic. num. 2. qui dicunt, Episcopum pro crimine imponere posse etiam laicis pœnas pecuniarias. Nam, præter quam hæc opinio contradicentes habet & numero, & authoritate superiores, nempè *Hostiens. Joann. Andr. Anchar. Felin. Vitalin. & Soccin.* quos retulit *Jacobus Beretta cons. 7. n. 1.* quibus addimus *Nicol. Everard. in topic. legal. dict. loc. 125. à concession. anteced. num. 8. in fin. vers. & ex isto*, si illam admitteremus, cum cautionibus tamen, quas refert *Didac. Covarruv. lib. 2. variar. cap. 9. n. 8. in fin. vers. secundum, & n. 9. in princip.* animadvertendum foret, aliud esse quærere, an Episcopus pœnas pecuniarias imponere possit, aliud, an illarum exigendarum occasione bona laicorum apprehendere valeat. Primum respicit cognitionem, & jus pronunciandi; alterum verò executionem, quæ sunt longè diversa ex supra dictis. Nec credendum est, *Abbatem* voluisse egredi fines illius quæstionis, an Episcopo alias pœnas, quàm spirituales, adversus laicos irrogare liceret, in qua multi alii dissentiebantur, nec ætate sua talium pœnarum impositio erat in usu, ut testatur idem *Abb. in cap. grave numer. 5. vers. item nota eod. tit. de pœn.* & simul dicere voluisse, Episcopo jus esse prædictas pœnas exequendi non solùm spirituali gladio, sed etiam laicorum bona apprehendendo, non invocato brachio seculari,

Non obstaret consuetudo, etiamsi adesset, nisi in specie legitimè probaretur, Episcopum, seculari brachio irrequisito, in bonis laicorum hujusmodi pœnarum exigendarum occasione executionem facere consuevisse; Nec enim consuetudo de uno casu ad alium extendenda est, sed tantum dicitur præscriptum, quantum possessum, *l. 1. §. Julianus ait* juncta *gloss. in verb. quoad usque*, & quæ ibi notant DD. *ff. de itiner. actuq. priv.* & in simili *Rebuff. in l. pupillus 239. §. territorium column. 3. vers. item si quis ff. de verb. significat.* Si autem inspiciemus rationem communiter à Doctoribus traditam, scilicet quòd bona laicorum non sint ecclesiasticæ jurisdictioni subjecta, planè innotesceret, eorum mentem, sensum, & doctrinam non magis ad unum casum, quàm ad alium restringi, sed generaliter definire circa modum executionis faciendæ in bonis laicorum, quacunque ex causa judex ecclesiasticus cognoscat: non enim restringit, quod gratia exempli exprimitur, *leg. 1. §. quod vulgo* cum similibus *ff. de vi, & vi armata*; sed ad limites rationis generalis quævis dispositio generaliter est intelligenda in omni casu, cui ratio reddita applicatur, *leg. regula §. final.* & ibi notat *Bart. ff. de jur. & fact. ignor.* idem *Bart. in leg. pariter filium §. si furdum ff. de legat. 3.* & alibi passim: & si DD. qui de hac re loquuntur, diligenter expendemus, planè reperiemus, magnam eorum partem neque gratia exempli, neque alio modo sermonem facere de causis civilibus, vel criminalibus, sed generaliter tradere conclusionem complectentem utrasque causas, videlicèt (& hæc ferè sunt illorum formalia verba) quòd judex ecclesiasticus in his casibus, in quibus competens est adversus laicos, in suæ sententiæ executione non potest illorum bona, & possessiones apprehendere, sed recurrere debet ad brachium seculare, *Gloss. Joann. Andr. Collect. ar. Mont. Laudun. Henric. Boss. Fab. Salycet. & Benedict.* Nec *Didacus in cap. 10. practic. num. 2.* distinxit inter executionem faciendam super bonis ex causa criminali, vel civili: sed, postquam in puncto capiendi laicos in criminibus mixtis tenuit pro ecclesia, movet quæstionem in bonis laicorum ex causa civili, non autem egit de causa criminali. *Gloss.* verò *in dicta clement. 1. verb. subditus* minimè probat memoratam differentiæ rationem, imò contrarium, dum in fine ait, laicum ratione delicti, vel contractus non dici propriè subditum, licèt sortiatur forum: & hoc est, quod dicit *Ancharanus* allegans *glossam*, quam similiter ad hoc allegat *Palut. Ruvios in dict. §. sed est pulchra num. 21. in princip.* Nec ex eo, quòd *Didacus* existimaverit, jus Episcopo esse laicos carceri mancipandi, inferri potest, quòd simul senserit apprehendere posse illorum bona, quia istud est DD. dicta subaudire, & supplere, maximè quia, licèt respectu capturæ laicorum opinionem *Didaci*, & aliorum admitteremus; ex hoc nil sequeretur ad captionem bonorum pro executione sententiæ, quæ eodem judicio ferretur, tum quia respectu hujusmodi apprehensionis bonorum adsunt speciales decisiones, quibus acquiescere oportet interim, dum aliæ leges, aut canones non sanciuntur, tum etiam quia major, & urgentior ratio videtur esse illa, quæ prohibet apprehensionem bonorum, ex iis quæ pulchrè scribit *Anchar. in cap. cum secundùm leges num. 1. not. 3. de hæretic. lib. 6.* ubi agens de crimine hæresis (in quo,

quo, tanquam merè ecclesiastico, laici ab ecclesiastico capi possunt, *cap. excommunicavimus il 2. in fin. clementin. 1. §. sic quod de hæret. Palat. Ruvios in dict. §. sed est pulchra num. 22.*) inquit, quòd quia hæreticorum bona non sunt in territorio proferentis sententiam, ideo ad eum non pertinet executio, sed ad secularem, tanquam judicem territorii, in quo sita sunt, *cap. postulasti de foro competen.* subjiciens *in fin. column. 2.* hoc procedere, etiamsi aliqua pars bonorum applicari deberet ipsi judici ecclesiastico, quia nihilominus apprehensio spectat directè ad secularem: & consonat, quod tradit *Clar. in §. hæresis num. 23. vers. c. veruntamen sciasi* & quòd non valeat consequentia: Episcopus potest distringere personam; ergo & exequi in bonis, quæ sunt in territorio judicis secularis; tradunt in fortiori casu loquentes *Oldr. cons. 17. num. 17. 20. & 27. Joann. Andr. ad spec. tit. de feud. quæst. 40. in addit. magn. in fin. colum. 1. vers. ad contrarium, & column. 2. in medio*, isque videtur planè sensus fuisse, & intentio *Dominici*, qui, licèt in *dicto cap. cum Episcopus*, ut supra retulimus, tenuerit, laicos posse capi ab ecclesiastico in mixtis criminibus, quando postea agit de exigendis pœnis pecuniariis in *cap. 1. de homicid. lib. 6. num. 9.* inquit, quòd, si laicus temporaliter non subest Episcopo, exequendæ sunt per dominum temporalem, apertè sentiens, quàm maximum discrimen sit inter unum, & aliud. Nec obest, quòd bona censentur accessoria ad personam, & quod tradit *Isern. tit. de statut. & consuetud. comm. libertat. ecclesiast. num. 12. in usib. feudor.* quia accessorium non sequitur naturam ejus, cui accedit, quando ipsum accessorium habet certam determinationem, vel in eo reperitur provisio, vel dispositio specialis, aut diversa ratio, *Monach. in fin. in regul. accessorium de regul. jur. lib. 6.* Confert, quod propriè ad rem tradunt *Everard. in topic. legal. loc. 84. in fin.* argumentum de personis ad res, quod validum est in jure, tunc demum procedere, quando eadem est ratio in uno, quæ in alio: *Isernia* verò id tantùm scribit, quòd clericus non convenitur coram seculari de re sua patrimoniali, quidquid constitutio Regni Siciliæ dicat.

14 Quemadmodum instrumentum publicum, quod paratam habet executionem etiam extra Regnum, non eget litteris hortatorialibus, ut Judex alterius territorii illud exequatur, ità & laudum, quod vigore conventionis, & compromissi paratam habet executionem, *Bart. in l. à Divo Pio §. sententia Romæ ff. de re judic.*

15 Impetrato rescripto à domino Prorege, quòd Capitaneus Insulæ Liparis valeat adstringere certas personas ad solvendum impetranti, possunt coram eo comparere *creditores*, vel alii interesse habentes, & allegare, quare solutio facienda non sit, *Ursill. ad Affl. dec. 227. num. 2.*

16 Notum est, quòd alius est judex exequutor facti absque causæ cognitione, & dicitur merus exequutor, & is est, qui de causa non est judex capax, sive de ea cognoscere non potest, *l. si ut proponis C. de exequ. rei judic.* Alius est judex exequutor juris, & dicitur mixtus, æqualis, & par judex, & *is* est, qui de causa est judex, sive de ea cognoscere potest, *gloss. in cap. pastoralis §. quia verò in verb. & si sciat de offic. deleg. Afflict. In constitutione* incipiente *post mundi machinam num. 50. usq. ad 53. Molina de brach. secular. lib. 1. cap. 11. num. 50.* & iste, quando est secularis, non est dubium, quòd cognoscit nedum de nullitate sententiæ Judicis Ecclesiastici latæ in judicio civili, *Guid. Pap. decis. 154. Franc. Marc. decis. 269. num. 1. part. 1. Farinac. tom. 3. prax. crimin. quæst. 97. num. 76. & 91. Cancer. lib. 2. var. resolut. cap. 15. num. 15. 18. 27. & 28. Rebuff. ad constitut. Franc. tom. 2. tit. de litter. requis. num. 22. Franc. Molin. ubi supra lib. 1. cap. 11. num. 38. & lib. 2. cap. 25. num. 191. Parlador. rerum quotid. cap. fin. par. 2. §. 2. num. 6. Affl. in dicta constit. num. 15.* ubi *Andr. & in cap. 1. num. 5. de controvers. inter vassal. & alium de benefic. investit.* sed et iam potest, & debet ante impartitionem brachii pensitare justitiam, & injustitiam ejusdem sententiæ judicis Ecclesiastici, & constito de notoria, & evidenti injustitia, debet denegare brachium, *Afflict. decis. 220. num. 9. Ursill. ad Affl. in decis. 24. num. 15. num. 16. & num. 17. Gram. in dicta constit. post mundi machinam num. 19. & num. 20.* ubi *Andr. circa finem, Marant. disput. 1. num. 37. Balb. decis. 88. Covar. lib. 1. var. cap. 1. num. 10. & pract. quæst. cap. 10. num. 2. vers. 3. illud, Gratian. regul. 422. num. 7. Greven. ad Gayll. tom. 1. concluf. 115. num. 5. & 6. Azeved. tit. 1. l. 15. num. 4. & 9. recopilat. Molina dicto cap. 11. num. 47. vers. unde, & lib. 3. cap. 38. post nu. 25. vers. non aliud, Didac. Perez tom. 1. lib. 3. ordin. tit. 1. l. 4. vers. invoque ayda*, qui præ-

Digitized by Google

prædicti DD. loquantur, ſive imploretur brachium officio judicis, ſive actione in factum ex ſententia: & ipſa Curia Romana habet pro ſtylo non exequendi, nec concedendi brachium ſententiæ injuſtæ cujuſvis ſupremi Tribunalis, ut notatur *in deciſ. 85. num. 1. part. 1. in noviſ. diverſ.* & alibi dicit *Rota*, ſuprema Tribunalia non attendere res judicatas, quando apparet de injuſtitia etiam non notoria, ut in *deciſ. 134. nu. 2. & 3. tom. 1.* in recollectis per *Farin. Borell. tom. 2. deciſ. univerſ. orbis tit. 31. de re judic. num. 39.* & ſi Rota Romana hoc obſervat, debent noſtra ſuprema Tribunalia idem obſervare cum ſententiis ipſius Rotæ ex regula illa: Quod quiſque juris, &c. *Rebuff. tom. 2. tit. de liter. requiſitor. unico gloſ. 2. num. 10. Reg. Carleval. in ſuo tract. de judic. tom. 1. diſput. 2. num. 42.* & quando nullitas
17 eſt notoria, judex abſque partis inſtantia, & oppoſitione, ſuper ea pronunciare poteſt, *Rota deciſ. 666. num. 4. part. 2. diverſ.* idque optimè probat *Ludovicus Roman. conſ. 51.* & ex officio debet ſupplere reiiciendo calumnioſam petitionem ſententiæ nullæ: quod latè fundant *Horat. Mand. ſ. in addit. ad dictum conſ. Roman. Reg. Capyc. Latro dec. 69. n. 26. lib. 1. Anchar. conſ. 212. Abb. conſ. 55. n. 2. lib. 2. Dec. conſ. 38. num. 5. Gozad. conſ. 72. um. 12. Vant. de nullit. in tit. quis poſſit dicere de nullitate num. 57. Roman. conſ. 42. Rodriq. de ann. reditib. lib. 1. qu. 16. num. 6. Achill. de Graſſ. deciſ. 6. de conſtit. Graſſ. eod. tit. deciſ. 1.* & cum judex requiſitus eſt exequutor mixtus, poteſt,
18 & debet ante omnia videre, ſi ritè, & rectè Curia Romana judicavit, *Abb. in cap. 1. num. 11. de offic. ordin.* & hoc procedit etiam in ſententia ipſius Papæ, ut non concedatur brachium, ſi non fuerit ritè, & rectè lata per *text. in c. ſi quando de reſcriptis, Andr. Gayll. lib. 1. obſervat. 115. num. 4. & num. 6. Dec. conſ. 602. num. 1. verſ. verum, Capyc. Latr.* latiſſimè poſt alios in *dict. deciſ. 82. num. 11. Reg. de Ponte deciſ. 23. num. 2.* ubi quamplures alios Doctores allegat: & in ſpecie, quòd judex ſecularis requiſitus pro concedendo brachio executioni ſententiæ Romæ latæ debeat cognoſcere, an juſtè lata fuerit, poſt alios tradit *Cagnol. in l. cum quædam puella num. 33. verſ. quamvis ff. de jurisdict. omn. judic.* Pro qua re adeſt decretum S. Regii Conſilii junctis quatuor aulis latum, cujus meminerunt *Reg. Merlinus in 2. lib. contr. forenſ. cap. 97. num. 12. & Gizalus in obſer. ad deciſionem 82. Reg. Capycii latr. num. 3.* & in hunc fermè modum exaratum illud animadvertimus: *Suborta difficultate in S. C. an ſint exequendæ literæ hortatoriales Tribunalium exi-*
19 *ſtentium extra præſens Regnum in mandatis exequutivis abſque cauſæ cognitione per S. R. C. occaſione imploratoris brachii, & an poſſit concedi in cauſa reconventionis; die 23. menſis Martii 1623. Neap. congregato dicto S. R. C. ordine ſpectabilis Joan. Baptiſtæ Valenzuola Valaſquez Reg. Coll. Conſ. Reg. Cancell. & officium Præſidis S. R. C. vice Protho-notarii pro decidenda difficultate, intervenientibus præfato ſpectabili Præſide una cum infraſcriptis Reg. Conſil. proviſum, & decretum eſt, non eſſe concedendum brachium prædictum imploratum abſque cauſæ cognitione, in qua habeatur ratio, quæ de jure habenda erit de reconventione forſan facienda. Hoc ſuum, &c. Valenzuola Reg. Cancell. & officium Præſidis S. R. C. Pyrrus Paganus. Jacobus de Franchis. Pomponius Salvus Patinno. Didacus Salinas. Joan. Baptiſta Melior. Scipio Rovitus. Joan. Franc. Sanſelic. Ferdinandus Brancia. Camillus Petius. Octavius de Piccolellis. Jo: Franc. de Mercatis Secret.* & minimè brachium ſeculare conceditur in executionem d. decreti
20 generalis, niſi actorum omnium copia producatur, ſuper quibus fuit orta ſententia, coram Judice, a quo brachium eſt concedendum. Ita dixit *Reg. Sanſel. deciſ. 94. n. 8.* loquendo in ſpecie M. C. V. quæ non impartitur brachium, niſi ſummatim ſaltem actorum exempla edantur, ut intelligere poſſit, an judex, qui brachium implorat, benè judicaverit. Judex enim debet judicare ſecundùm allegata, & probata, *Gloſſ. in auth. de teſtibus in princ. in verb. non aliter, Affli&. in conſtit. in quæſtionib. not. 10. Reg. Rovit. in prag. 15. num. 3. de ordin. judic.* aliàs neque poſſet benè concedere brachium, *Reg. de Ponte deciſ. 23. num. 2.* & concedendo eſſet nullum, utpotè fundatum in aſſertiva partis, cui ſtandum non eſt, *auth. ſi quis in aliquo documento C. de edend. Gloſ. in l. fin. C. de fide inſtrument. & in l. inde Neratius § ſi quis ff. ad l. Aquil. Paris de Put. in tract. de reaſſumpt. inſtr. rubr. 17. num. 16.* etiamſi eſſet aſſertiva judicis, *l. unica C. de mand. Princ. cap. cum in jure de offic. delegat.* cum poſſit dari caſus, quòd judex primo loco malè judicaſſet, & ex abrupto proceſſiſſet: & judex illi ſententiæ injuſtæ concedens brachium dicitur ſequi ſententiam injuſtam, cum non teneatur eam ſequi, *Ricc. in ſua prax. in tit. de*

implorat.

Digitized by Google

implorat. brachii secular. resol. 297. *num.* 2. nec executioni demandare arg. *l.* 4. §. *condemnatum ff. de re judic.* & sicuti Rota Romana habet pro stylo, ut diximus, non exequi, nec concedere brachium sententiæ alterius judicis injustæ, *Coccin. dec.* 183. *num.* 8. & *dec.* 108. *num.* 2. & *decis.* 50. *in princ.* ita & à pari illud concedere non debet judex secularis, prout voluit *Reg. Capyc. Lat. in dict. decis.* 82. *num.* 7. *vers. non enim tenetur Judex.* Nec aliter intelligi, aut percipi potest, num ex bono, & æquo quisquam dijudicaverit, nisi processus, aliæque scripturæ ad causam pertinentes inspiciantur, *Marchesi. in prax. commiss. tom.* 1. *tit. de comiss. Henric. Boich. singular.* 7. *num.* 17. *Belluc. in specul. Princ. rubr.* 11. §. *tractandum sub n.* 4. *Reg. Merlin. lib.* 2. *cap.* 98 *num.* 30. *vers. ex quibus*: si autem ex ipsis contra jus falsque decretum latum fuisse liquidò constet, brachium omnino denegandum erit, *Roman. cons.* 51. *Ruin. cons.* 7. *num.* 3. *lib.* 4. *Craveti. cons.* 556. *num.* 8. *lib.* 4. *Surd. cons.* 358. *num.* 15. *lib.* 3. *Gabriel cons.* 43. *num.* 46. *vers.* 2. *lib.* 1. *Imol. cons.* 127. *num.* 3. *vers. respectu autem, Cardinal Tusc. pract. quæst. tom.* 3. *lit. E. conclus.* 485. *num.* 15. & 41. *Lancellot. de attent. part.* 2. *cap.* 17. *num.* 125. *Socc. cons.* 83. *num.* 23. *lib.* 4. *Gig. de pension. quæst. ult. num.* 22. *Reg. de Ponte decis.* 23. *num.* 2. & notoria injustitia æquiparatur nullitati, *Maranta disput.* 1. *num.* 36. *Bernard. Diaz in prax. crim. canon. cap.* 154. *num.* 11. *vers. non est*, *Natt. cons.* 529. *lib.* 3. *Parlad. rerum quotid. lib.* 2. *cap. fin. part.* 2. §. 2. *n.* 7. *Reg. Merl. lib.* 2. *cap.* 98. *n.* 6. *Canc. var. resolut. tom.* 2. *tit. de litter. requisit. num.* 54. & 55. & quando judex est requisitus pro executione sententiæ alterius Regni, parte vocata judicare debet, an ea sit exequenda, *Guid. Pap. decis.* 574. *Boer. dec.* 9. *Faber in suo C. de exec. rei jud. def.* 1. *Capyc. Latr. d. dec.* 82. *n.* 10. cum citatio sit ex jure divino juxta illud: *Adam ubi es*? & proinde neque Princeps potest mandare, ut procedatur absque partis citatione, *clement. Pastoralis de re judic. Troyssius in pragm.* 2. *n.* 15. *de ordin. judic.* idque latè enucleavimus *t.* 8. *tit. de citat.* Quando autem fuit sententia lata per Ecclesiasticum incompetentem, non est concedendum brachium super illius executione, prout latè firmant *Farinac. in prax. criminal. par.* 2. *tom.* 1. *quæst.* 97. *n.* 94. & *Episcop. Ricc. in prax. Archiepiscop. decis.* 328. & latissimè comprobat *Reg. Capyc. Latr. decis.* 82. *num.* 26. & ita fuisse decisum per Coll. Consil. refert *Joan. Vincen. de Ann. in alleg.* 59. *per totam.*

Nec desunt decisiones factæ in mate-
21 ria implorationis brachii secularis pro executione sententiarū, quæ latæ fuerunt extra Regnum, servata forma decreti generalis S. R. C. & primò fuit practicatum in causa Hieronymi Lomellini cum Marchione Diani, ubi fuerunt litteræ executoriales expeditæ vigore sententiarum primæ, & secundæ instantiæ, quæ de visa, & revisa vocantur, & tamen cum tractaretur de earum executione in hoc Regno, fuit datus terminus. In causa Petri Gonzalez cum D. Antonio Suarez, referente Reg. Rovito sub die 18. Martii 1627. tunc temporis Reg. Cons. fuit datus terminus. In causa Damiani Pallavicini cum hæredibus Jacobi Zattaræ fuit datus terminus. In causa Ambrosii Spinolæ cum Georgio de Oria ad relationem Regii Consil. Caravitæ per decretum S. C. provisum fuit, quòd super imploratione brachii infra quatuor dies audirentur partes: & omnes prædictæ decisiones enumerantur per *Reg. Capyc. Latr. in decis.* 82. *num.* 29. *lib.* 1. & aliæ illis consonæ quotidie promulgantur, quas hic recensere tædium induceret.

Literæ executoriales expeditæ per
22 unum Judicem non possunt exequi in jurisdictione alterius Judicis absque brachii imploratione dicti Judicis requisiti, & qui aliter faceret, teneretur crimine usurpatæ jurisdictionis, *l. providendum* §. *sin autem C. de Judic. l. à divo Pio* §. *sententiam Romæ latam*, ubi DD. *ff. de re judic. Boer. decis.* 8. *num.* 6. *in fin.* quod procedit, etiamsi ambo Judices sint sub eodem Rege; non tamen sub eodem Præside Provinciæ, quia in omnibus habentur tanquam dominia separata, *Jul. Clar. in pract. crimin.* §. *fin. q.* 96. *num.* 9. *vers. item quæro in fin.* & in hoc Regno habemus peculiares leges, prout *in pragm.* 4. & 6. *sub tit. de citat.* & testatur de praxi hujus Regni *Foller. in constit. post Mundi machinam num.* 103. & tenetur judex ecclesiasticus petendo brachium à seculari judice eum honorificis precibus exhortari, non autem imperare debet, & de consuetudine in Catalonia, & in tota Hispania testantur *Cancer. lib.* 3. *var. resol. cap.* 29. *de invocat. brach. num.* 54. & *Farinac. quæst.* 97. *numer.* 82. & in hoc Regno *Foller. in const. capitaneorum num.* 74. *in fin.* & non tenetur Judex requisitus per literas requisitoriales alterius præsertim non superioris exequi quicquam quod sit injustum, vel nul-

Digitized by Google

nullum, *Innoc. in cap.* 1. ubi *Abb. num.* 4. *& 11. de offic. ordin.* cum aliis, quos refert, & sequitur *Reg. Valenzuola conſ.* 9. *nu.* 8. *Rom. conſ.* 510. *Felin. in c. poſtulaſti num.* 10. *in fin. de for. comp. Affl. in proœm. conſt. Regn. num.* 55. quod procedit etiam in mero executore, ut latè *Cancer. lib.* 2. *var. reſol. cap.* 15. *num.* 33. poſt *Farinac. qu.* 97. *caſu* 3. *num.* 77. *&* 88. *& ſeq.* & judicem requiſitum brachium præſtare non debere, cum literę executoriales non apparuerint ritè, & rectè expeditæ, probant etiam *Henric. Boich. ſing.* 70. *num.* 17. *Ang. in l. ſi ut proponis Cod. de exeq. rei jud. Hippol. in ſing.* 138. *in fin. Bellug. in ſpecul. princip. rub.* 11. §. *tractandum ſub num.* 4. ubi etiam ſubnectit, quòd Judex ex officio debet reiicere, & non exequi, ſi ſententia, vel imploratio brachii videtur ſibi injuſta. Hinc ſuprema hujus Regni Tribunalia, dum brachia concedunt pro exequendis literis ubique extra propriam juriſdictionem, apponunt clauſulam: *Dummodo ritè, & rectè fuerint expeditæ*; ut teſtatur *Muſcatell. part.* 3. *gloſſ. ſervata num.* 57. *& ſeq. de appell. fol.* 88. qui dicit, hoc etiam ſervari, ubi nullitas, & injuſtitia non conſtaret ex eiſdem actis, quia tunc nullatenus concedenda eſt executio; quod quidem inconcuſsè procedit, ubi judex requiſitus eſt ſuperior, vel par, *l. nam Magiſtratus ff. de arbitr.* cum aliis ibidem allegatis *per gloſſ.* At ſecus eſſet, ſi Judex requiſitus eſſet inferior: non poſſet enim denegare exequutionem, ſed teneretur exequi, aliàs teneretur ad partis intereſſe, *cap. paſtoralis* §. *quià verò de offic. deleg.* ſieque text. prædictum declarant DD. proximè citati, & latiſſimè *Farinac. qu.* 97. *num.* 70. & conferunt tradita per *de Pont. deciſ.* 23. *num.* 2. ubi, quòd quando juriſdictiones ſunt diſtinctæ, & ſententia appareat injuſta, vel nulla, non datur brachium. Judex autem ſecularis requiſitus, ut eccleſiaſtici ſententiam exequatur, & brachium præſtet, dicitur mixtus executor, ex quo Judex Eccleſiaſticus, & ſecularis quoad ſententiæ executionem ſunt pares, *Farinac. d. qu.* 97. *num.* 83. & pulchrè *Cancer. d. lib.* 3. *cap.* 19. *num.* 2. & proindè talis Judex requiſitus habet annexam juriſdictionem, & recognitionem, & ſuccedit loco primi Judicis, qui tulit ſententiam, ut tradit *Bal. in l. ſi non cognitio Cod. ſi contra jus, vel util.* & cum executio mandatur, cenſetur etiam cognitio commiſſa, *dict.* §. *ſententiam*, & *d. l. ſi non cognitio*, ubi *Cyn. Bal.* & alii, *Regens Valenzuola conſ.* 9. *n.* 1. & 3. *Rebuff. in l. Centurario n.* 203. *de verb. ſign. Cancer. lib.* 2. *var. c.* 13. ubi loquitur de executore mero, & ſic in fortiori caſu: undè, quicquid opponi potuiſſet coram primo Judice, opponi poteſt coram executore, & ideo poteſt, & tenetur admittere omnes exceptiones, & cognoſcere, & pronuntiare ſuper invaliditate, & nullitate actus, præſertim, ſi committatur exequutio eidem propter defectum juriſdictionis, *Abb. in cap. de cetero de re jud. add. ad Cappell. Tholoſ. deciſ.* 334. *Menoch. de arbitr. quæſt.* 18. *num.* 6. & 3. *Guid. Pap. deciſ.* 70. latè *Maceratenſ. lib.* 1. *variar. reſol. cap.* 49. quæ eò magis procedunt, ubi ſententia, quæ petitur exequi, eſt lata abſque plenaria cauſæ cognitione, partibus abſentibus *cap. ex parte il* 2. *de offic. deleg.* & poſt *Abb.* id tradunt canoniſtæ *in cap. fin. de præſcript.* ea ratione, quia negotium commiſſum non eſt plenè diſcuſſum, *Zabarell. conſ.* 145. *numer.* 4. *Decius conſ.* 323. *num.* 2. *Menoch. dict. quæſt.* 38. *num.* 3. & 5. & in Judice ſeculari requiſito ab Eccleſiaſtico pro brachio quòd teneatur cognoſcere, ſi eccleſiaſticus, qui ſententiam protulit, fuit competens, nec ne, poſt *Rot. conſ.* 37. *lib.* 1. tradunt *Cancer. cap.* 29. *lib.* 3. *var. num.* 42. & latè *Farinac. dict. quæſt.* 97. *num.* 94. & quoties ſententia, quæ petitur exequi in aliena juriſdictione, eſt lata non ſecundùm ſtatuta loci judicis mandatis exequutionem, judex requiſitus non tenetur eam mittere exequutioni, ut ſingulariter voluit *Bald. in l.* 1. *num.* 47. *Cod. de conſeſſ.* quem ſequuntur *Alex. in d. l. à divo Pio* §. *ſententiam verſ.* 2. *limita, Hippol. d. ſing.* 138. ubi notat, quòd ad hoc judices non animadvertunt, *Gaballin. Milleloqu.* 795. *Seſe de inhibit. cap.* 4. §. 4. *num.* 5. *Reg. Rovit. in pragm.* 4. *num.* 2. *de citat. Aſin. de exec.* §. 1. *cap.* 74. *nu.* 2. *Gratian. diſcept. forenſ. cap.* 146. *num.* 25. *& ſeq.* qui latiſſimè comprobat hanc veriſſimam concluſionem, & *num.* 46. id ampliat., etiamſi uterque litigator tempore contractus domicilium fecerit in dicto loco, ubi fuit actus celebratus, & deinde reus illud mutaverit, quia ſemper eſt verum, quòd judex requiſitus debet ſervare leges ſuæ regionis, non autem alterius provinciæ ex *Colero de proceſſ. execut. part.* 1. *cap.* 3. *nu.* 225. *ad fin.* & aliis ibidem citatis: & eadem ratione inſtrumentum, quod in una Provincia habet paratam executionem, non debet exequi in alia, ubi ejus petitur executio, ſi ibi tale inſtrumentum

mentum juxtà leges illius Provinciæ non habet promptam executionem, vel saltim de jure communi, etiamsi adessent literæ requisitoriales judicis loci dicti contractus, quia attenditur loci statutum, ubi petitur executio, ut post *Suarez in l. post rem judicatam §. circa judicem num. 12. & 22. Palat. Ruvios., Aviles, Cavalc.* & alios, fundat, ac decisum tradit *Cancer. lib. 2. var. resol. cap. 3. num. 13.* usque ad *19.* eique inhæret *Carav. ritu 166. num. 65.*

De brachio seculari tractant *Rubeus in aphorism. Episcopor. p. 70. Ricc. in prax. tom. 1. pagin. 173. Danz. in pag. Doctor. prag. 204. Genuens. in prax. archiepisc. pagin. 244. Zerol. in prax. episcopor. par. 2. p. 29. Portell. in dub. regular. p. 229.* De auxilio brachii secularis, & ecclesiastici *Megall. in promptuar. tom. 1. pagin. 250.* De brachio seculari, & militari *Tusc. t. 1. p. 339.* De brachio regio tractat per integrum tractatum *Cavalcan.* & de eadem materia pertractat *Fragos. tom. 1. reipubl. pag. 103.*

CAPUT XXXI.

De Ordinibus sacris.

SUMMARIUM.

Ordo sacer quid sit num. 1. Quot sint ordines sacri num. 2. & explicantur prima tonsura n. 3. subdiaconatus n. 4. diaconatus n. 5. presbyteratus n. 6. episcopatus n. 7.

Archiepiscopatus, Cardinalatus, Patriarchatus, & Papatus non sunt ordines, nec imprimunt characterem n. 8.

Primæ tonsuræ officium quale sit n. 9. Alii ordines non licitè recipiuntur absque prima tonsura n. 10.

Recipiens tonsuram sine animo ascendendi ad ordines sacros, sed animo non solvendi gabellas, & subtrahendi se à potestate laica, an peccet n. 11.

Hostiariatus materia, forma, & officium explicantur n. 12. lectoratus n. 13. exorcistatus n. 14. acolythatus n. 15. subdiaconatus n. 16. diaconatus n. 17. presbyteratus n. 18. episcopatus n. 19.

Minister ordinis quisnam sit, enucleatur num. 20.

Protestatio ordinantis, quando dicit, se velle ordinare non impeditos, an aliquid operetur n. 21.

Ordinari quis possit, enucleatur n. 22.

Ordinationum tempora enucleantur n. 23.

Patrimonium qualiter requiratur, ut clericus habeat, unde vivat, ne cogatur mendicare cum ignominia ordinis, & status n. 24.

Ordinatus in sacris, si renunciet patrimonium, qualiter renunciatio sit nulla, num. 25.

Beneficium possessum sufficiens ad congruam substentationem sufficit ad sacros ordines suscipiendos n. 26.

Ordinatus sine patrimonio, vel cum patrimonio ficto, non est suspensus n. 27.

Quinam Episcopus possit ordinare n. 28. & 82.

Episcopus debet ordinare sibi subditos, non alios, nisi cum dimissoriis proprii Prælati n. 29.

In literis dimissorialibus sunt exprimendi ordines conferendi, & etiam dispensatio interstitiis, illegitimati &c. n. 30.

Vicarius non concedit literas dimissoriales sine speciali mandato n. 31. Limitatur in Vicario Capitulari post obitum Episcopi num. 32.

Dimissoriæ factæ durant etiam mortuo Episcopo n. 33.

Onera ordinati in sacris qualia sint n. 34.

Presbyteri, & ordinati in sacris qualiter teneantur ad recitationem horarum canonicarum 35. Qualis sit in hoc parvitas materiæ n. 36.

Clerici beneficiati, & religiosi professi, & clerici in minoribus quando teneantur ad horas n. 37.

Tempus recitandi officium quale sit, enucleatur n. 38. Qualis attentio requiratur in recitandis horis canonicis n. 39. & qualiter requiratur pronunciatio n. 40. Quæcumque interruptio inter psalmos, & inter lectiones, qualiter non sit lethalis culpa n. 41. In quocunque loco privatim licitè recitari valet officium n. 42. Modus recitandi qualis sit n. 43.

An liceat mutare officium, & recitare unum pro alio ejusdem breviarii Romani enucleatur n. 44.

Officium hodie recitandum an possit crat recitari n. 45.

Causa excusans qualis debeat esse num. 46.

Si clericus ordinetur ab alio, quàm ab eo, cui subditus est, adhuc character in anima imprimitur n. 47.

Abbates monasteriorum an possint cuicumque conferre ordines, enucleatur n. 48. & 87. latè

In bigamo potest Papa dispensare n. 49.

Jura explicantur tàm in 75. distinct. quàm in toto tit. de tempore ordin. & in Concilio Tridentino sess. 23. cap. 8. cum pluribus aliis ad materiam de ordinationibus celebrandis tum in prima tonsura, tum in ordinibus minoribus, tum

tum in sacris, & quam pœnam incurrant qui aliter se gesserint contra formam supradictorum jurium ordinationes celebrantes, & cui competat dispensatio contra malè promotos, & an possint duo ordines sacri conferri in duobus diebus, non continuato jejunio, pro qua re adducitur authoris consultum n.50. & seq.

Ordines sacri non possunt eadem die duo conferri n.51.

Ordinari potest quis in die sabbati Sacerdos n.52. & die dominico Episcopus num.53.

Ordinationes in sacris non nisi certis temporibus sunt faciendæ n.54.

Ordinari extra tempora quis potest cum licentia Papæ n.55.

Ordinari in sacris quibus temporibus, & quare sit introductum n.56.

Ordinari extra tempora quando possit quis, & qua licentia n.57.

Text. in cap. de eo de temporib. ordinat. *adducitur, & explicatur n.58.*

Ordinari prima tonsura quolibet tempore licitum est n.59.

Ordinari minoribus ordinibus quo tempore sit statutum n.60.

Festi dies qualiter sumendi sint in ordinationibus faciendis n.61.

Ordines minores pluribus anni temporibus conferri solent n.62.

Ordines minores an conferri debeant cum missa n.63.

Ordines sacri quibus anni temporibus conferantur n.64.

Consuetudo an valeat, ut ordines certis aliis temporibus conferantur n.65.

Ordines sacri qua hora sint conferendi num.66.

Ordines recipiens extra tempora quam pœnam incurrat n.67.

Bulla Pii II. quæ incipit: Cum ex sacrorum; *an sit revocata n.68.*

Suspensionis absolutio contra malè promoventes, & promotos, à quo sit habenda num.69.

Ordinatus extra tempora, si celebraverit, à quo sit absolvendus n.70.

Suspensionis absolutio, de qua in Tridentino sess.23. cap.8. de reformat. *à quo habenda n.71.*

Ordinatus extra tempora an ipso jure sit suspensus n.72.

Interstitiorum temporâ quomodo in ordinibus sint servanda n.73.

Interstitia in ordinibus sacris qualiter considerentur n.74. & 75.

Interstitia non servans in ordinibus sacris quam pœnam incurrat n.76.

Interstitiorum dispensatio à quo, & qua de causa, & qualiter inter regulares sit habenda n.77.

Ordines minores quibus diebus conferantur, & consuetudo recipiendi ordines certis temporibus an reprobetur n.78. & 79.

Ordinatus diaconus in die ordinationis generalis potest die dominico sequenti ordinari sacerdos, non continuato jejunio n.80.

Beneficii appellatione utrum veniat id, quod modici reditus est n.81.

Ratione beneficii qualiter quis efficiatur subjectus Episcopo loci, sive diœcesis n.82. & 83.

Ignorantia excusat ordinatum à non diœcesano à pœna suspensionis inducta num.84.

Proprius Episcopus dispensare potest cum promoto ab alieno absque ipsius literis dimissorialibus n.85. & respondetur bullæ Pii II. num.86.

Ecclesia occidentalis quamvis neminem ad sacros ordines promoveat, nisi votum profiteatur castitatis, ecclesia tamen orientalis hujusmodi votum non admisit, nec tamen privata censetur immunitatibus, & privilegiis favore ecclesiasticorum introductis n.87. & 88.

Requisita promotionis ad sacros ordines vigore concordiæ initæ inter Summum Pontificem, Regemq; nostrum anno 1741. recensentur n.89.

ORdo, de quo hìc agere consultum duximus, est divina quædam ad sacra
1 pertractanda, ministrandaque institutio, *Tridentin. sess.23. canon.2. D. Augustin. prim. de Civitate Dei cap.13. D. Bonaven. in 4. distinct.24. artic.1. quæst.2. & 4. & art.2. qu.1.* Ordo quidem est institutus à Christo Domino in ultima cœna, *Trid. sess.23. can.3.* & characterem imprimit indelebilem: nec placet ordinis alia communis diffinitio: Ordo est signaculum quoddam, quo spiritualis potestas traditur ordinato. Nonnulli admittunt
2 septem ordines cum theologis: alii octavum enumerant, scilicet Episcopatum: alii verò dant novem ordines: nam ultra septimum dant primam tonsuram, & Episcopatum. Ità *Butrius, Fagnanus,* & cæteri canonistæ.

Prima tonsura est ordo, quo persona
3 deputatur ad sacrum ministerium, *Cavallos communium contra commun. q.224. num.2.* & ordo appellatur *in cap. cum contingat 11.* ibi: *Clericalis ordo confertur; de ætate, & qualitate*: & sunt veri clerici, qui prima tonsura initiati fuere, *cap.1. de vita, & honestate clericor.* & ha-

Digitized by Google

bent potestatem assistendi divinis: nec est major ratio, cur ostiariatus sit ordo ex officio custodiendi, & aperiendi ecclesiam, & non prima tonsura dans jus ad statum, & functiones publicas. Insuper prima tonsura est principium status ecclesiastici, & habet veram rationem ordinis: nec officit, ordinem esse sacramentum: nam satis est, si ratio sacramenti verificetur de principali analogato. Sic ordines minores sunt ordines, & non sacramenta, ut docet *Sotus*.

Certum est, plures ordines unam constituere speciem sacramenti ratione unitatis finis: quia omnes ordines respiciunt eucharistiam, *Glos. in cap. 1. distinct. 32.* Prima verò tonsura non est sacramentum, *D. Bonavent. dicto loc.* neque alii minores ordines inter sacramenta enumerantur, sed sacramentalia dicuntur, *Sotus in 4. distinct. 24. quæst. 1. Cajetanus, Suarius, Busembau, Vasquez, Castrus, Præpositus.* Hoc autem probarunt ex *Trid. sess. 22. cap. 4.*

Subdiaconatus olim non numerabatur inter sacros ordines, *cap. à multis 9. de ætate, & qualitate*: hodiè numeratur inter sacros, *Tridentin. sess. 23. canon. 2.* Esse ordinem est certum: esse verò sacramentum negant *Magister in 4. dist. 24. §. septimus ordo*, ubi *Durandus, Cajetan. Gratian. Maldonatus, Aiola, Camerota, Sotus, Cilibertus, Ledesma, Thomas de Cladas*, & alii. Primitiva autem ecclesia habuit tantùm diaconatum, & presbyteratum, *cap. à multis 9. de ætate, & qualitate*: unde *Amicus* ait, ex nulla regula fidei posse deduci, subdiaconatum esse sacramentum: & nihil de illo decerni posse post *Bellarm.* ait *Rodes* dicens tantùm probabilius oppositum, & Christus Dominus instituit ecclesiasticam hierarchiam, ut decidit *Trident.* Diaconatus
5 est ordo, *Tridentin. sess. 23. cap. 2.* at non sacramentum, ut docent *Durand. Cajetan. Victoria, Thomas de Cladas, Ledesma, Layman, Medina, Vasquez, Gratian.* nec esse de fide diaconatum esse sacramentum ait *Bellarmin.* apud *Rodes*, & fuit sententia Synodi Trullani *can. 16.* apud *Baronium anno 691. fol. 609.* & ex casu fortuito ecclesiæ fuit introductus, orto scilicet murmure Græcorum pro ministerio mensæ *Actorum 6.* Si autem fuisset sacramentum, esset institutum à Christo Domino, non ab Apostolis ex casu illo fortuito: & videtur id etiam probari in *Tridentin. sess. 23. cap. 17.* ibi: *Laudabiliter receptæ*.

Presbyteratus est ordo, & sacramen-
6 tum, *Tridentin. sess. 23. can. 1. & 4.* Hinc merè laici non sunt Sacerdotes, *Luc. 22. Epiphanius hæresi 79.* contra *Lutherum* volentem Sacerdotes esse merè laicos.

Episcopatus est verus ordo, & sacra-
7 mentum, *Tridentin. sess. 23. canon. 6. cap. 1. de testament.* ibi: *Episcopatus ordine; cap. quoties de purgat. canonica, Arriag. Tuscus, Bellarmin. Novar. & Leand.* contra *Sotum* ajentem esse ordinem, non sacramentum ordinis: & episcopatus est dignior sacerdotio, *Trid. sess. 23. cap. 4. & can. 7. prim. ad Timoth. 5. S. Ignatius epist. 7.* Episcopus autem non solùm differt in jurisdictione à simplici sacerdote, sed etiam in ordine, vigore cujus potest conferre ordines, sacramentum confirmationis, consecrare eccle-
8 sias. Archiepiscopatus, Cardinalatus, Patriarchatus non sunt ordines, nec imprimunt characterem, *Dicastill. Bellarm. Sanchez, Camerota*. Idem dicitur de Papatu: nam non addit novum ordinem supra Episcopatum, licèt habeat majorem jurisdictionem, & plenitudinem potestatis.

Prima tonsura habet pro materia
9 tonsionem capillorum, pro forma habet verba illa: *Dominus pars hæreditatis meæ &c. Navar. & Sotus*: Officium ejus, qui primam tonsuram habuit, est assistere rebus, & ministeriis ecclesiasticis, missis, processionibus &c. *Filibertus, & Torreblancus*. Deferunt coronam in signum coronæ spineæ Christi Domini, ut continuò meditentur passionem dominicam, *Beda lib. 1. historiæ angelicæ cap. 22.* Et per coronam dedicantur ad Dei servitium: nam Deo servire regnare est, *cap. domo 12. quæst. 1.* Debent etiam deferre tonsuram in signum renuncia-
tionis rerum secularium, *cap. clarot dist. 21.* eaque est corona circularis in signum perfectionis. Si quis, non recepta pri-
10 ma tonsura, recipiat alios ordines, illos validè, non licitè recipit, *cap. 2. de clerico per saltum promoto.* An verò pec-
11 cet recipiens tonsuram sine animo ascendendi ad ordines sacros, sed animo non solvendi gabellas, & subtrahendi se à potestate laica? Negant *Navar. Gallettus, Rodriquez, Sanchez, Comine. Aversa, Layman, Dian.* & alii: Oppositum docent *Pignatellus, Ledesma, Marchinus, Barbosa*, & alii. Prima sententia fundatur, quia nullibi constat præceptum oppositum, & non est fraus, sed industriosus finis operantis, non operis: imò *Rodes* ait, eum nec venialiter peccare, quia sufficit, si velit exercere officium suum.

Ho-

Digitized by Google

Oſtiariatus materia remota ſunt cla-
12 ves, proxima eſt traditio clavium, *cap. hoſtiarius diſtinct.23.* Forma illius ſunt verba Epiſcopi cum traditione materiæ, *dicto cap.* ejuſque officium eſt cuſtodire templum, & admittere dignos, & excludere indignos, & excommunicatos, & infideles: aperit opportunè, clauditque eccleſiam, campanas pulſat, librum prædicatorum aperit, & curat, ut eccleſiæ reverentia exhibeatur, *cap. perlectis diſt.25.*

Lectoratus materia remota eſt liber
13 lectionum, proxima verò traditio libri: Forma illius ſunt verba, quæ dicuntur ab Epiſcopo in traditione libri, *cap. lector diſt.23.* Si tradatur miſſale ſufficit; nam ibi ſunt lectiones, & verbum Dei. Officium lectoris eſt legere prophetias, vaticinia, & ſacram ſcripturam populis explicare, rudimenta fidei baptizandis tradere, panem, & fructus novos benedicere, licèt hodie benedictio panis, & fructuum non fiat ab ipſis: & olim poterat legere epiſtolam in miſſa ſolemni, *cap. lector 17. diſt.23.*

Exorciſtatus materia remota eſt liber
14 exorciſmorum: proxima verò traditio dicti libri, *cap. exorciſta diſtinct.23.* & poteſt tradi miſſale; nam ibi ſunt orationes, quibus cacodæmon expellitur. Forma illius ſunt verba, quæ dicuntur ab Epiſcopo in traditione libri: Officium exorciſtæ eſt exorcizare energumenos, expellendo cacodæmones, *Conc. Carthag. quartum cap. 7. cap. exorciſta diſtinct.23. Marci 3. Lucæ 10.* Hodiè nequit exorcizare abſque licentia Ordinarii ob varia contingentia ex vafritia cacodæmonis: alii hodiè non ſolemniter poſſunt adjurare, ut in nomine Dei non moleſtent, exeant à domo, utendo oratione, & jejunio, *Valentia* poſt *D. Thom.*

Acolythatus materia remota ſunt
15 candelabrum cum candela extincta, & urceoli vacui; proxima verò eſt traditio dictæ materiæ. Forma illius ſunt verba, quæ dicuntur ab Epiſcopo in traditione materiæ, *cap. acolythus diſt.23.* utramque eſſe materiam ajunt *Vaſquez*, & *Tanderus*. Solam autem traditionem urceoli eſſe materiam tenet cum *D. Thoma Gabriel à S. Vincentio*, quia acolythus propiùs accedit ad Euchariſtiam: traditionem candelabri cum cereo exincto materiam eſſe ait *D. Bonav. qu. 1.* Officium acolythi eſt deferre cereos ad legendum evangelium, luminaria accendere pro ſacrificio, miniſtrare aquam pro Euchariſtia, *cap. acolythus diſtinct.21.*

Subdiaconatus materia remota eſt res,
16 quæ traditur: proxima verò eſt traditio illius rei: librum epiſtolarum eſſe materiam ait *Sylveſt.* & traditur miſſale, quia ibi ſunt epiſtolæ. Calicem, & patenam vacuam eſſe materiam ajunt *Medina*, & *Tanderus* ex *Conc. Flor.* & utramque eſſe materiam ajunt alii. Nos autem dicimus traditionem calicis, & patenæ eſſe materiam, quia ita eſt diſpoſitum in *Concil. Florent.* ibi: *Per calicis vacui cum patena vacua traditionem*: & traditio libri epiſtolarum olim pertinebat ad lectoratum, *Amolericus lib. 2. cap. 15.* Calix non debet eſſe neceſſariò conſecratus, *cap. ſubdiaconus 14. qu. 23.* & olim ſubdiaconus non poterat tangere vaſa ſacra: ſed potuiſſet tangere, ſi materia fuiſſet calix conſecratus: non autem erat conſecratus, *cap. 1. diſtinct.25.* Forma ſunt verba, quæ dicuntur ab Epiſcopo: Officium ſubdiaconi eſt præparare aquam ad miniſterium altaris, & eam diacono miniſtrare, porrigere patenam, & calicem diacono, hoſtiam conſecrandam collocare in altari, epiſtolam in miſſa ſolemni cantare, crucem in proceſſionibus ducere, abluere corporalia, & hodiè defert etiam manipulum, *cap. ſubdiaconatus diſt.23.*

Diaconatus materia remota eſt res:
17 proxima traditio rei: in eccleſia græca impoſitio manuum, in latina ſunt plures actus. Primò Epiſcopus imponit manum dexteram ſupra caput ordinandi: ſecundò tradit librum evangeliorum, quem tangit ordinandus dextera, & dicit Epiſcopus verba illa: *Accipe poteſtatem &c.* & traditur miſſale: nam ibi ſunt evangelia, poteſtque etiam tradi novum teſtamentum ſacræ ſcripturæ: nam etiam ibi eſt evangelium, non verò breviarium: nam in breviario non continentur evangelia, ſed tantùm principia evangelii. Sed quænam verè ſit materia ex iſtis, non omninò compertum videtur: plures etenim volunt eſſe traditionem libri evangeliorum: alii volunt eſſe manuum impoſitionem cum *Durando*: alii volunt, utramque eſſe materiam cum *Bellarmin.* Nos dicimus, impoſitionem manuum eſſe materiam, quia ea utitur eccleſia græca, & latina, eaque impoſitio manuum indicat traditionem omnis poteſtatis: manus enim eſt inſtrumentum inſtrumentorum, organum organorum, *D. Bonavent. in 4. diſtinct.24. quæſt.4.* & in primitiva eccleſia tantùm aderat impoſitio manuum, *cap. ex literis de clerico non ordinat.* Officium diaconi eſt aſſiſtere celebranti, evangelium legere in miſſa ſolemni,

præ-

Digitized by Google

prædicare, baptizare solemniter cum licentia parochi, dispensare Eucharistiam, impedito parocho, vel absente, *Comel. primum can.17. Concil. Carthagin. can 28. cap. nemo de consecrat. distinct.1. Arriag. tom.7. tractat. de Eucharistia, disp.48.*

Presbyteratus materia remota est pa-
18 nis, & vinum in patenâ, & in calice: proxima est traditio panis, & vini, *Concil. Florent. sess.24.* quoad absolvendum à peccatis est impositio manus: utramque esse partialem materiam vult *Scotus*. Totum characterem imprimi in traditione potestatis consecrandi, & deinde characterem extendi per additionem modi, quando datur potestas absolvendi, ait *Gabriel à S. Vincentio*: totam materiam, & potestatem ordinis conferri in traditione panis, & vini, asserunt *D. Thom. & Sotus*, nobisque id placet, quia videtur expressum in *Conc. Florent. sess.4. & Trident. sess.23. cap.1.* & recipiens potestatem in corpus merum, recipit etiam in corpus mysticum Christi Domini, & in ecclesia græca in eodem actu datur potestas consecrandi, & absolvendi: Officium presbyteri est sacrificare, & dispensare corpus Domini, absolvere sacramentaliter, ministrare sacra, docere, prædicare, *cap. perlectis §. ad presbyterum dist.25. cap. dictum est 1. qu.1.*

Episcopatus materia continet impos-
19 tionem manuum, unctionem faciendam per Episcopum consecratum cum impositione libri in capite, & manibus Episcopi, & traditionem baculi pastoralis, anuli, & libri evangeliorum. Ex istis tribus docent aliqui impositionem manuum esse materiam partialem ex *cap. Episcopus distinct. 23.* Nonnulli volunt, unctionem Episcopi cum impositione manuum esse materiam partialem: alii putant, solam unctionem, qua Episcopus consecratur, esse materiam: Alii denique opinantur, solam manuum impositionem trium Episcoporum esse materiam. Officium Episcopi est ordinare, consecrare loca, vasa, vestes, oleum, & ecclesiam, prædicare, confirmare, disponere hierarchiam in sua Diœcesi, *cap.1. dist.25.*

Minister ordinis est, qui confert or-
20 dinem, sive ordinarius, sive delegatus. Ordinarius est, qui proprio titulo, & officio confert ordines, ut Episcopus consecratus, *cap. Episcopi 9. qu.2.* Regulares sunt ordinandi cum dimissoriis proprii Prælati ab Episcopo loci, ubi adsunt, & permanent, ità ut non possint divertere ad alium Episcopum, nisi non ordinante Episcopo, intra cujus diœcesim sunt. Ita habetur ex decreto Clementis VIII. edito die 25. Martii 1599. Regulares sunt examinandi ab Episcopo, & si divertant ad alium ordinarium in fraudem, contrahunt pœnas, quæ contrahuntur ab ordinatis à non suo Episcopo: ideoque sunt suspensi ab ordinibus. Delegari pro ordinibus minoribus potest etiam à Papa simplex Sacerdos. Ita Cœlestinus V. Papa delegavit simplicem sacerdotem ad dandam primam tonsuram, & ordines minores Beato Ludovico filio Caroli Regis Siciliæ, dum in carcere detinebatur.

Protestatio ordinantis, quando dicit
21 se velle ordinare non impeditos, nihil operatur quoad validitatem ordinis conferendi, & tantùm operatur, ut illicitè se gerat, *Francus de protestat. consid.11. num.16. Pasqual. Lezana, Præpositus, Arriag. Portell. Bon. Sanchez, Layman, Sà, Filibertus*, dicens peccare Episcopum ordinantem sub conditione, *Gabbassutius* dicens esse summum scelus ordinare conditionatè; contra *Molfes. Franc. & Fagnan.* dicentes ordinationem esse nullam. Patet ex *cap. innotuit 3. de eo, qui ordinem furtivè suscepit*. Intentio autem generalis non admittendi impeditos nil operatur in individuo, nisi intentio individuetur: imò protestatio illa præcedens revocatur contrario facto, *l. in bello §. fact. ff. de captivis, & postlim. rever. cap. olim de censib.* eaque itidem intentio non ordinandi impeditos corrigitur ab intentione faciendi, quod Christus Dominus vult. Protestatio itaque illa est ad terrorem, & nihil operatur, cum Episcopus semper velit ordinare præsentes: & eam protestationem reprobant *de Lugo, Pasqual. & Arriag.* qui eam tantùm approbat, si fiat ad terrorem.

Ordinandus debet esse homo baptiza-
22 tus baptismo aquæ, & potest ordinari adultus, & infans valide: sed adultus debet saltem habitualiter consentire, *cap. majores de baptismo*. Hodiè licitè infans non ordinatur, quia de præcepto debet examinari post Concilium Tridentinum, *Arriag. in 4. dist.25. quæst.1. art.3. concluf.1.* Fœmina nequit ordinari, *cap. nova de pœnitentiis, & remissionib.* contra nonnullos hæreticos docentes fœminas posse ordinari, & contra Lutherum ajentem posse fœminas esse sacerdotissas, ubi primò baptizentur. Hermaphroditus non potest ordinari, nisi prævaleat sexus masculinus, *l. punitur ff. de*

de ſtatu dominum, *Navar. cap. 27. n. 203.* Non ſolùm autem ordinandus debet eſſe baptizatus, ſed etiam confirmatus: baptizatus de neceſſitate ſacramenti; confirmatus ex decentia, non ex præcepto: nam *Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 4.* non habet verba præceptiva: & ita docent *D. Thom. Scotus*, *Sotus*, *Navar. Amicus*, *Valentia*, & alii plures ajentes nec eſſe veniale peccatum ſine confirmatione ordinari, quia nullum adeſt præceptum, quod ſi adeſſet, eſſet mortale, contra *Toletum* ajentem eſſe læthale. Ordinandus debet eſſe in ætate competenti, *Trid. ſeſſ. 23. cap. 12.* Prima tonſura, & minores ordines poſt ſeptennium conferri poſſunt, ſi ordinandus ſciat neceſſaria, *cap. nullus de temporibus ordinationum*. Subdiaconatus requirit vigeſimum ſecundum, diaconatus vigeſimum tertium, presbyteratus vigeſimum quintum incæptum annum, *Tridentin. ſeſſ. 23 cap. 12.* Epiſcopatus verò trigeſimum completum, *Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 1.* An autem in tali ætate detur parvitas materiæ, & poſſit manè ordinari, qui poſt meridiem attingit ætatem? Negant *Navar. Pontius*, *Narb. Paſqualig.* Affirmant *Villalob. Sanchez*, *Tamburrin. Excobar. Gabriel à S. Vincentio*, *Ledeſma*, *Leander*, *Mart. Dian. & Caramuel*, quia veſper trahitur ad manè: & parum à lege non conſideratur: imò poſſe quempiam ordinari per duos dies ante ætatem, affirmant *Villalob. Excobar. Labbat. & Tamburr.* quia moraliter ætas iſta conſideranda eſt. Ordinatus ante ætatem mala fide eſt ſuſpenſus ipſo jure, ſi ordines ſint ſacri: ſi verò ſint minores, eſt ſuſpendendus, *cap. non eſt de temporib. ordinat.* & eſt ſuſpenſus ab ordine malè ſuſcepto, non ab aliis ritè ſuſceptis, *Henriquez*, *Toletus*, & alii: at bona fide recipiens ordines ante ætatem non eſt ſuſpenſus: nam non peccat ſuſcipiendo ordinem, nec deinde celebrando ſit irregularis, *Navar. & Ledeſma* contra *Bonac.*

Prima tonſura conferri valet qualibet
23 die, loco, & hora, *cap. cum contingat de ætate, & qualitate*, *Vaſquez*, *Barboſ.* & *Hallier*. Ordines minores valent conferri qualibet die feſtiva, etiam in domo Epiſcopi, *can. quando diſtin. 25. Maranta*, *Rebuff. & Excobar*, & poſſunt conferri manè, & veſpere: & ſi ſabbato quatuor temporum ſint conferendi ordines ſacri, veſpere feriæ tertiæ poſſunt conferri ordines minores, ut expeditiùs deinde ſabbato conferantur ſacri, *Excobar*, *Quintanad. Maranta*, & *Dian. par. 2. tract. 56. reſolut. 28.* Ordines minores omnes eadem die poſſunt conferri eidem ab Epiſcopo, *Sà*, *Sylv. Filiuc.* & *Anton. Faber*: nam nullo jure ſtatutum eſt oppoſitum. Ordines ſacri ſunt conferendi certis temporibus, puta in ſabbato quatuor temporum, in ſabbato ante dominicam paſſionis, & reſurrectionis Domini, *Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 8. cap. ſanè de temporibus ordination.* Non poſſe autem eadem die aliquem recipere primam tonſuram, & ordines ſacros, ajunt *Hoſtienſis*, & *Abbas*: ſed oppoſitum ajunt *Vaſquez*, *Barboſ. Leand.* & *Riccius*: poſſe verò eadem die recipere alium ordinem minorem, & ſacrum, affirmant *Navar. Suar.* & *Dian. part. 10. tract. 11. reſol. 10. §. nota ſecundò*, cum *Dicaſtill. Paſqual.* & *Leandro*: ſed oppoſitum docent *Majolus*, *Diaz*, *Pignatell. Ricc.* & *Bonac.* Non poteſt quis eadem die recipere duos ordines ſacros ſub pœna ſuſpenſionis ipſo facto, *cap. innotuit de eo, qui furtivè*: ſed non eſſe ſuſpenſum, ſed ſuſpendendum, probant *Villalob.* & *Gabriel à S. Vincent.* Epiſcopus nequit in ſabbato conferre unum, & in dominica immediatè ſequenti alterum ordinem ſacrum ob ſervanda interſtitia, ut infra latiùs enucleabimus. Sunt ergo interſtitia inter ordines ſervanda, & ſaltem requiritur annus unus completus eo modo, quo definit *Trident. ſeſſ. 23. cap. 11. 13.* & *14.* qua etiam de re latior infra ſermo erit. Annus tamen ſufficit, ſi ſit eccleſiaſticus, puta de paſchate ad paſcha, licèt nondum fuerint elapſi duodecim menſes ob mobilitatem feſtorum, *Pignatell. tom. 1. conſult. 289.* Epiſcopus verò poteſt diſpenſare in interſtitiis ob utilitatem, & neceſſitatem Eccleſiæ, *Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 13. de reformat.* & poteſt diſpenſare ob utilitatem ordinandi, ut meliùs ſtudere valeat, ne cogatur ire, aut redire, vel ob magnam ordinandi literarum virtutem, & capacitatem, vel ut beneficium recipere poſſit &c. Per ſaltum olim ordinari poterat, hodiè non poteſt, ſed gradatim debet quis ordinari, *cap. 1. diſtinct. 46.* & ordo omiſſus ſuppleri debet, *cap. tuæ de clerico per ſaltum promoto*: & ordinatus per ſaltum eſt ſuſpenſus tantùm ab ordine per ſaltum recepto, *cap. tuæ de clerico per ſaltum promoto*: & poteſt in tali ſuſpenſione diſpenſare Epiſcopus, ſi non miniſtravit in ordine recepto, *Trident. ſeſſ. 23. cap. 14.* Furtivè dicitur ordinatus, qui ſine examine non vocatus ſe ingerit, & facit ſe ordinare, vel quando unus ſe pro alio examinat, *cap. 2. de eo, qui furtivè ordin.* & incidit in pœnam

nam suspensionis ab ordine furtivè recepto.

Patrimonium requiritur, ut clericus
24 habeat, unde vivat, ne cogatur mendicare cum ignominia ordinis, & status, vel quæstum sordidum exercere, *cap. diaconi distinct.93. cap.tuis de præbendis* & Episcopo constare debet de sufficientia ejusdem patrimonii, *cap.tuis de præben.* aliàs Episcopus tenebitur submini strare alimenta ordinato, *cap.2. de præbendis*. Quantitas patrimonii taxatur arbitrio Episcopi, inspecta qualitate loci,& personę in communi, pręcisa nobilitate, *Trident. sess.23. de reformat. cap.2. Ricc. part.3. praxis resolut.451. num.1. in fin.* Quid autem constitutum fuerit in concordia inter Summum Pontificem, Regemque nostrum inita, infra memorabimus. Et debet ordinari cum patrimonio etiam filius patris divitis,quia plura contingere valent, ut patris bona ad filium non deveniant. Constituto clericis patrimonio,si acquirant deinde aliunde, unde vivant, non possunt alienare patrimonium sine licentia Episcopi, quia cessaret securitas requisita à Tridentino, ut ordinati sint securi de bonis, unde vivant, *Barbosa de potestate Episcopi allegat.19. num.90.* contra alios.

Si ordinatus in sacris renunciaret pa-
24 trimonium ad favorem alterius,renunciatio esset nulla, *Trident. sess.21. cap.2. de reformat.* Qui verò ante ordinationem promittit etiam cum juramento se restituturum,aut redonaturum patrimonium post ordinationem, non obstringitur tali pacto, nec contrahit pœnas ordinati sine patrimonio, *Diana part.3. tract.4. resolut.184. Villalob. tom.1. summæ tract.11. diff.15. num.10. Ledesma, Rodriquez*, & alii: illud etenim pactum restituendi non tollit esse verum patrimonium sub actuali dominio ordinati: nec est conditio suspensiva, sed ad summum esset modus, & conditio resolutiva, quæ supponit contractum validum, *l. prima ff. de l.commissoria*: unde non dicitur patrimonium fictum: & ordinatus in sacris cum tali patrimonio, & pacto renunciandi,non est suspensus: nam revera habet patrimonium, nec potest deinde renunciare, & si renunciet, adhuc retinet patrimonium, cum illa renunciatio nulla nullum habeat effectum, *Sà in verb. ordo nu.29. Dian. part.4. tract.4. resolut,52. §.notandum*. Doctores autem juris, vel advocatos posse sine alio patrimonio ordinari in sacris, affirmant *Velascus de privilegiis pauperum part. 1. quæst.9.num.18.* cum *Rodriquez, Gonzal. Vega, Barbosa, Avila, Corduba, Mosco-* & *Gratian. discept. forens. cap.77. n.30.* dicens servari mentem Tridentini, quia isti non vivunt inopes, si sint probi, nec reddunt ordinem contemptibilem: Oppositum docent *Sà, Sanchez, Corduba*, & *Marchettus*, quia potest deesse, unde vivant, si mentis inopes efficiantur, aut evadant ægroti.

Beneficium possessum sufficiens ad
26 congruam substentationem sufficit ad sacros ordines suscipiendos, *Tridentin. sess.21. cap.2. de reformat.* & etiam capellania perpetua, vel pensio perpetua. Sufficit autem beneficium tenue cum patrimonio supplente defectum substentationis: nam tunc mendicare clericus non cogitur, & servatur mens Tridentini, *Maranta resp.29. in fin. de Marinis lib.2. cap.153.*

Non est suspensus ordinatus sine pa-
27 trimonio, vel cum patrimonio ficto, *Engel. tom.1. collegii juris canon. lib.1. tit.14. §.1. num.27.* dicens tutè id teneri posse, *Sà in verb. suspensio n.10. Avila, Dian. part.2. tract.16. resolut.5. Guttier. Tolet. Rodriq. Form. Turrian. Villalob. Ledesma, Filibertus, Sayrus, Homobonus, Isacius part.1. praxis cap.1.art.7. num.5.* ubi ait, ità declarasse Sacr. Congregationem, *Squillant. Flamin.* & *Novarius tom.1. forens. quæst.144. num.10.* dicens necessarium tenere hanc opinionem: & quidem nullo jure fulcitur talis suspensio.: nam quæ olim erat lata *in cap. neminem*, & *cap. sanctorum distinct.70.* fuit abrogata *in cap. cum secundum de præbend.* & Tridentinum non innovavit pœnas sublatas, sed solùm eam pœnam confirmavit, quę habetur in *cit. cap. cum secundum Apostolum de præbendis*, quæ est, ut Episcopus propriis sumptibus det alimenta ordinato sine titulo, usque quo provideat de sufficienti beneficio. Præterea pœna debet conservare, non destruere finem legis: suspensio autem ab officio everteret finem legis requirentis patrimonium, scilicet ne clericus mendicet: magis enim mendicaret clericus, qui suspensus officii exercitio sibi subvenire non posset: undè congruè aliis pœnis arbitrio ordinarii puniri debet.

Validè quivis Episcopus ordinat, li-
28 citè verò tantùm Episcopus proprius, cui ordinandus subjicitur, vel alius, habitis illius dimissoriis, *Trident. sess.14. cap.2.* Episcopus proprius quadruplicitèr considerari valet, ratione scilicet domicilii, ratione originis, ratione beneficii, & ratione familiaritatis. Ratione.

Digitized by Google

de domicilii quis promoveri poteſt ab ordinario domicilii, *cap. cum nullus de temporibus ordinat. in 6.* & habens plura domicilia à cujuslibet domicilii Epiſcopo ordinari valet, *dicto cap. cum nullus*: & contrahit quis domicilium ab initio, ſi ab initio habeat animum ibi permanendi, *l. cives 7. Cod. de incolis*, *Leſſius lib. 14. de juſtitia cap. 2. dubio 7. n. 47. Sylveſt. Sanch. Bonav. Dian. Ricc. par. 3. praxis variar. reſolut. 475. num. 2.* dicens poſſe ordinari ab Epiſcopo domicilii ſine litteris dimiſſoriis Epiſcopi ordinarii: Epiſcopus autem originis poteſt ordinare originarios: & Epiſcopus originis eſt ille, in cujus Diœceſi natus eſt ordinandus, etiam tranſeunter, vel ejus pater: ita ut non ſufficiat origo matris, *l. filius Cod. ad municipalem lib. 10. Grammat. voto 10. num. 14. Urtad. Leand. Cagnol. & Anton. à Spiritu Sanct.* & in favorabilibus conceptus in aliquo loco cenſetur inibi natus, *l. qui in utero ff. de ſtatu hominum*. Natus in uno, & baptizatus in alio loco, poteſt ordinari in alterutro, *Hallier. de ſacris ordinationibus cap. 3. art. 3. §. 1. in fin.* & hæc eſt opinio probabilis: unde aliquis poſſet habere plures locos originis, ubi ipſe, ubi pater natus eſt, ubi baptizatus eſt, *leg. libertus 17. leg. 27. ff. ad municipalem*: pleraque autem tàm de domicilio, quàm de origine latiùs infra enucleabimus. Ratione beneficii quis ordinari valet ab Epiſcopo, à quo beneficium habuit, *cap. cum nullus de temporib. ordinat. in 6. Nicolius in verb. ordo num. 3. Riccius in 3. part. praxis num. 3. verb. an clericus* ex declaratione Sacræ Congregationis dicens ad hoc ſufficere etiam beneficium tenue, quia in dicto *cap. cum nullus* tantùm requiritur, ut ſit beneficium: & habens beneficium à multiplici Epiſcopo poteſt à quolibet ordinari, *Butrius in dicto cap. cum nullus num. 7.* non poteſt tamen beneficium conferri laico, & immediatè ordinari: nam laicus eſt beneficii incapax, adeòque ordo conferretur non beneficiato, nec ſubdito. Præterea Epiſcopus cuilibet ſuo familiari ordines conferre validè poterit, ſi habeat Diœceſim, & non ſit tantùm Epiſcopus titularis, *Trident. ſeſſ. 14. cap. 2. de reform.* Poteſt autem ordinare familiarem triennalem, & deindè ſtatim ei conferre beneficium, *Tridentin. dicto loc.* & triennium poteſt incipere ante Epiſcopatum, *Riccius part. 1. praxis reſolut. 276. & 278.*

Epiſcopus debet ordinare ſibi ſubdi-

29 tos, non alios, niſi cum dimiſſoriis proprii Prælati, *Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 3. cap. ordinationes 8. cap. 9. de reformat.* Ultramontani non ordinantur cum litteris dimiſſorialibus, niſi fuerint ligalizatæ à Nunciis Apoſtolicis in partibus, & cognitæ à Vicario generali Urbis ex conſtitutione Urbani VIII. edita

30 die 14. Septembris 1624. In litteris dimiſſorialibus ſunt exprimendi ordines conferendi, & eſt etiam exprimenda, ſi concedatur, diſpenſatio interſtitiis, illegitimitati &c. *Gabaſſutius jur. canonic. theoric. & praxis lib. 1. cap. 14. §. 4.* Vica-

31 rius non concedit literas dimiſſoriales ſine ſpeciali mandato, *Sbrotius lib. 2. de officio Vicarii quæſt. 41.* Vicarius Capitu-

32 laris poſt annum valet concedere literas dimiſſoriales, & diſpenſare etiam interſtitiis, *cap. cum nullus §. Epiſcopo de temporibus ordinat. in 6. Trid. ſeſſ. 7. cap. 10. de reformat.* & intra annum ætatis ad ordinem ſuſcipiendum ratione beneficii recepti, vel recipiendi, *Trid. dicto loc.* Quid autem hoc in Regno ſervare oporteat ex præſcripto concordiæ, dicemus infrà. Dimiſſoriæ factæ durant

33 etiam mortuo Epiſcopo: nam eſt gratia facta, quæ durat etiam, concedente amoto, *cap. ſi cui de præbendis in 6. Engel. tom. 1. collegii juris can. lib. 1. tit. 11. §. 3. num. 38. Gratian. deciſ. 98. num. 20. de Marinis tom. 1. cap. 181. num. 7. Baſſæus verb. ordo 3. num. 4. Gabaſſut. cap. 14. §. 7. Zerola, Gonzalez, Bonacina, Rebuffus, Anton. à Spiritu Sanct. Imola, Leand.* & dimiſſoriæ conceſſæ durant, quouſque revocentur, *cap. ſi ſuper de offic. delegati in 6.*

Tria ſunt onera ordinati in ſacris, ut

34 ſcilicet incedat in habitu, & tonſura, ut ſervet caſtitatem, ut teneatur ad horas recitandas, eas ſcilicet, quæ appellantur horæ canonicæ, quæque vigiliæ appellari ſolebant, ut in *pſalm. 56.* ibi: *Anticipaverunt vigilias oculi mei; Lucæ 2. num. 8.* ibi: *Vigilias noctis*: & quælibet vigilia continebat tres horas, *Lucæ 12.* ibi: *In ſecunda, & ſi in tertia vigilia venerit*. Horæ autem canonicæ con-

35 tinent certam orationem jure canonico definitam, *cap. dolentes de celebratione miſſarum*: & ex præcepto recitandæ ſunt voce, *cap. Eleutherius*, *cap. presbyter diſtinct. 91.* & tale præceptum obligat ad mortale, *cap. dolentes de celebrat.* Datur

36 tamen in illis parvitas materiæ, quæ nequit præcipi ſub gravi, *l. levia ff. de accuſationib.* ubi in levioribus receditur ab ordine juris: & de modicis non eſt

Digitized by Google

curandum, *l. in rebus §. possunt ff. commodati*. Nonnulli parvam materiam existimant decimam partem horæ parvæ, ut ait *Moneta*; aliqui opinantur esse levem materiam unam lectionem cum psalmo: alii docent esse parvam materiam principium cum primo psalmo inclusive: alii docent esse minorem octava parte officii divini. Sunt, qui putant esse tertiam partem horæ parvæ; sunt etiam, qui docent esse mediętatem horæ parvæ; quidam asserunt, eam esse, quæ non attingit integram horam parvam: quidam arbitrantur esse, si non attingat integrum nocturnum, sed & alii ajunt esse tres lectiones cum responsoriis in officio ferjali; alii existimant materiam parvam esse integram horam parvam, vel ei æquipollentem: alii ajunt materiam parvam esse bis, vel ter in anno omittere totum officium non ex contemptu; alii tandem probant, pro parvitate haberi materiæ octies in anno omittere officium; Nos autem distinguendum putamus, an præceptum sit unum omnium horarum: nam tunc respectu totius materia parva erit major; an autem tot sint præcepta, quot sunt horæ; nam tunc debet considerari materia parva respectu cujuslibet horæ; & quidem est valdè probabile, quòd unum sit præceptum recitandi, nec sint tot, quot sunt horæ, nec multiplicari debent præcepta sine necessitate; lex enim abhorret à superfluis, *leg. prima*, & *2. Cod. de veteri jure*: & ità docent *Archidiac. Cotonius*, *Tamburrin. Suarius*, *Vasqu. Sà*, *Vega*, *Garzia*, & *Navar.* contra *Bassæum*, *Toletum*, & alios.

37 Tenentur recitare horas clerici beneficiati, & religiosi professi: clerici in minoribus non tenentur ad horas, nec ad alias orationes, nec Episcopus potest eis tale onus imponere, *Sotus*, *Lessius*, & *Dian. part. 2. trad. 12. de horis canonicis resolut. 20.* contra *Bonacin. disput. 1. de horis part. 2. punct. 3.* Imò nec tenentur sub mortali recitare orationes injunctas ab ordinante, *Sotus*, *Valentia*, *Paulud. Marchin. Navar.* & *Trullenc.* contra *Villalob.* & *Homobonum*, volentes esse veniale illas omittere. Clerici in sacris non vi, non metu gravi injusto, non ante usum rationis ordinati, sed ordinati sponte, tenentur recitare horas canonicas, *cap. presbyter*, *cap. dolentes de celebratione missarum*: & subdiaconus tenetur ad horas respondentes suæ ordinationi, *Castropalaus*, *Homobon. March.* & *Filiucius*; licèt alii velint teneri tantùm ad vesperas, & completorium illius diei cum *Bonartio*, & alii velint pro illo die ad nihil teneri cum *Diana*, *Leandro*, & *Antonio à Spiritu Sancto*. Beneficiati post adeptam possessionem beneficii, & ab hora adeptæ possessionis, tenentur ad horas, dummodò percipiant fructus beneficii, vel illos sua culpa non percipiant, puta sint excommunicati, irregulares: quando enim fructus sine sua culpa non percipiunt, tunc currit regula: *Nemo debet militare gratis: & qui altari servit, de altari vivere debet*; Ut itaque teneatur beneficatus ad horas, requiritur, ut habeat titulum sponte receptum, & possessionem beneficii pacificam, ac percipiat fructus in re, vel in spe, vel sua culpa non percipiat, *Rodriquez*, *Cævallos*, *Dian.* & alii: adeòque si beneficium sit litigiosum, & fructus sequestrentur, ut victori dentur, *Ledesma* putat, quòd non teneatur recitare horas, quia de altari non vivit, & potest esse, ut amittat litem, vel ut interim moriatur, & fructus Cameræ Apostolicæ addicantur: sed oppositum docent *Lessius*, & *Leander*: secùs si certè sciat vincere litem. Si beneficium sit tenue, excusatur beneficiatus ab officio recitando, *Sotus*, *Aragonius*, *Rodriq. Molsesius*, & *Leand.* quia parùm pro nihilo in jure habetur, *leg. licet*, ibi: *Modica*, *vel nulla*; *ff. de probation.* Alii autem volunt esse tenue, si ex eo octo aurei percipiantur, cum *Soto*, *Leandro*, & *Lessio*: alii majorem summam exigunt, sexdecim scilicet aureorum, cum *Ledesma*: alii extendunt ad viginti aureos, & non desunt, qui protrahant usque ad vigintiquinque aureos. Sed animadvertendum putamus, an in loco, ubi quis beneficio fruitur, sufficiant ad victum ob opulentiam rerum parvi reditus: nam, deductis expensis, substentari debet: & sunt defalcandæ impensæ pro missis, pro visitatione Episcopi, pro eleemosyna imposita à testatore &c. *Trullenc. Leander*, *Vasquez*, *Quintanad.* contra *Persium*. Si verò habeat plura beneficia tenuis reditus, quæ simul sufficiant pro rata congruæ, tenetur ad horas: vivit enim tunc ex bonis Ecclesiæ, & propterea officium recitare debet, *Suar. Sanchez*, & *Bonacin.* Religiosi in sacris constituti etiam in dubio tenentur: imò, si sint professi, sed non in sacris, etiam tenentur, ita probante usu Ecclesiæ, licèt oppositum docuerit *Lessius* cum aliis. Moniales non teneri ad horas canonicas privatim, docet *Lessius*,

Mart.

Digitized by Google

Mart. à Sancto Joſeph, *Cajet. Medina*, *Vega*, *Bordon.* & *Angel.* nec in dubio imponi onera debent. Capellanos verò monialium teneri ad officium de Sanctis, de quibus moniales recitant, affirmant *Quintanad. Tamburrin.* & *Gabaſſutius*, dummodo recitetur ex breviario Romano.

38 Officium recitari debet intra tempus à lege præfixum. Matutinum, & laudes alii putant poſſe recitari die antecedenti per quatuor horas poſt meridiem, alii per tres horas cum dimidio, alii per tres horas, alii per duas horas poſt meridiem, cum *D. Thom. Narbon. Trullenc. Sanchez*, & *Diun. part.* 10. *tract.* 16. *reſolut.* 46. Privatim verò licet intra diem recitare officium in qualibet hora diei, *Morang. Dicaſtil.* & *Caramuel* dicentes, nec eſſe veniale, quia nullibi invenitur ſancitum oppoſitum, cum jura oppoſita loquantur de officio publico: *Leander* tamen vult eſſe peccatum veniale recitare ita ſine cauſa. Hinc licet mane recitare totum officium, quia nunquam deeſt cauſa, ſcilicet exercere actum vigilantiæ, prudentiæ, & indicat majorem attentionem, & quia utilius ob diverſa impedimenta prævenitur, & ita conſuetudine Orbis firmatum ait *Albertus de Ferreriis tractat. de horis canonic. num.* 18. *tom.* 6. *tractatuum*, dicens cum *Zaberel. Joanne Andrea*, & *Innocentio* id eſſe de conſilio, non de præcepto.

Attentio requiritur in recitandis ho-
39 ris canonicis, eaque eſt actus deliberatus cognoſcentis, & volentis ſeriò ea, quæ aguntur: & habetur attentio, ſive quis attendat ad ſonum vocum articulatum proferendum, ſive ad res ſignificatas per voces, ſive ad alias res ſacras, quando officium recitat: intentio eſt finis cognitus volitus recitantis, qui poteſt eſſe internus, & externus: Requiritur ad recitationem attentio, & intentio humana, ſaltem externa humano modo poſita, *cap. dolentes* 9. *de celebratione miſſar.* Non requiritur, ut recitans habeat intentionem ſatisfaciendi præcepto recitandi: imò devotè recitans ſatisfacit præcepto, etiamſi nolit ſatisfacere, quia ſatisfactio non pendet ab intentione ſubditi, ſed ex poſitione rei præceptæ: Sic jejunat non comedens, etiamſi ignoret præceptum, vel nolit jejunare: unde recitans cum animo repetendi, nec tenetur repetere, quia præcepto jam ſatisfecit, *Bonacin. Leander*, & alii. Hinc exterius deliberatè devotus recitans ſatisfacit præcepto, etiamſi interius voluntariè ſit diſtractus, quia diſtractio interna non tollit actionem exteriorem humanam, vel præceptum. Ita docent *Coninc. Layman*, *Leſſius*, *Valerus*, & *D. Antoninus* contra plures. Eccleſia namque interna non præcipit, *cap. tua nobis de ſimonia*, *cap. erubeſcant diſtinct.* 32.

Pronunciatione ſatisfit præcepto re-
40 citandi, ſi pronunciatio ſit articulata, *clement.* 1. *de celebration. miſſ. pſalm.* 33. ibi: *Semper laus ejus in ore meo*. Sufficit pronunciatio articulata vocalis, etiamſi pronuncians ſe ipſum non audiat. Nam revera tunc orat vocaliter, & præcipitur oratio, non auditio orationis vocalis privatæ, *clement.* 1. *de celebrat. miſſ.* & revera voce orat, licèt vox non audiatur, 1. *Regum*, *Judith cap.* 13. *Stetitque Judith ante lectum orans cum lacrymis*, & *labiorum motu*, *in ſilentio dicens*: *Confirma me Domine*. Et impotentes recitare, non tenentur audire, *clement.* 1. *de celebratione miſſ.* Canonicus verò cæcus tenetur in choro aſsiſtere. Nam excuſatus à recitando non excuſatur ab aſsiſtendo, *Suarius*, & *Mancinus*.

Quæcumque interruptio inter pſal-
41 mos, & inter lectiones ejusdem, vel alterius horæ, nunquam eſt lethalis, ſi officium abſolvatur intra tempus præfixum, quia tunc ſervatur ſubſtantia rei præceptæ, *Ant. à Sp. San. Ariag. Layman*, *Carbon. Leander*, & *Pellizz.* contra *Suarium*, *Squillantem*, & *Theſaurum*.

In quocunque loco privatim licitè reci-
42 tari valet officium: Nam non eſt locus, neque tempus, in quo Deus non ſit laudandus, ut habetur in *pſalmo* 33. ibi: *Semper laus ejus in ore meo*; *Tobiæ* 4. *cap.* 20. ibi: *Omni tempore benedic Deum*; *pſalm.* 102. *in fin.* ibi: *In omni loco dominationis ejus benedic anima mea Domino*: Sed aptius in eccleſiis oramus, 1. *ad Corinthios* 11.

In recitando ordo, & modus ſer-
43 vandus eſt: & qui non ſervat rem præceptam, peccat mortaliter: qui ſervat rem præceptam, non modum levem, peccat venialiter, *Suarius tom.* 2. *de relig. lib.* 4. *de horis can. cap.* 27. *n.* 8. Hinc modus recitandi ſecretè, altè, ſtando, ſedendo, ſignando, inclinando obligat ſub veniali in choro, præciſo ſcandalo: extrà chorum nec eſt veniale, quia ille ritus reſpicit orationem publicam, *Navar. Craſſus*, *Zerola*, *Leander*. An autem liceat mutare officium, & recitare unum pro alio ejuſ-
44 dem breviarii Romani? Diſtinguas:

Digitized by Google

Vel adest, vel non adest causa rationabilis. Si non adest causa rationabilis, peccat venialiter, qui mutat, quia servat substantiam, & mutat tantùm accidens: Si adest causa, licet etiam sine veniali, *Valentia* dicens S. Pium V. tantùm decrevisse recitandum esse officium secundùm formam breviarii Romani, sivè recitetur dè uno, sivè de alio sancto, *Vega*, *Leffius*, *Cajet. Armilla*, *Sotus*, *Sylvester*, *Layman*, *Zerola*, & *Medina* dicens communem eam esse opinionem, *Azorius*, *Dian. Villalob. Pellizar. Rodriq. Gabbas. Cardines*, *Ant. à Sp. San. Pilaja*, *Caram.* & *Basseus* contra *Toletum* dicentem mortale esse, & contra *Suarium* dicentem lethale esse, nisi mutatio fiat in officium æquipollens, & contra *Navar.* dicentem lethale esse, si mutatio fiat frequenter, non autem si fiat ter in anno: idque patet, quia modus in re levi non potest præcipi sub gravi, & talis modus est res levis; Nam si esset res gravis, non invenirentur quotidie diversum recitantes officium, etiam in eadem Civitate, & in pluribus communitatibus religiosorum, maximè quia tale præceptum non extat, ut patet legenti bullam, & canones *in c. de his*, *in cap. fin. dist. 52.* & *in cap. dignum de celebration. missar.* Hinc ex oblivione recitans hodie officium, quod non erat recitandum, satisfacit præcepto. An autem omissum officium hodie
45 recitandum possit cras recitari? Affirmant *Quotonius*, *Leander*, *Gabbass.* & *Ant. à Sp. San.* Si verò quis recitet matutinum de feria, & deinde advertat esse de sancto duplici, potest sequentes horas dicere de sancto, sequendo opinionem, quòd tot sint præcepta, quot sunt horæ, idque ne deindè voluntariè magis erret, *Tranered. disp. 11. quæst. 1. numer. 12. Gabbas. Arsellinc.* & *de Lugo*. An verò cras profecturus ad locum, ubi recitatur de sancto, de quo non recitatur, ubi hodiè est, possit recitare vesperas hodie de Sancto crastino secundùm consuetudinem loci, quo perget? Affirmant. *Zaber.* & *Ant. de Sp. San.* Causa excusans à vo-
46 luntati debet esse rationabilis, & honesta, puta gravis defatigatio, repentina necessitas recitandi, studendi, docendi, comitandi, itinerandi, & fortè est etiam major devotio circa Sanctum, *Palaus*, *Vasquez*, *Pagnudec.*

Licèt Clericus non possit ab alio Epi-
47 scopo ordinari, quàm ab eo, cui subditus est; si tamen ab alio ordinetur, adhuc character in anima imprimitur, & gaudet privilegio Clericorum: secus tamen est, si ab Abbate ordinetur, qui non habet ordinandi simpliciter facultatem, sed tantùm suis subditis conferre ordines potest, *Reg. Revert. decis. 101.* ubi *de Marin.* Quamvis per Sacrum Concil. Trident. sit prohibitum Abbatibus alicujus Monasterii aliis personis laicis,
48 quàm propriis subditis, sacros ordines conferre; si tamen proprii Episcopi consensus accesserit, & ab eo litteræ dimissoriales impetratæ fuerint, validè ordines conferunt, *de Marin. ad Revert. loc. cit. num.* 1. Abbates alicujus Monasterii non possunt ordines conferre novitiis non adhuc professis, cum pro laicis habeantur, *Reg. de Marin. ad Revert. dicta decis. 101. tom. 1. nu. 1.* Quamvis Abbas possit conferre ordines Monachis sui Monasterii; ad hoc tamen ut possit primam clericalem tonsuram conferre, requiritur, quòd sit ab Episcopo benedictus, *Reg. de Marin. loc. cit. vers. secunda ratio.* Sed de hac re latior infra sermo erit. Non inducitur probatio Clericatus ex eo, quòd quis habet pensionem super beneficio, quæ potest etiam laicis conferri, ut diximus supra *in tit. de decim.* Bigamus quamvis ex dispositione Apostoli sit irregularis, id tamen procedit in verè bigamo; nam in bigamo interpretativè potest Papa dispensare, cum sit irregularis ex constitutionibus canonicis; quinimo etiam ex causa potest Pontifex in
49 verè bigamo dispensare, *Ancheran. cons. 124. num. 1. & 2.* Appellatione clerici venit simplex clericus, non Clericus in sacris, ut alibi diximus.

Cum quidam Episcopus die sabbati
50 quatuor temporum ante Dominicam Passionis in die Sanctissimæ Annunciationis celebrasset ordinationem aliquorum suorum subditorum, quempiam diaconatus ordine insignivit: quia verò hic ordinatus breve habebat à Sancta Sede Apostolica, ut posset ordinari in tribus diebus festivis, comparuit coram eodem Episcopo die Dominico sequenti petens ad Sacerdotium promoveri vigore facultatis sibi concessæ per breve prædictum: Annuit jure optimo Episcopus, eumque Sacerdotem illa die ordinavit: quo facto, controversia orta est inter nonnullos ex doctioribus, putantibus aliquibus suspensionem incursam esse tum ex parte ordinantis, tum ordinati sub prætextu, quòd erant duo ordines sacri collati quasi in eadem die. Nos autem hac de re consulti dicebamus nullam adesse suspensionem

Digitized by Google

nem multiplici ex capite, atque eo, præſertim quòd in die antecedenti uſus fuerat ordinandus privilegio generali ſumendi ſacros ordines: die verò ſequenti uſus fuerat privilegio S. S. Apoſtolicæ vigore brevis: pro quo negotio dilucidando, & tota materia de temporibus ordinationum explicanda, fas nobis fuit concluſiones colligere ex ſacris canonibus, & decretis Sacræ Congregationis illam explicare. Et quidem duos ordines ſimul dare, vel recipere non eſt licitum in una eademque die, *cap. quòd ſi à patribus 75. diſtinct.*

51 ſed poteſt in die ſabbati quatuor temporum aliquis ordinari diaconus, & die ſequenti ſacerdos, vel die ſabbati ordinari ſacerdos, & die dominico ordinari Epiſcopus, ut notat *gloſſ. in cap. quod à patribus*, quia hoc non reperitur prohibitum: eumque text. explicant *Barboſ. in cap. fin. 75. diſtinct. Navar. de horis canonicis cap. 3. num. 42. Suarez to. 3. de ſacrament. diſputat. 80. ſect. 2.* qui tamen obſervat, nunc id non licere: ſed *gloſſ. in dict. cap. quod à Patribus* dicit; quòd in die dominica poteſt quis ordinari ſacerdos, & eadem die hora tertia poteſt ordinari in Epiſcopum. Tamen contrarium eſt verius, ut benè *Innocentius in cap. literas de temporibus ordinat. Campanilis in diverſorio juris canonici cap. 4. num. 5. Barboſ. de poteſtat. Epiſcop. part. 2. allegat. 1. num. 6.* & remiſſivè idem *Barboſ. in d. cap. quod a patribus*. Hinc *in cap. ultimo*, quod incipit *ordinationes 75. diſtinct.* habetur, quòd ordinationes presbyterorum, & diaconorum non debent fieri, niſi certis temporibus, & diebus; ex quibus apparet, ordines ſacros extra tempora definita non eſſe conferendos: Tempora verò ſunt quatuor anni jejunia, & hebdoma quarta quadrageſimæ, quæ præcedit dominicam paſſionis, & ſabbatum ante reſurrectionis diem, ſicuti reſpondit *Alex. III. in cap. de eo de temporib. ordinat.* Statutum verò eſt his

54 temporibus, ut fiant ordinationes ſacrorum ordinum, ut ajunt *Trident. ſeſſ. 24. de reformat. cap. 8. Henriquez in ſumma de euchar. part. 1. cap. 4. num. 38. Ugolinus de poteſtate Epiſcopi cap. 16. §. 25. Bonacin. de Sacrament. diſputat. 8. queſt. unica punct. 6. Ricc. in praxi part. 4. reſolut. 73. Barboſ. part. 2. allegat. 17. Pax Jordan. de re ſacra tom. 1. lib. 3. fol. 223. Fagnan. in cap. 1. de temporib. ordinat. num. 17. & in dicto cap. litteras de temporib. ordinat.* Quod adeò verum eſt, ut nec conſuetudine contrarium induci poſſit

55 *ex cap. 2. de temporibus ordinat.* ubi excipitur S. Pontifex, qui ſpecialiter licentiam concedere ſolet; tunc enim extra tempora ſacri ordines conferri poterunt, ut benè *Quaranta in ſumma, bullarii in verb. ordo, Molfeſ. in ſumma tract. 2. cap. 1. num. 25. Homobonus de bonis in examine eccleſiaſtico part. 1. tract. 2. cap. 1. queſt. 12.* & quas pœnas incurrat ille, qui ſecus fecerit, tradunt *Barboſ. dicta, allegat. 17. num. 19. & ſeq. & Pax Jordanus tom. 1. lib. 3. cap. 6. p. 223.*

56 Ex dicto verò *cap. quod à patribus* colligitur, quòd in diebus quatuor temporum, & in ſabbato ſancto poteſt miſſa dici per horam nonam, ideſt in quarta parte diei, quæ ab hora tertia quotidiana incipit; ſic enim olim fiebat, ut tradit *S. Thomas 3. part. queſt. 83. art. 3. ad tertium*. An verò ſit licitum, antiquam conſuetudinem mutare, quærit *Navari cap. 3. de horis canonicis num. 42.* ubi meminit text. dicti *cap. quod à patribus*; & *Suarez* ubi ſuprà affirmat. Dicendum ergo eſt, text. *in dicto cap. quod à patribus* fuiſſe abrogatum per conſuetudinem, & præſertim quia S. Pius V. vetuit omnes nocturnas cœremonias, & miſſas. Sed ſecundùm conſuetudinem antiquam miſſa Reſurrectionis dicebatur noctis tempore, quia Dominus noſter nocte reſurrexit, *S. Thom.* ubi ſupra, *art. 1. ad quartum*, qui dicit illam miſſam dici ſolitam circa noctis principium, *cap. ſolet de conſecrat. diſtinct. 3.* præſertim in quantum ad prophetias, & alias cœremonias, quæ illa nocte ſolebant ante miſſam dici; nam miſſa non prohibebatur ante dimidiam noctem, ut benè *Suarez* ubi ſuprà *ſect. 4.* Nunc verò obſervatur, ut miſſa ſabbati ſancti dicatur paulò ante meridiem. Si verò

57 quis obtineat à Papa privilegium, ut ſibi ordines ſacri in tribus diebus feſtivis conferantur, non poteſt Epiſcopus illum ſabbato quatuor temporum diaconum ordinare, & die dominico proximè ſequenti, continuato jejunio, presbyteratus ordine inſigniro: nam ſicuti non poteſt utrumque ordinem Epiſcopus illi conferre eodem die, ut eſt text. etiam *Concilii Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 13. de reformat. in fine*; pari ratione non poteſt unum ordinem uno die, & alium alio die, jejunio continuato, conferre, quia dies dominica propter continuationem jejunii fictione canonica trahitur ad ſabbatum, *cap. litteras de tempor. ordinat.* ex quo infert *gloſ.* ibidem *in verb. uno*

die,

Digitized by Google

die, quòd, si Episcopus die sabbati non potuit ordinationem perficere, sequenti die dominica, continuato jejunio, potest illam perficere, ità ut una die intelligantur ordines collati fictione juris ex text. *in dicto cap. quod à patribus 75. distinct. Carol. Antonell. de tempore lib. 2. cap. 5. num. 1. Pax Jordan. lib. 3. cap. 6. fol. 223.* Declaratur conclusio per text.

58 *in cap. de eo de temporib. ordinat.* ubi Alexander III. dicit, quæ sint tempora, in quibus Episcopi conferre possint ordines, & statuit, ordines minores conferri debere diebus festivis; sacros verò in quatuor temporibus, vel sabbato sancto, vel sabbato passionis, in quibus temporibus per *Tridentin. sess. 23. cap. 8. de reformat.* præcipitur, ordines conferri, & non extra: quod etiam habetur *in cap. fin. 75. distinct.* DD. *in cap. literas, & in dicto cap. de eo, & in cap. dilectus de tempor. ordinat. Rebuffus in praxi beneficiaria part. 2. de clericis ad sacros ordines malè promotis glos. prima num. 8. & sequent. Diaz in prax. crimin. cap. 26.* ubi *Salzedus, Quaranta in summa bullar. in verb. ordo, de Leone in thesaur. jur. Ecclesiast. part. 1. cap. 4. num. 2. Novar. in summ. bullarii in verb. ordinatis extra tempora, Ugolin. de potestate Episc. cap. 26. §. 25. Campanilis in diversorio rubrica 6. Homobonus de bonis in examine Ecclesiastico tract. 2. cap. 1. quæst. 18. Piasecius in prax. Episcopor. part. 1. cap. 4. Bellettus in disquisit. clerical. part. 2. in tit. de pœnis clericor. §. 17. num. 60. Pater Thesaur. in prax. ecclesiastic. in verb. ordines 14. Barbos. in Tridentin. sess. 23. de reformat. cap. 8. & de jur. ecclesiastico lib. 1. cap. 33. num. 172. & de potestat. Episcop. part. 2. allegat. 17. num. 21. & sequent.* de qua materia extant bullæ Pontificiæ, scilicet Pii II. quæ est septima incipiens: *Cum ex sacrorum*; 15. Kalendas Decembris 1641. *tom. 1. bullar. fol. 79.* & apud *Quarant. in verb. ordo fol. 258.* & aliæ bullæ relatæ per *Thesaur.* ubi supra, & per *Bavunnium de sacrament. disput. 8. quæst. uniea punct. 6. Dian. tom. 1. tract. 16. resolut. 30.* & *Jordan. lib. 3. tit. 6. à n. 332.*

59 Sub hac verò prohibitione temporis non comprehenditur prima tonsura, quæ conferri potest omni tempore, & die feriata, & non feriata, & in quacunque hora, *Barbos.* ubi supra *de jur. ecclesiast. num. 77. & allegat. 21. num. 19. Campanilis*, & alii ubi supra, qui dicunt; quacunque hora etiam noctis posse conferri, luminibus tamen accensis; cautiùs autem esset, si die conferatur, *Salzedus ad Diaz litt. A.* & servatur in praxi, teste *Diana dicta resolut. 30.* ut non solùm quacunque die, & hora, sed etiam quocunque loco ea conferatur, ut latè *Pax Jordanus de re sacra lib. 3. tit. 6. num. 223.*

60 Quia verò in dicto *cap. de eo* supponebatur, ordines minores conferri solùm in quatuor temporibus, & in sabbato ante dominicam Passionis; fuit à Summo Pontifice petitum, an possint ordines minores conferri extra tempus statutum. Respondit Papa posse conferri in omnibus diebus dominicis, & aliis festivis, dummodo non videantur fieri ordinationes generales, sed conferantur duobus tantùm, aut etiam pluribus, non omnibus genericè, atque indiscriminatim, ut benè *gloss.* ibi *in verb. unum, aut plures, Campanilis cap. 2. num. 2. Diana dicta resolut. 30. Pax Jordan. lib. 3. cap. ult.* Quid verò intelligatur nomine

61 diei festi, dum dicitur posse ordines minores conferri in die festo, haud admodum in comperto esse videtur. Putant aliqui, diem festum intelligi de præcepto: alii dicunt, diem festum intelligi pro die feriato, in quo est abstinentia à Curia, ut inquiunt Doctores supra citati. Sed prima opinio est verior, *Dian. part. 3. tract. 4. resolut. 97. Fagnanus* ubi supra, *Barbos. lib. 1. de jur. ecclesiastico cap. 33. num. 174.* & posset Episcopus adire locum, ubi celebratur dies festivus, si in sua diœcesi non servetur: quod alii negant: & hac de re agunt *Campanilis, rubric. 6. cap. 2. n. 16. Ventriglia in prax. ecclesiast. adnotat. 41. §. unico n. 5.* & *Pax Jordan. lib. 3.* in loco supra citato.

62 Possunt etiam ordines minores conferri in vesperis feriæ sextæ præcedentis sabbatum, quo de jure ordines sacri conferri solent, *Campanilis rubr. 6. cap. 2. n. 1. in fine, Barbos.* ubi supra *n. 173. in fine*: sed hæc opinio licèt sit gravissimorum Doctorum, tamen est contra Pontificale Romanum *in rubric. de ordinibus sacris conferend. vers. minores verò ordines*, ubi dicitur, ordines minores manè conferri, & ità servat praxis, *Campan.* ubi supra *num. 18.* dicèt de jure qualibet hora possint conferri minores ordines, *glos. in cap. ordinationes il 2.* & *cap. 1.* eadem *distinct. 75.* & si aliàs faciet Collatos, tenet collatio, sed malè aget, non servando Pontificale Romanum, *Barbos.* ubi supra *num. 176. Pax Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 6. num. 23.* Possunt etiam con-

63 ferri ordines minores extra missam, *Campanil.* ubi supra *num. 19.* & per hoc non est necesse, ut ordinandus, & ordinans

hans sint jejuni; & possunt ordines minores conferri extra Ecclesiam in palatio Episcopi, *Genuens.* & alii apud eum *loco cit.* sicuti possunt minores ordines ex consuetudine conferri feria quarta quatuor temporum, ut ajunt *Campanil.* cum *Ventriglia adnotat.*44. *§.ult. num.*9. & *Pax Jordan. tom.*3. *lib.*3. *tit.*6. *f.*221.

64 Ordines verò sacri solùm conferri possunt in sabbato quatuor temporum, in sabbato sancto, & in sabbato præcedente dominicam de passione, *cap. fin.* 75. *dist.* & *cap. de eo de temporib. ordinat.* & *Concil. Tridentin. sess.*23. *cap.*8. ubi expresè mandavit ordinationes sacrorum ordinum faciendas statutis temporibus. Cur verò sabbatis sint faciendæ ordinationes, tradit *Campanil. rubric.*6. *cap.*3. *num.*9. Ampliatur, ut neque valeat con-

65 suetudo, quòd sacri ordines conferantur extra tempora statuta, quia expresè damnatur in *cap.* 2. *de tempor. ordinat.* *Barbos. de jur. ecclesiastico lib.* 1. *cap.*33. *num.*177. ubi ait, quòd solus Summus Pontifex dispensare potest extra tempora statuta. Sunt autem plures regulares, qui habent privilegium, ut possint ordinari extra tempora, ut Jesuitæ, *Dian. part.*3. *tractat.*2. *resolut.*31. & *part.*5. *tractat.*13. *resolut.*57. sed in hoc privilegio non communicant alii regulares, ut notat *Frat. Archangel. Roman. de privileg. religiosor. lib.* 3. *in verb. ordines minores vers. Patres Societatis Jesu*: &

66 pro sacris ordinibus determinata fuit hora nona, ut in *cap. quod à patribus* 75. *distinct.* sed in praxi conferuntur hora post diluculum, dummodò non sit post nonam, & de honestate requiritur ad ordines majores missæ sacrificium, & quòd ordinandus, & ordinans sint jejuni, *Barbos.* ubi supra *num.*176. cum communicari debeat ordinandus secundùm præcepta Pontificalis Romani, *Pax Jordan. tom.*1. *lib.*3. *tit.*6. *fol.*233. Ordines autem sacros, vel minores non collatos secundùm statuta tempora conferre characterem, sed suspensionem incurrere tàm ordinantem, quàm ordinatos, probant Doctores ubi supra: & idem dicendum est de loco; nam licèt *Trid. sess.*23. *cap.*8. dicat, majores ordines conferendos esse in Ecclesia cathedrali, vel in alia ex dignioribus diœcesis ex notatis à *Barbosa* ubi suprà *num.*198. nihilominùs, si in alio loco conferantur, imprimunt characterem: & extra Civitatem Episcopus non tenetur eligere Ecclesiam de dignioribus diœcesis, sed sufficit, si eligat digniorem Ecclesiam illius loci, in quo conferre ordines intendit, *Tridentin. loco cit.* & post alios *Barbos.* ubi supra, & *Pax Jordan. tom.*1. *lib.*3. *tit.*6. *fol.*223. Recipientes verò or-

67 dines extra tempora incurrere pœnam suspensionis, habetur in *cap. sanè de temporib. ordinat.* & *in cap. cum quidam eod. tit.* id tamen locum non obtinet, si fuerit à Sede Apostolica dispensatum, *cap. ordinationes eod. tit.* quæ suspensio est ferendæ sententiæ, *Barbos. part.*3. *de potestate Episcopi*, & alii apud *Thesaur. in verb. ordines* contra nonnullos per ipsum citatos: eaque suspensio non solùm procedit in ordinatis in sacris extra tempora, sed etiam in ordinatis in minoribus, quia text. *in cap. cum quidem* loquitur generaliter, ut benè *Thesaur.* ubi supra. Alii tamen probabilius dicunt, hanc pœnam non incurri ab ordinatis in minoribus extra tempora: nam, licèt text. *in dicto cap. cum quidam* loquatur generaliter; *gloss.* tamen in figuratione casus loquitur de sacris ordinibus, & eodem modo *Abbas in dicto cap.* & sic loquuntur alii ad text. *in dicto cap. ordinationes*, *Campanil. dict. rubric.*6. *cap.*2. *numer.*12. & *Ventrigl. adnotat.*43. *§. unico*, qui dicunt, talem ordinatum in minoribus extra tempora sine dispensatione non incurrere suspensionem neque de jure communi, neque per bullam Pii II. quæ incipit: *Cum ex sacrorum*; quæ loquitur

68 in sacris ordinibus, nec per bullam Sixti V. quæ incipit: *Sanctum, & salutare*; quia illa fuit revocata, & redacta ad terminos juris communis per Clementem VIII. in sua bulla, quæ incipit: *Romanum Pontificem*; de qua *Campanil. Thesaur.* & *Ventrigl.* ubi supra; sicuti suspensionem incurrit ordinatus in majoribus extra tempora, & sanè ipso jure ex dicta bulla Pii II. quæ incipit: *Cum ex sacrorum*: sed hanc non incurri ab ordinato in minoribus extra tempora, benè probat *Thesaur.* ubi supra, cum aliis supra citatis, quia de hoc nullibi est mentio: & ea suspensio est tantùm ab illo ordine, quem malè quis recepit, quia non poterit illum exercere sub pœna irregularitatis, & neque poterit beneficia obtinere: & licèt possit fructus beneficiorum percipere, quæ priùs obtinuerat, quousque non fuerit eis privatus; tamen poterit beneficio privari per sententiam, *Bellett.* 2. *part. de pœnis clericor.* §.27. *num.*6. *Ventrigl. adnot.*44. §. *unico num.*19. & *Pax Jordanus tom.*1. *lib.*3. *tit.*6. *fol.*223. & licèt mordicùs de-

69 fendat *Campanil. in rubr.*7. *cap.*5. *num.*1. & 2. hanc absolutionem suspensionis à solo Papa esse habendam; tamen alii pu-

putant posse dari ab Episcopo, quia in bulla Pii II. nulla reperitur reservatio, ut putant *Thesaur. Barbos. Bonacin.* & alii, quos sequitur *Ventrigl. num.* 2. Nos tamen putamus, quòd si Episcopus fuisset in hoc culpabilis in conferendo ordines minores extra tempora contra formam bullæ Pii II. non posset absolvere; secus si non sit culpabilis, ut benè *Thesaur.* ubi supra, qui dicit, etiam successorem posse absolvere: & poterit etiam dispensare in irregularitate contracta, quando fuisset irregularitas occulta, & hoc vigore *Concilii Tridentini sess.* 24. *de reformat. cap.* 6. quia si non sit occulta, per Papam dispensari debet, *Thesaur. Campanil.* & alii ubi supra, & *Pax Jordan.* ubi supra *fol.* 223. Incurrit
70 verò sacerdos ordinatus extra tempora suspensionem; irregularitatem verò, quando celebrat, si celebret semotus ab Episcopo, quia in prima celebratione, quando cum Episcopo celebrat, secundùm aliquos illam non incurrit: Alii verò putant probabilius, illam incurrere etiam quando celebrat cum Episcopo, cum verè consecret, ut notant *Campan.* ubi supra *num.* 6. *Quarant. in verb. ordo, Bellett. num.* 67. *Ventrigl. num.* 22. & *Pax Jordan.* ubi supra. Pœnam verò suspen-
71 sionis ex *Tridentin. sess.* 23. *cap.* 8. *de reformat.* non incurrit ordinans, nec ordinatus extra tempora statuta, sed tantùm procedit talis pœna contra ordinantem, & ordinatum ab alieno Episcopo sine licentia proprii, ut habetur ex contextu verborum Concilii, & notant *Campanil.* ubi supra *rubr.* 5. *cap.* 3. *nu.* 19. *Ventrigl. num.* 23. & *Pax Jordan. fol.* 223.
72 Si verò Episcopus ordinet, & conferat sacros ordines extra legitima tempora, nullam incurrit pœnam suspensionis ipso jure, sed esset suspendendus à potestate ordinis conferendi, ut in *cap. sanè de temporib. ordinat. glos. in cap. cum quidam eod. tit.* & *in clement. fin. de ætate, & qualitate*, & post alios *Pax Jordanus* ubi supra. Inter ordines verò servari
73 debet, ut diximus, interstitium, ne purus laicus fiat statim sacerdos, & gradatim ordines recipi debent, *Tridentin. sess.* 23. *cap.* 11. 13. & 14. *de reformation.* ubi sermo est de minoribus ordinibus, & fit etiam mentio de majoribus: sed ob utilitatem Ecclesiæ interstitium non requiritur, ut in 77. *distinct.* Itaque inter primam tonsuram, & ordines minores, debet esse interstitium saltem unius diei, in quo poterit Episcopus dispensare, si ei videbitur, ut de communi ait *Thesaur.* 2. *part. de pœnis cap.* 6. contra *Bonacin.* & alios, quos refert. Imo inter ordines minores non est necesse interstitium servare unius diei, sed spatium temporis, quod est inter ipsa quatuor tempora generalia, quibus interstitiis potest Episcopus ex *Concil. Tridentin.* ubi supra dispensare, si ei magis videbitur, non ad sui libitum, sed causa concurrente, *Ricc. in prax. part.* 1. *resolut.* 493. *Barbos. de jur. eccles. last. part.* 1. *cap.* 33. *num.* 183. Inter ultimum minorum ordinum, & primum majorum debet esse interstitium unius anni, nisi necessitas, aut utilitas Ecclesiæ judicio Episcopi aliud suadeat, *Tridentin. dict. cap.* 11. sed hæc facultas conceditur dispensandi in interstitiis, non conferendi eadem die plures sacros ordines, ut benè *Campanil. num.* 10. Valeret tamen consuetudo conferendi una die ultimum minorum ordinum cum subdiaconatu, *Thesaur. cap.* 16. Sed in Archiepiscopatu Neapolitano non est hæc consuetudo, ut notant *Campanil. Ventrigl.* & alii ubi supra: & utilitas, vel necessitas etiam particularis Ecclesiæ sufficit, *Dian. part.* 4. *tractat.* 4. *resolut.* 209. concurrente verò causa dispensationis, potest compelli superior ad dispensandum, *Cardin. Tuscus liter. D. conclus.* 336. *n.* 8. *Ventrigl. adnotat.* 44. *num.* 30. Inter sub-
74 diaconatum, & diaconatum requiritur interstitium unius anni, nisi aliud Episcopo videatur, *Trident. sess.* 25. *cap.* 13. *de reformat.* ubi advertunt communiter Doctores, Concilium in hac dispensatione non requirere utilitatem Ecclesiæ, sed simpliciter se remittere arbitrio Episcopi, & pro hoc quamlibet legitimam causam sufficere dicit *Genuens. in prax. cap.* 83. *num.* 7. Inter diaconatum, &
75 presbyteratum requiritur interstitium unius anni, nisi aliud Episcopo videatur ad Ecclesiæ utilitatem, vel necessitatem: unde apparet, quòd ad hoc, ut Episcopus dispenset super hoc interstitio à diaconatu ad presbyteratum requiritur utrumque, scilicet utilitas, & necessitas Ecclesiæ, *Genuens. cap.* 7. *in fine*: &, si Episcopus, non elapso anno, sciens promoveat diaconum ad sacerdotium, videtur dispensare, *de Grass. de effect. cleric. in prælud. num.* 342. Qui verò recipit primam tonsuram cum minoribus ordinibus una die sine dispensatione, nullam incurrit suspensionem ipso jure, *Thesaur. in verb. ordines cap.* 16. *numer.* 2. Recipiens verò minores ordines, vel etiam eorum ultimum cum subdiaconatu eadem die, poterit exercere minores tantùm; & si fiat religiosus, poterit superior

Digitized by Google

perior diſpenſare, *Pax Jordan. tom.1. lib. 3. tit. 6. fol. 223.* Recipiens verò
76 duos ordines ſacros eadem die ſine diſpenſatione, vel duabus diebus continuis, etiam continuato jejunio, incurrit ipſo jure ſuſpenſionem ab executione ultimi ordinis, &, ſi diaconatum recipiat, & presbyteratum, incurrit ſuſpenſionem presbyteratus Papæ reſervatam, *cap. literas de temporibus ordination.* Doctores ubi ſupra. Qui verò recipit ordines ſacros, non ſervatis interſtitiis, dummodò non recipiat duos unica die, nullam incurrit ſuſpenſionem, quia nullibi reperitur talis pœna, *Zerola in prax. verb. ordo num. 8. Barboſ. part. 3. allegat. 28. Theſaur.* ubi ſupra, *Ricc. collectan. 576.* qui loquitur de ordinatis in minoribus, *Dian. tom. 2. tract. 2. reſolut. 32.* Epiſcopus verò ordinans, non ſervatis interſtitiis in ordinibus majoribus, ſi eadem die duos ſacros conferat, incurrit ſuſpenſionem à collatione ordinum, quos contulit, ipſo jure Papæ reſervatam, *cap. literas de temporib. ordinat. Theſaur. in verb. Epiſcop. conferens*, ubi refert nonnullos dicentes ſuſpenſionem non eſſe latæ ſententiæ, quorum opinio non eſt ſecundùm verba text. ibi: *Volumus manere ſuſpenſum*; quæ verba procedunt contra Epiſcopum, etiamſi duobus diebus, continuato jejunio, duos ſacros ordines conferat, ut communiter probant Doctores cum *Ventrigl. numer. 39.* & cum *Pace Jordan. tom. 1. lib. 3. tit. 6. fol. 223.* Diſpenſatio verò ſuper interſti-
77 tiis inter regulares non ad ſuperiores regularium ſpectat, ſed ad Epiſcopum ordinantem: ſed poterit ſuperior regularium hanc diſpenſationem ob neceſſitatem, vel utilitatem Eccleſiæ, vel religionis facere, juxta *Tridentin. ſeſſ. 23. cap. 11. 13. & 14. Proſper de Auguſtino in verb. ordo in addit. ad Quarant. Barboſ. in Triden. dict. cap. 11. Diana part. 4. tractat. 4. reſolut. 209.* exceptis Jeſuitis, cum quibus diſpenſat ſuperior eorundem in interſtitiis vigore bullæ Gregorii XIII. ut teſtantur *Dian. loc. citat. Novar. in lucern. regular. in verb. Jeſuitæ num. 2. Ventrigl. adnotat. 44. n. 40.* quam diſpenſationem facere poteſt Vicarius etiam capitularis, *Novar. de jur. Pontific. verb. diſpenſatio ſuper interſtitiis, Ventrigl. adnotat. 44. num. 41.* & talis diſpenſatio fit ab Epiſcopo ordinandi, non ab Epiſcopo ordinante, cui diriguntur literæ dimiſſoriæ, & debet de tali diſpenſatione fieri expreſſa mentio in dimiſſoriis, *Novar. Ventrigl.* & alii apud eundem *Jordanum tom. 1. lib. 3. tit. 6. fol. 223.*

Quia verò eſt alicubi conſuetudo re-
78 cipiendi ordines minores in die veneris quatuor temporum, in die verò ſabbati ſubdiaconatum; quæſtio eſt, an, conſuetudine non obſtante, Tridentini decretum *ſeſſ. 23. cap. 8. de reform.* locum habeat: & reſpondit *Fagnanus*, quòd, ſi conſuetudo ſit, ut Epiſcopus conferat minores ordines die veneris in ſua capella, & deinde die ſabbati ſubdiaconatum, & ad hoc eum impellat neceſſitas, vel utilitas Eccleſiæ, ea valet, ſecus ſi non ita. Verùm ſi dies veneris ſit dies feſtus, poterit Epiſcopus ea die conferre minores ordines, & die ſabbati ordinationis generalis ſubdiaconatum conferre, ut declaravit Sacra Congregatio apud *Fagnan.* ubi ſupra *num. 41.* Dies verò feſtos dicit *Fagnan. num. 42.* eos eſſe, quos populus ſervat: & eſt notandum, quod idem *Fagnan. in cap. ad aures num. 22. de temporibus ordinat.* advertit, quòd, ſi clericus voluerit ordinari, & Epiſcopus recuſaverit eum ordinare, committendum eſt Metropolitano, vel vicinioni Epiſcopo, ut ab eodem Ordinario prius requirat, cur recuſaverit, qui cauſam recuſationis ſi non allegaverit, licebit illi eundem ordinare, ut à tempore Gregorii XIII. ſervari per Datariam teſtatur *Fagnanus*. Benè autem ſe geſſit
79 Epiſcopus ille ſupra memoratus, qui contulit die antecedenti, nempè die ſabbati, diaconatus ordinem vigore ordinationis generalis, & die dominico ſequenti vigore brevis ſacerdotium, quia, licèt duo ſacri ordines non poſſint conferri eidem una die, vel duobus diebus, continuato jejunio, ut in *dict. cap. literas de temporibus ordinat.* advertit *Fagnan. num. 1.* tamen non poterat tunc dici facta ordinatio, continuato jejunio, ſicque duobus diebus fuit facta ordinatio, in die ſabbati propter generalem ordinationem de jure communi, in die dominico propter ejuſdem ordinandi privilegium, quod à Sancta Sede habebat, & hoc eſt, quòd declaravit Sacra Congregatio apud eundem *Fagnanum in dict. cap. 1. de temporib. ordinat. num. 41.* Prohibitum verò eſt, continuato jejunio, id facere, quia tunc eſſet eadem die fictione juris canonici ordines conferre, quod eſſe non poteſt: & in puncto quòd habens privilegium recipiendi ordines extra tempora tribus diebus feſtivis, poſſit ordinari in die ſabbati, quando fiunt ordinationes generales, probat *Bordon. deciſ. 27.*

Digitized by Google

Cum appellatione beneficii veniat il-
80 lud beneficium, quod etiam modicos habet reditus, in impetratione alterius beneficii illud nominari debet, *cap. si proponente de reſcript. cap. conquerente de cleric. non reſident. Ricc. part. prima deciſ.183.* & propterea ſicut ad effectum gaudendi privilegio fori, ſervata forma *Concilii Tridentini ſeſſ. 25.* ſufficit etiam beneficium tenue, *Genuenſ. in prax. cap.7.* & poſt alios *Novar. in ſumma bullar. de ordinatis ab alieno Epiſcopo tom.1. fol.461.* ità ad effectum, ut quis fiat ſubditus alicui Epiſcopo, ſufficit habere in illius diœceſi beneficium etiam tenue, ut ab illo poſſit ordinari, ut ſubditus, quia ſufficit titulus quicunque, neque requiritur quantitas reditus, *Quarant. in ſumm. bullar. verb. ordo*, *Novar.* ubi ſupra *fol.462.* Sed Neapoli
81 ex literis Pauli V. ſtatutum eſt non poſſe aliquem ordinari ab alieno Epiſcopo ſub ratione beneficii modici valoris: de qua re agit *Ricc.part.3.deciſ.73.* ſed hoc nunquam fuiſſe obſervatum refert *Novar. in ſumm. bullar. tom.1. fol.462.* quia dictus motus proprius Pauli V. non fuit publicatus Neapoli contra clericos diœceſis, & Neapolis, nec eos ligavit, ut teſtatur idem *Novarius* ubi ſupra. Verùm Sacra Congregatio de anno 1623. ſtatuit pro clericis Neapolitanis ordinandis non poſſe alicui conferri primam tonſuram, vel ordines minores, niſi cum fide de vita, & moribus, & diligenti inquiſitione de doctrina, & an ſit inquiſitus: de qua re agit *Novarius tom. prim. fol.447.*

An ſuperior localis, cui non competit conferre ordines, poſſit rogare Epiſcopum, ut diſpenſet ſuper interſtitiis? Cum quidam provincialis in literis dimiſſoriis ad ordines omiſerit eam clauſulam: *Rogantes eum, qui te ordinaturus eſt, ut tecum diſpenſet*; quæſitum fuit, an Prior, ſeu Guardianus potuiſſet rogare Epiſcopum, ut religioſum ſuum ſubditum diſpenſaret: & reſpondit *Bordon. deciſ.59.* poſſe, quia poteſt ſuperior localis ſupplere defectum potius provenientem ex oblivione, quàm ex voluntate ſuperioris majoris. Subdit etiam *Bordonus*, quòd, ſi Epiſcopus à ſuperiore regulari rogatus ſit, ut ſuum regularem diſpenſet ſuper interſtitiis, poteſt pro ordinibus minoribus id facere, quia
82 in illis non requiritur neceſſitas, & ideò ſufficit rogare: ſed in ordinibus ſacris requiritur cauſa neceſſitatis, vel utilitatis Eccleſiæ: ergo Epiſcopus rogatus, niſi conſtiterit aliunde de neceſſitate, vel utilitate Eccleſiæ non tenetur diſpenſare, *Bordonus dict. deciſ.60.* idemque *Bordon.deciſ.403.* quærit etiam, an ſuperior regularis poſſit mittere ſuum ſubditum ad ordinandum ad quemcumque Epiſcopum, & dicit poſſe ſolùm ad Epiſcopum loci, ubi ſubditus moratur, ad alium verò non poſſe, niſi quando proprius habiturus non eſſet ordinationes, vel abeſſet, vel ſedes vacaret: & ſi contrarium fiat, incidit in pœnam ſuperior per decretum Clementis VIII. privationis vocis activæ, & paſſivæ: ille verò, qui ordinatur tali modo, nullas incurrit pœnas: nam *Tridentin. ſeſſ.23. cap.8.* ubi habetur, ordinatum à non ſuo Epiſcopo manere ſuſpenſum ab executione ordinis ſuſcepti, locum habet ſolùm in clericis ſecularibus, ut idem *Bordon.* obſervat *reſolut.67. nu.40. 65. & 66. & deciſ. 63. & deciſ. 404.*

Certum eſt, ut ſupra etiam indicavimus, ex *cap. cum nullus 3. de temporibus ordinat. in 6.* in materia ordinum, & dimiſſorialium ad ordines, concedi facultatem ordinandi tribus ſuperioribus, vel loci, in quo quis eſt oriundus, vel in cujus diœceſi obtinet beneficium eccleſiaſticum, vel ubi habet domicilium, quamvis alibi natus ſit, prout notarunt *Navarr: conſ.39. num. 1. de temporib. ordinat. Franc. in dict. cap.cum nullus n.4. Gratian. diſcept.430. num.3. & 4. Salzed. in addit. ad Diaz cap. 26. lit.C. verſ. hos autem, Cened. quæſt.38. num.28. Megal. in prompt. tom.2. verb.domicilium num.2. & 7. Tint. de ordinat. cleric. qu.8.art.12. num.3. & 18. Renz.in encyclop. to.2.lib.1. tract.7. cap.1. ſect.3. quæſt.1.* & quoad primum animadvertere oportet, quòd filius vivens cum patre illius domicilium habere dicitur, *Navar. conſil.3. de tempor. ordinat, Campanil. in diverſ. jur. canon. rubric.9. cap.8. num.23. Epiſcopus Maranta part.4. reſpònſ.94. nu.85. & 86. de Magiſtris in prax. tom.1. lib.2.rubric. quæ requirant num.4. fol.687. Noguerol. allegat.12. num.133.* & filius, quia ſequitur patrem, dicitur de eadem Civitate, *l. aſſumptio §. filium*, & *leg. filios Cod. de municip. & orig. lib.* 10. *Bald. conſ.134. volum. 1.* ubi ait unum eſſe domicilium utriuſque, imò retinere etiam originem, & domicilium avi ſui ex *dicto §. filium*, *Boer. deciſ.13. col.3.* & civilitas conceſſa patri tranſit ad filios, *Andreol. controverſ.239. numer.64. Comitul. lib.6. reſponſ.45. §. à quibus*, ubi in §. *concluſione* affirmat cum *Felino*, paternum domicilium cauſare domicilium in filio alibi nato. Ea propter filius

jius poteſt habere duo domicilia, ſcilicet proprium, & paternum, *Macerat. var. reſolut. 59. caſ.10. verſ. & hoc idem lib.2. Antonell. de regim. eccleſ. lib.2. cap.1. num.10.* & ex ſola declaratione animi contrahitur domicilium, etiam per momentum, ut ex *Butrio, Abbate, Felino,* & *Franco*, tradunt *Genuenſ. in prax. cap.48. num.1. Corrad. in practic. diſpenſ. l.4.cap.5.num.26. fol.91. Ciarlin. controv.83. num.4. Squill. de privil. cleric. cap.4. num.253. Merol. in theol. mor. tom.2. diſputat.4. de legib. cap.3. ſect.2. num. 527. Comitul. loc. cit. verb. quocirca, Megal. inſtit. pereg. lib.1.cap.7.n.11.* Inſuper animus perpetuò habitandi in dubio ex decennali incolatu præſumitur, & inſimul domicilium contractum fuiſſe, etiam abſque alia declaratione, *Gratian. tom.4. diſcept.824. nu.39.* & 40. *Ciarlin. controv.131. num.57. to.2. Dian. part.8. tract.2.reſol.15. Renz. in encyclop. part.2. lib.1. tract.7. de ſacrament. ordin. cap.1.ſect.3. quæſt.9. Squill. loc. citat. num.254.* & habitatio parentum cum filiis in aliquo loco per longum tempus cum majori parte bonorum ſufficit ad ſtatuendum domicilium, *Menoch. de arbitr. lib.2. centur.1. caſ.86. num.2.* & 18. *Macerat. lib.1. reſol.112. caſ.33. verb.accedebat, Genuenſ. dict.num.1. Squillant. loc. cit. num.257. Dian. dict. reſolut.15. Renz. dicta quæſt.9. Andreol. dicta controverſ.363. num.16.* Imò minus tempus decem annorum ſufficit, quando cum habitatione concurrit aliqua conjectura ad domicilium contrahendum, *Ciarlin. dicta controverſ.83. num.12. part.1.* & domicilium conſervari in loco, oſtendit domus retentio, *Ciarlin. contr.131. num.66. tom.2.* Et *gloſ. in l. ſi cujus Cod. de incol. verb. ſummam* ait, *ad conſtituendum, creandumve domicilium, alterutrum eſſe ſatis, aut larem conſtituere, aut ſummam rerum in aliquo loco habere, Comitul.* ibi *num.2. verb. ſeptima*: & habens magnam partem ſuorum bonorum alicubi, ibi dicitur habere domicilium, *Innocent. in cap. ex parte 1. de for.compet. Zerol. loc. cit. §. ad primum circa finem, Caputaquen. deciſ. 80. part. 2.* qui refert ità deciſum per Rotam. Inſuper ſi quis in aliquo loco uxorem duxit, ex hoc etiam habemus ſignum contracti domicilii, *Alciat. conſ.719. num.5. Menoch. de arbitr. cap.86. num.26. Rot. diverſor. deciſ.105. num.5. part.2.* quod indicium junctum cum habitatione, ſufficit ad probandum domicilium contractum, *Ciarlin. dict.controv.83. num.11. Andreol. controv.664. num.15.* & qui non ſolùm habitat in aliquo loco, verùm etiam ibi ſubeſt oneribus, & collectis fiſcalibus, ratione ſuorum bonorum dicitur civis ejuſdem loci, *l. domicilium ff. ad municip. cap. fin. de foro competen. Macerat. lib.2. reſolut.59. caſ.10. §. & dum*: imò etſi in loco non habitaret, adhuc propriè eſſet ſubditus, cum ſuſtineat onera, quorum occaſione iſta ſubjectio conſideratur, *Menoch. Caſtrenſ. Decius, Soccin. Franc. Marcus,* & *Gratian. tom.4. diſcept.623. num.26.* & ubi quis ſolvit Regia fiſcalia, ibi præſumitur animus perpetuò manendi, qui ſat eſt ad domicilium fundandum, *Donat. tom.4. tract.3. q.40. num.4. Renz. dict. qu.9. §. denique in fin.* Præterea, ſi quis ab infantia fuit educatus, & habitavit in aliquo loco per ſpatium longi temporis in propriis domibus, ibidem ſcholæ vacando, ibique actu habitet, & eccleſiæ inſerviat, & declaret cum juramento, ſe ibi velle continuare domicilium perpetuò ante ordinationem, nec non peculiarem obligationem faciat penès acta Curiæ Epiſcopalis, ſe non diſceſſurum à prædicto loco, ſed in eo perpetuò habitaturum uſque ad finem vitæ; ex his actibus pleniſſimè conſtat de domicilio proprio per tradita à *Ciarlino* alios allegante *in dicta controverſ.83. num.10.* pro qua re faciunt DD. ſupra citati pro domicilio paterno, *Zerol. dicto §. ad primum in fin.* & *de Magiſtris in praxi tom.2. lib.1. tit. de dimiſſoriis cap.10. num.2.* & ad effectum recipiendi ordines probari etiam poteſt per juramentum animus, *Megal. loc.cit. num.9.* Et Neapoli ſervatur, quòd, capta informatione de domicilio, & interpoſito decreto, exteri promoventur ad ordines, ſive ad celebrationem miſſæ, & exercitium ordinum admittuntur, teſtibus *Zerol. in prax. part. 1. verb. dimiſſoriæ §. ad primum circa medium, Genuenſ. in praxi dict. cap. 48. num.2. de Magiſtris*, qui fuit Canonicus Neapolitanus, *loc. citat. num.3. Corrad. in prax. diſpenſat. lib.4. cap. 5. num. 29. fol. 96.* etiam Canonico Neapolitano, & *Squill.* pariter Canonico Neapolitano *de privilegiis clericorum cap. 3. num.253.* ac de ea praxi meminit etiam *Dian. part.8. tract.2. reſolut.15.* Et idem *de Magiſtris in dicta 2. part. praxis lib.1. tit. à quibus concedantur dimiſſoriæ cap.3. num. 6. fol. 319.* addit, quòd, ſi quis in Curia, vel alibi reſederit per decennium, poteſt ibidem ordinari: & reſidens in Curia per idem tempus poteſt promoveri ad titulum patrimonii, vel beneficii, abſque literis

Digitized by Google

dimissorialibus sui ordinarii Episcopi originis. Ad cognoscendum autem, an quis sit verè subditus alicujus loci, attenditur domicilium habitationis, non originis, ut post *Rolandum*, *Carpanum*, *Cephalum*, *Seraphinum*, & alios, *Ciarl. dict. controvers.* 83. *nu.* 5. subdens, quòd, licèt aliqui teneant prævalere domicilium originis; tamen eorum opinio, si vera esset, non procedit in his, quæ contingunt. post contractum habitationis domicilium, *Tusc. litt. D. concl.* 500. *n.* 9. *Andreol. loc. cit. num.* 18. & in dubio, quando fit mentio de domicilio, intelligitur de domicilio habitationis, non originis, *Glos. in cap. statutum* §. *cum autem de rescriptis in* 6. *vers. unam dictam*, *Petrus de Ravenna singular.* 753. *fol.* 139. & semper domicilium trahit ad se forum originis, *Afflictus decis.* 684. *de Magistris part.* 1. *praxis fol.* 686. *num.* 3. & illa dicitur propria diœcesis alicujus, in qua habet domicilium habitationis: & stylus Curiæ se habet, ut orator volens exprimere diœcesim, cujus est, exprimat diœcesim, ubi habet domicilium, & non ubi natus est, *Navar.* post *Franch. lib.* 1. *cons.* 4. *num.* 4. *de constitutionibus*, *Megal. institut. peregrin. lib.* 1. *cap.* 7. *n.* 11. & quempiam posse ordinari ab Episcopo loci, in quo transtulit domicilium absque dimissoriis ordinarii originis, est unus ex tribus casibus canonizatis *in dicto cap. cum nullus de temporibus ordin. in* 6. *Caccus institut. canon. lib.* 1. *tit.* 4. §. 1. *in fine*, *Bonacin. tom.* 1. *de sacrament. ordin. disput.* 8. *quæst.* 1. *part.* 4. *numer.* 8. & 12.

Item qui possidet beneficium simplex, seu capellaniam perpetuam in aliquo loco, etiam civis est dicendus ejusdem loci, *Boer. decis.* 260. *num.* 20. post *Angel. consil.* 23. *vers. prædicta autem*, *Alberic. in l.* 1. *vers. vidi etiam ff. quod cujusque univers. nom. Gratian. discept.* 430. *num.* 10. & ratione istius civilitatis datur facultas in *dict. cap. cum nullus*, clericum beneficiatum ordinandi, *Grat. dict. n.* 10. *Macerat. lib.* 1. *resolut. fin. cas.* 28. *vers.* 2. & si quisquam nullibi posset habere patrimonium ad sacros ordines suscipiendos, nisi in aliquo loco, quia alibi bona non possideat, etiam ex hoc posse promoveri tradit *Comitul. loc. cit. nu* 3. *vers. conclusione*.

Ut autem aliquis dici possit alicujus loci originarius, non solùm requiritur, ut sit natus in eo loco, sed quòd parentes ibi etiam domicilium contraxerint, *DD. in cap. Rodulphus de rescriptis*, *Rot. Roman. in novis decis.* 327. *num.* 3. *part.* 1. *Macerat. lib.* 1. *resolut.* 112. *cas.* 33. *vers. & facit*: & nemo contrahit civilitatem originis in loco, ubi fortuitò, vel data opera natus est, sed ubi parentes proprium domicilium habent, ex *l.* 2. *Cod. de captivis, & postlim. reversis*, *Bartolo*, *Platea*, *Paulo*, *Alexandro*, *Felino*, & *Gregorio Lopez*, *Dian. part.* 8. *tractat.* 2. *resolut.* 11. & *Merolla loc. cit. tom.* 3. *disputat.* 6. *cap.* 8. *num.* 47. & hæc est communis sententia, cujus contraria neque procederet, si quis alibi fuerit conceptus, ut tradunt *Ripa*, *Rebuffus*, & *Mascard.* quos sequitur *Merolla dicto nu.* 47. *fol.* 198. & in hoc casu proprius Episcopus non erit is, qui existit in loco nativitatis, sed Episcopus ejus diœcesis, ubi parentes domicilium habuerunt, quia fingitur ibidem natus. Ità *Thom. Velasc.* in suis *allegat. tom.* 1. *allegat.* 2. *num.* 20. *Ciarlin. controvers.* 149. *num.* 14. & 15. *Megal. in prompt. tom.* 2. *verb. dimissoriæ num.* 7. *vers. sed si quis*, *Præpositus in* 3. *part. de sacrament. ordinis quæst. unica dub.* 14. *num.* 130. qui exemplificat, locum nativitatis esse eum, in quo parentes soliti sunt negotiari, & concludit, quòd Episcopus loci non est Episcopus originis, sed Episcopus domicilii parentum. Facit *lex Cives* 7. *Cod. de incolis*: & hanc sententiam tenent etiam *Felicianus Acugna in cap. postulasti num.* 18. *de foro competen.* *Opotavius de sacrament. tractat. de ordine quæst.* 3. *sect.* 6. *Villalobos in summa tom.* 1. *tract.* 11. *difficult.* 9. *num.* 2. *Piasec. in praxi part.* 1. *cap.* 1. *artic.* 2. *num.* 1. & *Antonell. de regim. eccles. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 8. qui observat, ità accipiendum esse id, quod dicitur de baptizato, inde habere originem, ubi fuerit baptizatus. Concordant *Sanchez de matrimon. lib.* 3. *disput.* 23. *num.* 3. *Avila de censuris par.* 3. *disput.* 5. *dub.* 7. *Acugna in decretum par.* 1. *distinct.* 71. *num.* 3. *Zipæus in annal. juris Pontif. lib.* 1. *tit. de ordinandis*, & *Diana* ubi proximè §. & *ideò*: & ratio est, quia mater, quæ semper habet animum revertendi, fingitur in domicilio fuisse, & ibi peperisse, ex *l. retro ff. de captiv.* undè *Sanchez loc. cit.* notat, quòd, si quis natus sit in loco, ubi pater, & mater per decennium fuerint commorati negotiationis causa, non dicitur natus, nisi in loco, ubi parentes habent domicilium. Hinc etiam idem dicendum est de scholaribus, qui in aliqua Universitate commorantur animo redeundi ad patriam, quòd, etiamsi per decennium ibi habitent, non contrahunt domicilium, & etiamsi ibi uxores duxerint, & filios procreaverint, ipsorum filii non possunt

dici

Digitized by Google

dici originarii illius loci, *Merol. loc. cit. n.* 532. & idem dixerunt *Buſſembau in medulla lib.* 6. *tract.* 5. *cap.* 2. *de ſacrament. ordinis dub.* 1. *n.* 5. *in fine*, & *Diana loc. cit. reſolut.* 17. & ex his in præciſis terminis patet à fortiori non poſſe aliquem dici originarium loci illius, quo mater ex induſtria venit ad parturiendum, ut probant *Tamburrin. lib.* 7. *de ſacrament. ordinis cap.* 7. §. 2. *n.* 15. *Canonicus Renz. loc. cit. part.* 2. *lib.* 1. *de ſacrament. tract.* 7. *de ſacrament. ordinis cap.* 1. *ſect.* 3. *quæſt.* 5. *Altimar. ad conſ.* 48. *Reg. Rovit. num.* 15. *lib.* 1. Aliud quidem eſt habitare, aliud domicilium habere: Habitatio namque præſupponit animum redeundi, qui nunquam, & ullo tempore ſufficit ad contrahendum domicilium, ut ſupra probatum eſt, & tradunt *Merolla in theolog. morali tom.* 2. *diſput.* 4. *de legib. cap.* 3. *ſect.* 2. *num.* 526. *Corrad. in prax. diſpenſ. lib.* 4. *cap.* 5. *num.* 27. ibi: *Licèt per mille annos moratus ſit in loco, domicilium non contrahit*. Inhærent *Renz. dicta quæſt.* 9. & *Diana dicta part.* 8. *tract.* 2. *reſolut.* 15. Domicilium verò præſefert habitationem perpetuam, & abſque animo redeundi: & ex capite paterni domicilii quiſque ab Ordinario ejuſdem domicilii poſſet ordinari. Ità Doctores citati, cum quibus *Piaſecius in praxi dict. cap.* 1. *artic.* 2. *num.* 10. Si verò quiſpiam pro aliqua parte anni degat in aliquo loco negotiorum cauſa, nunquam ideò ſibi comparat domicilium, *Bonacin. de matrimon. quæſt.* 2. *punct.* 8. *num.* 3. *verſic.* 3. & 4. *Renz. loc. cit. quæſt.* 5. *Comitul. loc. cit. verſ. dicitur quis* ex *Hoſtienſ.*

Unus autem, & idem poteſt ſibi conſtituere domicilia, *Gloſ. in dict. cap. cum nullus*: idque probant textus in *l. Senatores*, juncta *gloſ. in verb. adjectionem*, & *in l. adoptio Cod. de adoption. Piaſec. loc. cit. num.* 10. §. *ex qua diverſitate*, *Sanchez de matrimonio lib.* 8. *diſputat.* 24. *num.* 2. *Marchin. Riccius*, *Corrad. Averſ. Torreblancus*, *Molfeſ. Tancred. Tamburr.* & alii, quos referunt, & ſequuntur *Diana dict. part.* 8. *tract.* 2. *reſolut.* 14. *Renz. loc. cit. quæſt.* 10. *fol.* 353. *Megal.* ubi ſupra *nu.* 9. *verſ. nec dicas*, & *verſ. ſequenti*, *Comitul.* in terminis *dict. reſponſ.* 45. *n.* 1. *Altimar. loc. cit. num.* 40. In Civitate verò Neapolis exteri, etiamſi longiſſimo tempore habitaverint, non acquirunt civilitatem, niſi in ea habeant domum propriam, & uxorem nativam neapolitanam duxerint, *Merolla loc. cit. tom.* 3. *diſput.* 6. *cap.* 6. *num.* 185. & 195. *in fine fol.* 147. Cæterùm tàm promotus ratione domicilii paterni, quàm alter promotus ratione domicilii proprii dicuntur ritè, & rectè ordinati, nullaque pœnas contrahunt, *Comitul. loc. cit.*

Præterea, etſi Epiſcopus diœceſanum alterius ſine ipſius licentia ordinare non poſſit, *cap. nullus* 3. *de parochiis*, & *alien. parochian. cap. nullus alterius* 9. *quæſt.* 2. *cap. nullus primas*, & *cap. nullum Epiſcoporum* eadem *cauſ.* & *quæſtion.* & *Sacr. Concil. Tridentin. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 8. & 9. originem tamen patris ad ordines ſuſcipiendos per filium eſſe inſpiciendam, ut ab Epiſcopo loci, in quo ejus pater natus eſt, poſſit ordinari, dixerunt *Marchin. de ſacrament. ordinis tract.* 1. *part.* 5. *cap.* 6. *num.* 1. 14. & 15. *Diana moral. reſolut. part.* 4. *tract.* 4. *reſol.* 148. & *Auguſt. Barboſ. in collectan. ſuper Concil. d. ſeſſ.* 23. *de reformat. cap.* 8. *num.* 17. ubi alios adducit.

Ratione autem benefitii quem effici
83 ſubjectum Epiſcopo loci, ſive diœceſis, in qua illud habet, & poſſe ab eo ordinari, ſeu ab alio de ejus licentia, quamvis ei alio modo ſubditus non ſit, probarunt *Garz. de benef. part.* 2. *cap.* 4. *à n.* 1. *Epiſcop. Ricc. in prax. rer. fori eccleſ. reſolut.* 258. *Squillant. de privileg. cler. cap.* 4. *num.* 237. & *ſeq. Sanchez in opuſc. moral. lib.* 7. *cap.* 1. *dub.* 23. *Cened. canon. quæſt. lib.* 1. *quæſt.* 4. *num.* 23. & *Barboſ. de offic. & poteſt. Epiſcop. part.* 2. *alleg.* 4. *num.* 55. & *in collect. ſuper Concil. d. cap.* 8. *n.* 21. *uſque ad* 28. ubi hoc pluribus modis ampliat, & exornat.

Illud quoque notandum duximus in
84 hac materia, ignorantiam excuſare ordinatum à non diœceſano à pœna ſuſpenſionis inducta à *dict. cap. nullus de paroch.* cum concordantibus ſupra adductis, & à bullis Summorum Pontificum Clementis VIII. & Urbani VIII. prout limitando diſpoſitionem *dict. cap. nullus*, aliorumque jurium concordantium, affirmarunt *Epiſcop. Ricc. deciſ. Cur. Archiepiſcop. Neapol.* 283. *part.* 3. & *dec.* 90. & 93. *part.* 4. & probatur quoque in *cap. placuit* 9. *quæſt.* 2. & bulla Pii II. incip. *cum ex ſacrorum*; non includit ignorantes, *Sayr. deciſ.* 62. niſi tamen ignorantia eſſet affectata, *Viv. deciſ.* 34. idem *Ricc. collect.* 4084. *limit.* 3. *part.* 9. *poſth.* & *Barboſ. ſuper Concil. d. ſeſſ.* 23. *de reform. cap.* 8. *n.* 36.

De jure verò proprius Epiſcopus di-
85 ſpenſare poſſet cum promoto ab alieno abſque ipſius licentia, ut dixerunt *Hieron. Gabr. conſil.* 181. *num.* 9. *vol.* 2. *Campanil. in diverſ. jur. canon. rubr.* 9. *cap.* 4. *à princip.* & eſt hodie indubitabilis reſolutio ex nova diſpoſitione *Sac. Concil. Tri-*

Digitized by Google

Tridentin. dicta sess.23. de reform. cap.8. ubi deciditur, sic promotum suspensum esse à susceptorum ordinum exequutione, quamdiù proprio Ordinario videbitur expedire: & hoc potest Ordinarius ipse, vel ejus officialis cum speciali mandato per ratihabitionem declarare ratam habendo ordinationem sui subditi factam à non diœcesano, *Sayr. decis.1.de temporib.ordinat. & Ricc. d.collect.4084. limit. 7.* Nec dicta bulla Pii II. *cum ex sacrorum* obstat, dum insinuare videtur, prædictum ordinatum non posse à proprio Episcopo habilitari: nam dictæ bullæ derogatum extitit per jus posterius *Sacr. Concil. Tridentin. dict. cap.8.* ut advertit *Gutier. canon.quæstion. lib.1. cap.26. num.25.*

Neque denique refragatur Sixti V.
86 constitutio contra clericos promotos, dum illos declarat ipso jure suspensos, & hujusmodi suspensionis absolutionem sibi tantùm reservat: quandoquidem illa moderata fuit per Clementem VIII. in constitutione incip. *Ad Romanum Pontificem decet*; ac proinde conciliaris constitutio ad hæc usque tempora viget, ut fundant *Barbos. in collectan. super 2. part. decreti in cap. Lugdunensis 9. qu.2. num.4. in glos. moderatio tua*, ibi: *Permittitur Episcopo dispensatio*; *to.5. Mayol. de irregular. lib.1. cap.10. numer.1. Bonacin. de sacrament. disput.8. qu. unic. punct.4. num.15. Ciarlin. controvers. forens. lib.1.cap.46. num.26. & seq.* & idem *Barbos. in collectan. super Concilium dict. sess.23.cap.8.* & pro confirmatione affertur text. in *dict. cap. Lugdunensis parochiæ clericos ult. in ordine 9. quæst.2.* ubi apertissimè probatur, quòd potest Episcopus dispensare in clericos ordinatos à non diœcesano, sive à non suo Episcopo, eosque ad honores recipere, & restituere, injuncta eis competenti, ac salutari pœnitentia, concurrente tamen probitate vitæ, & morum integritate in ordinatis: & hoc comprobat authoritate, & exemplo Sancti Joannis Chrysostomi, qui clericos suos ordinatos à Sancto Epiphanio toleravit, & in suis ordinibus recepit, subjungens rationem his aureis verbis: *Quod sanctus vir omninò non fecisset, si ei detrimentum fore perpenderet*: & hoc, quod inibi de moribus dicitur, fuit similiter dispositum per *Sacrum Concilium Tridentinum d.sess.23. de reform. cap.8.* in illis verbis: *Nisi ejus probitas, ac mores Ordinarii sui testimonio commendentur.*

Abbatibus non licet primam clerica-
87 lem tonsuram conferre aliis, quàm monasteriorum suorum conversis, & qui ad illa convolaverint, & in quos ecclesiasticam, & quasi episcopalem jurisdictionem obtinent, nisi eis id competat ex pleno Sedis Apostolicæ indulto. Verba sunt formalia textus in *cap. Abbatem in fin. de privileg. in 6.* & dixit notabilis textus in *cap. cum contingat extra de ætat. & qualitat.* his verbis: *Cum contingat interdum, quòd laici ad monasteria convolantes à suis Abbatibus tonsurentur, requisiti, an clericatus ordo in tonsura hujusmodi conferatur; super hoc taliter tibi respondemus, quòd cum in septima Synodo sit statutum, ut lectores per manus impositionem licentia sit unicuique Abbati in proprio monasterio solummodo faciendi, dummodo ipsis ab Episcopo (secundùm morem præficiendorum Abbatum) manus impositio facta noscatur, & constet, eum existere sacerdotem; per primam tonsuram juxta formam ecclesiæ datam à talibus clericalis ordo confertur.* Per quem textum dixit *Oldrad. in cons.14.* incipiente *cum quæritur in tit.de elect. colum. fin. vers. item non obstat*, quòd Abbas non benedictus, non habet plenum jus Abbatis, nec potest conferre ordines, nec tonsuram dare: & dixit *Abb. in dict. cap. cum contingat in 4. notabil.* quòd ad hoc, ut Abbas possit conferre primam tonsuram, requiritur primò, quòd sit presbyter: secundò, quòd is, cui confertur talis prima tonsura, sit proprius monachus Abbatis conferentis, seu consecrantis: tertiò, quòd Abbas receperit jurisdictionem: quartò, quòd conferat lectoratum in forma ecclesiæ: & Abbas, qui aliquem non subditum prima tonsura initiavit, debet ostendere Abbatis privilegium, super quo fundat suam intentionem, alias non prodest prima tonsura ab Abbate collata, vel concessa. Ità punctualiter *Paris. in consil.125.* incipiente *an collatio in 4.vol.* & si tonsura prædicta, quia collata alicui à non habente potestatem, prodesse nequeat; sequitur, quòd ipse remanet purus laicus, & consequenter ei beneficium conferri non poterit, quia laici sunt incapaces beneficiorum. Ità punctualiter tenuit *Abb.* & ibi plenius DD. *in cap.cum adeo extra de rescript.* & dixit notabiliter *Philipp.Franc. in cap.si quando prim. column. de præbend. in 6.* quòd, si laicus, qui tempore collationis beneficii sibi facti erat laicus, postea efficiatur clericus, non potest retinere beneficium sibi collatum tempore, quo erat laicus. Idem expressè tenuit *Abb. in cap. ex literis* in finalibus verbis *extra*

de

de tranſact. & quamvis Abbas, quando celebrat in ſua eccleſia abbatiali, celebrare ſoleat cum mitra, & ſandaliis; non propterea dici poteſt, ipſum habere poteſtatem ordinandi, ſicut Epiſcopus: Mitra enim, & ſandalia ſunt inſignia Epiſcopalia: non tamen ipſe, qui habet privilegium adhibendi mitram, & pontificalium inſignia in aliena diœceſi, poteſt propterea in ea uti aliis prærogativis juriſdictionalibus Epiſcopo competentibus, ſicut eſt ordinare, degradare, & alia juriſdictionalia exercere. Ita punctualiter tenuit *gloſſ.* notabilis *in clement. final. in verb. etiam celebrare de privileg.* quę dicit, quòd Epiſcopus, qui ex privilegio poteſt, celebrando in aliena diœceſi, uti pontificalibus inſigniis, ſicut eſt mitra, non propterea poterit uti juriſdictione, vel officio pontificali, ſicut eſt ordinare, & degradare, vel confirmationis ſacramentum conferre, & alia facere; & ſimiliter Archiepiſcopus, qui ex privilegio poteſt uti pallio in aliena diœceſi, non propterea virtute dicti privilegii poterit uti pontificalibus: quod etiam tenuit *Petr. de Ancharan.* & dixit *Cardin.* in eadem *clement. fin. §. fin. in 3. notab.* quòd privilegiatus in uno non poteſt manus extendere ad aliud, quia privilegium, quod poteſt alii obeſſe, debet ſtrictè interpretari: & allegat *cap. ſanè*, & *cap. in his eod. tit. de privileg.* & dicit etiam ibi *Cardinalis*, quòd Epiſcopus, qui ex privilegio celebrat in pontificalibus in aliena diœceſi, non poteſt ibi concedere indulgentias, quia hoc eſt juriſdictionis ſecundùm eum. Idem tenuit *Abb. in cap. fin. extr. de auth. & uſu pall.* qui dixit, quòd Archiepiſcopus, qui ex privilegio poteſt pontificalibus celebrare in aliena diœceſi, vel eccleſia, non poteſt virtute dicti privilegii ibi ſubditos ſuos ordinare, quia hoc eſt juriſdictionis, qua juriſdictione uti non poteſt in aliena diœceſi ſine privilegio, vel licentia Epiſcopi loci: & idem tenuit *Abb. in cap. cum ſis* eodem *tit. de auth. & uſu pall.* Inſuper putamus advertendum, quòd, quatenus dicatur, quòd Abbas habet privilegium celebrandi cum pontificalibus, hoc non poteſt probari per teſtes, ſed neceſſaria eſt ſcriptura. Ita tenuit *Bald. in l. humanum in fin. Cod. de legib.* ubi dixit, quòd quamvis pro ſubſtantia gratiæ Papalis non requiratur ſcriptura; attamen ad probandum talem gratiam non ſufficiunt teſtes, ſed requiritur ſcriptura. Idem plenius tenuit *Felin. in rubr. extr. de conſtit. in 4. column. verſ. & poſſunt iſta meritò induci.* Idem expreſſiùs tenuit *Bald. in cap. 1. in 11. column. in principio per quos fiat inveſtitura*, qui dixit, quòd omnis gratia Papæ videtur fieri hoc pacto, quòd inde conficiatur ſcriptura: unde, niſi reducatur in modum, non dicitur perfecta, ſubdens, quòd ad ſupplementum literarum teſtes non admittuntur: & idem tenuit *Abb. in cap. auditis 1. column. extr. de in integr. reſtitut.*

Licèt autem ordinatio ab Abbate facta in perſonam non ſubditam nullatenùs teneat ex defectu poteſtatis, quando jam illam haberet in ſubditos, ut inferius dicetur; nihilominus, ut poſſit ordinare ſubditos ſuos, oportet ipſum recepiſſe juriſdictionem, aliàs nec ordinare ſuos ſubditos poſſet, *cap. quoniam videmus 69. diſtinct.* & Abbas ne ſuis quidem ſubditis ordines conferre poterit, niſi ei Epiſcopus manus impoſuerit, *cap. cum contingat de ætate, & qualitat.* ibi: *Dummodo ipſis ab Epiſcopo ſecundùm morem præficiendorum Abbatum manus impoſitio facta noſcatur*: idque tradit ibi *Abb. column. 1.* & requiritur hęc benedictio benedictionis, ſeu manus impoſitio: nec dicendum eſt, quòd, poſtquam mos eſt præficiendorum Abbatum, ut eis impoſitio manus fiat; neceſſariò præſumatur ea impoſitio manus in eo, qui eſt Abbas: quoniam contrarium colligitur ex dictis juribus, dum requirunt hanc qualitatem ad finem, ut poſſit ordinare, & ſic præſupponunt, quòd poſſit eſſe Abbas abſque hac impoſitione manus: Abbas namque electus dicitur Abbas, etiamſi non ſit benedictus, & poteſt uti baculo paſtorali, & mitra, *Abb. in cap. inter monaſterium column. ult. de re judic.* poſt *Hoſtienſ.* qui allegat *cap. 1. de ſuppl. negligen. Prælat. Præpoſ. in dict. cap. quoniam*, ibi: *Et dic, quòd non omnes Abbates benedicuntur, ſed illi ſolùm, qui habent hoc de conſuetudine*: & allegat textum *in cap. alienationis 12. quæſt. 2.* ibi: *Secundùm eccleſiæ ſuæ uſum conſecrandus*; & ſic, cum requiratur probatio hujus impoſitionis manus, allegari non poteſt præſumptio, quia non ſequitur: Eſt Abbas; ergo eſt benedictus.

Præterea Abbas debet habere conventum, vel monachos, quod eſt neceſſarium requiſitum ad ordinandi poteſtatem, ut Doctores tradunt in *cap. Abbates de privileg. in 6.* Præterea *Geminianus*, & *Francus in cap. Abbates* voluere, nec ex conſuetudine poſſe Abbates præſcribere jus conferendi ordines aliis, quàm monachis ſuis: & talia præſcribi non

non possunt, nisi præscriptione immemorabili per jura vulgaria: attamen, si ageretur de præscribendis jurisdictionalibus Episcopo loci competentibus ex possessione detinendi mitram, & insignia Pontificalia tempore celebrationis, non posset hinc inferri ad aliud, sed tantum esset præscriptum, quantum esset possessum. Itaque ultra possessa non posset se extendere præscriptio. Ita *Bart. in l. fin. §. si quis hoc interdicto ff. de itiner. actuque privat.* qui dixit, quòd, ubi agitur de præscriptione jurisdictionis, probata quasi possessione certi actus, in illo tantùm actu præscribitur, non in aliis. Idem tenuerunt *Soccin. conf.* 35. incipiente *in controversia vers. postremò non potest* 11. *volum.* & *Innocent. in cap. dilectus* 5. *column. extra de capell. monach.*

Nec gesta per Abbatem circa ordinationes absque privilegio Sedis Apostolicę tenent, quamvis ipse reputaretur communiter habere jus conferendi. Ita punctualiter tenuit *Abb. in cap. nihil extra de elect. in 6. column. vers.* & *ut habeas latiùs hanc materiam*, qui dixit, quòd, licèt is, qui se gessit pro Prælato, & communiter reputabatur Prælatus, habeat possessionem ecclesiæ; si tamen eandem ecclesiam non habeat authoritate superioris, gesta per eum non valent: & allegat *Innocentium in cap. ex literis de restitut. spoliator.* nec obstare ait textum *in leg. Barbarius ff. de officio Prætor.* quia ibi ille erat Prætor creatus authoritate superioris, & ideò gesta per eum tenent: & subdit *Abbas*, quòd in dicta *leg. Barbarius* concurrebant duo, scilicet communis error, & authoritas superioris: sed licèt concurrat communis error; attamen quia ordinationes ab Abbatibus fieri nequeunt sine privilegio superioris, quamvis de facto fierent tales ordinationes, illæ non valerent absque authoritate superioris: & idem in specie tenuit *Felin. in cap. cum dilecta col.* 11. *in vers. lex Barbarius extra de rescript.* qui dixit, quòd *lex Barbarius* habet locum, si concurrat authoritas superioris: & allegat *Bald. in dicta leg. Barbarius in lectur.* & *Bald. in l.* 11. *in ult. col. Cod. de servitut.*

Quamquam occidentalis ecclesia ne-
88 minem ad sacros ordines promoveat, nisi votum profiteatur castitatis, ut traditur 27. & 28. *distinct.* Ecclesia tamen orientalis hujusmodi votum non admisit, sed liberè uxoratos cum unica, & virgine sacris initiat ordinibus, ut in *cap. de Syracusana §. fin.* 28. *distinct. in cap. Nicæna* cum duobus *seq.* 31. *distinct. in cap. ut clericos de vit.* & *honest. clericor.* & clariùs in *cap. cum olim. de cler. conjugat.* ubi *Abbas in* 1. *notabil.* non tamen proindè Orientalis ecclesia privata censetur immunitatibus, & privilegiis, quæ tàm sacri canones, quàm leges civiles in favorem omnium ecclesiarum, & personarum ecclesiasticarum introduxerunt, quæ notantur in *cap. non minus*, & *cap. adversus de immunit. ecclesiarum*, in *cap. fin. de vit.* & *honestat. clericor.* in *cap.* 1. & *cap. clericis* eodem *tit. in* 6. in *leg. placet* cum duabus *sequentib. Cod. de sacrosanct. eccles.* in *leg. omnes §. privilegiis*, & clariùs in *l. quia C. de episcop.* & *cleric.* quæ loquitur de clericis Orientalibus, dum illud privilegium exemptionis extendit ad uxores, & filios: & ità intelligit illam legem *Odofr.* quem sequitur ibi *Bald.* & licèt *glos.* aliter intelligat; tamen intellectus *Odofr.* est verissimus, præsertim cum illa lex fuerit promulgata per Constantium Græcum Imperatorem: non negamus tamen, illam comprehendere ecclesiam etiam Occidentalem, dum dicit: *Omnibus clericis*: nam qui omne dicit, nihil excludit. Idem dicit text. in *auth. de eccles. titul. in princip.* & *§. ad hæc coll.* 4. & præsertim de jure civili clerici conjugati gaudent omnibus privilegiis; *Joann. Alber. in dict. leg. q.* 10. *vers. sed quid de clericis*: & tempore Constantii non erat per ecclesiam statutum, ut clerici volentes ad sacros ordines promoveri castitatem vovissent: fuit enim hoc primò inductum per Syricium Romanum Pontificem quadragesimum, *cap. proposuisti*, & ibi *gloss. in verb. sed ea*, & *cap. seq.* 32. *qu.* & *cap. cum in præterito*, & ibi *gloss. in verb. sacramentis* 84. *distinct.* qui quidem Syricius, ut patet in chronicis, floruit anno 386. usque ad 299. & sic longè post Constantium Imperatorem, qui regnavit anno Domini 336. usque ad 366. Quinimmò subdiaconis non fuit per Syricium castitas indicta, sed per Gregorium, ut notatur in *cap. ante triennium* 31. *distinct.* & firmat *gloss. in dict. cap. proposuisti*, & *in cap. cum in præterito*: qui quidem Gregorius sedit anno Domini 592. unde ex prædictis apparet falsam esse expositionem *gloss. in dicta leg. secunda Cod. de episcopis*, & *cleric.* & licèt ecclesia orientalis votum non admiserit castitatis, non propterea amisit immunitates, nec privilegia, nec extra protectionem, & jurisdictionem Romanæ ecclesiæ proinde judicatur, ut sentit *Abb. in dict. cap. cum olim de cler. conjug. num.* 119. ubi dat rationem, quia ducendo uxorem non peccant: Posset autem

autem Summus Pontifex, ſi vellet, ad continentiam eos aſtringere, cum ſit ſuperior, ut in *cap. de Conſtantinopolitana, cap. qui traditionem, cap. omnes* cum duobus *ſequent. 22. diſtinct. & cap. rogamus 24. diſtinct. 1. Præpoſit. in cap. quoniam 31. column. in fin. 31. diſtinct.* & quòd eccleſia Orientalis non ſit talibus immunitatibus, & privilegiis exuta, probatur etiam in *cap. 1. de cleric. conjugat. in 6.* quod ſolùm loquitur de clericis primæ tonſuræ, ut firmant Doctores, & maximè *Philipp. Franc.* poſt *Geminian.* dum intelligunt *dict. leg. 9. Cod. de epiſc. & cleric.* de clericis orientalibus. Igitur cum ſoli clerici primæ tonſuræ, & uxorati ſint immunitatibus privati, *Panormit. in cap. Joannes column. 10. in gloſſ. 1. & in cap. ex parte de cler. conjugat.* & Doctores *in leg. placet Cod. de ſacroſanct. eccleſ.* meritò in cæteris remanet regula firma per jura vulgaria: & de talibus clericis loquuntur regiæ pragmaticæ, & capitula Regni.

Non eſt juri contrarium, græcos more latino ſacris ordinibus poſſe initiari, ut probat text. *in d. cap. cum olim de cleric. conjug.* ubi diſponitur, poſſe filium clerici græci more latinorum nedum ad ſacros ordines promoveri, ſed etiam ad dignitatem, & officium in eccleſia latinorum, non obſtante, quòd fuerit in matrimonio copulatus, cum eccleſia orientalis votum caſtitatis non admiſerit: & ex illo text. probatur circa ordines conferendos non eſſe originem attendendam, ſed modum, & ritum ordinationis: &, quemadmodum inquit *Anton. de Butr. in dict. cap. cum ſecundum notab. 2.* circa modum ordines conferendi poteſt operari conſuetudo, & ritus: & idem *Butr. in cap. quod translationem de temp. ordinat. in 6. notab.* dixit, quòd circa ordines conferendos una pars chriſtianorum poteſt inducere conſuetudinem, ſi hoc Papa toleret: nec Epiſcopi latini contra ſacros canones venire dicuntur, qui latinis græco more ſacros ordines conferunt, & è converſò, dummodò temporibus debitis à ſacris canonibus ſtatutis talem celebrent ordinationem, ut communiter firmant ſcribentes in *dict. cap. cum ſecundum, & in cap. quod translationem*: & hic mos toleratur: ſolùm autem improbatur ille conferendi extra tempora præſtituta: & ità intelligitur *Gloſſ. in verb. toleratur in dict. cap. quod translationem*, & ità eam intelligunt Doctores, & maximè *Zabar.* in locis præallegatis, & in *dict. cap. cum olim*.

Græco autem more ordinibus initiati moram trahere poſſunt inter latinos clericos, ut communiter tenent Doctores contra *Innocent. in dict. cap. cum ſecundum de temp. ordinat.* ſi abſque ſcandalo id fiat, nec aliqua in contrarium vigeat conſuetudo. Nec talis converſatio indecora videtur, poſtquam tàm de jure, quàm de conſuetudine admittitur. Hinc dicebat *Archidiac. in cap. quoniam 31. diſt.* & poſt eum *dict. Præpoſ.* quòd, ſi ſacerdos græcus una cum uxore apud latinos ſe transferat ad habitandum, & talis ſacerdos ſciat officium latinum, & linguam latinam, admittitur in divinis officiis una cum clericis latinis, niſi ex hoc magnum ſcandalum oriretur, & ſpecialis eſſet in contrarium conſuetudo.

Hìc autem addere lubet, quæ in 39 concordia inter ſummum Pontificem, Regemque noſtrum indulgentiſſimum anno 1741. conſtituta fuere *ſub quarto capite*, quod inſcribitur: *Requiſiti de' promovendi agli ordini*. Ex ejus præſcripto prima tonſura nemini conferri poteſt, niſi ad titulum beneficii, vel perpetuæ capellaniæ, cujus reditus, deductis oneribus, coæquari valeant medietati ſacri patrimonii, quod pro more, vel inſtituto eſſet in diœceſi conſtituendum. Poterit autem Epiſcopus prima tonſura eos etiam initiare, qui nullum, quo potiantur, beneficium ſibi conferendum obtinuere, ſi id eccleſiæ utile noverit, aut neceſſarium, initiandique habeant vel perpetuam eccleſiaſticam penſionem, quæ ad præfatam patrimonii medietatem aſcendat, vel integrum ipſum patrimonium, quod, ne quæquam irrepant fraudes, in bonis tantùm ſtabilibus, aut certis annuis reditibus ſecundùm ſynodalem cujuſque diœceſis indictionem conſtitui debet, ita tamen, ut nec infra ſummam ducatorum quatùor & viginti, nec ſupra quadraginta illud ipſum conſtituatur. Præterea nemo prima tonſura poterit inaugurari, niſi poſt decimum ſuæ ætatis annum in aliquo ſeminario, aut convictu eccleſiaſtico, triennali ſaltem intervallo permanſerit, vel, ubi id fieri nequeat, triennio clericalem habitum, proprio Epiſcopo annuente, detulerit, & quotidie, aut ſaltem diebus feſtis juſſu ejuſdem Epiſcopi alicui eccleſiæ inſervierit. At ſi quiſquam ſtudiis operam daturus ſe ad publicam aliquam univerſitatem conferre velit; tempus illud, quo inibi ſtudiis vacaverit,

rit, ei perinde utile erit, ac ſi in ſeminario, vel convictu eccleſiaſtico permanſiſſet, dummodo id ipſum fecerit, permittente proprio Epiſcopo, obtentiſque ab eo literis commendatitiis exhibendis Epiſcopo illius loci, quò eſt profecturus, hicque eum addixerit cujuſquam ſervitio eccleſiæ, cui triennali ſpatio, aut pro majori parte cujuſque ex tribus annis inſerviens, & clericalem habitum deferens, obtinenſque inde ab ejuſdem loci Epiſcopo literas teſtimoniales, quibus perſpectum, compertumque fiat, omnia ex præſcripto impleviſſe, honeſtamque vitam duxiſſe, prima tonſura poterit initiari. Hæc autem adamuſſim obſervanda exiſtimamus, non ita tamen, ut omnibus, qui ordinibus inaugurari velint, indiſcriminatim oneri eſſe debeant. Num iis, qui theologiæ abdita penetrarunt, num advocatis, aliiſque primarum artium doctrina eruditis, ætateque provectis, ſi per omnes omnium ordinum gradus ad ſacerdotii faſtigium provehi expetant, non niſi vel in ſeminario tempus conterant, vel alia omnia, quæ in concordia præſcripta fuerunt, ſigillatim adimpleant, propoſitum aſſequi licebit? Hoc equidem tum à fine legis, tum à legislatorum ſententia per quam maximè abhorrere opinamur: quandoquidem de iis mentio habetur, qui gymnaſio, qui ſtudiis, qui liberali quadam inſtitutione indigent, ut ordine valeant inſigniri. Sed eò revertimur, unde fuimus digreſſi, ut quæ ad ordines pertinentia in memorata concordia exarata fuere, ſingula percenſeamus. Ii, quibus vigore fundationis beneficium eccleſiaſticum, aut eccleſiaſtica quædam capellania vacans deferenda eſt, quamvis ea, quæ ſupra diximus, non ſervaverint, & dictam ætatem non habeant, ubi agitur de beneficiis ante Concilium Tridentinum conſtitutis, prima tonſura initiari poſſunt, dummodo beneficium, aut capellania eccleſiaſtica titulo verè collativo, aut inſtitutionis titulo conferri debeat, & patroni ultra tempus à ſacris canonibus præſtitutum nominationem protrahere nequeant, & reditus ipſius beneficii, aut capellaniæ, deductis oneribus, conflent medietatem patrimonii ſacri. Verùm, ſi contingat, plures ad idem beneficium, eandemve capellania vocari, & omnes *quoad ſcientiam*, & *quoad bonos mores* idonei ſint, nec aliquod eis obſit canonicum impedimentum, habitis de hoc literis teſtimonialibus ab Epiſcopo, quiſque poterit concurrere, & ſuam quiſque cauſſam, perinde ac ſi clericus eſſet, inſtituere, ac proſequi, atque is ſolùm, qui beneficium inde obtinuerit, vel capellaniam, prima tonſura erit initiandus. Quicunque autem ea fuerit initiatus, quouſque ſacris ordinibus dignus efficiatur, obſervare itidem debet, quæ ſupra diximus triennio à nondum initiatis obſervanda. Clerici verò, qui vel prima tonſura, vel minoribus ordinibus inaugurati fuerunt, ſingulis quibuſque annis, vel rectoris ſeminarii, convictuſve eccleſiaſtici, ſi in ſeminario, convictuve degant, vel parochorum, & rectorum eccleſiarum, quibus addicti fuere, literis teſtimonialibus perſpectum reddere debent Epiſcopo loci, ubi domicilium habent, ſe habitum geſtaſſe, ac tonſuram clericalem, & ſacramenta frequenter ſuſcepiſſe, eccleſiæque itidem miniſterium præbuiſſe: atque inſuper debent ei teſtimoniales exhibere magiſtrorum, lectorumque, ut conſtet, eos ſtudiis operam dediſſe, & cum habitu, & clericali tonſura inceſſiſſe. Quiſque verò ex Epiſcopis in ſacrario cathedralis eccleſiæ tabellam omnibus obviam patentemque ponere debet, atque ibi clericos deſcribere, eoſque inde poſtmodum delere, qui præſcripta explere neglexerint, & iis, qui expleverint, gratis tradere quotannis literas teſtimoniales, ut clericalibus poſſint gaudere privilegiis, queis aliter gaudere non poterunt. Vicarii autem capitulares non niſi cum voto Capituli in actis capitularibus adnotando literas dimiſſoriales concedere poterunt laicis, qui ad beneficium aliquod, vel capellaniam vocantur, aut iis, qui habentes primam tonſuram nominati fuere, ut aliquo potiantur beneficio, quod actu certum ordinem requirat: hoc verò licebit, ſi promovendus aliàs ab Epiſcopo rejectus minimè fuerit: Cæterùm ſine licentia S. Congregationis Concilii ne poſt annum quidem luctus eccleſiæ prænemoratas literas dimiſſoriales poterunt impertiri. Hæc in citata concordia ſancita fuere, pœnaque inibi comminata tàm iis, qui contra formam præſcriptam vel prima tonſura, vel minoribus, vel ſacris ordinibus initiantur, quàm illis, qui ita initiaverint. Initiati ob id prohibiti ab exercitio ſuſcepti ordinis perpetuò remanebunt: initiantibus verò, ſi Epiſcopi ſint, per annum,

ſi Præ-

si Prælati inferiores, perpetuò ordinum collatio, & pontificalium exercitium interdicetur, aliique in dignitate constituti ab sui gestione muneris prohibebuntur.

De ordinibus sacris tractant per integros tractatus *Morinus, Marchinus, Aversa, & Gravina*, & de eadem materia pertractant *Summ. Lezan. to.1. pag.162. Andreas à Matre Dei tom.2. theolog. pag.1. Barbosa in repertor. jur. pag.255. tract. var. pag.271. & decis. apostol. pag.506. Camerota de sacrament. pag.570. Riccius in prax. tom.1. pag.156. de Magistris in prax. eccles. tom.2. pag.156. Portellus de dub. regul. pag. 338. Campanilis in diverf. pag.38. Carrier. in digest. fidei pag.776. Isamberius de pœnitent. pag.395. Rodericus in quæst. moral. pag.700. Layman to.2. lib.5. pag.169. Esparsa in curs. theolog. to.2. pag.503. Petit. part.3. theol. pag.406. Abelly in verit. princip. pag.467. Faber in summ. pag.677. Sylvius in 3. part. D. Tho. in supplement. pag.136. Summ. Rodriquez part.4. pag.173. Mend. in stater. opin. benign. pag.294. Verricellus de apost. miss. pag.480. Malletus in theolog. moral. to.1. pag.220. Innocentius III. pag.319. Vivaldus in candel. aur. pag.223. Molsesius in summ. pag.68. Labat. in theolog. tom.7. pag.409. Bassæus in flor. theolog. tom.1. pag.632. & tom.2. pag.608. Zerola in prax. episcop. pag.273. part.2. pag.89. Coninch. de sacrament. pag.548. Bauny to.1. theol. moral. pag. 419. Leander tom.2. pag.1. Henriquez in summ. pag.591. Bonagratia in quæst. regul. pag.506. Gavantes in manual. episcop. pag.207. Vasquez tom.3. in 3. part. D. Thom. pag.509. Villalobos to.2. pag.263. Heideggerus tom.2. in Conc. Trid. pag.890. Bellarminus de doctrin. Concil. Tridentin. pag.375. Diana ordin. tom.2. pag.267. Hosius pag.76. Busembau pag.429 Filiucius tom.1. pag.267. Gerson in sum. pag.282. Hellisonus to.2. in 3. part. D. Th. pag.393. Summ. Ledesmæ pag.642. Bossius in moral. pag.665. Lorichius tom.2. thes. theol. pag.1481. Caspensis tom.2. theolog. pag.769. Acta eccles. Mediolan. pag.429. Amicus in curs. theolog. tom.8. in fin. Archiepisc. Bonon. part.3. pag.141. Areudius in concord. pag.407. Arriaga in D. Them. tom.7. pag. 649. Medices tom.3. theolog. quæst.126. Tuscus tom.5. pag.640. Galenus in prompt. theolog. pag.609. Canisius in cathec. pag.298. Turrianus in constitut. Pontific. pag.252. Candidus tom.4. pag.1. Summ. Quarantæ pag.481. Cotonus in controv. pag.307. Vega in sum. tom.2. col.586. Raynerius in pantheol. tom.3. pagin.154. Novarius in lucern. regul. pag.191. Sum. Rodriquez part.2. pag.39. Navarr. tom.2. pag.121. S. Bonaventura in summ. tom.2. pag.850. Piasecius in prax. episc. pag.23. Magrus in notit. pag.373. Crespetius in summ. pag.676. Bernal. de sacram. pag.489. Bonacina to.1. pag.257. Henrinx in sum. theolog. tom.4. pag.486. Bayus in theatr. theolog. pag.414. Pax Jordanus in elucub. tom.1. pag.186. Nicolius in flosc. pag.508. Miranda in manual. pag.255. Trullenc. de sacram. pag.288. Summ. Sylvest. part.2. pag.199. Raynaudus tom.16. pag.171. Dicastillus de sacram. pag.963. to.1. Volpius in resolut. moral. pag.429. Summ. Naldi pag.543. Maced. de clav. Petri pag. 562. Caramuel in curs. moral. pag.705. Summ. Litterati pag.95. Delgadillus de sacram. pag.333. Cajetanus in opusc. pagin.120. Summ. Lezan. tom.4. pag.360. Bonaspes to.6. pag.279. Castropalaus par.4. pag.364. de Lugo in respons. moral. pag.46. Becanus de sacrament. pag. 551. Avendanus tom.2. problem. theolog. pag.360. S. Antoninus tom. 3. summ. pag. 218. & 241. Abelly in medull. theolog. tom.2. pag.220. Allozza in flor. summ. pag.581. Alphonsus à Castro de hæres. pag.433. Gonet. tom.5. pag.477. Gobat. in exper. theolog. pag.497. Valentia tom.4. col.1921. Sà in aphorism. confess. pag.398. Rubeus in aphorism. episcop. pag.434. Riccardus tom.4. sentent. pag.361. Casalius de rit. christ. pag.117. & 408. Marcant. in trib. anim. tom.3. pag.118. & 134. Innocentius V. tom.4. pag.263. Venerus in exam. episcop. pag.31. Velascus in summ. tom.2. pag.613.* De ordinibus minoribus *Barbos. de jur. eccles. tom.1. pag.372. Fragosius tom.2. reipubl. pag.822. Thomasinus de discip. eccles. part.1. pag.91.* De ordinationibus *Fermosinus, Hallierius, Bordonus to.3. par.2. resolut.67. Franeus in controv. pag.235.* De temporibus ordinationum *Ventrigl. in prax. tom.1. pag.394. Altaserra in decret. pag.128. Graffius tom.1. consil. pag.2. & 17. & tom.2. consil. pag.29. Venerus in exam. episcop. pag.43.* De ordinationibus apud Græcos *Euchol. pag. 249. & 292.* De ministro consecrationis, & ordinationis sacerdotalis *Hulsemannus.* De ordinandis *Goffredus in decret. pag.41 Diaz in prax. canon. Altaserra in decret. Bayl. de exam. pag.1. Campanilis in diverf. pag.48. Crespetius in summ. pag.681. Ventriglia in prax. tom.1. pag.377. Nicolius tom.2. resolut. pag.21. Leander to.2. pag.31. Summ. Novarii pag.461. & 465. Venerus in exam. episcop. pag.43.* De ordinandorum ætate *Altaserra in decretal. pag.132.* De titulis ordinandorum *Riccius in prax. tom.3. pag.334.* De titulo

ordinandorum, & penis promoventis, & promoti *Summ. Novarii pag.* 452. De ordinandis prima tonsura, vel minoribus ordinibus in Regno Neapolitano *Summ. Novarii pag.*446. De collatione ordinis, & ordinandorum preparatione *Abelly in enchir. solic. episc. pag.*170. De scrutinio in ordine faciendo *Altaserra in decret. pag.*131. De malè ordinantibus, & malè promotis *Franeus in controv. pag.*317. De ordinato excommunicato *Aranxus in decis. moral. pag.*251. De ordinato ab Episcopo hæretico, & excommunicato *Barbosa de potest. Episc. tom.*1. *pag.* 463. De scrutinio in ordine faciendo *Venerus de examin. Episcop. pagin.*38.

CAPUT XXXII.

De sacrificio missæ.

SUMMARIUM

*Missæ denominatio qualis sit num.*1. *Sacerdos non potest bis eadem die missam celebrare n.*2.

*Missæ acceleratio, seu festinatio quando sit peccatum mortale n.*3. *& quando contineat scandalum n.*4. *& cum est levis, non est punienda n.*5.

*Missæ mora quid continere debeat n.*6.

*Sacerdos missam celeriter celebrans an possit puniri ab Episcopo n.*7.

*Missam in longum protrahere quando sit malum n.*8. *Quali mora diceretur per servos Dei n.*9. *& qualis esse debeat n.*10. *An sufficiens sit hora, an minus temporis spatium n.*11.

*Missæ præcepto an possit satisfieri à fenestra, & quando n.*12. *Præceptum audiendi missam quid requirat n.*13. *Missæ auditio quam requirat distantiam n.*14. *Matrimonium an, & quando possit contrahi à fenestra domus n.*15. *Sacerdos in qua distantia possit hostiam consecrare n.*16. *Excommunicationem contra assistentes in duello incurrit, qui ex fenestra ex proposito videt duellantes n.*17. *Missas celebrans an pro eleemosyna præferatur aliis legatariis n.*18. *& an præferatur legatariis pro fabrica ecclesiæ n.*19.

*Missa in privatis oratoriis celebrari an possit, non præsente domino, cui facultas concessa fuit celebrari facere n.*20. *ubi quid, assistente dumtaxat familia, & privilegium oratorii privati qualiter explicari debeat: & adducitur breve Apostolicum pro authore, & ejus conjuge D. Julia Fulines obtentum à Clemente XII. sub die* 24. *Septembris* 1738. *ibid.*

*Interdicti tempore si quisquam habeat privilegium videndi missam, an eius familia possit illam videre sine domino n.*21.

*Missæ ubi celebrandæ sint, cum testator non declaravit, in qua ecclesia sint celebrandæ n.*22. *quidque dicendum de regularibus, qui non possunt habere missas perpetuas, an possint eligi perpetuò procuratores ad exigendam certam summam pecuniæ, ut celebrent, aut faciant celebrare missam perpetuam n.*23.

*Qui suscepit onus missarum perpetuarum, non tenetur satisfacere, si contingat cessare fructus assignatos pro tali onere n.*24. *& quid, si Parochus solitus sit vocari à confratribus alicujus capellæ ad ibi celebrandum, an hoc jus acquirat n.*25.

*Sacerdos an teneatur missam vita durante celebrare sub peccato mortali, enucleatur n.*26. *ubi an onus prædictum sit de jure divino, an ecclesiastico, & qualiter parochus teneatur missam celebrare omnibus dominicis, & festivis diebus n.*27. *& ex quibus possit per substitutum satisfacere oneri prædicto num.*28. *quidque in hac re sit consulendum parochis n.*29.

*Si legatum sit factum pro missis dicendis in Casali, an possit parochus prætendere, quòd ipse teneatur celebrare, vel celebrare facere, an id spectet ad hæredes, vel exequutores testamentorum n.*30.

*Confratres an possint facere stabilimentum, ut nullus alius sacerdos admittatur ad exequias confratrum, nisi quos hæredes, vel exequutores admitterent n.*31.

*Hæres an possit luere facere in legato per testatorem relicto cum onere celebrationis perpetuæ missarum, accedente consensu religionis electæ per testatorem pro celebratione prædicta n.*32.

*Sacerdotes pauperes non possunt pro alendis pauperibus accipere plura stipendia missarum, & una missa satisfacere n.*33. *ubi improbatur contraria sententia: quidque dicendum, si sacerdos non habeat, unde restituat n.*34.

*Celebrari quando possit in lapidibus, vel lignaminibus manu factis in casu necessitatis n.*35.

*Altare visitatum à legitimo superiore an possit de uno ad alterum locum mutari n.*36.

Religiosus non celebrans missas præscriptas

ptas celebrari statuto religionis pro anima defuncti religiosi, non peccat mortaliter n.37.
Prælatus, qui non facit dicere missas pro animabus suorum defunctorum religiosorum, sed accipiens eleemosynas pro aliis applicat missas suorum religiosorum, quas pro suis defunctis religiosis tenebatur applicare facere, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem n.38. & 39.
Privilegium viget in Regno Valentiæ, cujus vigore regulares dicere possunt tres missas, & seculares duas in die commemorationis defunctorum concessum Patribus Ordinis Prædicatorum n.40.
Provincialis religionis an possit dare licentiam suo subdito podagra laboranti, ut celebret sedendo n.41.
Textus in cap. significatum de prœbend. *permittens, capellanum propter honestatem, vel reverentiam sacrificii posse se abstinere à celebrando per unam diem in hebdomada, enucleatur n.42.*
Missam in uno die cujuslibet hebdomadæ qua de causa capellanus possit prætermittere n.43.
Sacerdos quotidie celebrare qualiter teneatur n.44.
Consuetudo ubique recepta admittit, sacerdotem posse vacare in missa celebranda per unum diem in hebdomada n.45.
Sacerdos in casu vacantiæ potest celebrare pro se, vel pro aliis n.46.
Sacerdos obligatus certis diebus celebrare, quando possit tales dies variare n.47.
Obligatio celebrandi quotidie cessat tempore interdicti n.48.
Sacerdos obligatus quotidie celebrare, si non celebret tempore interdicti, non tenetur alio die supplere n.49.
Sacerdos obligatus celebrare quotidie, si cesset tempore interdicti, & accedat ad locum non interdictum, an possit celebrare pro alio n.50.
Sacerdos obligatus quotidie celebrare an in die Nativitatis Domini teneatur omnes tres missas applicare n.51.
Sacerdos obligatus celebrare quotidie non tenetur in die commemorationis defunctorum n.52.
Sacerdos obligatus celebrare quotidie an possit accipere missam frenum, si obligatio sit imposita communitati n.53.
Obligatio ad missam quotidianam multipliciter potest imponi n.54.
Communitas non celebrando, quia non tenetur de jure, vel consuetudine, an teneatur supplere n.55.
Obligatio quotidie celebrandi regularium communitati imposita an possit satisfieri per substitutum n.56.
Obligatio celebrandi per tres dies in hebdomada, an, facta electione per capellanum, possit illa variari, & quando n.57.
Quædam peccata remittuntur in futuro seculo per missas, orationes, & suffragia ecclesiæ n.58. Quàm grave sit defunctorum animas sacrificio fraudare n.59.

MIssæ denominatio unde originem traxerit, probè, dilucidissimeque tradit *Cardinalis Baronius anno Christi* 34. *n.* 16. hujuscemodi verbis: *Illud non prætermittimus dicere, quòd cum multa reperiantur tam ipsius Eucharistiæ, quàm sacrificii, quod in eo mysterio peragitur, nomina; illud tamen, quantum ad Sacrificium attinet, antiquissimum est, & apud latinos usitatissimum, ut appelletur missa: quod quidem ex hebraica, vel caldaica nomenclatura acceptum esse videtur: quod enim in nostra vulgata Deuteronom. 16. legitur* spontanea oblatio, *hebraicè dicitur* Missah, *quam offerebant Deo in gratiarum actionem de fructibus terræ, quibus vescebantur in templo cum recordatione præteritæ servitutis, & ab eadem liberationis. Quæ omnia cum optimè conveniant prædicto à Christo instituto Sacrificio, eo pòtius majores nostri usi sunt nomine, quàm cujuspiam alterius sacrificii, quòd spontanea recolatur prima illa sui ipsius à Domino nostro Jesu Christo facta oblatio, de qua Isaias cap. 35. Oblatus est, quia ipse voluit. Sanè quidem creditur, ejusmodi nomen ab ipsis Apostolis Petro, & Paulo ex hebraicis fontibus traditum esse Romanis: quod & Jacobus Hierosolymitanorum Episcopus, idemque Apostolus, & frater Domini, tradidit suis in sua, quam posteris reliquit, missa. Certè ea voce usam esse in suo exordio Romanam Ecclesiam probatur ex ea, quòd proximus Apostolis Pius Papa epistola ad Juit. Vienn. tom. 7. biblioth. SS. Patr. idem Sacrificium missam vocavit, idque ipsum Cornelius, & cæteri Romani Pontifices præstiterunt, sicut & Concilium Romanum sub Sylvestro, Carthaginense secundum can. 3. Agathense can. 47. & alia, itemque Ambrosius epistola 33. ad Marcellum, Augustinus sermone de tempore* 251. *Victor Uticensis de persecutione Vandalor. lib. 2. ac denique cæteri, & recentiores omnes.*

Sacerdos eadem die non potest plures missas

missas celebrare, & locus faciens graviter punitur, *Marcus Antonius in praxi Curiæ Archiepiscopalis cap.* 64. & Sacerdos bis eadem die sacrificium Deo offerens quonam supplicio affici debeat, latè disseruimus *tom.* 19. *c.* 23. *de sacrif. &c. num.* 41. ubi quoddam nostrum consultum reassumpsimus.

De missa, ejusque antiquitate, & celebratione, plura habent *Filesc. in tract. de paræciis cap.* 6. & *seq. Polydorus Virgilius de inventoribus rerum c.*12. *Ritius de Regibus Francorum*, *Cornelius à Renthelino in jurista Romano Catholico cap.* 100. & *Long. in breviario chronologico fol.* 128. & *seq.*

Si tanta sit missæ acceleratio, ac festinatio, ut nimis indecorè, magna cum ceremoniarum confusione, & cum gravi irreverentia tremendum, & admirabile sacrificium celebretur, aut cum grandi fidelium scandalo, confusione, & irrisione, quamvis nulla oratio omittatur, erit tunc peccatum mortale, sicut erit, si Sacerdos minus, quàm necesse sit, sacrificium expleat, quia hoc est contra religionem, quod ex suo genere mortale est, nec posset excusari sacerdos ratione parvitatis materiæ, quia est deturpatio sacri mysterii, & interpretativus arguitur consensus: & contra hujusmodi sacerdotem indignatur, & exclamat *Sophonias in cap. ult. Sacerdotes ejus polluerunt sanctum*; hoc est, ut explicat *Cyrill. Alexandrinus*, obeunt sacrificia incautè, & negligenter. Ea verò festinatio non potest esse sine gravi scandalo circumstantium, & irrisione fidelium, & minatur Dominus per *Amos cap.* 7. juxta versionem septuaginta interpretum deleturum se moventes ad risum: & in *levitici cap.* 26. ait: *Recedite à Sanctuario meo*: & Apostolicum fuit institutum apud *Clementem* Romanum *lib.* 8. *const.* 12. ut in sacris mysteriis Diaconus conclamet: *Stemus erecti cum metu, & tremore ad offerendum*: & *Sanctus Joan. Chrysost. lib.* 6. *de sacerdotio cap.* 4. vocat sacrificium honore, & veneratione plenissimum. *Cyrillus Alexandrinus in cap. ult. Sophoniæ* vocat venerandum, & admirabile mysterium. *Epiphan. in oratione de resurrectione Christi* terribilem horam appellat: & tales sacerdotes, qui deberent à plebe venerari, efficiuntur contemptibiles, ut inquit *Beatus Laurentius Justinian. de regimine Prælator. cap.*13. & pleraque ad rem adprimè scripserunt *Isidor. Pelusiota lib.* 1. *epistol.* 118. *Dionysius Areopagita epistol.* 8. & *Sanctus Augustin. sermon.* 231. *de tempore*, ubi ait: *Dolendum est, pleroſque sacerdotes adeò breves esse, ut sæpè in suspicionem veniant, num multa dicenda omiserint, vel an saltem, nulla habita ratione temporis, quo essent ceremoniæ faciendæ, atque enunciandæ, ut eas omnino simul confundant, veriusque leves, & istriones, quàm graves, & compositi sacerdotes*: & concordat *Concilium* Provinciale *Colonienſe* de anno 1536. *parte* 2. *c.* 10. & refertur in *summa Prædicatorum*, ubi fuit revelatum cuidam, tot sacerdotes quotidiè ad inferos descendere, ut non possit existimari plures in mundo esse. Verùm, si festinatio, & acceleratio sacerdotis in missa dicenda non sit talis, ut grande scandalum causet timoratis fidelibus, tunc erit peccatum veniale. Ita *Antonius Molina de instruct. sacerdotali parte* 3. *cap.*13. §. 2. ubi id ea potissimùm ratione probat, quia omnes sacerdotes tenentur pronuntiare aptè, clarè, & distinctè omnia, quæ in missa leguntur, decenter, & ritè omnes ceremonias complere, & debitam attentionem, & intelligentiam habere eorum, quæ dicunt: sed qui missam adeò celeritèr dicit, ut minori tempore, quàm tertia parte horæ, seù quadrante perficiat, non potest supradicta præstare. De pronunciatione agunt *Concilium Colonienſe parte* 2. *c.* 17. & *Pater Andreas Castaldus in suo ceremoniali lib.* 1. *sect.* 7. *cap.* 2. *n.* 2. ubi ait, quòd qui minori mora, quàm tertia parte horæ, missam concludit, necesse est præcipitanter, ac irreverenter sacra verba pronuntiet, & syllabas deglutiat. Hinc apud fideles adstantes indevotio, risus, & cætera possunt succedere, cum tamen sacrificium sit latriæ cultus, quo immediatè Deum sacerdos veneratur, altissima mysteria significans, ut ait *Castald. ubi supra*: Reverenter itaque sunt actus illi ordinandi: sed omnia ritè fieri non possunt in tanta celeritate, *Molin. de instruct. sacerdotali part.* 3. *cap.* 11. §. 4. qui de tertio requisito attentionis loquitur: & Sacerdoti offerenti Angelorum choros adesse, est concors patrum sententia apud eundem *Molin. ubi supra*, & habetur in vita *S. Theresiæ cap.* 28.

Episcopus autem, vel Prælatus regularis potest punire sacerdotem subditum, si missam dicat nimia festinatione, puta minori spatio quadrantis, quia tunc peccat mortaliter, sed si paulò ultra quadrantem eam protrahat, peccaret venialiter, & casu, quo peccet mortaliter,

Digitized by Google

taliter, debet a superiore puniri, *Ant. Molina tract. 3. cap. 13. §. 3.* sicut in simili licèt regulares regulas ut plurimum non teneantur sub peccato observare; tamen, si superior videat non observari, posset castigare non observantes, ut benè *Sotus de ratione tegendi secretum membro 4. quæst. 3. conclus. 2. Bannes 2. 2. quæst. 33. num. 3. Suarez de charitate disputat. 8. sect. 14. Peregr. ad constitut. Theatin. in proœmio fol. 29. §. 1.*

Missam verò in longum protrahere
8 inconveniens est, in locis præsertim, ubi populus confluit. Ita *Molin. de instruct. sacerdotali tract. 3. cap. 14. §. 2. Thomas de kempis lib. 4. de imitat. Christi cap. 10. Gulielm. Parisiens. de ritu divino cap. 44. Durand. de ritib. Eccles. & divinor. Officiorum lib. 4. cap. 35. num. 9.* & id quidem probatur exemplis servorum Dei, inter quos Sanctus Basilius, & Sanctus
9 Joannes Chrysostomus missæ sacrificium ad majorem brevitatem reduxerunt, & S. Philippus Nerius, & B. Andreas Avellinus publicè celebrantes nunquam fuerunt sacrificii mora molesti populo: Ratio est, quia, frigescente charitate multorum, consulendum est humanæ fragilitati: & propterea S. Proculus apud *Baronium anno Christi 446. num. 20.* dicit, Basilium, & Chrysostomum ad majorem brevitatem missam reduxisse. Sed *Anton. Molina*
10 *ubi supra §. 7.* integram horam promissa dicenda tenet non esse prohibitam, prout Pater Aloys. de Granata pro tali tempore missam dicebat, ut habetur in ejus *vita lib. 2. cap. 3.* & licèt hora videatur maxima mora, ut auditores tædio afficiantur, & scandalizentur; tamen, ut benè *S. Thomas 2. 2. quæst. 41. artic. 7.* non sunt digni reprehensione, qui minori tempore sacrificium faciunt: sciunt enim fideles, quanta reverentia debeatur sacrificio missæ. Alii verò abhorrent integram horæ moram in missa cele-
11 branda, ut ait *Panicarola in concionibus part. 2. concione 2. majoris hebdomadæ.* Alii dicunt, mediam horam esse congruam pro sacrificio missæ, ut habetur apud Jesuitas ex regulis societatis *in tit. de regulis sacerdotum §. 4.* & apud Patres Theatinos anno 1618. fuit determinatum, nullum longius horæ semisse protrahere missam debere, nec minus triente: quod decretum refert *Verricell. tom. 1. tract. 8. resol. 55. in fine.*

Missam a fenestra domus audiens pre-
12 cepto audiendi missam satisfacit. Ita contra *Filiuc. tom. 1. tract. 5. cap. 7. num. 29. Escobar. tract. 1. examin. 11. cap. 2. lib. 6. cap. 6. Dian. part. 4. tract. 4. resolut. 154.* & *Portell. in verb. indulgentia in addit. num. 8.* docent *Cardin. de Lugo de eucharist. tract. 22. sect. 2. num. 23. Pasqualig decis. 173. n. 3.* & *Verricell. tract. 8. quæst. 56.* qui dicit satisfacere præcepto videntes missam de fenestra domus, dummodo possint, populo etiam circumstante, videre sacerdotem, & dummodo sint taliter distantes, ut possint audire vocem alicujus hominis altè, & fortiter clamantis in altari. Id autem probatur, quia, ut benè *Facundez præcepto 1. lib. 2. cap. 7. numer. 2.* in hoc
13 præcepto præcipitur corporalis assistentia, quæ de sui natura ordinatur ad percipienda sensibiliter sacerdotis verba: undè talis præsentia requiritur, quæ sufficiat ad audienda missæ verba: sed audiens missam è fenestra aliquo sensu externo percipit sacerdotis verba, & sacras ceremonias, & est moraliter præsens, ac satisfacit præcepto: ille autem dicitur moraliter præsens, qui videt, & intelligit ea, quæ aguntur, ut est text. expressus in *l. coram Titio 209. ff. de verbor. significat.* ibi: *Coram Titio aliquid facere jussus, non videtur eo præsente facere, nisi is intelligat*: & ibi *Rebuff. vers. 8.* ait, quòd, ubi jus requirit præsentiam, non intelligitur aliquis præsens esse, nisi intelligat, quid agatur: & DD. communiter docent, eum præsentem esse, qui videt, & percipit ea, quæ fiunt, *gloss. in extravag. execrabilis in verb. quædam de præbend. gloss. in cap. in primis 2. qu. 2.* latè *Felin. in proœm. decretalium in principio num. 22.* & est moraliter præsens, qui è fenestra domus sacrificio assistit: nam hic potest videre, & percipere mysteria non minus ac alii, qui sunt in Ecclesia.

Paria autem videntur esse sub eo-
14 dem tecto, vel cubiculo, ac in ea, distantia, ut humana vox altè clamantis exaudiri possit, *l. 1. §. eodem ff. ad Syllan. Bart. in l. si Titius in principio ff. de aqua pluvia arcend. Bald. in l. si vicinus C. de nupt.* post alios *Tiraquell. de retract. consanguinit. gloss. 9. num. 25. Menoch. de arbitrar. casu 222. nu. 15.* & qui in fenestra suæ domus stat, non solùm potest audire vocem altè clamantis in altari, sed etiam videre sacerdote sacrificantem, & hic non solùm dici debet vicinus, sed etiam corporaliter præsens: & si parochus existens in al-
15 tari conspiceret in fenestra oppositæ domus duos ineuntes matrimonium, validè

validè susciperet eorum mutuum consensum, & tale matrimonium validum esset, quia factum esset præsente parocho, ut de communi dicunt *Sanchez lib. 3. de matrimon. disputat. 39. num. 1.* & *Pontius de matrimon. lib. 5. cap. 21. num. 8.* & si sacerdos sit in altari, & videat existentem in fenestra oppositę domus vulneratum clamantem: *Confessione*, 15 posset ex altari eum absolvere, ut in simili casu dicit *Reginald. lib. 8. num. 32.* & ita existens in fenestra domus est præsens moraliter sacerdoti, & satisfacit præcepto missæ: & licèt sint diversæ 16 opiniones, in quanta distantia possit Sacerdos validè hostiam conficere, adeò ut *Suarez 3. parte tom. 3. disput. 43. section. 5.* solum Deum dixerit posse determinatam distantiam definire, & *Cardinal. de Lugo de euchar. disput. 4. sect. 7. num. 125.* asserat non posse certam regulam assignari; tamen putat *Viguerius de euchar. num. 156.* quòd, ad hoc ut materia sit præsens in hoc Sacramento, duo requiruntur, primò, quòd aliqua sensu ejus præsentia à conficrante percipi possit; secundò, quòd sonus verborum possit illam contingere: quam sententiam non benè improbat *Suarez ubi supra*, quia, hac posita, omnia servantur in hac materia, *Verricell. tom. 1. tract. 8. quæst. 56.* Quemadmodum verò incurreret in excommunicationem latam contra spectatores duelli is, qui è fenestra suæ domus inspiceret duos duellantes in alia domo, dummodo eos clamantes audire posset, ut ait *Archiep.* 17 *Caraffa de duello tract. 2 sect. 3. qu. 11. n. 4.* ita etiam aspiciens à fenestra sacerdotem in tanta distantia, ut possit vocem clamantis audire, satisfacit præcepto: nam est moraliter præsens: secus esset, si adeo à longe distaret, ut videret quidem, sed audire clamantem non posset; tunc enim solus aspectus non sufficeret ad moralem præsentiam: unde ex solo aspectu sacerdotis non satisfaceret missæ præcepto, & sic videmus practicari à fidelibus: fideles enim Neapoli existentes in foro magno hujus Civitatis Missam audiunt, quę celebratur in loco patenti, & eminenti: Sic qui sunt in navibus, satisfaciunt missæ præcepto, celebrata missa in Portu in ædicula omnibus patente: & idem docet *Facund. de præcept. 1. lib. 2. cap. 7. num. 3.* qui ait non satisfacere præcepto eum, qui, celebrata missa in alta Turri, foris existeret nihil videns, nihil audiens: at satisfaceret, si videret, aut audiret. Quando verò adest aliquod impedimentum, ob quod de fenestra quis non posset videre sacerdotem celebrantem, tunc non satisfaceret, excepto tamen impedimento populi existentis, quia, licet existens in Ecclesia, sed post columnam, satisfaceret præcepto, ut ait *Facund. ubi supra num. 3.* tamen illud est, quia continetur intra muros Ecclesiæ, quod maximè refert ad moralem præsentiam: sed existens extra Ecclesiam nullum debet habere impedimentum videndi sacerdotem sacrificantem, ita ut posset videre, si populus non assisteret, alioquin non reputaretur moraliter præsens.

Sacerdos, qui missas dixit vigore legati 18 relicti pro missis celebrandis, præferendus esset, si hæreditas non esset solvendo, cæteris legatariis juxta illam celebrem decisionem, de qua *Thor. de pia causa in summa privilegiorum privil. 56.* qui post *Gratian. cap. 84.* & *Ant. Fabrum in tit. C. de sacrosanct. eccl. defin. 38.* decisum refert in favorem D. Anelli de Auria, qui concurrebat cum creditoribus chyrographariis, & legatariis testatoris pro missis ab eo celebratis, & fuit decisum, ipsum esse potiorem, secus verò in concursu aliorum creditorum potiorum.

Sed an præferatur alteri legato pro 19 fabrica Ecclesiæ construenda legatum pro missis, quæstio est. Prima opinio affirmat, præferri legatum pro missis legato pro fabrica Ecclesiæ, quia in solutione legatorum attendenda est voluntas testatoris, qui præsumitur præferre voluisse, quæ ad suam animam pertinent, ut est legatum pro missis, *Bart. in l. ex asse 20. ff. ad l. falcid. Molsef. conf. 13. num. 16. Surdus de aliment. tit. 8. privil. 30. num. 3. Cardin. de Lugo de justit. & jur. tom. 1. disput. 20. num. 90. Vasquez in opuscul. de testament. cap. 9. §. 5. dub. 9. num. 120.* & *122.* & sicut ex præsumpta voluntate testatoris præfertur pium non pio, sive profano; sic pium pro missis præferri debet piis pro fabrica. Sed *P. Verricell. tract. 8. quæst. 64.* putavit concurrere debere utrumque legatum pro missis, & pro fabrica pro rata, nec esse unum alteri præferendum: & licèt legatum pro missis magis profit animæ testatoris, quàm legatum pro fabrica; tamen non est attendendum, quod magis profit, sed quid voluerit ipse testator: sed, quoniam ipse voluit utrumque, pro rata dividendum est: & ità fuit decisum in Tribunali Reveren. Fabricę, & consultatum à pluribus Patribus, & Doctoribus, ut habetur

habetur apud *Verricell.* ubi ſupra *num.* 15. & 16.

Hic addere lubet aliam quæſtionem
20 in hac etiam materia, an ſcilicet in privatis Oratoriis celebrari poſſit miſſa, non preſente domino, ſi in brevibus conceſsis à Summo Pontifice pro miſsis in Oratoriis privatis dictum fuerit: *In tua, & familiæ tuæ præſentia celebrare facere liberè, & licitè poſſis tenore præſentium concedimus.* Hæc quæſtio contingit pluries Neapoli in domibus titulatorum, ubi ſunt Oratoria privata: Nos autem putamus poſſe celebrari, ut probant *Marcellus Megalius tom.* 3. *reſolut.* 161. *num.* 18. *Diana part.* 4. *tract.* 1. *reſol.* 16. & *Paſqualig. centur.* 1. *quæſt.* 2. quia conceditur privilegium celebrandi in preſentia domini, & familiæ: particula verò & ſumitur in ſenſu ſingulari, ut trahat privilegium ad ſingulos ſeorſim ex nominatis, *l. penult.* ubi DD. *de leg.* 2. *l. hæredes mei* §. *cum ita ff. ad trebell. Alciat. reſponſ.* 48. *nu.* 17. & cum ſimus in materia favorabili facienda eſt lata interpretatio, *cap. odia de regul. jur. in* 6. & licèt dictio & ſit copulativa; tamen virtute copulationis verba trahuntur ad æqualiter participandum in privilegio, quia de ſui natura æqualiter conjungit, ut inquit *Barboſ. de dictionibus*: & ea particula copulativa trahit qualitatem præcedentem, *Barboſ.* ubi ſupra, ac propterea trahit privilegium qualitatem ad familiam, ita ut etiam ipſa frui poſſit dicto privilegio, præſertim ſi inibi, ut moris eſt, dicatur: *Teque ſpecialibus favoribus proſequi volentes*: & privilegium extenditur ad familiam, ut illa ſit prompta, & expedita pro ſervitio domini; & licèt dominus non interveniat miſſæ; durat tamen cauſa, ob quam privilegium conceſſum eſt, ſicut privilegium conceſſum patri ob numerum duodecim filiorum non extinguitur morte patris, ſed tranſit ad filios, *Regens Conſtant. in l. ſi quis decurio* §. 1. *num.* 27. *C. de decurion. lib.* 10. *Surd. deciſ.* 123. *Theſaur. deciſ.* 267. *num.* 15. & quamvis copulata debeant ſimul concurrere, *l.* & *hæredi plures ff. de condit. inſtitut.* hoc tamen locum obtinet in odioſis: ſed in favorabilibus non eſt neceſſe, ut ſimul concurrant, *Bart. in l. ſi quis ducenta* §. *utrum ff. de reb. dub. Paſqualig.* ubi ſupra *quæſt.* 20. *num.* 8.

Si autem tempore interdicti quis ha-
21 beat privilegium audiendi miſſam, licèt poſſit ipſe tàm cum familia, quàm ſine ea audire; non tamen ſolam familiam audire poſſe, nec etiam in privatis oratoriis, docent *Rodriquez in bull. cruciatæ* §. 5. *num.* 5. & *Henriquez in ſumm. lib.* 7. *cap.* 13. Verùm, quòd, quando conceditur privilegium domino, & familiæ audiendi miſſam tempore interdicti, familia poſſit audire miſſam, etiam non interveniente domino, poſt alios probat *Paſqualigus centur.* 1. *quæſt.* 2. *num.* 10. *in fine*. Ego autem, & D. Julia Salines mea conjux ad removendas difficultates, & dubia, quæ ex præcedentibus brevibus Pontificiis oriebantur circa facultatem audiendi miſſam domi, prævia relatione Eminentiſſimi Archiepiſcopi Neapolitani Cardinalis Spinelli obtinuimus aliud breve Apoſtolicum ſub die 24. Septembris anni 1738. Pontificis Clementis XII. exequutoriatum per Curiam Archiepiſcopalem Neapolitanam hujuſmodi verbis: *Carminus Cioffi Dei, & Apoſtolicæ Sedis gratia Epiſcopus Antinopolitanus, metropolitanæ Eccleſiæ Neapolitanæ Canonicus diaconus Cardinalis, Eminentiſſimi & Reverendiſſimi Domini D. Joſephi Tituli S. Pudentianæ S. R. E. Presbyteri Cardinalis Spinelli Archiepiſcopi Neapolitani in ſpiritualibus, & temporalibus Vicarius, Locumtenens, & officialis Generalis. Viſo brevi Apoſtolico obtento per Dominos D. Joſephum Sorge, & D. Juliam Salines conjuges Neapolitanos, Romæ expedito apud S. Mariam Majorem ſub annulo Piſcatoris die* 24. *Septembris anni* 1738. *Pontificatus autem Sanctiſſimi in Chriſto P. & Domini noſtri Clementis divina Providentia PP. XII. anno ejus nono feliciter &c. ac viſitatis per nos oratoriis in eorum domibus ſiſtentibus, unum nempè in Platea Sanctorum Apoſtolorum hujus Civitatis Neapolis, aliud ſub diſtrictu caſalis Reſinæ, illiſque repertis, muro extractis, ac ab omnibus domeſticis uſibus liberis, unam miſſam pro unoquoque die, dummodo in eiſdem domibus celebrandi licentia, quæ adhuc duret, alteri conceſſa non fuerit, per quemcumque Sacerdotem ab hac Curia Archiepiſcopali approbatum ſecularem, ſeù de ſuperiorum ſuorum licentia regularem, ſine tamen quorumcumque jurium Parochialium præjudicio, ac Paſchatis Reſurrectionis, Penthecoſt. & Nativitatis Domini noſtri Jeſu Chriſti, aliiſque ſolemnioribus anni feſtis diebus exceptis, & in noſtro Synodo Diœceſana prohibitis, in eorum, ac natorum, conſanguineorum, & affinium inſimul cum eis in eadem domo*

Digitized by Google

habitantium, & quoad oratorium in rure in districtu Casalis Resinæ sistens etiam in hospitum nobilium, et eorum præsentia celebrari facere liberè, & licitè possint, & valeant, ac quilibet ipsorum possit, & valeat authoritate prædicta apostolica licentiam nostro arbitrio duraturam concedimus et impertimur, non obstantibus constitutionibus, & ordinationibus Apostolicis, cæterisque contrariis quibuscumque. Volumus autem, quòd familiares servitiis eorum tempore dictæ missæ actu non necessarii ibidem missæ hujusmodi interessentes ab obligatione audiendi missam in Ecclesia diebus festis de præcepto minimè liberi censeantur ad præscriptum præfati brevis. Datum Neapoli ex Palatio Archiepiscopali, hac die 10. mensis Octobris 1739. C. Episcopus Antinopolitanus Vicarius Generalis. D. Jo: Andreetta Actorum Magist.

Quando testator non declaravit, in
22 qua ecclesia sint celebrandæ missæ, quæ relinquuntur quot annis celebrandæ ex legato ejusdem testatoris, sunt celebrandæ in certa ecclesia, si eam determinavit, qua determinatione non facta, sunt celebrandæ in ea ecclesia, in qua sepultus est. Ità *Abbas cons.99. num.4. Mant. lib.8. de conjectur. tit.6. num.6.* quia ex affectione arguitur, & conjecturatur mens testatoris, *Bald. cons.156. num.5. in fine, & cons.411. vol.2. Curtius junior cons.51. num.10. Parisius cons.51. nu.21. vol.2.* & affectio præsumitur ad illam ecclesiam, in qua sepultus est, *Pasqual. centur.3. qu.238.*

Advertendum est etiam, quòd illi re-
23 gulares, qui non possunt habere missas perpetuas, possunt eligi perpetuò procuratores ad exigendam certam summam pecuniæ, ut celebrent, aut faciant celebrare missam perpetuam, quia aliud est onus celebrandi missam perpetuam, & aliud onus procurandi exactionem pecuniæ pro celebratione missæ, quia procurator accipit negotia domini, *l.1. ff. de procurator.* & qui habet onus perpetuum, quod sibi propositum est, exequitur: & licèt sit prohibitum onus directæ celebrationis missarum; tamen non censetur prohibitum onus procurandi celebrationem missarum, *Pasqualig.cent.4.qu.137.*

24 Ille verò, qui suscipit onus missarum perpetuarum, non tenetur satisfacere, si contingat cessare fructus assignatos pro tali onere: &, si in totum perierit pecunia, non tenetur ad onus celebrandi: si verò pereat pro parte, remanebit onus pro parte, *Bordon. tom.1. cons.25. num.37. Avers. de sacrament. eucharist. quæst.11. sect.18. & Pasqualig. centur.4. quæst.342.*

Si parochus solitus sit vocari à con-
25 fratribus alicujus capellæ ad ibi celebrandum, & ex hoc prætendat jus habere celebrandi, aliave peragendi ad divinum cultum pertinentia; confratres verò nolint amplius parochum illum ad celebrandum, non poterunt facere, quin eum non vocent. Ratio est, quia talis consuetudo dicendi missam prædictam, & celebrandi illam festivitatem, & dandi illi parocho tale stipendium pro tali missa, & assistentia, est laudabilis, & juxta sacros canones, *cap. ex parte de censibus, cap. ex parte de conces. præbend.* & sacri canones præcipiunt observari laudabiles consuetudines, *dict. cap. ex parte*, ac propterea talis consuetudo laudanda est, & parochus non debet turbari in sua possessione: & ità dicit *Navar.* cum aliis, quos sequitur *Pater Antonius à Spiritu Sancto consult.21. per totam*, qui decisum id refert Portugalliæ de anno 1658.

Sacrificium in genere est de jure divi-
26 no, ut cum *Sancto Thoma*, & aliis, docent *Suarez tom.3. in 3.part. disputat.73. sect.8. & Dicastill. de sacrament. tom.1. tract.5. disput.1. dub.3. num.56.* Sacrificium verò missæ est de jure divino positivo, ut est de fide definitum in *Trident. sess. 22. cap. 1. & canon. 1. 3. & 4.* & patet ex illis verbis: *Hoc facite in meam commemorationem*. Sacerdos verò simplex non tenetur, secluso scandalo, & contemptu, missam vita durante celebrare sub peccato mortali, neque de jure divino, neque de jure ecclesiastico. Ità *Bonavent. Gabriel, Riccard.* & alii apud *Dicastill. de eucharist. disp.4. dub.1. num.10. Henriquez lib.9. cap.29. num.2. Suarez tom.3. in 3.part. disput.80. sect.1. de Lugo de eucharist. disputat.21. num.2. Diana part.2. tract.12. resolut.19. Franc. Amicus de eucharist. disput. 33. sect.9. num.29. Filiuc. tom.1. tract.5. cap.4. num.96. Bonacin. tom.1. disput.4. punct.7. & Trullenchius in praxi sacramentali lib.3. cap.8. dub.9. num.2.* Non est autem imponendum præceptum sub mortali sine gravi fundamento: & nulla videtur esse ratio efficax, quæ probet teneri aliquando in vita sacerdotem missam sub mortali celebrare: nam illa verba Christi Domini, de quibus *Lucæ 22. Hoc facite &c.* quamvis contineant præceptum respectu communitatis Apostolorum, & respectu sacerdotum in communi;

non

non tamen illud continent in singulis sacerdotibus, sicuti communitas religiosa tenetur sub mortali ire ad chorum: tamen tale præceptum non obligat, nisi totam communitatem, non autem singulos religiosos: unde, cum non adsit tale præceptum, sufficit, si sacerdos communicet semel in anno, sicuti in laicis habemus, licèt probabiliorem existimemus eam opinionem, quæ dicit teneri sacerdotem sub mortali celebrare semel in anno, ut benè *Dicastill.* ubi supra *num.*10. Parochum verò dicimus teneri jure divino toties celebrare, quoties fuerit necessarium ad satisfaciendum muneri suo, ut patet ex *Tridentin. sess.*23. *cap.*14. *de reformat.* & docent communiter Doctores cum *Diana part.*2. *tract.*12. *resolut.*26. & *Dicastill. disput.*4. *dub.*1. *num.*11. unde tene-
27 tur missam celebrare omnibus dominicis, & festivis diebus, ut populus missam audiat, *Diana* ubi supra. Huic tamen obligationi celebrandi talibus die-
28 bus satisfacere potest parochus vel per se, vel per alium sacerdotem, ut dicunt Doctores supra citati, *Tolet. lib.*2. *cap.*5. *Sylvester in ver. missa il* 1. §.7. *Navar. Azor.* & alii, quos refert, & sequitur *Trullench. de sacramen. lib.*3. *cap.*8. *dub.*9. & alii apud *Decastill. lib.*4. *de eucharist. dub.*2. *num.*12. Ratio est, quia parochus de jure divino solùm tenetur missam celebrare, ut sui parochiani missam audiant: sed nihil interest, quòd per se, vel per alium adimpleat: nam idem est sacrificium: & populus nullum patitur detrimentum ex eo, quòd illud celebret alius sacerdos, vel parochus: unde, salvo scandalo, & contemptu, non tenetur parochus missam per se ipsum aliqua die celebrare, stando in opinione, quòd sacerdos jure divino, positivo, vel ecclesiastico non teneatur aliqua die in tota vita celebrare. Consulendum
29 tamen parochis, ut singulis quibusque diebus, vel saltem in festivitatibus solemnioribus celebrent, & ad minus ter, vel quater in anno, quia, cum parochiani videant suum parochum nunquam celebrare, possunt suspicare illum manere in malo statu, & ideo non celebrare: & idem consulendum simplici sacerdoti ad tollendum scandalum in populo, qui licèt videret illum communicare more laicorum in paschate, poterit suspicare illum esse irregularem, & ideò non celebrare.

Legatum missarum dicendarum non
30 potest à parocho prætendi, quasi quòd ipse teneatur celebrare, vel celebrari facere per alios sacerdotes: sed spectat liberè ad hæredes, & executores testamentorum, qui possunt vocare clericos sibi benè visos, ut declaravit Sacr. Congregatio apud *Barbos. de offic. paroch. cap.*27. *num.*27. & sic declaravit Urbanus VIII. in sua *bulla* 21. §.1. *tom.*4. *bullar.* sicque edocent *Peyrin. in explic. bull. Leonis X. cap.*4. *num.*7. *P. Antonius à Spiritu Sancto in directorio regular. tract.*2. *dub.*3. *sect.*4. *num.*135. & *in consultat.*38. *num.*6. nec pertinent ad parochum officia, & missæ defunctorum, sed solùm decimæ, & ipse administrare parochianis debet sacramenta, & eos associare ad sepulturas, & facere officium sepulturæ, & tribuere benedictiones nuptiales, ut latè *Moronus resp.*99. *num.*132. & *sequent. Malletus de hierarchia ecclesiastica lib.*3. *tit.*30. §.1. *num.*5.
31 At, si confratres aliqui fecissent ordinem, & stabilimentum, ut nullus alius sacerdos admitteretur ad exequias confratrum, nisi quos hæredes, vel executores admitterent; non esset hoc contra libertatem ecclesiasticam, (quod tamen in Neapolitana Civitate non potest practicari, quia non admittuntur omnes ad exequias, sed certi sacerdotes, quos Fratansarios vocamus, quibusque Fratansiæ conferuntur ab Ordinario) ut de communi probat *P. Antonius à Spiritu Sancto consult.*38. *num.*35. quia per talem ordinationem non violatur immunitas ecclesiastica, vel illius libertas, ut ille ait contra *Fragosium part.* 2. *de repub. christiana lib.*7. *disputat.*19. §.7. *n.*27. quia non dicitur, ut in quocunque loco non admittantur clerici ad exequias, sed dicitur, ut admittantur illi, quos voluerint hæredes, vel executores testamenti, sicuti possunt Ordinarii statuere, ut in exequiis non admittantur, nisi tot religiosi, vel clerici, vel confraternitates, ut sumptus sint moderati, & per hoc non fieret contra libertatem ecclesiasticam, *Abbas in cap. fin. de rebus eccles. non alienand. Cajetan. in summa in verb. excommunicat. cap.*31. *Fragosius* ubi supra *num.*88. *Pater Antonius loc. citat. num.*36.

Contigit quandoque dubitari, cum qui-
32 dam medicus reliquisset ducatos centum annuos pro missa perpetua dicenda à certis quibusdam religiosis, & accessisset hæres ad religiosos prædictos, ut vellent acceptare missam illam eis offerens ducatos annuos quinquaginta (ignorabant enim monachi majorem summam

Digitized by Google

relictam fuisse) atque illi acceptassent onus, & ex residuo hæres fecisset capitale pro dotanda sorore; num id posset legitimo jure fieri: Nos autem respondimus hunc casum aliàs fuisse practicatum in Lusitania, & alibi, & posse fieri id per hæredem, & factum non posse à religiosis impugnari, nec ab aliis, tum quia potest per hæredem retineri talis excessus pecuniæ, præsertim ad dotandam suam sororem, & testatoris consanguineam, sive ad faciendum quod voluerit, *Pellizar. tom.1. tract.6. cap.3. num.23.* ubi ait, quòd, si testator relinquat certam summam excessivam pro tot missis, poterit hæres retinere residuum, si tradat congruum stipendium pro missis dicendis: & quando Sac. Congregatio decidit, non posse sacerdotem distribuentem missas accipere aliquid de stipendio, intelligi debet de sacerdote collectore missarum, non de eo, qui est hæres testatoris, vel executor testamenti, ut benè *Tamburrin. de sacrificio missæ lib.3. cap.1. §.1. num.16. Cotonius controvers. 1. part.1. & lib.3. controvers.5. cap.3. num.65.* licèt contrarium dicat *Pasqualig. de sacrificio missæ quæst.72. num.2. & quæst.71.* sicuti sacerdos hæres, vel executor testamenti, qui accepit tantam pecuniam à testatore ad missas dicendas in certo loco, potest eas facere celebrare in alio loco, ubi minora stipendia recipiuntur, retento sibi residuo, non obstante declaratione Sacræ Congregationis, quia de eo non loquitur: & idem dicendum est de sacerdote, ut benè *P. Anton. consult.41.*

Currit apud sacerdotes pauperes quæ-
33 dam opinio, quòd sacerdotes pauperes, qui vel non habent patrimonium, vel illud habent tenuissimum, & habent parentes alendos, possint accipere plura stipendia missarum, &, exceptis illis, quæ pro alimentis deserviunt pro ipsis, & parentibus, ac filiis, si quos habent, & etiam servis, vel ancillis, possint una missa omnibus satisfacere cum pluribus stipendiis, & hoc etiam post bullam Papæ Urbani VIII. *de celebrat. missarum.* Probant hoc, quia ante decretum Urbani id licebat, ut post alios *Dian. part.1. de celebrat. missar. resolut.8. Urtadus de congrua substentat. sacerdotis in appendice §.12. num.431.* & post decretum Urbani plures dixerunt id esse probabile (secluso decreto Sacræ Congregationis, de quo *Lezana in verb. missa tom.3. n.13.*) *Bordon. resolut.25. quæst.6. tom.1. nu.13.* qui loquitur etiam posito decreto Urbani, *Baguius tom.2. tract.10. quæst.13. Leoncin. de privileg. pauper. part.2. privileg.263. num.5. Thomas Urtadus de congrua substentat. sacerdotum in append. §.12. num.429. Columbus lib.4. de hierarch. cap.62. n.24. Ausonius lib.3. controv.5. cap.2. num.6.* qui explicant, decretum Urbani non loqui de sacerdote paupere, & eorum explicatio non est adhuc ab ecclesia rejecta, nec ut falsa est condemnata, vel ut improbabilis reputata: cum ergo non constet de tali censura, & sacrificium missæ pro pluribus oblatum tantum prosit uni, quantum pluribus juxta suscipientium dispositionem, cum sit universalis applicatio passionis Christi; per consequens potest hoc practicari, tum quia decretum Urbani non facit rem intrinsecè malam, ut non possit aliqua circumstantia excusare, ut est paupertas sacerdotis; tum quia fidelis, qui dat stipendium, ad hunc finem dat, ut scilicet de illo fiat in missa commemoratio per applicationem, & sacerdos habeat congruam substentationem, sed hoc fieri potest etiam pro pluribus stipendiis; tum quia sic confirmatur sacerdos in Christo Domino, qui pro omnibus satisfecit, ut in Evangelio ibi: *Hoc est corpus meum, quod pro vobis tradetur: hic est sanguis meus, qui pro vobis, & pro multis effundetur:* & hoc etiam facit ecclesia applicando illud pro Papa, pro Rege, pro Episcopo, & pro omnibus circumstantibus; unde sacerdos applicando missam pro pluribus eleemosynis à fidelibus oblatis confirmatur in Christi institutione, & nulli offerentium stipendium facit injuriam. Sed contrarium dicendum esse putamus, omnibusque suadendum, tum quia voluntas fidelis, qui dat stipendium pro missa, ea est, ut nullus alius admittatur ad participationem illius missæ, nisi ipse, & admittens alios non facit suum stipendium, & tenetur restituere: & hæc est communis sententia, de qua Doctores citati à *P. Antonio de Spiritu Sancto consult.52.* Cum autem successisset interdum in quodam sacerdote, qui multa stipendia accepit missarum, & missas non celebravit, & habebat, unde restitueret, sed stipendia consumpserat in maritanda sorore propria; ingeniosus quidam potiùs ingeniosè loquendo, quàm verè, dicebat non teneri ad restitutionem ex his, quæ notat *Pater Antonius à Spiritu Sancto consult.53. à num.1. usque ad 13.* Nos tamen diximus, peccasse mortaliter, & teneri ad

restitutionem, ut probant *Pasqualig. de sacrificio missæ quæst.*903. *de Lugo de eucharistia disputat.*21. *sect.*1. *num.*4. *Sanctus Thomas*, & alii apud *Urtad. de congrua subsistentat. in appendic.*1. *num.*300. & constat ex decreto Sacræ Congregationis in §. *deinde*, ibi: *Deinde constat peccare mortaliter, & ad restitutionem teneri*. Verùm *P. Antonius consultat.*53.
34 probat, quòd, si Sacerdos non habeat, unde restituat, & mulier donataria bonorum possit, non tenetur ipsa restituere, quia accepit à vero domino stipendii, neque tenetur ille sacerdos in mortis articulo manifestare sorori suæ maritatç, pecuniam ei traditam esse ex illis stipendiis, ut scilicet ipsa stipendia restituat, quia fama est multò superioris ordinis, quàm pecunia, & præstat bonum nomen magis, quàm divitiæ multæ, *Proverbior.cap.*12. Sed ille sacerdos, de quo loquitur auctor, (ut supponimus) erat in bona fama, & bono nomine, & propterea dicit, eum non teneri suum delictum fateri, vel quomodolibet in gravissimum damnum manifestare, ut soror etiam restituat: imò, etiamsi sacerdos frater declaraverit in testamento, missarum stipendia esse expensa ad maritandam sororem, neque soror cogi posset illa solvere, nisi aliunde concurrant conjecturæ, & indicia, prout nec filius adulterinus potest cogi dimittere hæreditatem ex solo dicto matris confitentis illum esse adulterinum, etiamsi hoc dicat in articulo mortis cum juramento, nisi certas afferat probationes, quibus filius necessariò convincatur: Nemo enim tenetur credere testi fide digno in sui præjudicium, ut post alios *Trullenchius lib.*7. *decalogi cap.*8. *dub.*6. *num.*2. & idem dicendum est de illa muliere, tum quia testis fide dignus, etiamsi sit Cardinalis, de facto proprio deponens in præjudicium tertii non benè probat, *Farinac. tom.*2. *tit.*6. *qu.*63. *nu.*219. & *quæst.*60. *num.*4. Quod limitatur, si dentur aliæ conjecturæ, & probationes: nam tunc datur actio adversus eam fœminam ad restituendam pecuniam in favorem creditorum, etiamsi bona fide receperit, argumento *leg. qui autem, & l.*4. *ff. quæ in fraud. credit.* de qua re agit *P. Anton. à Spiritu Sancto consultat.*53. *in fine*.

Tempore revolutionum hujus Civitatis, & Regni, in hac Civitate erant facta quædam munimenta, vulgò *trinciere* in qualibet parte principali Civitatis. Oc-
35 currit, quòd in planitie S. Martini aderat ex parte nobilium capella, ex parte verò populi dicta *trinciera*. Quidam gubernator armorum pro populo in die festivo voluit accedere pro missa audienda ad partes inimicorum, & illi milites hac occasione ad partem contrariam iverunt. Fuit per hoc factum bannum, ut nullus sub prætextu videndi missam relinqueret locum suum. Fuit quæsitum, an in munimentis illis lapidibus, vel lignaminibus manu factis liceret celebrare, & responderunt plures consulti posse, omni modo meliori accommodato loco honesto, celebrari ex text. *in cap. sicut de consecrat. distinct.*1. ubi dicitur, necessitatem non carendi sacrificio missæ sufficere, ut quilibet sacerdos possit in prædictis locis missam celebrare, ut ibi missam fideles habeant, non obstante *Trident.* decreto *sess.*22. *cap. de evitandis in celebratione missarum.* Ità *Henriq. Urtad. de Lugo*, *Suarez*, & alii, quos refert, & sequitur *Leander de sacrament. tract.*8. *quæst.*16. neque requiritur ad hoc licentia Ordinarii: sufficit enim necessitas. Quod multò magis procedit in sacerdotibus religiosis ex bulla Gregorii XIV. de qua *P. Antonius de Spiritu Sancto in direct. regular. par.*1. *tract.*2. *disput.*4. *sect.*1. *num.*167. qui religiosi habent facultatem, habendi altare portatile, idem *P. Anton. part.*1. *direct. tract.*2. *disput.*2. *sect.*4. *num.*74. & per communicationem hoc privilegium habent cæteri religiosi. Tridentino ergo non obstante, poterat ibi celebrari, quia Tridentinum non loquitur in casu necessitatis militum, ut erat in casu proposito: & ita in Lusitania fuisse etiam factum dicit idem *P. Anton. dict. consult.*55.

Si fiat breve pro altari privilegia-
36 to ad missas in aliqua ecclesia celebrandas pro defunctis, & fiat altaris designatio à vicario, vel à superiore, si sit ecclesia regularium, altare semel designatum posset de uno ad alterum locum à prælato regulari mutari, aliudve altare eligi, tum quia facultas ad aliquid faciendum non intelligitur expirare per primum actum, sed toties viget, quoties opus fuerit, tum quia privilegium est ad designandum unum altare indefinitè, & uno electo, poterit alterum eligi, ut benè *P. Petrus ab Angelis* Carmelita discalceatus *de privilegiis in communi disput.*7. *sect.*10. *num.*12. atque ideo licentia concessa Episcopo ad testandum intelligitur non pro una vice, sed extenditur ad ultimum testamentum, *Ro-*

ta

Digitized by Google

ta Rom. apud Gonzal. de mensibus glos. 1. num. 19. Ampliatur, etiamsi dicatur in privilegio, quòd semel tantùm possit designari tale altare, quia, si intelligeretur quoad primum tantùm actum, non esset illud perpetuum, & dictio *semel* non ponitur taxativè, sed designativè: & sic superior regularis, vel prior localis potest transferre, ut benè *Petrus ab Angelis* ubi supra *num.* 12. non tamen poterit alter inferior, *P. Ant. à Spiritu Sancto consultat.* 8. *per totam*.

Inter regulares, ubi sunt statuta, & 37 ordinationes, ut, cum moritur religiosus, dicat unusquisque unam, vel duas, vel tres missas pro anima illius, non peccant religiosi illas non dicendo, quia non intelligitur, nec pro præcepto habetur tale statutum, *Marchinus de ordine parte* 2. *tract.* 3. *cap.* 17. *Thomas Urtad. tract.* 12. *de obligat. sacerdotum cap.* 4. *resolut.* 17. *num.* 383. & *sequent. Diana part.* 10. *tract.* 15. *resolut.* 43. *Leander tom.* 2. *tract.* 8. *dub.* 4. *quæst.* 15. *Pater Anton. à Spiritu Sancto consult.* 98.

Prælatus, qui non facit dicere mis- 38 sas pro animabus suorum defunctorum religiosorum, sed accipit eleemosynas ab aliis, & applicat missas suorum religiosorum, quas pro suis defunctis religiosis tenebatur applicare facere, peccat mortaliter, & tenetur ad restitutionem, præcisa ignorantia. Ita *Bossius de conscientia parte* 2. *tit.* 1. §. 25. *num.* 212. & 414. *Ludovicus à Sancto Raymundo in tractatibus variis parte* 2. *tract.* 13. *n.* 129. 39 quia Prælatus tenetur facere dicere missas pro animabus suorum religiosorum, nec potest accipere stipendia pro illis: & quamvis religiosi non peccent non dicendo tales missas, non ideo excusantur Prælati superiores: nam subditi, si lex, vel constitutio aliquid præcipiens non obliget ad mortale, illam non adimplentes non peccant: sed Prælati ex officio suo habent hanc necessitatem mandandi religiosis id, quod constitutio, & regula præcipit: de qua re agit *P. Antonius dicta consultat.* 98. *per tot.*

Privilegium viget in Regno Valen- 40 tiæ, cujus vigore regulares dicere possunt tres missas, & seculares duas in die commemorationis defunctorum, & hoc privilegium à Pontifice fuit concessum Patribus S. Dominici, testibus *Lesma parte* 1. *de eucharistia cap.* 19. *dub.* 5. *concluf.* 6. *de Lugo de sacrament. eucharist. disput.* 1. *sect.* 1. *num.* 42. *Leandro de sacrament. eucharist. disput.* 5. *quæst.* 4. & *Gabriele Henego de sacrificio missæ part.* 2. *dub.* 22. *sect.* 2. *num.* 2. & *parte* 3. *dub.* 18. *sect.* 21. *num.* 32. Tenent aliqui, quòd habeant ejusmodi privilegium etiam alii religiosi extra Regnum Valentiæ; alii, quòd non: de qua re agunt *Lesma dict. concluf.* 6. *Rodriquez in summa tom.* 1. *cap.* 147. *concluf.* 5. *Cardin. de Lugo de euchar. disputat.* 1. *sect.* 2. *num.* 43. *Leander tom.* 2. *tract.* 8. *disput.* 5. *quæst.* 4. *Marcus Hurtos de sacrificio missæ quæst.* 13. *Henag. parte* 2. *disput.* 22. *sect.* 2. *num.* 20. *Trullenc. lib.* 3. *de sacrament. cap.* 8. *dub.* 10. *Garzia tract.* 3. *de excellentia sacerdotis difficultate* 2. & communiter alii apud *P. Ant. à Spiritu Sancto consult.* 101. *num.* 18. qui *num.* 48. refert alios pro negativa sententia: & aliqui dixerunt, quòd auctoritate ordinariorum talis consuetudo fundata in privilegio prædicto possit transferri de Regno Valentiæ ad Regnum Lusitaniæ.

Curiosam habuimus quæstionem, an 41 possit provincialis religionis dare licentiam suo subdito podagra laboranti, ut celebret sedendo, quod nobis dixit quidam regularis se impetrasse à suo provinciali: quam quidem quæstionem tetigit *P. Antonius à Spiritu Sancto consult.* 102. & de Prælato regulari loquens ait, nullum Prælatum regularem posse dispensare, ut subditus podagra laborans celebret sedendo, quia taliter celebrans deberet dimittere plures ceremonias necessarias in missæ sacrificio, idest genuflexiones, conversiones ad populum, assistentiam in cornu epistolæ, & evangelii: & nullus Prælatus regularis potest dispensare cum suis subditis, ut celebrent sine talibus solemnitatibus: quod probatur ex *Trident. sess.* 7. *can.* 17. & *sess.* 22. *in decret. de observandis, & vitandis in celebrat. missarum*, & patet in principio missalis. Confirmatur hoc ipsum, quia Prælatus regularis non potest dispensare cum suo subdito, ut celebret, si careat police, *Lezana part.* 3. *in mare magno fratr. minorum numer.* 43. *Candidus tom.* 1. *disputat.* 24. *dub.* 7. *tract.* 6. *Pater Antonius à Spiritu Sancto in director. confessar. pag.* 2. *tract.* 13. *dub.* 21. Neque cum eo, qui est omninò cœcus, potest dispensare, ut cum multis in suo directorio dicit *Pater Antonius*: unde nec etiam poterit dispensare cum subdito, qui non potest celebrare nisi sedendo: ideo namque non potest dispensare cum eo, qui caret police, quia talis sacerdos carens police non potest accipere ho-

Digitized by Google

hostiam inter policem : & quamvis aliis digitis possit accipere ; tamen, quia caret police, non potest dispensari, ut benè *Diana part.* 10. *tract.* 16. *resolut.* 66. *Aversa quæst.* 10. *sect.* 6. *Franciscus de Lugo lib.* 4. *cap.* 12. *quæst.* 24. *num.* 8. *Bonacina disputat.* 4. *qu.* 2. *punct.* 2. *n.* 10. Sed sacerdos celebrans sedendo non potest multas facere cæremonias, quarum defectus est magis scandalosus, & admirabilis videntibus, quàm non accipere hostiam inter indicem, & policem : & quamvis Prælatus regularis posset aliàs dispensare cum suis subditis corpore vitiatis, ut ex *Castro Palao*, *Pellizario*, & aliis, docet *P. Anton. consultat.* 102. & *in suo director. part.* 2. *tract.* 13. *dubio* 2. *num.* 62. id tamen locum obtinet, si sint defectus parùm scandalosi : sed si sint nimis scandalosi, non posset, ut in patiente morbum caducum, in cæco, vel cum eo, cui deest polex : & potest dispensare, quando defectus non impediunt totaliter exercitium ordinis, secus si totaliter, quia non poterit dispensare, ut probant DD. citati. Præterea etsi possit Prælatus regularis dispensare suo subdito, ut possit celebrare cum baculo, vel cum pede ligneo, ut communiter tradunt DD. cum *P. Anton. in direct. confessarior. loco citato num.* 85. qui allegat *Dianam*, *de Lugo*, & alios ; non tamen poterit dispensare cum subdito, ut celebret sedendo : nam differentia est inter unum, & alterum casum : celebrans quippe cum uno pede ligneo ambulat, & potest genuflectere, vel saltem profundè inclinare corpus : sed qui sedet, non potest moveri à loco, non genuflectere, nec ambulare à cornu epistolæ ad cornu evangelii, nec verti ad populum. Imo nec Papam posse in tali casu dispensare probat *Laurentius Espin.* discalceatus Carmelita *consult.* 10. *num.* 974. tum quia de jure naturali, & divino est ; tum quia nusquam legitur taliter dispensatum cum Cardinalibus ; tum quia celebratio missæ non est tantæ necessitatis, ut non possit aliunde suppleri necessitas, & fervor fidelium per communionem, tum quia Pontifex non potest dispensare cum eo, qui non potest habere aliam sortem, nisi jacentem. Sed contraria opinio est verior, posse Papam super hoc dispensare, ut possit sacerdos celebrare sedendo, si detur justa causa : nam habemus etiam Christum Dominum discumbentem celebrasse hoc sacrificium, ut patet ex *Joan.* ibi : *Surgit à cœna* : quod verbum *surgit* supponit anteà sedere : & patet etiam ex illis verbis : *Himno dicto recumbens cum fratribus* : major autem est irreverentia celebrare capite operto, quàm sedendo : & sacerdos potest de licentia Papæ celebrare capite cooperto, quamvis capitis nudatio sit signum subjectionis erga Deum, prout habetur *in epist.* 1. *ad Corinthios cap.* 11. & honor est longè majus loqui cum capite cooperto, quàm sedendo. Quòd verò non possit celebrari cum pileo parvo sine licentia Sacræ Congregationis ex præscripto Urbani VIII. probant *Henag. part.* 1. *disputat.* 27. *sect.* 24. *Scorzia lib.* 3. *cap.* 4. *de Lugo lib.* 5. *cap.* 8. *qu.* 6. *num.* 29. & sicuti Pontifex potest dispensare, ut sacerdos celebret capite cooperto, ita etiam, quòd celebret sedendo : & multi Summi Pontifices celebrarunt sedendo. Honorius IV. taliter celebravit, quia ægritudo ei abstulit ossa pedum, & manuum. Pius III. idem fecit ob cruris vulnus, *Henag. parte* 1. *disputat.* 28. *sect.* 35. *num.* 606. Sic Pontifex potest dispensare cum omnino cæco, ut celebret, ut de communi probat *P. Anton. in director. confessarior. parte* 2. *tract.* 13. *dub.* 2. *num.* 63. nam per manum alterius potest elevare, frangere, & sumere, atquè etiam poterit dispensare cum carente pedibus, ut sedendo celebret, quia non apparet major ratio : Ut autem S. Pontifex dispenset cum sacerdote, ut sedendo celebret, requiritur causa gravissima, & ad publicum bonum pertinens ut si in aliquo Regno non esset, nisi, unus tantùm Episcopus, nec Papa vellet alium dare ob aliquam justam causam, ut contigit Lusitaniæ per spatium annorum septem & viginti, quia, dato tali casu, si Episcopus non posset ordinare, posset Papa dispensare, ut celebret Episcopus sedendo, teste *P. Ant. consult.* 102. *num.* 60. ob aliam verò quamcunque devotionem privatam non posse Pontificem dispensare docent DD. ubi supra.

42 Non potest capellanus assumptus ad missas dicendas aliquando vacare, nec etiam ob honestam recreationem, nisi aliter fundator dixerit, vel testator disposuerit in legato missarum, nec conceditur à missa vacatio per diem in hebdomada, nisi ob honestatem, & reverentiam erga sacrificium, *c. significatum de præbend. Fraffinellus de obligationibus sacerdotis sect.* 4. §. 3. *Franc. de Lugo de sacram. lib.* 5. *c.* 11. *quæst.* 6. *num.* 64. *Bonacina disputat.* 4. *de sacrament. quæst. ultima punct.* 7. §. 2. *num.* 16. qui refert Concilium Provinciale Mediolanense Dioecesanum : quod tamen non habet vim

Digitized by Google

vim extra Diœcesim, vel Provinciam. Alii tamen dicunt, eum posse vacare per unam diem in hebdomada etiam causa recreationis: Ità *Leand. de Sacram. tract. 8. disput. 5. quæst. 17.* qui dicit posse vacare etiam recreationis causa: & de communi id probat *Marchinus de ordine tract. 3. part. 2. cap. 23. num. 3.* & pluribus in locis ità servari dixit *Diana par. 11. tract. 14. resolut. 32.* Sed concludunt omnes, sacerdotem posse de consuetudine quacumque hebdomada vacare per unam diem, sive ob honestatem, sive ob reverentiam, sive ob recreationem ad sui electionem.

Capellanus obligatus celebrare missam
43 de Sancta Maria, vel de requie, non potest aliam dicere, nisi ex causa, qualis erit, si incidat alicujus Sancti solemnitas, de quo celebretur officium, quia tunc debet missam illius Sancti celebrare, ut post alios *Dian. parte 2. tract. de celebrat. missar. resolut. 31. Barbos. allegat. 24. num. 32. de potestat. Episcopi*, & male faceret, si missas celebraret in alia Ecclesia contra voluntatem fundatoris, vel testatoris, *Dian. ubi supr. resolut. 29. Barbos. in dict. cap. significatum. de præbend.* Quòd si Capellanus sit infirmus, excusatur, si non celebret per aliquot dies in mense, nec tenetur per alium sacerdotem supplere: & putant aliqui excusari, si per unum, vel duos menses non celebret in anno. Alii dicunt excusari, si non celebret per octo, vel decem dies in anno, ut post alios *Barbosa in dict. cap. significatum*. Quòd autem sacerdos, ut diximus, juxta consuetu-
44 dinem possit vacare per unam diem in hebdomada, probatur per text. in dicto c. *significatum* in illis verbis: *Salva honestate*; ubi ponderat *Barbos. num. 9.* quòd, si sacerdos obligetur quotidie celebrare; verbum *quotidie* sumitur pro frequentia: unde concludit, quòd potest, salva sua honestate, & debita reverentia sacrificii, vacare per diem in hebdomada, quia statutum, vel pactum, quòd sacerdos quotidiè celebret missam, non ità strictè est intelligendum, ut singulis diebus, & semper celebret de illo Sancto absque alia intermissione; sed habere debet hanc interpretationem, ut illam celebret, quantò frequentius poterit, salva honestate, & devotione, prout consuetudo declarat, ut canonistæ communiter per illum text. ostendunt in *dict. cap. significatum*, ubi *Fagnan. num. 8.* & hoc verum est, etiamsi dicatur, ut sacerdos celebret quotidiè per se ipsum, quia id intelligi debet similiter cum aliqua vacatione ex consuetudine permissa, & jure approbante, ut benè *Fagnan. in dict. cap. significatum. num. 8. & 12. & num. 14. & sequentibus*, ubi concludit, missarum numerum, servata forma Concilii Tridentini, non posse diminui ab Episcopo, sed à Sede Apostolica, si fructus diminuantur. Posita autem consuetudine à jure approbata, vacare posset Ca-
45 pellanus semel in hebdomada non solùm ob honestatem intervenientem, & reverentiam sacrificii, sed etiã ob recreationẽ, ut latè *Pasqual. de sacrif. missæ. q. 1128.*

Capellanus obligatus quotidie ad celebrandum potest aliquando in anno pro se, vel pro conjunctis celebrare, vel pro constitutis in aliqua necessitate, ut dicunt *Naldus in verb. missa num. 7. Marchinus de ordine tract. 3. pag. 23. Homobonus tom. 3. tract. 14. cap. 1. quæst. 2. resol. 2. & in consiliis lib. 7. respons. 52. tom. 2. Alphonsus de Leone de jubilæo part. 3. quæst. 20. num. 22. Diana part. 4. tract. 2. resolut. 86. & part. 5. tract. 5. resolut. 23. Franciscus de Lugo de sacrament. lib. 5. cap. 11. quæst. 6. num. 7. Aversa quæst. 11. de eucharist. sect. 18. Machedus de perfect. confessar. tom. 1. lib. 4. part. 1. tract. 12. document. 14. Leand. de sacrament. tract. 8. disputat. 5. quæst. 16.* & etiam sola auctoritate extrinseca probabilis est præfata opinio, quia eam tenent plures Doctores, qui laudabiliter in rebus moralibus scripserunt, ut benè *Pasqualigus q. 1129.* atque obligatio celebrandi quotidie acci-pienda est secundùm notabilem, & verisimilem mentem imponentis, quia, cum verba inserviant menti, & non mens verbis, debent verba accipi juxta mentem, prout de ipsis constat per extrinsecas conjecturas, *l. semper in stipulat. ff. de regul. jur. Castrens. cons. 148. vol. 5. Bertazol. cons. 5. num. 10. Oldrad. cons. 9. Jason cons. 140. lib. 2. Frideric. de Senis cons. 4. num. 5.* Mens autem fundatoris redacta ad terminos rationabiles non videtur velle ità sacerdotem obligare, ut non possit pro sua, aut conjunctorum necessitate, aliquando celebrare, qui si de hoc fuisset interrogatus, verisimile est, quòd annuisset, quia ita postulat omnis æquitas, cui inniti debet omnis dispositio: ergo, cum id censeatur dispositum, quod, si disponens fuisset interrogatus, verisimiliter respondisset, *l. Titius §. Lucius ff. de liber. & posthum.* post alios *Joseph Ludovicus conclus. 301. num. 3.* dicendum est, quòd fundator capellaniæ, vel relinquens legatum pro celebratione missarum, in sua dispositione admiserit hanc interpretationem,

quòd

quòd aliquando possit capellanus pro se, aut sibi conjunctis celebrare, si essent illi in aliqua necessitate. Circa verò dies discrepant Doctores, quorum aliqui putant id licere per tres, aut quatuor dies in anno: alii dicunt, quòd, si in anno occurrant plures necessitates, poterit per plures dies dicere missas, *Pasqualig.* ubi supra *conclus.* 1129.

46 In casu verò, quo capellanus accipit vacantiam, poterit celebrare pro se, vel pro alio, etiam accipiendo stipendium, *Aversa sect.* 18. *Urtadus disp. resolut.* 7. *num.* 28. quia obligatio celebrandi est ad totam hebdomadam secundùm terminos juris, & consuetudinis: sed ità est lex, & consuetudo vacandi pro una die pro qualibet hebdomada, & ideo licebit per talem diem vacare, & poterit celebrare pro se, vel pro aliis, & stipendium accipere, ut benè *Pasqualig. quæst.* 1113. quia obligatus quotidiè non excluditur à vacantia per dies in mense: nam dictio *quotidie* non importat omnes, & singulos dies, sed quantò frequentiùs fieri potest, *dict. cap. significatum de pr bend.* unde poterit semel in hebdomada vacare juxta communem interpretationem Doctorum, & observantiam subsequutam, quæ declarat obligationes fundatoris: unde non fit, quòd, si in die vacationis celebret, teneatur celebrare pro fundatore, ut benè *Pasqualig. qu.* 1130. *n.* 22.

Difficultas verò est, utrùm, si capellanus sit obligatus celebrare certis diebus in hebdomada, possit variare, puta, si sit obligatus in die sabbati, possit alia die variando celebrare: Nos autem 47 dicimus, quòd duplici modo possunt dies determinari in fundatione; vel in legato capellaniæ: primo modo, si dicatur: Volo, ut celebret capellanus ter in hebdomada; secundo modo, si dicatur: Volo, ut celebret in die mercurii, veneris, & sabbati. Si primo modo fundator, vel testator determinet dies, poterit capellanus variare, & si nō celebravit die mercurii, poterit alio die celebrare. Si verò celebratio est affixa determinatis diebus, non potest capellanus variare, & aliis diebus celebrare. Ità *Card. de Lugo de eucharist. disput.* 21. *num.* 43. *Aversa quæst.* 11. *de eucharist. sect.* 18. *Dicastil. de sacrament. tract.* 5. *disputat.* 4. *dub.* 2. *num.* 409. *Franciscus de Lugo lib.* 5. *de sacrament. cap.* 11. *quæst.* 6. *num.* 6. quia fundator potuit legem imponere, quam voluit, argum. *l.* 1. §. *conveniat ff. depositi*, *l. legem ff. de pactis*, *l. legem Cod. de donat.*

& potuit præfigere dies: & capellanus acceptans capellaniam, vel onus prædictum, tenetur diebus taxatis celebrare: & si alio die celebret, putat *de Lugo* non peccare capellanum, quia levis est materia. *Aversa* verò ait esse peccatum mortale, si tales dies sint restricti propter publicum commodum, vel certum cultum. *Pasqualig.* autem docet, quòd, si talis mutatio fiat de raro, tunc, sive celebratio sit ob diem festum, sive ex alia causa, non esset peccatum mortale ob parvitatem materiæ: sed si esset frequens, mortale peccatum esset. Si verò celebratio sit præcepta in die festo; tunc, si in ecclesia essent aliæ missæ celebrandæ, ob parvitatem materiæ, quia non esset id populo damnosum, non esset peccatum mortale: sed si unica esset missa celebranda, tunc ob incommodum populi esset mortale peccatum.

Obligatio verò celebrandi quotidiè 48 cessaret, si adesset impedimentum ecclesiasticum, ut cessatio à divinis, interdictum generale, vel speciale, quia tunc non tenetur quisquam celebrare, & cessat talis obligatio celebrandi quotidiè, *Cardin. de Lugo disput.* 20. *de sacram. eucharist. sect.* 2. *num.* 81. *Franciscus de Lugo lib.* 5. *de sacrament. cap.* 11. *qu.* 6. *num.* 61. *Aversa de eucharist. quæst.* 11. *sect.* 18. *Pasqualig. quæst.* 1132. quia obligatio celebrandi quotidiè accipienda est in terminis habilibus, hoc est, quando ecclesia concedit celebrare: nec potest quis obligari, vel cogi ad celebrandum, quando ecclesia permittit posse non celebrari: & sic obligatus celebrare quotidiè, non tenetur in tribus diebus majoris hebdomadæ celebrare: etenim de feria sexta constat, quòd non sit obligatus, quia non est missa: de feria quinta, & sabbato, licèt aliqui dicant, posse sacerdotem celebrare; tamen non solet ex consuetudine ecclesiæ: & obligatio sumi debet secundùm consuetudinem ecclesiæ, quia consuetudo interpretatur legem, *l. si de interpretatione ff. de legibus*, *cap. fin. de consuetud.* Quòd si celebret diebus majoris hebdomadæ, scilicet die jovis, & sabbati, quæstio est, an teneatur offerre pro testatore. Affirmat *de Lugo* ubi suprà. *Pasqualig.* verò *dict. quæst.* 1132. *num.* 3. dicit, non teneri celebrare pro fundatore, quia obligatio intelligitur, prout cantat obligatio ecclesiæ.

Ille autem, qui quotidiè celebrare 49 tenetur, si tempore interdicti non celebret, non tenetur supplere missas, quas tempore interdicti non celebravit, quia

Digitized by Google

obligatio supplendi oritur ex voluntaria omissione, & censetur quis adimplere obligationem suam, si illam non adimpleat non ex voluntate, *l. jure civili ff. de condit. & demonstrat. Mantic. lib. 11. de conjectur. tit 16. num. 16. Peregrin. de fideicom. ff art. 16. num. 22. Merlin. decis. 366. num. 13.* & ideo, quando vacat non voluntariè, non tenetur supplere, *Pasqual. g.* ubi supra *num. 4.* At si capellanus egrediatur à loco interdicto, non
50 poterit celebrare, pro quo voluerit, sed tenebitur celebrare pro testatore, & non poterit egredi ad hunc finem, ut non celebret pro illo, quia interdictum prædictum ponit solum impedimentum extrinsecum, non autem tollit obligationem, quæ, cum sit personalis, sequitur personam, *l. prima §. illud ff. quorum legator. l. final. §. final. ff. de contrahend. emption.*

Prætereà is, qui obligatur quotidie
51 celebrare, non tenetur in die Nativitatis Domini tres missas applicare, quia per unicam tantùm missam implet obligationem suam. Ità *Fraxinel. de obligat. sacerd. sect. 4. conclus. 4. §. 21. Dian. par. 4. tract. 4. resolut. 86. Aversa dict. quæst. 11. sect. 18. Francisc. de Lugo lib. 5. de sacrament. cap. 11. quæst. 6. num. 63. Pasqualig. quæst. 1132. num. 1.* Ratio est, quia obligatio celebrandi quotidie sufficienter impletur per celebrationem unius missæ, & nihil aliud potuit testator præcipere: unde, cum celebratio trium missarum in die Nativitatis Domini sit ex privilegio introductum, poterit sacerdos non uti tali privilegio, & si uti velit, poterit uti in beneficium proprium, aut cujus voluerit

Quòd si capellanus habeat obligatio-
52 nem celebrandi quotidie, putat *Fraxinell. sect. 4. conclus. 4. §. 21.* quòd etiam sit obligatus celebrare in die commemorationis omnium fidelium defunctorum. Sed contrarium dicit *de Leon. de jubilæo part. 3. num. 21. in fine, & de officio capellani quæst. 7. sect. 9. num. 55.* non adesse scilicet obligationem celebrandi in die commemorationis omnium defunctorum pro illis omnibus, quia de tali institutione celebrandi pro omnibus defunctis non adest in ecclesia aliqua ordinatio: & licèt ecclesia instituerit missam pro omnibus defunctis in illa die specialiter dicendam; tamen instituit pro illis, qui uti voluerint, & poterunt pro uno defuncto applicare: & sic in die commemorationis omnium defunctorum cessat obligatio capellani quotidiani, ut benè *de Leon.* ubi suprà, *Diana part. 4. tractat. 4. resolut. 166. & Aversa quæst. 11. sect. 18.* qui dicit posse pro illo die capellanum celebrare pro aliquo defuncto particulari, vel pro omnibus: sed subdit *Aversa*, conveniens esse, ut se conformet ecclesiæ, & celebret pro omnibus, *Fraxinell. §. 22. Franciscus de Lugo num. 64. & 69.* ubi dicit, hanc non esse obligationem rigorosam, sed congruentem. Alii tamen putant cum *Pasqualigo quæst. 1134.* obligationem capellaniæ quotidianæ non cessare in die commemorationis omnium defunctorum, quia non est dies exemptus à testatore, neque à consuetudine: & sufficiens est, quòd voluerit testator capellanum debere celebrare pro omnibus defunctis in communi, vel pro aliquo particulari; & sic putant isti Doctores, quòd obligatus ad celebrandum non potest in die defunctorum celebrare pro se, aut alio vivente, aut defuncto ad se non pertinente, nisi sumat illum diem provacatione: & hæc opinio est probabilior.

Sed quid, si obligatio celebrandi quo-
53 tidie sit imposita communitati, an possit accipi missa franca pro una die in hebdomada eodem modo, ac si esset imposita capellano? Hic autem supponimus, quòd obligatio missæ quotidia-
54 næ possit imponi alicui Capitulo collegiatæ ecclesiæ, aut communitati religiosorum, ità ut ab illis collegialiter onus acceptetur. Prima opinio est *Aversæ* ubi supra, qui dicit, in tali casu suppleri debere per unum, vel per alium, quia, cum sit obligatio communitatis, à toto corpore debetur, vel in solidum ab omnibus, & singulis obligatis: sed pro vera negotii cognitione putamus cum *Pasqualigo quæst. 1135.* distinguendos esse duos casus. Primus casus est, quando collegium retinet penès se obligationem, & veluti executorem se constituit illius, qui missam quotidianam fundavit: & hoc casu non sunt capiendæ vacationes quacunque ex causa, quia cessant motiva, de quibus supra, quia illa oriuntur ex persona, quæ est singulariter obligata, ut infirmitas, impedimentum, requies &c. eaque posset accipere vacantiam, ut celebret pro se, vel pro conjunctis: nam esset nimis onerosa obligatio, nisi acciperetur aliqua vacantia: sed talia motiva cessant, quando obligatio est penès totam communitatem: imò communitas, cum sit persona ficta, nec per se ipsam possit celebrare, retinet tantùm obli-

Digitized by Google

obligationem exequendi voluntatem testatoris, & faciendi missas celebrare, tanquam si essent manuales: & tot sunt dicendæ, quot sunt præscriptæ, ut benè *Pasqualig.* ubi supra *num.* 2. Secundus casus est, quando obligatio imponitur communitati, collegio, vel alteri corpori, à qua communitate non dicuntur missæ, sed ea debet eligere capellanum amovibilem, in quem transferat obligationem celebrandi, & tunc capellanus habebit easdem vacationes, quas habent cæteri, nec tenebitur communitas supplere, quando ipse vacat, sicuti, vacante substituto, non tenetur capellanus supplere. Neque obstat declaratio Sacræ Congregationis Episcoporum, & Regularium diei 24. Martii 1627. ubi dicitur, obligatum quotidie celebrare per se, si legitimè impediatur, teneri per alium supplere, quia non procedit, quando de jure, consuetudine, aut præsumpta voluntate fundatoris, vel testatoris vacat, sed quando aliàs tenetur celebrare, & ob impedimentum non potest.
55 Ratio est, quia, stante deputatione capellani, communitas transfert in ipsum onus, & obligationem celebrandi, & capellanus assumit tale onus, & constituitur verus debitor in ordine ad adimplendam voluntatem fundatoris, vel testatoris: unde, cum obligatio fiat propria, & personalis capellani deputati, sicuti remanet ipse personaliter obligatus; ità etiam fruitur vacantiis, quibus fruuntur alii capellani. Sed
56 quæstio est, an communitas, cui est impositum onus celebrandi missas quotidianas, possit deputare capellanum pro celebratione. Nos hic distinguendos esse duos casus opinamur. Primus est, quando verba disponentis sunt relata ad personas communitatis, puta monasteriis, ut celebrent missas, & tunc, quia non habent jura capellaniæ in se translata, proinde nec in alium transferre possunt: sed si onus acceptaverit communitas, debet se gerere tanquam procurator, vel executor voluntatis defuncti, procurando celebrationem missarum quotidianarum, tanquam manualis administrator: & tanquam mandatarius exequi debet mandatum. Si itaque executio nomine mandantis fit, non poterit alium eligere, ad notata per *Roman. cons.* 91. & consequenter non poterit, nisi manuali modo missas celebrare facere. Alter casus est, quando onus celebrandi committitur ipsi communitati, & tunc poterit eligere capellanum, in quem transferatur celebratio, quia tunc obligatio celebrandi est personalis collata in personam fictam, qualis est communitas, & non referuntur verba ad personas communitatis, ut benè *Fusc. de visitat. cap.* 22. *num.* 3. *Alphonsus de Leone de officio capellani quæst.* 3. *sect.* 2. *num.* 12. & *de capellaniis* loco supra citato: Illi autem capellano onus celebrandi missam quotidiè in capella, vel in tali altari, onus censetur impositum, *Zerol. in verb. beneficiatus*: cum autem apud communitatem sint omnia jura capellaniæ, poterit communitas in alium transferre, & constituere capellanum amovibilem, qui vacet in hoc onere, & sit capellanus non collativus, qui tamen non poterit eligere substitutum, sicuti poterit eligere ille capellanus, qui habet à testatore onus celebrandi, ut in primo casu, de quo supra: sed iste, de quo in hoc secundo casu, se habet, ut substitutus capellani, seù illius, qui habebat capellaniam, ut benè *Pasqualig. ubi supra num.* 5. ubi subdit *n.* 7. apud religionem Theatinorum adesse facultatem constituendi capellanos, in quos transfertur onus missarum perpetuarum, ut fit Neapoli in ecclesia S. Pauli, in qua pro Duce Caivani eliguntur sacerdotes regulares pro capellanis ad effectum satisfaciendi pro missis quotidianis.

Ille verò, qui est obligatus à funda-
57 tore, vel testatore ad celebrandum in aliquibus diebus hebdomadæ, an possit celebrare in diebus feriatis, quæstio est. Nos autem dicimus, quòd, si quis sit obligatus celebrare aliquoties in hebdomada, satisfacit, si celebret in diebus feriatis, nisi aliquid obstet: posito enim, quòd testator non designavit certos dies, poterit in quocumque celebrare, *Bonac. disputat.* 4. *de sacram. quæst. ultima punct.* 7. §. 6. *num.* 5. *Franciscus de Lugo de sacrament. lib.* 5. *cap.* 17. *quæst.* 6. *num.* 5. *Dicastill. de sacrament. tract.* 5. *disputat.* 4. *dub.* 21. *num.* 8. Verùm, si in loco capellaniæ nullum aliud sacrificium offeratur, tunc tenetur celebrare in diebus festivis, quia ex hac circumstantia præsumi potest, quòd fundator voluit prospicere commodo publico, ut possint fideles satisfacere præcepto audiendi missam, prout obligatio celebrandi die festivo solùm est, quando consideratur affectus ad populum pro audienda missa: & dies festivus intelligitur de præcepto, *Pasqualig.*

Digitized by Google

quæst. 1137. & si capellanus non possit celebrare, poterit ipse substitutum deputare, *Dian. parte* 4. *tract.* 4. *resolut.* 87. nisi testator aliter disposuerit, *Pasqual. quæst.* 1138.

58 Quædam peccata remitti in futuro seculo per missas, orationes, & suffragia ecclesiæ, probant *D. August. lib.* 21. *de civit. Dei*, *Divus Gregorius lib.* 4. *dialogorum cap.* 29. *Divus Bernard. homil.* 66. *in cantica*: idque etiam constitutum legimus in *Concil. Bracaren. prim. cap.* 39. ubi jubet dividi inter clericos oblationes factas, *ut oretur pro defunctis*, & in *Concil. Cabilonen.* ibi: *Visum est præterea, ut in omnibus missarum solemnibus pro spiritibus defunctorum loco competenti in ecclesia ad Dominum deprecetur*; & in aliis etiam Conciliis generalibus, ut in *Lateranen.* sub Innocent. III. *cap.* 66. in *Florentin. sess. ultima in decret. de purgator.* idque unanimiter adseruere *Ledesm. in summ. conscient. part.* 1. *de sacrament. eucharist. cap.* 17. *conclus.* 21. *Facundez in quinque eccles. præcept. præcept.* 1. *lib.* 3. *cap.* 11. *num.* 3. *cum seq.*

Summam verò, atque infinitam, quæ 59 nec percipi, nec dicendo consequi potest, virtutem, indulgentiamque redolet sacrosanctum, de quo agimus, missæ sacrificium, ut probat *Sanctus Thomas in* 3. *part. quæst.* 79. *artic.* 5. ibi: *Hanc oblationem ex sui quantitate sufficientem esse ad satisfaciendum pro omni pœna, quia ut sic est valoris infiniti.* Et *Card. Cajetan. tom.* 2. *opuscular. tractat.* 3. *vers. sacrificium igitur* probè inquit; *Missæ sacrificium, sive opus operatum absolutè est immolatio Jesu Christi, & res oblata est Jesus Christus, & quantitas hujus sacrificii est infinita, adeo ut sit impetrativum meritorium, & satisfactivum infinitè, unde effectus ejus est infinitus, sicut passionis Christi: est enim Deo acceptius, quàm sint exosi omnes peccatores.* Qui autem defunctorum animas eo audet fraudare sacrificio, in grave labitur crimen, & sacrilegium perpetrat iniquissimum, ut habetur ex *Conc. sexto* sub Symmac. ibi: *Sacrilegium fraudare animas defunctorum orationibus &c. Purgantium animas defraudandi, decipiendique piorum mentes, & tandem æternam propriæ animæ damnationem iisdem pecuniis emendi, quibus mediantibus pauperrimis exauciatis animabus cœlestem beatitudinem consequi sperabatur.*

De missa tractant per integros tractatus *Barbosa*, *Hildebertus*, *Cenomanentis*, *Nucleus*, *Gemma*, *Hugo à S. Victore*, *Bollus*, *Echius*, *Sperellus*, *Lug. Monchiagæus*, *Cabassiles*, *Berno*, *Andrianus*, *Balb. Bonartius*, *Pignatellus*, *Scortius*, & *Hugo Constantiensis*: & de eadem materia pertractant *S. Antoninus tom.* 3. *sum. pag.* 190. *Alloza in flor. sum. pag.* 528. *Alphonsus à Castro de hæres. pag.* 406. *Gonet. tom.* 5. *pag.* 308. *Gobat. de exper. theolog. pag.* 117. & 251. *Valentia tom.* 4. *column.* 1303. *Sà in aphor. confess. pag.* 374. *Rubeus in aphorism. Episc. pag.* 397. *Hurtadus tom.* 1. *resolut. pag.* 52. *Bellarminus tom.* 2. *pag.* 935. *Kellisonus to.* 2. *in* 3. *part. S. Thom. pag.* 210. *Leander tom.* 2. *pag.* 159. *Vasquez tom.* 3. *in* 3. *part. S. Thom. pag.* 389. *Barbosa in decis. apost. pag.* 440. & *in repert. jur. pag.* 249. *S. Joann. Chrysostom. tom.* 4. *pag.* 596. *Henrinx. tom.* 4. *summ. theolog. pag.* 328. *Cajetanus in opusc. pag.* 146. & 285. *Summa Rodriquez part.* 4. *pag.* 95. *Suarez to.* 3. *in* 3. *part. S. Thom. pag.* 958. *Canisius in cathec. pag.* 223. *Delgadillus de eucharist. pag.* 479. *Busembau pag.* 362. *Volpius in resolut. mor. pag.* 393. *Joannes à S. Thom. de sacrament. pag.* 273. *Amicus tom.* 7. *curs. theolog. pag.* 273. *Zerola in prax. episcop. pag.* 251. & *par.* 2. *pag.* 81. *Bonacina tom.* 1. *pag.* 57. *Caspensis tom.* 2. *theolog. pag.* 498. *Summa Tolet. pag.* 256. *Coninch. de sacrament. pag.* 243. *Verricellus de apostol. mission. pag.* 764. *Marchinus de ordin. pag.* 289. *Vega in Summa tom.* 2. *column.* 503. *Labata tom.* 2. *thes. theol. mor. pag.* 100. *Magrus in notit. pag.* 335. *Caramuel in curs. theol. pag.* 533. *Malletus tom.* 1. *theolog. moral. pagin.* 56. *Azorius in summ. tom.* 1. *pag.* 1533. *Bonagratia in quæst. regul. pag.* 375. *Molfesius in summ. pag.* 121. *Faber in summ. pag.* 616. *Castropalaus part.* 4. *pag.* 121. *Dicastill. de sacrament. tom.* 1. *pag.* 381. *Summa Litterati pag.* 554. *Bauny tom.* 1. *theolog. moral. pag.* 281. *Pax Jordanus tom.* 1. *elucubrat. pag.* 280. *Boscus tom.* 2. *pag.* 380. *Becanus de sacramentis pag.* 450. *Sylvius in* 3. *part. S. Thom. pag.* 369. *de Lugo de sacramentis pag.* 520. *Heidegerus tom.* 2. *in Concil. Tridentin. pag.* 752. *Crespetius in summ. pag.* 608. *Barsæus tom.* 1. *pag.* 592. & *tom.* 2. *pag.* 557. *Fragosius tom.* 2. *reipubl. pag.* 797. *Carrier. in digesto fidei pag.* 896. *Lorichius tom.* 2. *thes. theolog. pag.* 1394. *Macedo de clav. Petri pag.* 313. *Marcant. in trib. anim. tom.* 2. *pag.* 412. *Cotonus in controv. pag.* 182. *Bonaspes tom.* 6. *pag.* 150. *Nicolius in flosc. pag.* 445. *Petit. part.* 3. *theolog. pag.* 261. *Miranda in manual. pag.* 278. *Summa Naldi pag.* 494. *Gavantes in manual. Episcop. pag.* 174. *Mascarognas de sacramentis pag.* 361. *Diaz in praxi ca-*

non.

Digitized by Google

non. pag.159. Vallemburg. to.2. pag.361. Layman tom.2. lib.5. pag.70. Filiucius tom.1. pag.103. Labat. tom.6. theolog. pag.627. & 521. Isambertus de sacrament. pag.669. Abelly in verit. Princip. pag.395. Tuscus tom.1. pag.435. Novarius in lucer. regul. pag.145. Nicolius tom.2. resolut. pag.188. Tamburrinus in opusc. moral. Summa Litterati pag.39. Summa Quarant. pag.401. Raynerius to.2. pantheol. pag.952. Trullenc. de sacrament. pag.91. Costerus in enchir. controv. pag.325. Summa Lezanæ tom.4. pag.137. Portellus in dub. regul. pag.279. Bayl. part.3. theolog. effect. pag.292. Andreas à Matre Dei to.1. curs. theolog. pag.164. Pighius in controvers. pag.111. Villalobos tom.1. pag.149. Summa Ledesmæ pag.171. Roccafullus to.1. prax. moral. pag. 388. Durant. de rit. eccles. pag.99. Covarruvias tom.2. pag.376. Hugo Constantiensis, Galenus in prompt. theol. pag.425. Summ. Rodriquez par.1. pag.544. Summa Sylvestri part.2. pag.177. Henriquez in summ. pag.501. Theatr. vit. human. tom.7. pag.24. Sannig. tom.3. theol. moral. pag.111. Venerus in exam. episc. pag.24. Velascus in summ. tom.2. pag. 509. Pistachius de voto tom.1. pag.118. De præcepto audiendi missam Trullenc. in 1. decal. pag.534. Marcant. tom.2. trib. anim. pag.490. Facundez de præceptis eccles. pag.69. Diana ordinatus tom.2. pag.221. Barsæus tom.1. pag. 305. Summa Toleti pag.553. Renzius tom.1. theol. pag.511. Suarez in 3. part. S. Thom. to.3. pag.1139. Leander tom.3. pag.57. Tamburrinus in decal. pag.227. Pellizarius tom.1. pag.613. Cotonus in controvers. pag.99. Summa Litterati pag.175. Malletus tom.2. theol. moral. pag.537. Navarra tom.2. pag.111. Mend. in statera opin. benign. pagin. 191. Summa Ledesmæ pag. 292. Roccafullus tom.2. part.3. pag.433. Carb. de præcept. eccles. pag.1. De celebratione missarum Pellizarius tom.1. pag.723. Diana ordinatus tom.2. pag.1. Barbosa in decis. apostol. pag.219. Riccius in prax. tom.3. pag.287. Miranda in manual. pag.268. Graffius to.1. cons. pag.217. idem tom.2. pag.248. Cotonus in controv. pag.359. Donatus in prax. tom.4. pag.125. Gran. in decret. tom.3. pag.272. Rodericus in quæst. mor. pag.195. Summa Novarii pag.359. idem pag.365. & 368. Riccius in prax. tom.4. pagin.74. Barbosa tom.1. pag.299. idem de potest. episcop. pag.299. De reductione missarum Barbosa de potest. episcop. tom.1. pag.353. Bordonus tom.4. resol.114. Cotonus in controvers. pag.359. De stipendio missæ Cotonus in controv. pag.356. Verde de prohib. opin. pag.86. Summa Ledesmæ pag.180. Pellizarius tom.2. pag.47. De canone missæ Titelmanus, Biel, Barbosa in decis. apost. pag.86. Megalius to.1. prompt. pag.439. Crespetius in summ. pag.83. Dacherius in spicil. tom.1. pag. 345. De præfatione missæ Crespetius in summa pag.775. De epistola missæ Zerola in prax. episcop. pag.175. De explicatione missæ Bon. Cardinalis de rebus liturg. De mysteriis missæ Innocentius III. pag.319. De expositione missæ Casalius de rit. christ. pag.75. & 402. Bibliothec. SS. PP. Græc. tom. 2. pag.200. De ceremoniis missæ Arnaud. in epitom. sac. rit. De ceremoniali missæ Opez. De antiquis missæ ritibus Casalius de rit. christian. pag.62. & 399. De modo celebrandi missam Justinell. De non presbytero celebrante missam Alberghinus in manual. qualific. pag.176. De celebrantibus plures missas eadem die Genuensis in praxi Archiepiscopali pag.400. De missa SS. Trinitatis, Avendanus tom.2. probl. theol. pag.327. De missa S. Gregorii Papæ Bibliotheca veterum PP. Græcorum to.2. pag.125. De missa S. Basilii Eucholog. Græcum pag.58. De missa apud Græcos Eucholog. Græcum pag.212. De missa græca, & latina Cortesius. De consensu græcæ, & latinæ missæ Brana. De missa Pontificali Acta Eccles. Mediolanen. pag.148. De præparatione ad missam Gerson. to.2. pag.211. & Panonius. Quæ sint requisita ad sacrificium missæ Aviset. de privil. regul. pag.292. De modo celebrandi devotè missam Justinell. De abusibus missæ Bordes. De missa in lingua vernacula Hosius pag.310. De prima missa Raynaudus tom.6. pag.527. De missis privatis Suarez in Regem Angliæ pag. 87. De valore missæ Lucas Pinellus. De anotomia missæ Moulin. De verbis missæ defunctorum: Domine libera; Capisuccus in controv. pag.235. De missæ sacrificio aucto, & locupletato à S. Gregorio Wion in ligno vitæ tom.1. pag.609. De sacrificio missæ Hugo Constantiensis. De officio missæ Amalatius. De missa parochiali audienda, Filesacus pag.519. De mysteriis, & sensibus mysticis missæ Setcala. De pluribus vocabulis missæ Glossar. med. latin. tom.2. pag.574.

CA-

CAPUT XXXIII.

De jure personarum.

SUMMARIUM

Personæ quotupliciter dividantur n.1.
Clerici à communi ordine qualiter distincti sint, unde dicti, eorumque dignitas explicatur n.2.
Clerici quotupliciter dividantur num.3. Divinis addicti officiis vivunt de rebus Deo dicatis num.4. In odiosis appellatione populi non veniunt n.5. & gaudent privilegiis civium n.6. Differentiæ inter laicum, & clericum num.7. Hodie indistinctè valent licitè studere in academiis num.8. Clericus quomodo juret num.9.
Donatio facta à patre familias clericis valet n.10.
Clericus in quo differat à monachis n.11.
Judæi an christianorum servi sint, dispungitur n.12.
Judæum occidens an teneatur pœna ordinaria n.13.
Clerici debent solvere fidam pro licentia pascendi herbas non proprias in terris Baronalibus, & Universitatum n.14. latè, ubi quòd præter damnum datum ad aliud non teneantur pro pœna ibid.
Venatio clericis prohiberi non potest per Barones num.15. Si tamen Baro ab antiquo haberet in aliqua territorii parte venationem reservatam, quæ vulgò bannita *dicitur, clerici prætendere non possunt ibi venari n.16.*
Venatio jure communi attento libera est num.17. ubi quando venatio ex moribus nationum, & gentium, fuerit interdicta, & quando rigorosior reddita fuerit hæc prohibitio, præsertim in Germania n.18. & n.19.
Officium Monterii majoris, sive magni Præfecti venationis qualiter antiquum fuerit, & de eo memorantur authores n.20. & recensetur prohibitio præscripta per Reges in Regno Neapolis n. 21. Officium prædictum qualiter fuerit postea aggregatum jurisdictioni magni Seneschalli unius ex septem Regni officiis num.22. Qualiter ab antiquo fuerit in Regno Neapolis, ejusque jurisdictio recensetur n.23. Qualiter olim fuerit officio prædicto annexum aliud capitanei militum, vulgò denominatum de' Balestrieri n.24.
Usæ restrictionis usus venationis per authores consideratæ recensentur num.25. ubi qualiter sit jus prædictum Principis regalia, & pro possessione sufficiat, prohibitionem venandi fuisse factam aliquibus, & an jus prædictum absque titulo possideri queat n.26.
Barones regulariter non possunt prohibere vassallis aucupari, & venari num.27. Possunt subjicere eorum prohibitioni venationis vassallos aut jure præscriptionis, aut regiæ concessionis, investitura obtenta n.28. Præscriptio legitima juris prohibendi quando inducatur num.29. Concessio quando secum trahat beneficium prohibitionis subditis, enucleatur n.30. ubi de clausula cum venationibus *solita apponi de stylo Cancellariæ in concessionibus feudorum, quidque, & quando operari possit jus prohibendi vassallis ad beneficium Baronis, & n.32.*
In concessionibus Principum non veniunt venationum jura n.31.
Concessio particulariter concepta in investitura juris venandi non in terminis generalis clausulæ quid operetur ad favorem Baronis n.33.
In omni concessione regalium est semper reservata concedenti major potestas, eaque concessa non intelligitur, etiamsi fuerit apposita clausula nihil nobis reservantes n.34. ubi contrarium quando procedat ibid.
Officium Monterii majoris qualiter fuerit concessum Illustr. Principi S. Laurentii D. Hieronymo Carafa uti balio, & tutori D. Alvari della Quadra Carafa ejus nepotis, & quibus facultatibus, & prærogativis, distinctè enucleatur num.35.
Rescripta Sac. Reg. Majest. emanata ad favorem dicti Illustris Principis pro dirimendis controversiis exortis occasione officii prædicti recensentur num.36. & seq. usque ad n.43.
Filii Judæorum an possint, invitis parentibus, mandante Principe, baptizari num.44. & quid agendum, infante nato cum duobus capitibus n.45.
Infantes baptizari possunt, dum sunt in media vulva matris, vel aliquod membrum foras emiserunt num.46.

PErsonæ dividuntur in baptizatos, & non baptizatos: baptizati subdividuntur in ecclesiasticos, & laicos: ecclesiastici in clericos, & non clericos, *cap. duo sunt 12. quæst.3. Baronius anno Domini 44.* impressionis Romanæ *fol. 324. litera C. & D.* & clerici à communi po-

2 populi ordine distincti sunt, & appellati à sorte dominica. *Actorum* 1. ibi: *Sortitus est sortem ministerii hujus*. Addicti enim sunt divinis officiis, *cap.* 12. *qu.* 2. & elegerunt in partem divinum cultum, *cap. cui portio* 12. *qu.* 1. Sunt cæterorum Magistri, *cap. quis dubitet dist.* 69. *clementin.* 1. §. *nec sup. hæc de pœnis*. Sunt lumen mundi, *cap. sacerdotes dist.* 93. Animarum curam habent, & verbo, & exemplo promovent virtutes, *cap. inscriptis dist.* 93. & clerici idem sunt ac ecclesiastici in genere. *Concil. Nicæn.* 1. *can.* 1. *Eusebius lib.* 10. *hist. cap.* 7. & patet ex Apostolo ad hebræos, *D. Ambros. epist.* 36. contra Luterum, & Calvinum efferata vertigine agitatos, & nauseantes nomen clerici, ut improprium. Clerici
3 subdividuntur in simplices, conjugatos, bigamos, regulares, & non regulares, *cap. inter quatuor de religiosis domibus*, *cap. licet* 12. *de officio*, & *potestate Judicis ordinarii*, *cap. cum sibi* 8. *de verb. signific. cap. literas de filiis presbyterorum*, *cap. unico de clericis conjugatis in* 6. Clerici divinis addicti officiis vivunt de rebus Deo decretis, puta ex deci-
4 mis, primitiis, oblationibus, beneficiis &c. *cap. cleros dist.* 21. *cap. duo sunt* 12. *qu.* 3. *Numerorum* 18. *Deuteronomii* 10. *num.* 8. *Josue* 13. *nu.* 12 & *Ezechiel.* 44. *num.* 28. *Hallier. de sacris electionibus & ordinibus in proœmio tom.* 1. Appellatione populi in odiosis non veniunt clerici,
5 adeoque, interdicto populo, non sunt interdicti clerici, *cap. si sententia* 16. *de sententia excom.* licèt in favorabilibus appellatione populi etiam veniat cleri-
6 cus, gaudeatque privilegiis civium, *cap. dilecti filii* 17. *de foro competenti*.

Differentiæ inter laicum, & Cleri-
7 cum plures numerantur *à Grasso de effectibus clericatus*. Prima differentia est, quia clerici non poterant studere juri civili in publicis accademiis plusquam per duos menses sub pœna excommunicationis ipso jure, & comprehendebantur tantùm Diaconi, Decani, Præpositi, *Mart. de jurisdict. part.* 4. *centuria* 2. *casu* 168. *num.* 2. An autem ho-
8 die valeant licitè studere juri civili clerici in publicis accademiis? Indistinctè affirmant DD. ob generalem consuetudinem, qua jus abrogatum est, *c. fin. de consuetudine*, *l.* 2. *C. quæ sit longa consuetudo*: nec amplius est necessaria distinctio *Dianæ part.* 3. *tract.* 5. *miscellan. resol.* 27. *Sà verb. excommunicatio n.* 15. *Maran. par.* 2. *responso* 20. *Lotterii de re beneficiali lib.* 3. *q.* 7. *n.* 207. *Excobar. tract.* 4. *examin.* 2. *num.* 31. *Pal. de censuris disputat.* 3. *puncto* 32. *num.* 5. & *Mend. lib.* 3. *de jure accademico quæst.* 45. *n.* 520. qui ajunt, posse studere in ordine ad canones, & theologiam, quia facilius canones percipiuntur cum studio legis civilis, *cap. pastoralis de causa possessionis*, & *proprietatis*, *Romanus singulari* 654. Secunda differentia est, quia laicus jurat tactis scripturis loco libri Evangeliorum, aliàs juramentum non tenet in foro, *cap. si quis presbyter* 2. *quæst.* 4. clericus verò jurat
9 tacto pectore, *cap. fin. de jure jurando*. Tertiò tenet donatio facta à patre fami-
10 lias filiis clericis, non verò facta laicis, *l. donationes C. de donationib.* Differt etiam
11 clericus à monachis, quia clericus, non monachus pascit oves Christi, & clericus, non monachus, debet docere, & prædicare, *cap. dilus* 21. 16. *quæst.* 1.

Judæi an Christianorum servi sint,
12 valdè controvertitur apud authores: & prò negativa sententia plures adducuntur rationes. Primò, quia servi prò nullis, imò prò mortuis habentur, *leg. servitutem* 209. *ff. de reg. jur.* neque quidquam habent proprii, & per consequens non habent facultatem contrahendi, testandi, vel quocunque alio modo, aut titulo, de eorum bonis disponendi, aut alienandi, cum non entis nullæ sint qualitates. Judæi autem rerum dominia possident, & de bonis suis testari possunt, & cum Christianis commercia liberè exercent, *cap. miserabilem*, *cap. quantò magis extra de usuris*: neque aliquis Christianorum, Præside Provinciæ tantùm excepto, rerum suarum pretia eis potest constituere, *l. nemo* 9. *C. de Judæis*. Secundò servi in judiciis standi personam non habent: Judæi autem solemni more in judiciis agunt, actionesque exernunt, *l. judicii* 8. *Cod. de judæis*. Tertiò inter servos non est matrimonium, neque nuptiæ sunt de jure civili, & servi de jure civili mortuis comparantur; & licèt ex cohabitatione liberos suscipiant; tamen liberi isti non sunt in potestate parentum: qui enim in potestate alterius sunt, alios sub potestate habere nequeunt. Judæi è contra justas contrahunt nuptias: undè liberos in sua potestate habent, *cap. fin.* ubi *Panormit. num.* 3. *extr. de conversi. infidel. Affict. decis.* 151. Contrarium, quòd nempè judæi in imperio, & alibi viventes, Cæsaris, & Principum, in quorum territorio habitant, servi sint, tenent *Felin. in cap. judæi de judæis*, *Cagnol. ad l. quod attinet* 32. *num.* 3. & *ad l. qui in servitute* 161. *num.* 3. *ff. de reg. jur. Zasius ad l. juris nul-*

la

Digitized by Google

la num. 21. *ff. de legib.* pro qua opinione est textus expressus in *c. etsi judæi extr. de judæis*, ubi dicuntur ex propria culpa judæi perpetuæ Christianorum servituti submissi: Undè etiam prò sua humanitate, & ex mera pietate, gratia, & commiseratione à Christianis dicuntur foveri in *cap. judæi* 21. *extr. de testibus*, & *in cap. judæos extra de judæis*.

Romæ, cum Pontifex Maximus erat electus, obviam ipsi ibant judæi, & genibus inclinatis offerebant ei Mosaicam legem, & in ejus commendationem quædam dicebant: sed illis Pontifex respondebat: *Sanctam legem viri hebræi, & laudamus, & veneramur, utpotè quæ ab Omnipotenti Deo per manus Moysis patribus vestris tradita est: observantiam verò vestram, & vanam interpretationem damnamus, atque improbamus: quia Salvatorem, quem adhuc frustra expectatis, apostolica fides jam pridem advenisse docet, & prædicat Dominum Jesum Christum, qui cum Patre, & Spiritu Sancto vivit, & regnat Deus per omnia secula seculorum*; ut habetur in *discours politique delestat de Rome fol.* 119.

Notatu digna sunt, quæ *Julius Conradus Otho in præf. galiraziæ* de Judæis modernis scribit: *Pauciſſimi hebræi hebraicam linguam, nedum Talmud, vel alios rabinorum libros intelligunt, sed ut bruta in diem vivunt, & licèt oreni, vix pauci quid oreni, animadvertunt: ita ut maxima pars illorum nesciat, quid credat, & plerique nesciunt, in quo moriantur, & vitam quærant æternam. Multi quoque eorum salutem, & perditionem parvipendunt. Nec dubium est, multos ex judæis esse, qui conversionē unicè exoptarent, modò illis aliquid tantùm de fidei articulis constaret, neque persuasam haberent, lectionem veteris testamenti, cui maximè confidunt, planè in Ecclesiis Christianorum negligi, quæ falsa persuasio non minima causa est, quòd suæ religioni ità firmitèr adhæreant.* Si verò Reges, Principes, cæterique, qui huic genti domicilia in territoriis suis permittunt, zelo eos cogerent sacris cætibus, & concionibus interesse; non dubium est, quin plurimi hac falsa opinione abjecta, ad Christianismum adducerentur: quod Romæ, & aliis in locis fieri compertum est, ubi non tantùm peculiare Collegium extructum, in quo judæi, turcæ, & alii, qui Christianam religionem profiteri volunt, à præceptoribus informantur, sed etiam tandiù publicis aluntur sumptibus, usque dum ipsis nulli opificio addictis meliori fortuna fuerit prospectum. Judæum occidens an teneatur pœna ordinaria,

13 homicidii, docet *Gaspar Anton. Thesaur. lib. 2. q. forens. qu.* 26. & qua pœna adfici debeat Christianus cum judæa rem habens, vel contra, consuluit *Oldad. cons.* 333. & de pœna christiani, qui sit judæus, vel judæi, qui christianum seduxit, agit *chronolog. Jongi fol.* 306. & plura alia de judeis habent *Magerus de Advoc. armat. cap.* 8. *num.* 220. *Sixt. medic. de fœnore judæorum, Paschal. de patria potestat. part.* 1. *cap.* 7. *Simeon Majol. in dieb. canicul. tom.* 3. *colloq.* 1. *Hunn. disput. singul. Cardin. Baron. in annal. Martin. Uran. in lectur. ad tit. de jurejur. lib.* 7. *decretal. Paulus Zypæus in annal. juris Pontificii lib.* 5. *fol.* 460. & *seq. Cunæus de Republ. Judæorum lib.* 1. *cap.* 18. & *lib.* 3. *c.* 8. & *seq.* & de eorum synagogis agunt *Schikard. de juribus regiis fol.* 179. & *Talmud in Sanhedrim. fol.* 351.

Pro animalibus ecclesiasticorum sola debetur fida, sive licentia pascendi her-

14 bas non proprias: pœnæ autem, sive multæ, quæ præscribuntur præter fidam per statuta laicalia in casu contraventionis (quæ exactio in Regno nostro vocatur diffida) adhuc solvi debent per pastores laicos animalium ecclesiasticorum. Ita *Innocent. Hostiens.* & *Archidiac.* penès *Gulielm. de Benedict. in repet. cap. Raynutius ver. uxorem decis.* 2. *num.* 36. *de testament. Felin. in cap. ecclesia Sanctæ Mariæ num.* 104. *de constit. Abb. in cons.* 6. incip. *casus, super quo petitæ sunt allegat. Joann. Anton. de Nigr. in repet. extravag. un. de vita, & honest. cleric. num.* 112. *Jason in l. placet in* 1. & 2. *lectur. C. de sacrosanct. eccles. Luc. de Penn. in l. jubemus colum.* 1. *vers. hæc faciunt ad quæstionem C. de navibus non excus. lib.* 11. *Afflict. in constit. Regni cum per partes Apuliæ num.* 9. *Guttier. pract. quæst. lib.* 1. *quæst.* 4. *num.* 2. *Curtellius in Codic. politic. not.* 35. *ad ll. Jacobi fol.* 50. *colum.* 1. *vers. nec refragatur*, post *Boer. Crass. Grammat. Personal.* & alios, *Cæval de cognit. per viam violen. par.* 2. *quæst.* 11. *num.* 44. *Matthiens. ad ll. Tauri tit.* 17. *lib.* 5. *glos.* 6. *Reg. Tap.* post multos in 1. *tom. jur. Regni ad cap. item statuimus num.* 16. *Hevia in Curia Philip. part.* 3. §. 17. *num.* 14. *Mastrill. dec.* 49. *num.* 12. *Cons. Carleval. de judic. lib.* 1. *quæst.* 3. *num.* 155. *Sperelli decis.* 24. *num.* 24. post *Mart. de jurisd. p.* 4. *cas.* 8. *Butr. Felin. Decian.* & alios. Verùm pro eo, quod excedit pretium herbæ, & damni dati per animalia ecclesiasticorum, quia esset mera pœna; eidem non subjacere pro hoc tantùm

ecclc-

ecclesiasticos voluerunt *Reg. de Marin. resol.* 220. *num.* 11. *in fin.* post *Vulp.* & *Graff.* per eum relatos: & in hoc solùm restringitur, quicquid potest prætendi pro immunitate ecclesiastica, quam strenuè defendit *Thomas Delbene in dicto tract. de immun. eccles. tom.* 2. *c.* 9. *dubit.*20. *num.*7. *vers. nisi fortasse dicas*: & juxta hanc opinionem quoque distinguendum esset inter fidam, damnum, & diffidam. Pro fida, hoc est pro licentia habenda usus rei alienæ in pascuo, nemo est, qui dubitet, de damno reficiendo, ut ipsimet DD. pro secunda opinione consitentur: & assignat rationem *Delbene loc. cit. quia non agitur de pœna, quæ ultra damnum est, nec de vigore statuti, sed solùm de damno, quod est simplum, & valore herbarum, sive frugum ab animalibus consumptarum.* Sed certè damnum faciunt animalia non fidata, non in solo herbarum valore solito, prout sic, sed inspectis aliis circumstantiis, puta, si dominus territorii fidavit, ut continuò accidit, certa animalia ad sufficientem herbam (& hæc vocatur in Regia dohana *dispensatio*) si deinde veniant non fidata per supervenientem herbæ egestatem, certè fidata patiuntur, quia eis deficit, quod nova consumunt, sicque dominus per legem contractus tenetur ad totale interesse fidatis: & hoc equidem reficiendum est à contravenientibus, quod vulgò in dohana Apuliæ dicitur *contraventionis jus*. Sic etiam non esset ferendum, quòd quis in libertate sit non fidandi, si non vult, &, superveniente infra annum penuria pascuorum, possit intrare invito domino, soluta tantummodo fida solita: omnia enim hæc, & alia essent in consideratione damni, non pœnæ: & quòd animalia ecclesiasticorum non fidata reperta in territorio, vel dominio laici, etiam propria, & privata authoritate possint detineri, donec fuerit soluta fida, & pretium damni, plenè probant *Affict. in constit. pacis cultum n.* 45. & ibi *Reg. Tap. in* 6. *tom. jur. Regni n.*2. *Rovit. in pragm.* 1. *de off. Baiuli num.* 13. *Reg. Latro consult.* 83. *lib.* 2. *Rendell. de pascuis tit. defens. fol.* 204. *in fine vers. qua ratione*, *Jo. Arnon. dialog.*25. *Ripoll. var. resol. c.* 1. *à num.* 20. *Guttier. practic. quæst. lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 2. & *Reg. de Marin. d. resol.* 220. *num.*11. & sufficit, in territorio alieno reperiri, ut in fraganti reperta fidam debeant, & retineri possint, maximè quando etiam rura appatronata sunt Regis quoad usum pascendi: nam tunc herbæ quoque post secatas segetes, quæ dicuntur agrestes, ejus sunt: & solus *Barbos.* potest allegari in contrarium *in tract. de immun. Eccles. c.*39.§.2. *num.*121. Sed *Dian. tom.* 1. *resol.* 80. comprobat sententiam supra relatam à multis approbatam, & refert solum ipsum *Barbos.* à communi recedentem, & sic quoque *Squillan. de privileg. cleric. c.*7. *num.* 94. Ultra quòd *Barbos. Dian.* & *Squillant.* expresè discurrunt de statutis pœnalibus, nec verbum ullum faciunt de simplici retentione animalium, sed differunt tantummodò, coram quo judice causa damnorū sit peragenda, & ad hoc allegatur decretum Sac. Cong. & quòd dicto casu detur apprehensio, sive retentio animalium Ecclesiæ, pleno calamo, & ex communi sensu Doctorum, quos allegat, firmavit idem *Delbene loc. cit. à num.* 8. cujus conclusionis plures per Doctores adducuntur rationes, quarum prima est, quia hæc retentio animalium sequitur per modum defensionis rei propriæ, & sic etiam permissæ contra ecclesiasticos: est enim de jure naturæ primævo, vel saltem ex æquitate communi omnium gentium, ut res de meo conservata, & alita, mihique pignorata, ad *text. in l. si non inducta Cod. quib. m. d. pign. tac. contrah.* retineatur quoque justissimè, donec sequatur satisfactio, *leg. in rebus* §. *possunt ff. commod.* cum cæteris penès *Neguf. de pignor. in* 3. *memb.* 5. *part. num.*8. & *Surd. loc. cit. in fine*. Retentio autem rei hypothecatæ pro conservatione, & alimentis, non est actus ditionem, & potestatem sapiens, sed, licèt à jure permissa, fit de facto, & propria authoritate. Itaque retinentur bona invecta pro pensione à domino domus locatæ clerico absque offensione jurisdictionis ecclesiasticæ, licèt pro condemnatione ad pensionem judex sit adeundus ecclesiasticus, ut probant DD. *in cap. propter sterilitatem in fin. extra de locat.* & *in d. leg. si non inducta* cum concordantibus. Et si datur actio in judicio, & coram judice competente, interim datur omninò retentio non à judice, sed à jure: & si possunt expelli animalia, ne pascant; multò magis est æquum, & ecclesiasticis commodum, ut post pascua retineantur, donec justum solvatur pretium, aliàs essent extra commercium. Et quòd hæc retentio detur etiam contra ecclesiam pro expensis in ipsa re per laicum, vel de suo factis, fuit originalis doctrina *Abb. in cap.* 1. *num.* 3. *de in integr. restit.*

per *l. in fundo, & l. sumptus ff. de rei vend. l. interdum, & l. hujus, qui pot. in pign.* & alias penès *Card. Puteum decis.* 481. ubi quòd, si certæ expensæ factæ sint, licèt non liquidæ proponantur, permittitur exequutio privata per retentionem: hæc enim omni jure datur, quia magis est pignori incumbere, quàm actionem proponere, *l. plus cautionis de reg. jur.* & idem probant *Gratian. disceptat.* 25. *num.* 17. *Cavalcan. decis.* 44. *num* 47. *Surd. de aliment. privileg.* 62. *lib.* 8. *Negusant. Sola*, & alii penès eum, & penès *Matth. Coler. de proc. exequ. part.* 1. *cap.* 2. *à numer.* 184. & multò magis id procedit contra dominos pignoris, qui sunt ecclesiastici: *& qui sunt potentiores, & difficilis prosequutionis*, ut inquit *Delbene verſ. confirmatur* secundò per *text. in cap.* 2. *de alien. jud. mut. caus. fact. verſ. qui potentiorum patrocinium.*

Quæ omnia magis procedunt, si animalia sint clerici, sed non ecclesiæ, vel mensæ, aut ipsius beneficii in eis unquam fundati. Inde, uti reliquæ res profanæ, quòd possint retineri, & sequestrari pro Regis jure, deducitur ex *Duard. c.* 17. *quæst.* 1. *concluſ.* 3. *Ricc. dec.* 160. *in fine lib.* 3. & aliis penès *Franciscum de Petr. conſ.* 9. nec partes, quæ instant pro sequestro ad eorum cautelam, incurrunt in censuras, *Navar. conſil.* 34. *de ſententiâ excommunic. in antiqu. & conſ.* 37. *in noviſ.* & esset res abhorrens dicere, quòd animalia clerici viderent dominus fundi pascere suam herbam, &, si vellet pretium, adire deberet Episcopum, & deinde per appellationem Romam petere; & expectare tres sententias conformes, quæ essent necessariæ pro exequutione tàm justi, & exequutivi debiti. Imò expediret magis remittere, & gratis dare pascua. Nec ulla possessio non solvendi allegari potest contra habentem jus universale exigendi etiam ab animalibus ecclesiæ, nisi ad summum probata requisitione, & contradictione, à qua inciperet quasi possessio, quoties factum conductoris nocere posset domino. Inde, his in facto non probatis, interim dominus territorii, qui jus habet pro se, esset manutenendus ex vulgata regula *c. cum personæ de privil. in* 6.

Venatio clericis prohiberi non potest
15 per Barones, quamvis rectè fieri possit prohibitio subditis secularibus: de qua re tractant *Capiblanc. de baronib. pragm.* 14. *tom.* 1. *& tom.* 2. *cap.* 86. *Novar. de gravaminib. vaſſallorum gravam.* 71. *Bellett. diſquiſition. clericalium tit. de pœnis clericorum* §. 19. *Caren. reſol.* 205. cum clerici non ligentur legibus, atque edictis laicorum, potissimè ubi ità eis tollatur illa libertas, vel alia facultas, quæ de jure naturali, vel positivo jam competat, qualis est venatio, aut piscatio, juxta responsum Jureconsulti *Neratii in l.* 14. *ff. de acquirendo rerum dominio* in illis verbis: *Nec diſſimilis conditio eorum eſt, atque piſcium, & ferarum, quæ ſimul atque apprehenſæ ſunt, ſine dubio ejus, in cujus poteſtatem pervenerunt, dominii fiunt*: quapropter *Ulpian. in l.* 2. §. 9. *ff. ne quid in loco publico, & in l.* 13. §. *fin. ff. de injuriis* tribuit actionem injuriarum contra impedientes venationem, aut piscationem: unde *Vinn. in commentariis inſtitution. lib.* 2. *tit.* 1. §. 1. *num.* 2. scripsit: *Totius humanitatis conſenſu proprietati in perpetuum exceptæ ſunt propter uſum, qui cum ſit omnium, non magis omnibus ab uno eripi poteſt, quàm à te mihi, quod meum eſt*: cujus rei rationem adducit text. *in l.* 3. *ff. de acquirend. rerum dominio*, quia feræ, aut aves omnibus patent jure gentium: quapropter *Jacobus Cujacius lib.* 4. *obſerv. cap.* 2. animadvertit: *Proinde qui in ſua ſylva aprum, vel cervum capit, vel in ſuo ſtagno piſcem, non proprium aprum, vel cervum, vel piſcem capit, ſed nunc primùm occupatione ſibi ejus dominium parat. Similiter qui in agro Titii aprum, vel in ſtagno Titii piſcem capit, non proprium Titii aprum, vel piſcem capit, ſed jure gentium aper, vel piſcis, antea cum nullius eſſet, in capientis dominium tranſit. Hæc Romani prudentes, qui jus gentium proprius ſubſequuti ſunt, ita cenſuerunt.* Verùm, si aliquis Baro ab anti-
16 quo tempore haberet in aliqua territorii parte venationem reservatam, quæ vulgò *bannita* dicitur, cum jure prohibendi omnibus, ne ibi venari possint, clerici prætendere non possunt ibi venari, prout etiam si aliquis haberet sylvam particularem, vel aliud prædium, aut lacum, aut stagnum, ubi ratione nimiæ fertilitatis animalium, vel avium, seu piscium respectivè habeat venationem, vel piscationem in fructu bursali, & effectivo, potius quàm intellectuali, seu oblectationis, *Cardin. de Luca miſcellan. eccleſiaſticorum diſcurſ.* 41. *per totum*, & præsertim *num.* 12. ubi, quòd non sit id prohibere in ratione jurisdictionali, & authoritativa, sed in ratione privati dominii, & quòd non intrent termini immunitatis, vel exemptionis.

Pla-

Placet autem hic referre, quæ ad hanc materiam venationis pertinent pro officio Monterii majoris, quod ad præsens possidetur per Illustrem Principem S. Laurentii D. Hieronymi Carafa de valdè illustri domo Principum Hostiliani.

17 Quamvis venatio, jure communi attento, libera quidem sit, ex paulò ante deductis, & ad tradita per *Thomam Dempst. in notis ad Rosinum antiquitatum Romanarum lib. 2. cap. 7.* attamen ex moribus nationum jus prædictum gentium fuit limitatum, & restrictum: quapropter supra citatus *Jacobus Cujacius* post verba supra relata subdit: *Mores tamen ubique passim jus gentium subegerunt, adeo ut ne in flumine quidem publico piscari, neque in agris liberè venari, aut aucupari liceat.* Unde, cum liber hic usus fuisset interdictus, Imperatores Honorius, & Theodosius particulari lege venationem leonum dumtaxat permiserunt in *l. unic. Cod. de venat. ferarum lib. 11.* ibi: *Occidendorum leonum cunctis facimus potestatem, neque aliquam sinimus calumniam formidare*: ex quo deducitur, ferarum venationem prohibitam priùs fuisse: quapropter *Gothofred.* super *rubric.* hæc notavit: *Venatio ferarum hic permissa*: & *Fridericus Prukman. in suo tract. de venatione cap. 4. num. 14.* id ipsum firmavit dicens: *Confirmo decimotertiò, & ultimò per textum in id expressum in l. unic. ubi Azo in sumn. Cod. de venationibus ferarum lib. 11. dum enim occidendorum leonum, nulla metuenda calumnia, potestatem facit; rectè ex eo colligitur subditis alias bestias tantoperè hominibus non nocivas venari, occidique fas non esse, immo contra facientibus calumnias metuendas fore.* Id ipsum deducitur ex constitutione Imperatoris Friderici II. quæ compilata cernitur in *lib. 2. feudorum tit. 27. de pace tenenda*, ibi: *Nemo retia sua, aut laqueos, aut alia quælibet instrumenta ad capiendas venationes tendat, nisi ad ursos, apros, vel lupos capiendos*: super quo textu idem *Gothofr.* authoritate *Cæpollæ de servitutibus rusticorum prædiorum, & de aucupatione cap. 2. num. 20. & Sebastiani Medices de venation. part. 1. quæst. 11.* hæc habet: *Venatio cum armis non est permissa, nisi adversus animalia periculosa, ut sunt leones, ursi, & lupi*: immò *Sebastianus Khraisserus* in suo *tract. de venatione, & aucupio cap. 16. num. 4. & seq.* dixit, absque consensu domini, cui jus venationis pertinet, similes feras occidi non posse, cum nesciatur, an quis nociva, vel alia animalia persequi, venarique velit, & dumtaxat licere in casu defensionis aut propriæ personæ, aut propriæ gregis: *Nullum autem est dubium* (sunt ejus verba) *quin omnis pro defensione sua, & pecudum suarum talia nociva animalia semper impugnare, vel occidere possit, cum defensio sit juris naturalis, & nullo jure prohibita: deinde iniquum foret, si quis pecora sua contra ejusmodi bestias nocivas, etiam occidendo, defendere non posset, sed luctuosus spectator esse deberet, dum oves, aut equi, vel abripiuntur, vel interimuntur.* Concordat *Waizzenneger de venat. cap. 3. n. 38.* qui pro se allegat *P. Layman. lib. 3. tract. 1. cap. 5. n. 16. in fin.* immò ex consuetudine diversorum locorum Germaniæ notavit *Georg. Mor. de jur. venand. aucupand. & piscand. par. 1. cap. 2. num. 69.* occisas feras debere dominis territoriorum, qui jus venandi habent, transmitti, & offerri: *Et licèt venatio, quæ fit ad ursos, apros, & lupos, permissa sit rusticis, & agricolis, per text. in dict. cap. 1. §. nemo retia de pac. tenend. in usibus feudor. attamen in quibusdam Germaniæ partibus hæc illis quoad apros interdicitur, aut illis hæc venatio cum conditione permittitur, ut aprós captos, & occisos dominis statim tradant, seu transmittant*: idemque refert *dict. par. 1. cap. 8. num. 22.*

18 Temporis autem progressu rigoror reddita fuit hæc prohibitio: nam in Germania, ubi nobiles, & ipsimet Principes valdè se exercent in venatione (ut dicitur etiam in *canon. quorumdam distinct. 34.*) fuit penitus plebeis illa interdicta: & de hac prohibitione verba faciens *Abasuerus Fritschius* in suo *tract. de convenatione memb. 1.* scripsit: *Ista autem venandi libertas successu temporis nostræ Germaniæ moribus admodum restricta, & limitata, immò plebeis, ac rusticis, multis in locis planè adempta fuit. Jure, an injuria, hìc non disputabimus: persuasum tamen nobis est, non injustis ex causis, de quibus passim videantur auctores, id factum fuisse.* Heinc ortum habuere diversæ leges, quæ in variis dominiis imperii ab illis Principibus fuerunt emanatæ pro bono regimine, & usu venationis, quæ compilatæ cernuntur per *Fritschium in corpore juris venatorii forestalis part. 3.* Heinc jus venationis fuit inter regalia imperii adscriptum per authores Germanos, ut habetur apud *Modestinum Pistorium vo-*

lum.2. conſ.14. num.23. & ſeq. Everard. conſ.10.n.9.vol.1. & Khichennium de privileg. Saxon. de non provocand. cap. 5. Hoc autem in dubium revocavit distinguens varias ſpecies venationum *Henric. Roſenthal de feud. cap.9. concluſ. 94.* cum aliis relatis per *Danielem Othonem* in ſua *diſſertat. de jure publico Romani Imperii cap.11.§.20. in fin.* Verùm ita, advertit *Fritſch. dict. tract. de convenat. memb.2. De conſuetudine autem Germaniæ jus venandi inter regalia connumerari cœpit: quod cum notorium ſit, fruſtra à quibuſdam in dubium vocatur;* & ſubdit ibidem *membr.3. Cum verò venatio hodiè per conceſſionem, vel inveſtituram Cæſaream Principibus, ac nobilioribus vaſſallis, docente id ipſum quotidiana experientia, regaliter competere ſoleat, ea certis limitibus territorii, caſtri, diſtrictus, vel juriſdictionis inducitur; unde etiam vulgò venationes juriſdictionis fructus, & commoda dicuntur. Inſpecta Germaniæ conſuetudine, & diſpoſitione text. in §.nemo retia de pac. tenend. ferè eſt, ut venatio in dubio imperio, ac juriſdictioni, aut regalibus cohæreat;* & hujus imperialis conceſſionis juris venandi memor fuit *Jacobus Cujacius* commentans conſtitutionem Friderici *lib.5.feudorum: Et ſanè ab Imperatore etiam hodie in inveſtituris feudorum ſpecialiter jus venandi Principibus, & nobilioribus vaſſallis, pro beneficio concedi ſolet;* & pro exacta obſervantia prohibitionum fuerunt deputati miniſtri, & officiales pro invigilatione cuſtodiæ venationis, cum facultate puniendi contravenientes. De miniſtro Imperii memor fuit *Daniel Otho dicta diſſertat. cap. 14. §. politici ſunt* dicens: *Fuerunt & alia officia olim recepta, veluti ſtabulator, venator Imperii ordinarius, quod unus Dux Carinthiæ ſecundùm Æneam Sylvium, vel Dux Auſtriæ ſecundùm Spiegelium, ſuſtinuiſſe dicitur. Ad Duces Wirtembergicos tandem veniſſe inſignia eorum teſtantur.* Concordat *Julius Cæſar Bulengerius de Imper. Roman. lib. 8. cap. 74.* tractans de protocynego, & de venatoribus cynegis, quod nomen fuit deductum à græcis, apud quos cynegetica erant volumina de venatione conſcripta; & generaliter de præfectis venationum, eorum officio, & juriſdictione hæc ſcripſit *Sebaſtianus Khraiſſerus de venat. & aucup.cap.5. Quare illi, quibus adminiſtratio venationum commiſſa eſt, fines, ſive limites territoriorum inquirere debeant. Ratio partim ex cap. proximè præcedente, partim ex ſubſequente colligitur, ut videlicet ii, qui contra leges venatorias faciunt, puniri, & coerceri poſſint. Quare etiam hoc præfectis nemorum, ſaltuariis, & aliis ſimilibus, ut idem faciant, injungere debeant. Ratio quoque videtur eſſe iſta, ut præfecti nemorum officio ſuo eò melius præeſſe, & attendere poſſint, ne ſylvis, & nemoribus ſibi commiſſis damnum, vel præjudicium aliquod inferatur. Notandum eſt autem, diverſitatem eſſe inter eos, quibus adminiſtratio venationum commiſſa eſt, & inter præfectos nemorum, ſaltuarios, ac ſimiles. Hinc etiam in aulis Principum diſtincta ſunt officia præfecti nemorum, & præfecti venationis: nam præfectus nemorum ſylvis, & nemoribus præficitur, cujus officio, ut jam dixi, maximè incumbit, ne ſylvæ devaſtentur, ſed omnia illa fiant, quæ ad ſylvarum utilitatem ſpectant; Præfectus autem venationis, venationi præficitur, ejuſque officium eſt, omnia illa ſolicitè inſtruere, & ordinare, quæ venationi conveniunt:* hancque officiorum diverſitatem notaverat prius *Chriſtophorus Beſoldus* in ſuo *theſaur. pract. verb. forſtliche verſic. præterea.* Sic autem ſimiles prohibitiones introductæ fuerunt in aliis partibus Europæ, ubi ſupremi Principes conſtituerunt pro regalia jus venationis, prohibendo ſubditis uſum, & exercitium, ac deputando particularem magiſtratum, qui præſideret obſervantiæ prohibitionis, & cuſtodiæ venationis. Sic in Hiſpania ſervari teſtatur *Argentoratenſis conſ.13. volum.1. num.126.* dicens: *Hinc in Hiſpania ſunt variæ conſtitutiones, quibus vetitum eſt, ne feras quis venetur: idque conſentaneum eſt juri, ut poteſt colligi ex dict. §. nemo retia.*

Earundem legum vigentium Ara-
19 goniæ memor eſt *Avendanus* in opere inſcripto: *Aviſo de cazadores, y caza:* & variè diverſis temporibus leges à Regibus obſervantur promulgatæ, & præſertim anno 1247. per Regem Jacobum I. (& in una ipſarum memoratur Monterius: *Verumtamen ſi Monterius, vel ejus nuncius nunciavit ei*) anno 1461. per Regem Joannem II. anno 1349. per Regem Petrum II. & anno 1528. per Imperatorem Carolum V. quæ compilatæ obſervantur in volumine, cui titulus eſt: *Fueras, y obſervancias del Reyno de Aragona lib. 3. tit. de venatoribus lepor.*
20 *& tit. de la prohibicion, y vieda de la cazas;* & quòd particulare officium Monterii majoris, ſive Præfecti montium, ſive magni Præfecti venana-

nationis, fuerit constitutum in Regno Portugalliæ, testantur *Gabed. decis.* 89. *n.* 1. *& seq. & decis.* 90. *part.* 2. *& Gamm. decis.* 353. eundemque morem invaluisse in Gallia testatur *Andreas Tiraquell. de nobilitate cap.* 37. *num.* 138. scribens: *Galliæ nobiles in primis venatione gaudent, ac se exercent, ut tradit Gaguinus hujus nationis historicus lib.* 2. *in princip. de Clotario Rege loquens: moxque ait: Ut est Galliæ nobilitatis vana consuetudo, ad feras venatu deprehendendas se convertit; & lib.* 3. *Dagobertus autem, postquam sibi per ætatem licuit, feras indagare, & venari, ut Gallis mos est, pergit: & lib.* 4. *de Carolo magno: Frequentissimis venationibus Gallorum more delectabatur, exercebaturque; & de eodem loquens Eginhartus ejusdem Cancellarius in vita illius eum venationi fuisse deditissimum ex more, inquit, & consuetudine Gallorum: cui nationi, ut ipse addit, nulla alia in eo studio comparanda.* Ortum autem habuerunt in illo Regno leges prohibitionum à Carolo IV. usque ad Henricum II. ut testatur *Tholosan. Syntagmat. jur. part.* 2. *lib.* 39. *cap.* 10. *de venat. fer. interd. à num.* 9. *& seq.* & de eisdem verba faciens adhuc *Tiraquellus* illas reprobat, utpotè à Principe non supremo peractas: *Sed proh dolor!* subdit *loc. cit. num.* 150. *nunc enim simplices, ut ita loquar, atque infimi nobiles, id sibi jus vendicant, imò verius usurpant, scilicet venandi ubilibet, & suis subditis prohibendi, &, quod deterrimum est, morte mulctant eos, qui venationi, illis insciis, aliquando vacaverunt, latrunculatoribus nostris id muneris illis præstantibus, connive ntibus, aut, quod potius crediderim, ignorantibus nostris Principibus:* & antiquis alias novas addiderunt constitutiones Franciscus I. Rex Gallorum, ut testatur *Arnoldus Ferron. super consuet. Bituricens. tit.* 12. *de juribus arbustor. §.* 2. *in princ.* & Ludovicus XI. ut narrat *Gulielmus de Benedictis in cap. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelasiam decis.* 5. *à num.* 336. *& seq. extr. de testament.* & scribens *Guagninus* gesta hujus Principis *lib.* 10. ait, *quòd venationem omnem propè consuetudinem prohibuit, ita ut piaculum esset, aves, aut canes alere, canibus uti, insidiari feris animantibus, nisi quod ipse permitteret*: & pro harum legum observantia fuerunt constituti officiales venationis, & magister forestarum, de quo, ejusque jurisdictione, cura, & onere memor fuit citatus *Tholosanus dicta part.* 3. *lib.* 47. *cap.* 37. *num.* 10. *&* 11. ibi: *Accedit aliquantum superioribus jurisdictio Magistri magni aquarum, & subpræfectorum ejus, seu forestarum, quibus cura, & custodia injungitur aquarum, seu fluminum publicorum, & nemorum regiorum, ut & proventus, & fructus piscationis, & venationis, regio ærario sine fraude concedantur, & delicta in his commissa per illos coerceantur. Olim magnus Magister aquarum, & nemorum unus erat tantùm in Gallia, postea Magistri plures minores in provinciis constituti, subinde & alii subpræfecti, & locis particularibus designati cum judicibus, vicariis, seu locumtenentibus, advocato, & procuratore, & consiliariis regiis, addita turba aliorum officialium, præfectorum nemorum, custodum, thesauriorum, satellitum, & similium, de quibus omnibus, eorumque jurisdictione, & munere tractat constitutio Henrici II. mensis Februarii* 1554.

Hæc eadem prohibitio locum habuit
21 in Regno nostro: & quamvis videatur ortum duxisse à supra memorata constitutione Imperatoris Friderici; attamen, quia, ut observat *Regens Tappia de jure Regni rubric.* 7. *de officio Magistri forestarii*, idem Rex Fridericus multa loca in hoc Regno destinavit hujusmodi venationibus apta, præsertim in territoriis Montisfusculi, & in Apulia; existimaverunt nostri authores constitutionem prædictam observatam non fuisse in Regno nostro ad tradita per *Præsident. de Franch. decis.* 58. *num.* 5. ob variam interpretationem, quam prius constitutio prædicta receperat, & præsertim quòd deberet intelligi in fundo Principis, vel in forestis regiis, ut illam restrinxit *Iser.*

Postquam verò Reges Andegavenses obtinuere Regni Neapolis dominium, Carolus I. ad relata per *Regentem Tapp. loco supra citat.* constituit ad custodiam venationis regiæ illorum locorum Magistrum forestarium: *Hoc igitur nomen*, inquit *Tappia*, *foresta Gallicum est*, & *Anglicum*, & *à Gallia hoc officium in Italiam transtulisse Carolum I. affirmari posset*: & revera non antea in nostris legibus fit mentio illius, quàm in capitulis ejusdem Regis Caroli, præsertim in *cap.* incipiente *Magistri forestarum*, & *ferensarum.*

Hoc autem officium fuit postea aggre-
22 gatum jurisdictioni magni Seneschalli unius ex septem Regni officiis, ut adnotavit *Marinus Freccia de subfeud. lib.* 1.

tit.

tit. de offic. magni Seneschalli num. 7. ibi: *Magnus Seneschallus habet curam de omnibus forestis regiis, & de venationibus pro Regis solatio constitutis.* Cum autem inde Regnum devenisset ad Aragonenses, Rex Ferdinandus I. generaliter prohibuit venationem, ut animadvertit *Afflict. in commentariis constitut. Friderici §. nemo retia num. 4.* ubi pertractans idem argumentum, an possit Princeps limitare, & prohibere facultatem venationis subditis, postquam dixerat authoritate *Isernie*; *Finaliter solvit, quia sic placuit Imperatori: nam Imperator potest ponere conditionem rei alienæ existenti in re ab eo concessa secundùm Andream de Barulo in leg. si fundos Cod. de omni agro deserto lib. 11.* subdit: *Maximè hodie servatur iste text. in Regno propter prohibitionem Regis Ferdinandi I. qui expressè prohibet venationes etiam in agris propriis ad animalia capienda quocumque modo, & ad fasanos, & perdices:* fuitque prohibitio hæc venationis inducta in Regno per Regem Ferdinandum ad notata per *Argentoratensem d. cons. 13. vol. 1. num. 77.* ibi; *Et ita servatur in Regno Neapolitano propter prohibitionem Regis Ferdinandi I. qui expressè prohibuit omnes venationes ad animalia capienda quocumque modo.*

Ante autem tempora prædicta jam
23 aderat officium Monterii majoris: nam *Joannes Antonius Summonte in historia Regni Neapolis lib. 1. cap. 7.* verba faciens de hoc officio illud descripsit inter Tribunalia, & Magistratus hujus Civitatis, animadvertens, sub Rege Ladislao penultimo Andegavensi illud exercuisse Laurentium Galluccium, & ejus originem ab alio documento deducere non potuisse: & in vita, quam scripsit, Regis Ladislai inter ejus officiales, & ministros enumerat prædictum Galluccium, ut Monterium majorem, *lib. 4. cap. 2. in fin.*

Utcumque autem res se habeat, certum est in Regno, quòd sicut prius venatio fuit interdicta in certis particularibus locis destinatis pro regia venatione, quarum curam habebat Magister forestarum; sic, facta incorporatione hujus officii jurisdictioni magni Seneschalli Regni, hujus curæ fuit invigilare omnibus forestis regiis, & venationibus, ut referunt *Fabius Marchesius*, & *Præs. Regiæ Cameræ Montoja* in relatione manuscripta *§. magnus Seneschallus.* Ampliata verò prohibitione magis generaliter venationis, ablata fuit jurisdictio magno **Seneschallo**, & creatum fuit novum officium Monterii majoris cum ampla facultate, & juri dictione, & cum aliis prærogativis, de quo verba facientes citati *Fabius Marchesius* & *Montoja* hæc habent: *Advertendum est, quòd hodie in Regno cura venationum, & forestiarum pro venationibus, de quibus priùs Magistri forestarii curam habebant, & onus attinet ad officium Monterii majoris, qui curam habet regiarum venationum, & exercet jurisdictionem civilem, & criminalem supet omnes venatores regios, & custodes venationum, seu forestarum: & propterea adest officium custodis Stroni, qui locus est destinatus pro regia venatione, ac similiter officium custodis paludarum deservientium pro regia venatione: quæ duo officia ab Illustrissimo Regni Prorege providentur. Hi verò custodes, seu primi alii venatores in qualibet Civitate Regni de demanio regio, ubi adest venatio, creantur ab ipso Monterio majore:* & deinde referunt officio Monterii
24 antiquitus annexum fuisse aliud Capitanei militum, quod denominabatur *de' Balestrieri*, & apud *Regentem Reverter. decis. 214.* legimus, Imperatorem Carolum V. utriusque concessionem fecisse Troilo Despes, ibi: *Facta concessione à Carolo Cæsare f. r. D. Troylo Despes de duobus officiis vulgò d'Ells, di Montiero maggiore, e di Capitano delli balestrieri.* Ex quibus deducitur officium suæ jurisdictionis, quam ad præsens administrat Monterius major, non esse amplius illud, quod pro præterito exercebant antiqui Monterii majores: proquæ re faciunt, quæ scripserunt citat. *Summont. dict. lib. 1. cap. 7. Thom. Costa in compendio descriptionis Regni Neapolis chart. 213. Joannes Dominicus Tasson. de antefat. observat. 3. vers. 3. num. 382. in Tribunal. 27. venationis*, Franciscus de *Magistris lib. 1. status Neapolis §. 6. n. 51. Reg. Carolus Tappia de jur. Regni lib. 2. rubric. 7. n. 6.* & post alios *Nicolaus Gaietanus Aggeta in suo tract. notitia dignitatum, magistratuum, civiliumque, & militarium officiorum Regni Neapolis tit. 9. de magno Seneschallo c. 2. de Monterio majore*, ubi illum sic descripsit: *Quod sanè Monterii majoris officium ad Regis collationem recensetur in pragm. 2. §. 1. de offic. ad Regiæ Majestatis, ejusque Vicarii collationem spectan. ac jurisdictionem exercet, facultatem habet licentiam impartiendi pro venatione etiam in locis prohibitis, ac patentes literas expediendi custodibus venationis, quarum vigore per totum*

Re-

Regnum arma deferre valent: & *hanc venandi facultatem cuique petenti tribui, certa pecunia persoluta, testatur quoque cit. Laganarius, & in gradu appellationis ad Regiam Cameram recurri.*

Plures autem fuerunt per authores
25 consideratæ causæ restrictionis usus venationis, pro quibus potest Princeps illam vetare & circa modum, & circa tempus, & circa locum, & circa qualitatem ejusdem venationis, quantumvis illius exercitium originem trahat à jure naturæ, & gentium. Excessivus enim venationis usus potest damnum publico parere, aut destructionem volatilium, & sylvestrium animalium, quæ etiam ornamenti sunt rectè ordinatæ Reipublicæ, & necessaria vitæ, & commoditati hominum, & ex excessivo usu possunt homines, præsertim plebei, averti à cura rerum ad societatem civilem necessariarum. Sic animadvertunt *Sebastianus Medices de venatione part.1. qu.5. Joannes de Platea, & Rebuff. in l.un. Cod. de venatione ferarum, Cassan. in consuet. Burgundiæ rubr.3. §.7. num.3. Bertrand. cons.215. lib.2. & Natta cons.604. num.4.* hæc scribens: *Hoc enim factum videtur ex rationabili causa concernente publicam utilitatem, ne scilicet sequatur horum esculentorum animalium totalis consumptio, & distractio. Licet enim ex causa, jus naturale, & gentium distringere, & limitare, etiamsi dominium rei suæ alicui auferatur*: & *Andreas Tiraquell.* post reprobatum morem nobilium inferiorum prohibendi usum venationis subdit: *Non quòd nesciam, Principes id ex justa quapiam causa subditis prohibere posse. Quid enim, si agricolæ, mercatores, artifices, & cæteri id genus homines, præ nimia venandi opera agriculturam, mercaturam, artificium suum derelinquant, aut alia quævis causa intercesserit, quæ jure eos moveat?* Concordant *Gulielmus de Benedictis in rep. cap. Raynutius verb. & uxorem nomine Adelasiam decis.5.num.338. & seq. secun. veter. edit. Cassanæus in cathalog. glor. mundi part.11. consider.10. & Franciscus Zoannetus* in suo *libro de duplici venatione n.62. & 93.* ubi scripsit: *Certè potest rusticis rationabiliter prohiberi, quòd in eorum villagiis, & mansis, canes non teneant, neque aves ad venandum, vel alia venatica instrumenta, præter ligones, & aratra, secundùm Joann. de Plat. ne à cultura revocentur*: & pro hac re animadvertit *Argentoratens. dicto cons. 13. n.46.* edictum Regis Galliæ Caroli VI. his verbis: *Ex deliberatione sui magni consilii, in quo præsentes erant suus avunculus, & frater, & Duces Burgundiæ, Aurelianenses, & Borbonii, plurèsque alii domini, quòd in posterum rustici, aut non nobiles, venari non possent, nec aves, canes, retia, tendicula, funes, nec alia venatoria instrumenta, tenere debeant sub certis pœnis ibi specificatis: &, si contrarium fieret, possent de facto capi, & eis auferri per dominos Justitiarios, ne ratione venationis à suis laboribus, & mechanicis, vel aliis artibus diverterentur.* Nec in hoc læditur jus gentium, quamvis præsumi velit, quòd disponens Princeps contra illud disponat absque aliqua justa causa: nam tollit illam libertatem, quæ à jure naturæ est permissa: &, ut reflectit *Frideric. Pruckman. de venat. cap.4.nu. 11. verum erit in his, quæ ex dictamine rationis passim apud omnes peræque gentes in viridi sunt observantia, & primo juris præcepto, honestè nempe vivere, derogant; non verò in his, quæ quidem juris gentium sunt, haudquaquam tamen tanti ponderis, atque æstimationis, ut est venatio, sine qua subditus quisque fat potest commodè fat honestè vivere, arg. cap. ubi majus in princ. de elect. lib.6. Ulpianus in l.6. D. de just. & jur.* Ulterius Principi, qui jus habet reipublicæ, & in quo residet suprema potestas condendi leges, permissum est recedere a lege naturæ, & gentium, & constituere jus particulare in ejus dominio juxta sententiam *Ulpiani in l.6. D. de just. & jur.* ibi: *Jus civile est, quod neque in totum à natura, vel gentium recedit, nec per omnia ei servit. Itaque cum aliquid addimus, vel detrahimus juri communi; jus proprium, id est, civile, efficimus*: unde *Antonius Faber in suo rationali ad d.l.6.* notavit, quòd non tam jus ipsum naturale, aut gentium, quàm juris effectum tollit: & in nostra specie id ipsum animadvertunt *Franciscus Zoannettus in tract. de venatione Germanica num. 5. & Sebastian. Medic. part.1. quæst. 10. de venat. piscat. & aucup.* ubi loquens de hujusmodi legibus, quæ in Etruria vigent, quæstionem ita proponit: *An venatio possit prohiberi, ne fiat cum quibusdam retibus, & aliis instrumentis aptis ad ferarum depopulationem, vel hominum periculum? Respondeo, quòd sic, quia feræ, & volucres non solùm sunt pro ornamento universi, sed etiam pro utilitate hominum: unde Princeps prohibens venationem, quæ fit cum instrumento zonæ, quia eo plures extinguuntur, & capiuntur feræ, atque inde sequitur animalium sylvestrium, & ferarum*

rum innumera extinctio, quæ Reipubl. incommoda est: similiter, ne quis cum sclopo aucupetur, cum propter tonitrua arcobusiorum fugentur, & terreantur aves, prout extant leges super præmissis editæ a Serenissimo magno Hetruriæ Duce in suo magno Ducatu: quæ leges consonant cum dispositione juris communis: & sic pariter restrictionem temporis, & locorum *in qu. seq.* convalidavit, & juxta ejus doctrinam *Sebastianus Khraisserus de venatione, & aucupio cap. 2. num. 1.* tractans de legibus venatoriis Bavaren. & Neuburgic. *Quod contra leges venatorias*, inquit, *etiam de jure civili venandum non sit, colligitur ex iis, quæ tradit Sebastianus Medices, qui dicit, venationem prohiberi posse cum quibusdam retibus, vel aliis instrumentis aptis ad ferarum depopulationem, vel harum periculum: Contra leges etiam venatorias venandum non esse constat ex cap. proximè subsequenti, item ex cap. 12. & 13. inferiùs, ubi quo tempore quodlibet animal capi queat: non enim, quomodo, & quando quis venari potest, cujusque libidini permitti debet, sed leges venatoriæ diligenter observari debent*, Ferdinandus Wainsenneger *de venat. cap. 4. num. 28. & hoc propterea, cum ex libidine, & immoderato affectu, facilè omnia humana opera reddantur illicita, Sebastianus Medices de venat. part. 2. cap. 10. num. 8. DD. in cap. 1. de clericis venatoribus.*

Justa etiam causa prohibitionis venationis reputatur illa, quæ respectum habet ad eundem Principem, ut pro sua dignitate recreandi animi gratia, venationem habeat paratam: nam, cum hoc exercitium sit proprium nobilium, super omnes potest competere Principi, quatenus Reipublicæ splendor, & status dignitas postulat jus prohibendi ad proprium commodum: Sic unanimiter docent Civilistæ, Moralistæ, & Theologi, *Andreas Fachinæus controvers. lib. 1. cap. 1. Georgius Mohor de jur. venan. part. 2. cap. 2. num. 21. Sebastianus Medices de venat. & aucup. part. 1. quæst. 5. Franciscus Zoanettus in repet. l. 2. num. 108. 153. 155. ad 170. C. de pact. inter empt. & vendit. Cassaneus in cathal. glor. mund. part. 11. consid. 51. & citat. Khraisserus cap. 1. de venatione pro recreatione Principis*, ubi eandem comprobat sententiam dicens: *Quia, teste Andr. Tiraqu. venatio aliàs peculiare Regum, Principum illustrium, ac nobilium personarum est exercitium, & rationi convenit, ut Principes, cum pro Republ. laboribus, & curis continuis fatigentur, pro sua dignitate venationem animi recreandi, ac virium recipiendarum causa, paratam, & præcipuam habeant, idque propterea, ne quod tempus ipsis pereat, sed præliorum simulacra meditentur: ideò Serenissimi Domini Electoris constitutio quoad venationem pro recreatione Principis, & bannus Principis meritò firma subsistere debent: & Princeps ad hunc finem obtinendum loca quædam magis commoda proprio usui destinare, ac privatis venationem ibidem, quatenus Reipubl. splendor, & dignitas status postulat, prohibere potest.*

Est igitur in Regno nostro Monterius major concessionarius, & delegatus Regis in jurisdictione venationis juxta animadversionem *Paridis de Puteo in tract. de reintegr. feud. cap. 145. num. 9.* ibi: *Et delegatus Regis jurisdictionem habet in toto Regno talem, qualem habet ipse delegans:* cumque, ut ait *Horatius Montanus in tract. de regalibus*, regalia constituantur ex institutione Regnantis, vel consuetudine Regni, & sic ea, quæ non sunt regalia, possint fieri regalia institutione Regnantis, si Rex reservet aliqua prohibitivè ad subditos; ideo venatio debet dici de regalibus non generaliter in toto Regno, sed in quibusdam locis, vel quia in dictis locis particularibus fecerint de regalibus, vel quia de consuetudine à Rege cum tacito consensu populi sint de regalibus effecta, ideoque ad Principem spectat, potestque per Principem prohiberi. Hinc videmus, ut inquit *Laganar. in add. ad Rovit. super prag. 1. de aucup. & venat.* in hac Civitate, ejusque territorio, regiæ venationi proprium, certumque Tribunal, atque Judicem à Rege constitutum hispano idiomate *Montero Mayor* appellatum, à quo venandi facultas, certa pecunia persoluta, cuique petenti tribuitur: & juxta animadversionem *Petri Heigii dict. qu. 15. n. 46.* sufficit ad hoc, ut venatio consideretur uti Principis beneficium, & quòd fuerit introductus usus concedendi per Principem licentiam venandi, ut reputari possit regalia ibi: *Ac nisi ità esset, quotidianus saltem usus diversum sentientes confutaret, dum passim non nisi pro beneficio regali, aut principali, venationes existimantur, & nemini venari, etiam in suo, licet, nisi cui id nominatim est concessum, cujus rei meminit Cujacius in dict. §. nemo retia de feud. lib. 5. Choppin. dict. tit. 22. num. 6. idem Cujac. lib. 4. observ. 4. Zoan. d. loc. num. 170. Proinde parùm*

tutò

tutò à DD. scribitur, inter regalia venationes censeri non debere.

Cum autem tractetur de regalibus,
26 hæc, quia soli Principi competunt, sine titulo haberi non possunt: & licèt regulariter nemo cogatur ostendere titulum possessionis suæ; in his tamen, quæ à Principe habere, & impetrare necesse est, possessio, vel quasi, præsumitur precaria, donec titulus ostendatur, *Menoch. cons.* 307. *num.* 61. *Hartman. Pistor. lib.*2. *quæst.* 46. *num.* 6. & ad oppositionem possessionis inductam ex solo modo præscriptionis contra aliquos, quòd non possit aliis nocere, respondet *Everard. cons.*10. *tom.*1. dicens: *Si obiiciatur, talem possessionem, vel quasi acquisitam ex prohibitione aliquorum, contra ipsos tantùm prohibitos prodesse prohibenti, non autem contra alios, qui neque prohibiti fuerunt, cum præscriptio sit stricti juris, & tantum dicatur præscriptum, quantum possessum; responderi potest, quòd imo sufficiat, prohibitionem venandi esse factam aliquibus, ita tamen, quòd ea pervenerit ad notitiam aliorum, & saltem majoris partis populi: tunc enim quasi possessio juris prohibendi sic acquisita prodest contra omnes subditos, etiam qui specialiter non fuerint prohibiti, quemadmodum in simili dicitur de consuetudine, quòd ea inducitur ex duobus actibus tantùm contra totum populum, quando illi actus devenerunt ad notitiam totius populi, aut majoris partis ejus*: idemque author hæc addit in ejusdem rei confirmationem: *Patet etiam, non obstare juri venandi ex hujusmodi prohibitionibus acquisito, quòd semper aliqui reperti fuerunt, qui contra prohibitiones Principum, ac Dominorum in locis prohibitis venationem usurpaverunt, & cervis, hinniculis, aliisque similibus feris insidiati sunt, quibuscumque artificiis eas capiendo, & præsertim balistras, ac bombardarum globos trajiciendo, quia respondetur, hos paucos, qui subinde talia facere consueverunt, hæc, & similia fecisse non auctoritate populi, nec pro jure venandi conservando ipsi populo, sed potius clam, aut furtivè: unde nihilominus Princeps, ac Domini terrarum, hoc jus, ut soli venari, aliosque prohibere possint, contra omnes præscripserunt*: Non est eadem ratio in Magnatibus ad custodiendam
27 sui gratia, vetandamque venationem, quanta in Principe, etiamsi is cum suis juribus eam fuerit ipsis largitus, *Sebastianus Medices de venat. piscat. & aucup. part.* 1. *quæst.* 5. *num.* 5. & *Georgius Mohor de jure venand. part.*1. *cap.*2. *num.*40. Quo sensu *Franciscus Zoannettus de venat. german. num.* 46. *part.* 1. quem sequitur *Argentoratensis dict. cons.* 13. *n.*21. *ad* 26. *vol.*1. explicavit *Hostiensem, Butrium, Jasonem, Philippum Decium, Guidonem Papam*, & alios, attenta specie per eos respectivè pertractata circa abusum, quem eorum potestatis faciebant Principes inferiores jus Reipublicæ non habentes in prohibendo eorum vassallis venationem: Unde citatus *Mohor* subdit: *Verùm hoc malè servant Principes, Comites, & Barones nostri temporis: ipsi enim soli venari volunt, & nemo est, qui eorum facta dijudicet*: & inde exclamat cum *Juvenale*:

.... Libertas pauperis hæc est:
Pulsatus rogat, & pugnis concussus adorat:
Ut liceat paucis cum dentibus inde reverti.

Eandem sententiam tuentur *Sot. de just. & jur. qu.*6. *art.*4. *lib.*4. *Dian. resol. moral. tract.*6. & *miscell. res.*18. *part.*3. *Viv. com. opin. concl.*1010. *Ann. singul.*59. *Thesaur. qu. for. qu.* 22. *part.* 2. *Rovit. super prag.* 1. *de aucup. & venatorib. num.* 4. ubi *Lagan. num.*2. *in addit. ad num.*4. *Capiblanc. de Baronibus in prag.*14. *num.* 35. *ad* 38. *Cancer. var. resol. lib.* 2. *c.*2. *n.* 84. & facit pro hac re apud nos observan-
28 tia inducta ex stylo judicandi, quem tenuit S. C. in causis gravaminum vassallorum contra Barones: nam, ut testantur *Præsid. de Franch. decis.* 158. *Regens Carolus Tappia de jure Reg. lib.*2. *rubr.* 7. *num.*5. & *Regens Scipio Rovitus loc sup. cit. num.*4. consueverunt fieri decreta per Sacrum Consilium in causis gravaminum vassallorum contra Barones, quòd liceat vassallis aucupari, & venari, præter quam cū parvis scoppittis, & balistris ad sagittam, non quòd ipsum genus venationis esset prohibitum, sed quia genus armorum est prohibitum: hucque spectant verba *Georgii Mohor de jur. ven. part.* 2. *cap.* 1. *num.* 1. *Aliqui Principes, Comites, Barones, & nobiles plurimùm allucinantur, putantes, cum habeant in suis districtibus, seu territoriis, merum imperium, se quoque habere jus venandi, seu foresti, & vice versa, cum habeant jus foresti, se quoque habere merum imperium, cum tamen merum imperium, ac jus foresti sint diversa, ac separata, & ex separatis non rectè inferatur.* Possunt tamen Barones subjicere eorum prohibitioni vassallos aut jure præscriptionis, aut Regiæ concessionis investitura obtentæ. *Venationes in tantum hodie esse interdictas, ut ne nobilibus quidem,*

Digitized by Google

& vassallis in propriis sylvis, & agris eas exercere liberum sit, nisi eis à Principibus per investituras feudales concessæ, vel præscriptione legitima fuerint acquisitæ, notissimum est, ut inquit Abasuerus Fritschius in appendic. de venation. precar. §. 1. post tract. de convenat.

Præscriptio induci non potest, nisi
29 prohibitio sequatur per publicum proclama, quod perveniat ad notitiam totius populi: tunc enim, si conquestus non adsit, & concurrant acquiescentia, & patientia ejusdem populi, quæritur Baroni legitimè jus prohibendi venationem, cum non sufficiat ad illud inducendum vassallos solitos fuisse petere Baroni licentiam pro venatione, ut docuit Jacob. Cancerius dict. cap. 2. nu. 90. & 92. lib. 2. qui proponit dubium, & rationem dubitandi, dicens: Non constat, quòd Dominus consueverit prohibere vassallis venationem, aut piscationem: constat tamen, quòd ipsi, cum volunt piscari, aut venari, soliti sunt petere licentiam a Domino. Numquid ex hoc Baro habet suam intentionem fundatam, ut non possint ipsi piscari, aut venari sine sua licentia? Videtur dicendum, quòd sic: nam, si ipsi possent sine dicta licentia venari, aut piscari, non esset, quòd eam a Barone peterent; propter quam rationem ita sentit Abbas, &c. Contrarium verius puto per notata per Decianum d. cons. 197. num. 3. ad med. vers. non obstat, ubi dicit, non esse reprehendendam illorum modestiam, imò commendandam, qui, dum propria auctoritate agere potuerunt, superioris tamen licentiam impetrare elegerunt; pro cujus dictis facit text. optimus in cap. 2. §. cum autem ibi: Bonarum mentium; de observand. jejun. Juvat etiam, quòd in dubio pro libertate est pronunciandum, l. quoties dubia D. de reg. jur. & l. inter pares D. de re judic. & cap. fin. de re judic. Alter modus, per quem quæritur Baroni jus prohibendi venationem, est concessio Principis: nam, ut concludit citatus Mohor ubi supra cap. 7. num. 24. si facultas venandi, piscandi, & aucupandi quæritur præscriptione, ut supra dixi; ergo pari ratione etiam privilegio quæri potest, cum ea æquiparentur, cap. cum contingat de for. compet. cap. novit de judic. cap. si duo de offic. ordin. Andr. de Isern. in cap. 1. §. nemo de pac. tenend. Natt. cons. 522. num. 23. ad 30.

Ad hoc autem, ut dignoscatur, an
30 concessio secum trahat beneficium prohibendi subditis, recurrendum est ad tenorem privilegii: nam non semper æqualiter in uno casu, ac in altero potest Baro uti facultate concessa, & ideo Georg. Franz. exercitat. 14. quæst. 2. num. 11. in fine verba faciens de feudatariis scripsit: Ita meritò venandi facultatem ad concessionem ejusdem metiantur, eoque jure modò liberiùs, modò strictiùs utantur. idque advertit Argentoratensis in simili specie concessionis d. cons. 13. n. 42. ibi: Et in primis ad tenorem investituræ recurrendum est, teste Dec. in d. cap. porrò n. 17. & copiosissimè prosequitur Tiraquell. in l. si unquam super d. verb. libertatis nu. 9. & latè complexus est Brunus in cons. 41. num. 6. & seq. Hinc, ubi concessio contineretur in illis clausulis generalibus solitis apponi in investitura cum terris, feudis, feudatariis, reditibus, hospitiis, montibus, vallis, planis, sylvis, venationibus, &c. quas refert Ant. Capyc. in investituris feudalibus, & quæ apponi solent de stylo cancellariæ, ut nostri dicunt; talis concessionon habet vim tribuendi Baroni facultatem aliquam pro jure prohibendi venationem ejus vassallis, & habitatoribus in ejus feudo, ut docent Jacobinus de Sanct. Georgio in investitura feudali vers. & cum venationibus, Petrus Rebuffus in l. 1. Cod. de venation. ferarum lib. 4. Guid. Papa decis. 514. Natta cons. 375. tom. 2. & alii: in hoc enim fundantur tot tantæque decisiones uniformes S. R. C. super gravaminibus productis per vassallos contra proprios Barones prætendentes eisdem vetare venationem: nam quilibet allegare potuisset concessionem in terminis clausularum generalium etiam cum expressione: Et cum venationibus; appositarum ex stylo Regæ Cancellariæ in investituris, & privilegiis. Hinc Jo: Maria Novarius in terminis similium concessionum de gravam. vassall. gravam. 71. num. 2. dixit. Sed quia prælibatum jus reperitur radicatum in suprema Principum dignitate, communi calculo est receptum, in feudatarios, quamvis concessio fiat cum venationibus, minimè transire; & paulò post num. 6. Quam sanè conclusionem adeo veram judico, ut censeam, nec posse prohiberi modum venationis, nè cum aliquibus instrumentis fiat venatio, per quæ nimis excessivè species animalium vastarentur, vel quòd non fiat venatio certo anni tempore, quo animalia sunt prægnantia, ut probat noviter Rendella in suo tract. de pasc. for. & defens. tit. de Baron. pasc. pag. 91. vers. ex quibus, ubi ex stylo decisionum S. R. C. non posse procedere hujusmodi prohibitionem fatetur.

Poterit tamen clausula prædicta effectum

dum juris prohibendi parere in beneficium Baronis, concurrente præscriptione supra expressa, juxta sententiam Authorum supra relatorum, & præsertim *Antonii Capycii* in sua *investitura feudali verbo venationibus* sic animadvertentis: *Si autem Domini prohibuerint, & subditi acquieverint, Dominus præscribet: subditi ergo contradicant, vel appellent*: & juxta hanc doctrinam *Jo: Maria Novarius d. tract. de grav. vassal. grav. 71. n. 16.* limitavit suam conclusionem dicens: *Declaranda est præterea principalis conclusio, quòd non esset gravamen ex prohibitione venationis, quoties Baro haberet jus prohibendi quæsitum ex patientia, & acquiescentia vassallorum; exempli gratia, si præcessisset prohibitio venandi per publica banna pœnalia, quibus vassalli acquievissent, nec contradixissent, imò in casu contraventionis absque aliqua reclamatione, vel protestatione, pœnam solvissent, quia in tali casu renunciasse eorum juri videntur, & Baro præscripsit actionem*: & post comprobationem prædictæ limitationis authoritate *Natt. Capyc. Lanarii, Grammatici, Borrelli*, & aliorum, subdit cautelam tam pro Baronibus ad finem acquirendi jus prohibendi venationem, quàm pro vassallis pro continuando in eorum libertate venandi, dicens: *Ut faciant tales prohibitiones per banna, & proclamata pœnalia, quia, si subditi non contradicant, & se abstineant, ipsi constituuntur in quasi possessione juris prohibendi: Indè, ut vassalli releventur ab hoc gravamine, sit pro eis theriaca contra Barones, ut immediatè, cum habuerint notitiam de bannis, se opponant, & appellent contradicendo, quia sic excludent possessionem Baronum, nec de acquiescientia posset in futurum opponi: & ne cives appareant consensisse bannis, bonum erit, quòd in effectu venentur, quia ex venatione acquirent jus, & continuant possessionem, impediuntque Baronum prætendentias*: hujusque rei rationem adduxit *Jo: Laganarius in add. ad Rov. in prag. 1. ad num. 4. de aucup. & venator. num. 10.* ibi: *Semper enim Rex in illa generali: vel expressa concessione præsumitur adjicere clausulam, si qua, vel si quæ, ac alienis juribus semper salvis, nec velle prejudicare juribus tertii, ut dicunt Afflict. & Ursill. ibi, aliique ab ipsis relatis ideoque, dum Rex venationem in feudo concesso non prohibuit, quia illam liberam vassallis reliquit, prout de jure eis competebat, non poterit Baro illam prætendere, vassallisque prohibere ex supra jam deductis: & ita præter relatos tenet Anna, qui allegat Cassaneum, Covarruviam, & Grammaticum, & Dominus Fabius filius citat Riminaldum, Dom. de Franch. & Jo. Anton. de Nigris, quos videre poteris*. In contrariam verò protendit sententiam idem *Lanarius loc. supr. cit. num. 10.* dicens: *Ex eo quia non in toto Regno venatio est de regalibus, sed in illis tantummodo locis, in quibus Rex principaliter, vel populi consensu illam instituit, & in reliquis Regni partibus, jure gentium servato, liberum est cuique venari. Dum ergo Rex feudum concessit cum regalibus, & venationibus, intelligitur, si ibi regalia, & jus prohibendi venationem possideat, per ea, quæ dicit Afflictus decis. 334. num. 3. 4. & 5. ubi etiam latissimè Ursillus s. b num. 9.*

Et in concessionibus Principum non
31 venire venationum jura ex moribus Germaniæ, aliorumque locorum, adnotavit *Ageta in visionibus feudalibus rubr. 4. visione 4. vers. sylva quoque.* At, si per Principem non sit genaraliter de jure prædicto dispositum, vaga, & generali concessione in investitura feudi expressa, *haudquaquam* inquit, *Carpzovius part. 11. decis. 109. num. 20. & seq. venationem comprehensam censeri docent Sixtin. dict. cap. 18. num. 49. Ludolph. Schrader. de feud. part. 3. cap. 4. num. 47. Knich. dict. loc. cap. 8. num. 28. Non etenim vassallus damno debet esse domino in exercitio jurisdictionis, aliisque causis, quæ ad honestatem domini pertinent: At qui certum est, nobile venandi exercitium & ad honestatem, & ad ornamentum domini conducere, cum tale sit hodie, quòd plerisque in locis Magnatibus, & Proceribus tantummodo competit. Quare gratitudinis transgrederetur officium vassallus, si dominum in eo fundo, cujus usumfructum ex mero beneficio, ejusque concessione acquisivit, velle privare, Kylling. dict. disput. de venat. thes. 8. Sed nec in sola Principis investitura hoc obtinet, verùm etiam de quavis concessione idem est asserendum.*

Juvat igitur in hoc clausula *& cum*
32 *venationibus* in generalitate omnium aliarum, quæ pro observantia styli regalis Cancellariæ in investituris apponuntur, ad hoc ut Baro possit sibi reservare in aliquibus particularibus locis non dumtaxat ejus peculiaris juris, & ejus feudi, sed in illis etiam, quæ sunt demanialia, & communia civibus, & habitatoribus ejusdem feudi, ût authoritate *Rebuff. Cassanei, de Benedictis*, & *Francisci Marci* declaravit citatus

Digitized by Google

Novarius d. gravamine 72. *n.* 13. & quamvis non defuerint authores, qui justinuerunt, nec etiam licere Baroni peragere venationes reservatas, ut voluit *Tasson. de antefato vers.* 3. *observ.* 4. *n.* 199. authoritate *Andr. de Isern.* aliorumque, quos refert; attamen explicat citatus *Novar.* ibidem *num.* 13. juxta sententiam *Coppini*, adductam declarationem intelligi debere, & eidem locum esse, quoties fuisset per Baronem, aut per ejus praedecessores longo temporis cursu exercita venatio in aliqua particulari sylva, aut in aliqua parte territorii etiam publici, cum consuetudo haec operetur, posse particulariter in eisdem locis reservari venationem juxta morem Galliae.

Quòd si latiùs fuisset investitura concepta, & non solùm venatio concessa esset
33 in terminis generalibus clausulę *cum venationib.* solitae apponi ex stylo, sed magis particulariter jus venandi fuisset concessum, tunc ad tradita per *Francisc. Zoannett. de venat. german. n.* 27. *Barones concessionarii nihilo secius suam adversus plebejos caussam defendent. Solet plerumque Caesar in feudorum concessionibus, quas investituras vocant, venationes quoque inter cetera conferre vassallis. Germaniae autem vetustissima consuetudo, quae certissima est legum interpres, ita concessionem illam Augusti accipit, subditis suis consensu, & taciturnitate approbantibus, ut Caesari talis sit in investituris venationes concedendi jus, atque Principibus, & nobilibus vassallis ingrediendi agros, ac nemora plebejorum venandi causa, vel ipsis invitis, nec non a venatione plebejos in universum prohibendi ex ea Caesaris concessione potestas facta sit*: & juxta hanc pinguiorem investituram authoritate *Montan. de feud. lib.* 2. *cap.* 1. §. *quandocunque autem Princeps* scripsit *Jo: Bidembachius quaest. nobil.* 16. *num.* 4. *Hoc maximè attento, quòd Principes Imperii à S. Caesarea Majestate cum jure foresti, omnimodaque venatione per totum Ducatum, adeoque etiam per alienos, & sic nobilium agros, investiri solent.*

Sed quamvis hoc casu possit Baro, in
34 quem translatum est jus venationis, illam prohibere vassallis; non ideo potest usum eidem concedenti prohibere: nam, ut inquit *Horatius Montanus de regalibus quaest.* 3. *nu.* 6. *circa fin. in omni concessione regalium erit semper reservata concedenti major potestas ea, quae concessa est, etiamsi fuerit apposita clausula, nihil nobis reservantes, ea ratione, quia est inseparabilis illa superioritas, ut dictum est. Hinc dixerunt nonnulli, regalia praesumi concessa cumulativè ad concedentem, non privativè:* hancque regulam, quam repetit Montan. generaliter loquens de regaliis, praesertim *d. tract. qu.* 5. *num.* 31. & comprobat authoritate *Signorolii Homodei Frideric. Pruckman. Rosentalii*, & aliorum, supra citatus *Bidembachius d. decis.* 16. *num.* 1. dixit procedere pro venatione, ubi fuisset concessa, & non acquisita jure praescriptionis, dicens, *distinguendum esse, an scilicet venationes à Dominis territoriorum nobilibus concessae essent, & eo casu Dominis jus simul venandi quoque competeret, cum Domini jus illud non privativè, sed cumulativè in nobiles transtulerint, per jura, & DD. authoritates à Schradero adductas*; & juxta hanc doctrinam in terminis pariter concessionis peractae per Principem venationis idem voluerunt *Christoph. Besoldus in thesauro practico verbo juggen. vers. huc quadrat quaestio Ludovic. Schrad. de feudis parte* 10. *sect.* 5. *nu.* 174. & *Abasuer. Fritschius de convenatione membro* 2. §. 2. Aliter verò sentire DD. ubi plenius fuisset concessa in investitura venatio cum jure prohibendi, cum in hac facti circumstantia absolute possit Baro privativè quoad alios inhibere, & illam prohibere suis vassallis, etiam respectu Magistratus Supremi, & ipsius Principis concedentis: & quamvis de hac absoluta facultate dubitasset *Camill. Borrell. in tract. de Magistrat. edictis lib.* 4. *cap.* 3. *num.* 11. attamen sententia praedicta dicenda est verior, utpotè à decisionibus approbata, ut de ejus Senatu Pedemontano testatur *Gaspar Ant. Thesaur. in suis quaestion. forensib. lib.* 2. *quaest.* 22. *num.* 4. & tamen in una ex causis per eum relatis vaga, & generalis facultas prohibendi restricta fuit ad quasdam species venationis nobiliores, ut deducitur ex ejus verbis, quae ita se habent: *Fallit haec regula quoad vassallos, si ultra investituram ipsi a Principe jus haberent prohibendi venationem subditis: nam tunc subditi tenerentur prohibitioni parere, cum jus istud vassallus habeat à Principe, qui jus prohibendi habet: & propterea, cum in Senatu mota fuisset quaestio inter vassallum, & subditos de prohibitione venationis, quam vassallus per literas Principis impetraverat, fuit pro vassallo pronunciatum, & confirmata inhibitio in causa Brusolii* 1585. 13. *Aprilis*, & *in causa Isiae* 1602. *mense Novembris: in qua tamen causa Senatus restrinxit facultatem*

prohi-

prohibendi quoad lepores, perdices, & nobilem venationem: & hanc sententiam secutus post *Nattam*, & citatum *Thesaurum*, *Jo: Maria Novarius loc.* ubi supra *num.* 12. limitavit gravamen in hoc casu dicens: *Declara tamen, cessare gravamen, quoties in specie à Rege, vel supremo Principe, Barones haberent tale jus prohibendi, quia tunc possent feudatarii illo uti, ut consuluit Natta consil.* 523.

Ut autem compertum quoque fiat, 35 quænam sit authoritas, & jurisdictio in hac Civitate officii Monterii majoris, quod magna cum laude exercetur per Illustrem Principem S. Laurentii D. Hieronymum Carafam, uti balium, & tutorem D. Alvari della Quadra Carafa ejus nepotis; operæ pretium duximus nonnulla principaliora in medium afferre. Fuit officium prædictum anno 1675. venditum per Regiam Curiam sub hasta Regiæ Camerę quond. Ill. Principi Macchiæ D. Petro Gambacurta pro se, ejusque hæredibus, & successoribus in burgensaticum pro summa ducatorum 42. m. & quinquaginta, cum jurisdictione civili, criminali, & mista, eo modo, & forma, prout illud exercuerunt omnes prædecessores, & in specie cum facultate erigendi carcerem in propria domo, aut alibi, ac etiam funiculum cordæ, & habendi viginti biruarios cum armis non prohibitis per Reg. pragmaticas, quorum dari deberet notitia Præsidenti Commissario, qui pro tempore fuisset, & ad ejus libitum Magnæ Cur. Vicariæ: pro quo officio dari deberet unus ex Præsidentibus Tribunalis Regiæ Cameræ pro Commissario ad ejusdem electionem, ejusque hæredum, & successorum, qui Præsidens Commissarius haberet authoritatem, & jurisdictionem cognoscendi de omnibus, & quibuscumque causis, activis, passivis, motis, & movendis, civilibus, criminalibus, & mistis Monterii majoris, ejusque officialium, familiæ, & famulorum domus cum clausula abdicativa, aut privativa ad omnia alia Regia Tribunalia, & Baronalia, præsertim M.C. Vicariæ, & cum facultate etiam inhibendi Tribunalibus prædictis, & avocandi ab eis causas, & signanter ab eadem M.C. etiam pro causis criminalibus non solùm concernentibus officium, sed quodlibet crimen, etiam pro quo veniret imponenda pœna mortis naturalis tam ejusdem Monterii majoris, quàm ejus officialium, familiæ, & famulorum domus, & cum facultate eidem Præsidenti Commissario cognoscendi causas appellationis officii prædicti. Præterea concessa fuit facultas, ut patentati, & habentes licentiam venationis ejusdem Ill. Principis, ejusque hæredum, & successorum, possent tàm per Casalia hujus Civitatis, quàm per totum Regnum in tenimento jurisdictionis officii Monterii majoris, tàm in locis habitatis, quàm non, diu, noctuque ferre omnia armorum genera non prohibita per Regias pragmaticas, absque eo quòd molestari possint vigore bannorum, qui solent per officiales publicari, & cum aliis legibus, & conditionibus in instrumento venditionis prædictæ contentis. Anno postmodum 1696. exortis variis prætensionibus fiscalibus super officio prædicto, fuerunt tandem transactione supitæ cum injuncto onere solutionis ducatorum 8.m. ad beneficium Regii Fisci, & cum expresso pacto reservationis reemendi quandocumque ad beneficium ejusdem Regii Fisci pro pretio tàm dictorum ducatorum 42. m. & quinquaginta, quàm dictorum ducatorum 8. mil. & denique aliorum ducatorum 2. m. & quinquaginta duo tt. 3. & gr. 15. pro expensis dirictuum Regiæ Cancellariæ Madriti, & Neapolis pro confirmatione, & ratihabitione dictę transactionis: quæ partitæ in unum conflabant summam ducatorum 52202. tt. 3. & gr. 15. & ad normam prædictæ conventionis fuit expeditum privilegium per Regalem Curiam Madriti sub die 29. mensis Martii anni 1697.

Deinde anno 1702. ob crimen felloniæ commissum per Principem Macchiæ contra M. Reg. Catholici Philippi V. fuit in Regia Camera ejus patrimonium deductum, ibique inter cæteros creditores comparuit quondam Illustris Dux Limatulæ D. Franciscus Maria Gambacurta in solidum cum Illustre D. Vincentia Gambacurta ejus matre ex primo matrimonio, ibique deduxerunt credita, quæ habebant super bonis, & juribus præfati Principis Macchiæ, & signanter, & cum potioritate super officio Monterii majoris, quod prævio rescripto Proregis tunc temporis fuit adjudicatum ad beneficium præfati Ducis Limatulæ pro summa ducatorum 52. m. eodem modo, & forma, prout possessum fuerat per ultimum Principem Macchiæ cum eodem pacto de retrovendendo in perpetuum ad beneficium Regiæ Curię: quod fuit confirmatum Imperiali diplomate sub die 31. Martii anni 1718. cum re-

Digitized by Google

remiſſione pacti de retrovendendo.

Denique ob mortem ſequutam anno 1725. præfati Ducis Limatulæ abſque ſucceſſoribus in gradu legis inveſtiturę ad inſtantiam Regii Fiſci fuit prætenſa devolutio officii prædicti vigore literarum Regalium anni 1664. quibus omnia officia aſſumpſerant naturam, & qualitatem feudalem, ut in eis ſuccedendum eſſet eodem modo, prout in feudis, non obſtante, quòd conceſſiones apparerent factæ in burgenſaticum: de quibus literis Regalibus latè nos ſcripſimus in *tract. de feudis tit. de officiis*. Verùm ſe oppoſuerunt Illuſtris Princeps Fraxi D. Gherardus Dentice, & creditores dicti qu. Illuſtris Ducis Limatulæ, & in actu diſcuſſionis comparuit penès acta præfatus Ill. D. Hieronymus Carafa Princeps S. Laurentii filius quond. D. Aloyſii, & tutor, & patruus D. Alvari della Quadra Carafa filii quondam D. Dominici Carafa germani fratris ejuſdem Illuſtris Principis, cumque repræſentaret creditum ducator. octuaginta quinque mille ſuper hæreditate, & patrimonio dicti quond. Illuſtris Ducis Limatulæ ratione fideicommiſſi, & majoratus inſtituti anno 1687. per qu. Regium Conſiliarium, & Præſidentem Regiæ Cameræ D. Alvarum della Quadra ſeniorem ad beneficium præfati qu. Illuſtris Ducis Limatulæ D. Franciſci Mariæ Gambacurta, ejuſque filiorum deſcendentium ordine primogenituræ, & in eorum defectum ad beneficium dicti quondam Illuſtris Principis S. Laurentii D. Aloyſii Carafa eidem ſanguine conjuncti, ejuſque filiorum maſculorum etiam ordine primogenituræ cum aliis ſubſtitutionibus; petiit in ſatisfactionem præfati ejus crediti cum aſſenſu graduati, & diſcuſſi quinto loco, fieri eidem adjudicationem, & dationem in ſolutum ejuſdem officii Monterii majoris cum pacto de retrovendendo quandocumque, & in perpetuum ad beneficium Regiæ Curiæ pro eadem ſumma ducatorum octuaginta quinque mille, ita quòd intelligeretur adjudicatum eidem Illuſtri Principi, aliiſque vocatis, & comprehenſis in fideicommiſſo, ut ſupra, inſtituto, cum omnibus juribus, prærogativis, & emolumentis, prout reperiebatur conceſſum dicto quondam Illuſtri Principi Macchiæ, & confirmatum vigore dictæ tranſactionis anni 1696. & cum juriſdictione civili, criminali, & miſta, & poteſtate creandi auditorem, judicem, coadjutorem fiſcalem, magiſtrum actorum, & ſcribas, & cæt. juxta ſolitum, & prout reperiebantur prædicta omnia conceſſa dicto quondam Illuſtri Principi Macchiæ: & prævia conſultatione Regiæ Cameræ, & reſcripto Illuſtris tunc temporis Proregis diei 23. Decembris anni 1731. fuerunt emanata banna ad offerendum pro venditione prædicti officii, & ſervatis ſervandis ſub die 18. & 30. menſis Januarii anni 1732. extincta fuit candela ad beneficium ejuſdem D. Alvari della Quadra tanquam ultimi locitatoris, & plus offerentis cum pactis, & conditionibus, ut ſupra, expreſſis, & fuit ſtipulatum inſtrumentum ſub die 14. menſis Februarii ejuſdem anni 1732. manu Notarii Regiæ Curiæ cum Illuſtri tunc temporis Prorege Comite de Harac: & ſuper contractu prędicto fuit expeditus Regius aſſenſus ſub die 11. menſis Septembris ejuſdem anni, qui *fuit* exequutoriatus ſub die 25. menſis Octobris, & regiſtratus in quinternionibus Regiæ Cameræ *quintern. officiorum* 4. *fol.* 99. *à terg.*

Occaſione officii prædicti poſt adeptam poſſeſſionem per præfatum Illuſtrem Principem S. Laurentii nomine, ut ſupra, expreſſo, plúres exortæ fuerunt controverſiæ circa ejus facultatem, quæ reperiuntur determinatæ Regalibus reſcriptis S. R. M. etiam prævíis conſultationibus Regiæ Cameræ, quæ placet hìc tranſcribere ad futuram rei memoriam.

Tenor primi reſcripti talis eſt: „ El
36 „ Rey nueſtro Señor ſe ha ſervido con-
„ formar con lo que el Tribunal de la
„ Camara ha prepueſto en conſulta de
„ 28. del paſado, ſobre lo que executo
„ el' Electo de eſte pueblo haciendo
„ eximir el portero de ſu plaza que lle-
„ vavan preco los cabocazas del oficio
„ de Montero mayor de eſte Reyno,
„ porque hiva ſin licençia a caza, y
„ carcerar a los dichos caboſcaza, y a
„ cerca de la pretençion que tiene eſta
„ Ciudad de poder dar las licençias de
„ hir a caza a ſus miniſtros, oficiales,
„ y ſubalternos, y dado los orden para-
„ que ſe carceren los esbirros, que co-
„ metieron el dicho attentado, como
„ tambien prevenido los conveniente a
„ la referida Ciudad, paraque ſe abſten-
„ ga de diſpenſar ſemexantes licençias,
„ obſervando puntualmente las prag-
„ maticas tocantes a eſta dependençia,
„ y que quando tenga que repreſentar,
„ puede executarlo, deduciendolo en
„ eſte

Digitized by Google

„ eſte Tribunal que la oyrà en juſtiçia.
„ Lo previengo a V. S. de orden de Su
„ Mageſtad, a fin que el miſmo ſe halle
„ en eſta inteligençia, y la haga juſtiçia,
„ en caſo que recurra a la Camara dan-
„ do quenta de lo que ocurriere. Dios
„ guarde a V.S. muchos años como deſ-
„ ſeo. Palaçio a 18. de Ottobre 1734.
„ Joſeph Joachim de Monteallegre. Se-
„ ñor Marques de San Juan.

Tenor ſecundi: „ En viſta de la con-
37 „ ſulta, que ha hecho al Rey eſſe Tri-
„ bunal de la Camara pendiendole orde-
„ naſe a los Preſidiente del Sacro Con-
„ ſejo remitieſe a ella todos los autos
„ concerniente a los oficio de Montero
„ mayor del Reyno, ſe han dado los or-
„ denes al dicho Preſidiente, paraque
„ luego lo mande executar a sì a fin de
„ que por eſte Tribunal ſe proceda al
„ deſpacho de las cauſas cuya Regal re-
„ ſoluçion; participo a V.S. de orden de
„ Su Mageſtad, paraque el referido
„ Tribunal ſe halle en eſta inteligençia.
„ Dios guarde a V. S. muchos años
„ como deſſeo. Palaçio a 23. de Noviem-
„ bre 1737. D. Juan Branchao. Señor
„ D. Luis Paternò.

Tenor tertii; „ Deſpues de haverſe
38 „ el Rey enterado del contenido de la
„ conſulta que formò en 3. del corriente
„ el Tribunal de la Camara de la Sum-
„ maria ſobre que podria degnarſe Su
„ Mageſtad deferir a la inſtançia del
„ Principe de San Lorenzo zio, baylo,
„ y tutor de D. Alvaro de la Quadra
„ Carafa R. Montero mayor de eſto
„ Reyno, preſcriviendo que todas las
„ cauſas introducidas, o que ſe intro-
„ duçeren tocante a eſte oficio, ſe hayan
„ de tratar en eve Tribunal, y ante el
„ Preſidiente delegado D. Joſeph Odo-
„ ardi ſin' entrometer, o procederſe en
„ ellas por otro qualquier Tribunal, o
„ Juez remitiendo los autos a la Ca-
„ mara de la Summaria, a fin de que
„ con eſto ſe obſerve al referido D. Al-
„ varo de la Quadra quanto con la bue-
„ na fee ſe le tiene acordado en tiempo
„ de la vendida del citado oficio. Y co-
„ mo la reſoluçion, que tomo Su Ma-
„ geſtad ſobre la materia, fue, que al
„ Montero mayor ſe obſervaſen, y guar-
„ daſen todos los privilegios, con los
„ quales ſe le vendio el empleo de tal
„ Montero mayor, y eſtan explicados,
„ y expreſos en el deſpacho, o cedula
„ correſpondiente: Me manda Su Ma-
„ geſtad prevenirlo a V. S. para inteli-
„ gençia, y govierno de eſte Tribunal
„ de la Camara. Dios guarde a V. S.
„ muchos años como deſſeo. Palaçio a 15.
„ de Setiembre 1737. D. Joſeph Joa-
„ chim de Monteallegre. Señor D. Luis
„ Paternò.

Tenor quarti: „ Enterado el Rey de
39 „ quanto le repreſentò la Camara de
„ la Summaria en ſu conſulta de 20.
„ de los eſpirado ſobre haver la Corte
„ de Capoa carcerado a Joſeph Orecchia
„ caboſcaza del Caſal de San Pedro in-
„ corpo, y Genaro Paladino caboſcaza
„ del Caſal de S. Andres de Lagni pa-
„ tentados de los oficio de Montero ma-
„ yor, y las proviſiones, que eſpedio
„ V. S. al Conſejero Governador de a
„ quella Ciudad, paraque no procedie-
„ ſe en la materia, y remitieſe los otros
„ ſinque hayan haſta a hora tenido efe-
„ cto alguno, ha reſuelto Su Mageſtad,
„ que ſe mantengan, y obſerven los
„ privilegios de Montero mayor, y que
„ en ſu conſequençia los dos patentados
„ Orecchia, y Paladino ſe remitan a ſu
„ fuero, abſteniendoſe de proceder el
„ Conſejero Governador de Capoa, a
„ cuyo fin ſe le ha dado los orden corre-
„ ſpondiente a ſu cumplimiento, y me
„ manda Su Mageſtad aviſarlo a V. S.
„ paraque lo tienga a si entendido, y
„ executo, por lo que fuere de ſu inſpe-
„ çion. Dios guarde a V.S. muchos años
„ como deſſeo. Palaçio a 1. Marzo de
„ 1738. El Duque de Salas. Señor
„ D. Joſeph Odoardi.

Tenor quinti: „ Haviendo hecho
40 „ preſente al Rey el contenido de la
„ conſulta, que formò el Tribunal de la
„ Camara de la Summaria en 29. del
„ paſado, ſatisfaciendo a los encargo,
„ que le dio ſobre el recurſo del Prin-
„ cipe de San Lorenzo zio, baylo, y tu-
„ tor de D. Alvaro de la Quadra Cara-
„ fa Montero mayor de eſte Reyno, ex-
„ poniendo que los Governadores del
„ Eſtado de Amalfi, y de las Ciudades
„ de la Cava, y Salerno pretenden mo-
„ leſtar a los que con licençia del Mon-
„ terado van a caza, con motivo de que
„ no podiendo ellos dar tales licençias,
„ no podia tampoco diſtribuirlas el re-
„ ferido Principe, quando que tal es la
„ prerogativa del Monterado en todo
„ el Reyno, teniendo el enunciado D.
„ Alvaro el citado oficio con el pacto de
„ revender a beneficio de la Regia Cor-
„ te, de forma que qualquiera perjuicio,
„ que a los oficio ſe infiera, viene a re-
„ dundar en dano del Regio Fiſco, y
„ conformandoſe Su Mageſtad con el di-
„ cta-

Digitized by Google

„ ctamen, que reſignò el referido Tri-
„ bunal, ha mandado a los mençionados
„ Governadores del Eſtado de Amalfi,
„ y de las Ciudades de la Cava, y Saler-
„ no, que no moleſten con qualquiera
„ pretexto à sì los patentados del dichos
„ oficio de Montero mayor en la aſpor-
„ taçion de las armas non prohibidas
„ por las Regias pragmaticas, como a
„ los fueren a cazar en ſus reſpectivas
„ juriſdiçiones con las licençias deſpa-
„ chadas por el citado oficio de Monte-
„ ro mayor, reſpecto de eſtar ſituadas
„ las referidas Ciudades, y eſtado de
„ Amalfi entre las treinta millas diſtan-
„ tes de Napoles, y conſiguiente por lo
„ concerniente a la caza ſotopueſtas a
„ la juriſdiçion del Montero mayor,
„ en obſervançia de ſus enunciados pri-
„ vilegios conviniendo tambien al Fi-
„ ſco, que eſte empleo de Montero ma-
„ yor ſe mantienga con dictos privile-
„ gios, y las prerogativas que le eſtan
„ concedidas. Y de Real orden lo pre-
„ viengo a V. S. para inteligençia, y
„ govierno de eſte Tribunal. Dios guar-
„ de a V.S. muchos años como deſſeo.
„ Procita a 9. de Noviembre de 1739.
„ El Duque de Salas. Señor D. Luis
„ Paternò.

Tenor ſexti: „ Enterado el Rey de
41 „ quanto le repreſentò el Tribunal de
„ la Camara de la Summaria en conſul-
„ ta de 11. del paſado, ſatisfaciendo al
„ informe, que le encargò ſobre el con-
„ tenido de la carta del Governador
„ de la Ciudad de Salerno, haciendo
„ preſente las razones, que ſuponia
„ aſſiſtirle con motivo de la orden,
„ que ſe le expidio, paraque no mole-
„ ſtaſe devaſo qualquier pretexto a sì
„ los patentados del oficio de Montero
„ mayor para la aſportaçion de las ar-
„ mas no prohibidas por las Regias
„ pragmaticas, como a los que fueren
„ a caza en ſu juriſdiçion con licençias
„ expedidas por el miſmo oficio, por
„ hallarſe ſituada a quella Ciudad entre
„ las treinta millas diſtante de eſta Cor-
„ te, y por conſequençia en lo perte-
„ neciente a la caza ſugeta a la juriſ-
„ diçion del dicho Montero mayor en
„ obſervançia de los privilegios, y
„ prerogativas, que le eſtan concedidas.
„ Y conformadoſe Su Mageſtad con el
„ dictamen de eſte Tribunal, ha orde-
„ nado al referido Governador de Sa-
„ lerno, que con efecto, y ſin otra re-
„ plica execute lo que le eſtà encargado
„ en la ſugeta materia, y que no mole-
„ ſte devaſo qualquier pretexto los pa-
„ tentados del oficio para la aſporta-
„ çion que hicieren de las armas no
„ prohibidas por las Regias pragmati-
„ cas, y a los cazadores, que con licen-
„ çias del Montero mayor fueren a caza
„ en la juriſdiçion de a quella Ciudad
„ por hallarſe la miſma diſtante de las
„ treinta millas de eſta capital, y eſto
„ Reyno, por quanto toca a la caza ſo-
„ topueſta a la juriſdiçion del Montero
„ mayor en obſervançia de ſus citados
„ privilegios, y de la compra hecha de
„ eſte oficio, y me ha mandado Su Ma-
„ geſtad, que lo previenga a sì a V. S.
„ para inteligençia, y govierno de eſte
„ Tribunal. Dios guarde a V.S. muchos
„ años, como deſſeo. Palaçio a 13. de
„ Agoſto 1740. El Duque de Salas.
„ Señor D. Luis Paterno.

Tenor ſeptimi: „ Haviendo echo
42 „ preſente el Rey el informe con que
„ ſatisface el Tribunal de la Regia Ca-
„ mara en conſulta de 31. de Ottobre
„ proximo paſado a los Real orden ſo-
„ bre lo que repreſentò el Preſidiente
„ D. Joſeph Odoardi, como delegado
„ del oficio de Montero mayor del Rey-
„ no, con motivo de no haver querido
„ el Governador de la Ciudad de Scala,
„ y Ravelo obſervar las proviſiones,
„ que deſpachò en vigor de los que le
„ diſtriburòel Rey, paraque no mo-
„ leſtaſe a los patentados de dicho ofi-
„ cio para la aſportaçion de las armas
„ no prohibidas de las Regias pragma-
„ ticas, y las perſonas, que fueren a ca-
„ zar en a quellos territorios, y ſus ju-
„ riſdiçiones con las licençias del Mon-
„ tero mayor, por hallarſe diſtantes
„ treinta millas de eſta Capital en vi-
„ gor de ſus privilegios, y de la con-
„ vençion hecha en la compra del cita-
„ do oficio en que ſe intereſa el Regio
„ Fiſco por la condiçion, que puſo de
„ recomprarla. Y conformandoſe Su
„ Mageſtad con el dictamen del miſmo
„ Tribunal, ha ordenado al Governa-
„ dor enunciado, que en execuçion de
„ los referidos Real ordenes cuempla
„ con efecto quanto en las proviſiones
„ del Delegado Odoardi le eſtà preſcri-
„ to, haciendo publicar en a quella Ciu-
„ dad los bandos, como ſe ha practica-
„ do ſin la menor contradiçion en las
„ demas Ciudades, y lugares de a quel
„ Eſtado de Salerno, y de la Cava pues
„ abſolutamente quiere Su Mageſtad,
„ que ſe mantengan a los Montero ma-
„ yor los privilegios, y prerogativas,
„ que

Digitized by Google

„ que le tocan mayormente que en ello
„ vá intereſado el Regio Fiſco. Lo pre-
„ vengo pues a V. S. de ſu Real orden,
„ paraque eſte Tribunal lo tenga a ſu
„ entendido con el dicho Delegado, y
„ a fin de que por ſu parte pueda expe-
„ dir en tal conformidad la correſpon-
„ dente a ſu cumplimiento. Y me ha
„ mandado al miſmo tiempo Su Mage-
„ ſtad remitir a V. S. los anexos recur-
„ ſos del procurador de la Ciudad de
„ Yſcha, y de la Univerſidad de Lette-
„ re, que tambien alegan privilegios, y
„ exempçiones a ſu beneficio contra la
„ juriſdiçion del Montero mayor, a fin
„ de que dea el Tribunal ſobre ſu in-
„ ſtançia la providençia conveniente, y
„ de juſtiçia. Dios guarde a V. S. muchos
„ años, como deſſeo. Palaçio a 10. de De-
„ ciembre de 1741. El Duque de Salas.
„ Señor D. Luis Paternò.

Tenor octavi: „ Enterado el Rey de
43 „ las varias rapreſentaçiones de V. S.
„ y enforme que le ha hecho la Camara
„ de la Summaria ſobre la obſervan-
„ çia, que ha pedido D. Alvaro de la
„ Quadra de los privilegios, y exem-
„ pçiones de ſu oficio de Montero ma-
„ yor del Reyno, que ſe pactaron, y
„ acordaron en la compra de el ſenala-
„ damente en punto a la aſportaçion de
„ las armas no prohibidas por la Re-
„ gias pragmaticas de los patentados
„ cargadas, o deſcargadas por dentro,
„ y fuera del habitado; y ſobre las
„ controverſias ſubſcitadas a cerca de
„ ella con el Governador de la Cava,
„ ha declarado, no obſtante el parecer
„ de la Camara, de que ſe devieſe ſu-
„ ſpender la Real orden expedida en
„ 27. de Octobre de ano proximo paſa-
„ do por la Secretaria de Juſtiçia, y
„ Graçia al mençionado Governador
„ de la Cava, con que ſe le prevenio,
„ que la facultad del Montero mayor ſe
„ devieſe extender haſta treynta millas
„ los de eſta Capital, y que la Real
„ mente de Su Mageſtad era, que los
„ que tubieſen licençias del menciona-
„ do officio no pudieſen aſportar por lo
„ habitado la piedra al fuſil, ni la pol-
„ vora al ſogon; que la providençia to-
„ mada ſobre los patentados del Mon-
„ tero mayor no paſen con las eſcope-
„ tas cargadas, ni con la piedra por lo
„ habitado, procedio de los varios de-
„ ſordenes, que ſe experimentavan en
„ diverſos lugares de la juriſdiçion del
„ Montero mayor, ſerviendoſe de las
„ eſcopetas para diverſo uſo, que el de
„ la caza; y a ſi ha reſuelto Su Mage-
„ ſtad convenir por la quietud publica,
„ que ſubjecta eſta providençia; pues
„ la aſportaçion de armas a uſo de
„ caza no ſierve dentro del habitado
„ para otra coſa, que para cauſar di-
„ ſturbios, y que el que pide la licen-
„ çia para la caza con buena intençion,
„ no repugnara tomarla para ſu recreo,
„ y aun para ſu defenſa en campana ſin
„ embargo de eſta ſaludable, y forzoſa
„ limitaçion: no entendiendo Su Ma-
„ geſtad con eſto derogar, ni perjudi-
„ car los privilegios de eſte oficio com-
„ prados por D. Alvaro de la Quadra,
„ Al miſmo tiempo ha reſuelto Su Ma-
„ geſtad, que los Governadores Regios,
„ o Varonales egecutado legitimamien-
„ te el arreſto de algun patentado del
„ Montero mayor, que haya contrave-
„ nido a lo reſuelto tocante a lo habi-
„ tado, dever luego remitir el reo, y
„ la cauſa a el Juez Comiſario, y De-
„ legado del Montero mayor, ſin inge-
„ rirſe en ella, ni con los patentados
„ del Montero mayor, y que aviſen de
„ la priſion, y del caſo por eſta Se-
„ cretaria de mi cargo, de cuyo repar-
„ timiento ſon todas las cauſas de los
„ oficio del Montero mayor, y ſus pa-
„ tentados. Todo lo qual de Real or-
„ den participo a V. S. para ſu inteli-
„ gençia, y que no ignore eſta Real re-
„ ſoluçion, en la de que ſe ha comuni-
„ cado tambien a la Camara, y a la Se-
„ cretaria de Juſtiçia para ſu compli-
„ miento en la parte, que les toque, co-
„ mo lo darà V. S. en la ſuya. Dios
„ guarde a V. S. muchos años, como
„ deſſeo. Palaçio 16. de Marzo 1743.
„ El Duque de Salas. Señor D. Joſeph
„ Odoardi.

Hæc autem, quæ ad materiam Monterii majoris hujus Regni Neapolis, ejuſque jurium, & facultatum circa venationem pertinent, deduximus ex docta allegatione peracta per celebrem Jureconſultum, & primi ordinis advocatum D. Nicolaum Scalfati etruſco ſermone pro Ill. Principe S. Laurentii Monterio majore nomine, ut ſupra, expreſſo in cauſa cum Civitate Cavæ, aliiſque Univerſitatibus infra triginta milliaria Civitatis Neapolis, ut ex actis Regiæ Cameræ penes actorum magiſtrum Antonium Quaranta.

Filii Judæorum poſſunt, invitis pa-
44 rentibus, mandante Principe, in ſola fide ſuſcipientis baptizari, licèt fieri non debeat, *Franciſcus Salernus conſ. 14. lib. 1.*

per totum. Si tamen factum sit, imprimitur character, & infans amplius non debet cum parentibus educari, *Afflict. decis.* 151. *per totam*, ubi latè *Ursill.*

Nato infante cum duobus capitibus, 45 & duobus brachiis, scilicet uno ex uno latere, alio ex alio, item alio brachio in medio duorum capitum cum digitis duplicatis, baptisma utrique datum, & nomen Joannis impositum refert *Cravett. cons.* 297. *in fin.* Infantes possunt ba- 46 ptizari, dum sunt in medio vulvæ matris, vel quando aliquod membrum foras emiserunt, *Ursill. ad Afflict. dicta decis.* 151. *n.* 17.

De personis agit per integrum tractatum *Gesnerus*, & de eadem materia pertractant *Barbosa in tractat. variis pag.* 227. & *Tuscus tom.* 6. *pag.* 123.

De clericis tractant *Azorius in flor. summæ pag.* 98. *Sà in aphorism. confess. pag.* 55. *Rubeus in aphorism. episc. pag.* 111. *Bannes de justit. & jur. pag.* 208. *Lorichius in thes. theol. tom.* 1. *pag.* 111. *Marcant. in trib. anim. to.* 3. *pag.* 109. *Summa Sylvestr. part.* 1. *pag.* 101. *Summa Naldi pag.* 160. *Barbos. in decis. apost. pag.* 153. *in tract. var. pag.* 175. & *in repertor. jur. pag.* 54. *Tuscus tom.* 1. *pag.* 508. *Vega in summa tom.* 1. *col.* 472. *Nicolius in flosc. pag.* 139. *Cellorius de hierarch. pag.* 245. *Bannes tom.* 1. *theol. moral. pag.* 568. *Ricc. in prax. tom.* 1. *pag.* 331. *Zerola in prax. episc. pag.* 71. & 74. *Gavantes in manual. episcop. pag.* 63. *Riccius in prax. tom.* 3. *pag.* 95. *Summa Rodriquez par.* 3. *pag.* 235. *Megalius tom.* 1. *prompt. pag.* 563. *Farinac. in fragmen. lib.* 1. *pag.* 53. *Theatr. vit. hum. tom.* 8. *pag.* 146. *colum.* 2. *Bellarmin. to.* 1. *part.* 2. *pag.* 1375. *Crespetius in summa pag.* 135. *Magrus in notit. pag.* 139. *Navarra tom.* 2. *pag.* 160. *Bellettus in disquisit. cleric. Summa Litterati pag.* 528. *Barsæus tom.* 1. *flor. theolog. pag.* 548. & *to.* 2. *pag.* 156. *Belluga in specul. Princ. pag.* 124. *Danza in pugna Doctorum pag.* 94. *Espenæus pag.* 172. *Sum. Lezanæ to.* 3. *pag.* 309. *Busembau pag.* 259. *Venerus in exam. episcop. pag.* 396. *Velascus in summ. tom.* 1. *pag.* 326. De clericis regularibus *Summ. Lezanæ tom.* 2. *pag.* 79. *Novar. in lucern. regular. pag.* 40. *Barbos. in decis. apostol. pag.* 161. De clericis regularibus ministrantibus infirmis *Pellizarius to.* 1. *pag.* 527. De congregationibus variis clericorum regularium *Theatr. vit. hum. to.* 8. *pag.* 155. *colum.* 1. De clericis conjugatis *Graffius tom.* 1. *cons. pag.* 57. *Danza in pugna Doctorum pag.* 221. *Belluga in specul. Princip. pag.* 131. *Venerus in exam. episcop. pag.* 441. De conjugio clericorum *Calixtus Decianus tom.* 2. *pag.* 75. *Alberghinus in manual. qualific. pag.* 186. De voto castitatis in clerico *Barbosa de potest. episcop. pag.* 262. De clerico negotiatore *Summa Rodriquez pag.* 1. *part.* 2. *Genuens. in prax. Archiepiscop. pag.* 393. De vita, & honestate clericorum *S. Hieronymus tom.* 1. *pag.* 10. & *tom.* 4. *pag.* 1023. *Gerson. tom.* 2. *pag.* 225. *Acta Eccles. Mediolanen. pag.* 126. *Barbos. de jur. eccles. to.* 1. *pag.* 504. & *Fabronus*. De clericorum privilegiis *Bannes tom.* 1. *theolog. moral. pag.* 600. *Barbosa de jur. eccles. pag.* 377. *Malletus in theolog. moral. pag.* 332. *Acosta Cortonus in controv. pag.* 344. De clericorum patrimonio *Barbos. de potestat. episcop. tom.* 5. *pag.* 275. De clericorum bonis *Ventriglia in prax. tom.* 2. *pag.* 265. De clericorum exemptione *Bonacina tom.* 2. *pag.* 358. *Barbos. de potest. episcop. tom.* 1. *pag.* 245. De clericorum immunitate *Theatr. vit. human. tom.* 8. *pag.* 146. *column.* 3. De habitu clericali *Riccius in prax. tom.* 4. *pag.* 172. *Carrier. in digest. fidei pag.* 638. *Summa Quarantæ pag.* 357. De clericorum institutione *Palorueque*, & *Babanus*. De veteribus clericis *Landimeter*. De clericis, & eorum præstantia *Alvarez in specul. Princip. pag.* 356. *S. Cyprianus pag.* 457. De clericis concubinariis *Decianus tom.* 2. *pag.* 70. *Murga in disquisit. moral. tom.* 2. *pag.* 459. *Barbos. in decis. apostol. pag.* 90. & *in repertor. jur. pag.* 68. De clerici percussore *Molina tom.* 4. *pag.* 366. *Barbos. de potest. episcop. tom.* 1. *pag.* 441. De clericorum obligationibus *Squillant*. De clericis non residentibus *Graffius tom.* 1. *consil. pag.* 61. & *tom.* 2. *pag.* 91. De cohabitatione clericorum, & mulierum *Nicolius in resol. tom.* 2. *pag.* 120. De clericis malè promotis *Vivald. in candelabr. aureo part.* 2. *pag.* 258. De clerico in sui defensionem occidente *Capisuccus in controv. pag.* 559. An clerico licitum sit litteris secularibus erudiri *Alvarez in specul. Princip. pag.* 353. De exercitio, & conversatione clericorum *S. Antonin. in summa tom.* 3. *pag.* 182. & *pag.* 183. De transitu clericorum in aliam Ecclesiam *S. Anton. in summ. tom.* 3. *pag.* 268. De clericali statu *Abelly in medull. theolog. tom.* 2. *pag.* 506. De clerico ægrotante *Nicolius to.* 2. *resolut. pag.* 145. De congregatione clericorum in communi viventium *Miræus*. De clericis sylvaticis *Riccius in prax. tom.* 4. *pag.* 267. De clericis Cameræ Apostolicæ *Barbos. in decis. apost. pag.* 160.

De

De venatione præter authores supra citatos tractant etiam *Oppian.* & *Anazarbeus*, & per integrum tractatum *Zerola in prax. episcop. part.2. pag.128. Crespetius in summa pag.880. Vega in summa tom.1.colum.394. Barsæus tom.1.pag.828. Marcant. tom.3. trib. anim. pag.458. Tuscus tom.8. pag.272. Barbosa in repertor. jur. pag.590. Covarruvias tom.1.pag.485. Lorichius tom.2. thes. theolog. pag. 1924. Summa Sylvestri part.2.pag.365. Falerius in prax. canonic. pag.235. Petrarcha dialogo 32. Agrippa tom.2. pag.202. Allozza in flor. summ. pag.751. Sà in aphorism. confess. pag.511. Bannes de justit. & jur. pag.200. Lessius de justit. & jur. pag.41. Vital in arca vitali pag.516.* De certamine venatorum *Theatr. vit.human.tom.1. pag.534.*

CAPUT XXXIV.

De Votis.

SUMMARIUM

Votum quid sit n.1. & quotuplex sit n.2. Materia voti qualis sit, explicatur n.3. ubi disseritur de votis abstinentiæ, jejunii, & ingressus in religionem: quidque dicendum de voto non peccandi num.4.

Dubitans, an emiserit votum, voto non tenetur n.5. ubi quid dicendum de eo, qui certus de voto, & dubius est de satisfactione ibid.

Votum rei levis tenet, & qualiter obliget sub levi n.6.

Carentes pleno usu rationis nequeunt vovere num.7. Qui sunt alieni juris n.8. Filii familias n.9. Episcopi, & quando n.10.

Votum personale non transit ad hæredem, & quando transeat n.11. & 35.

Votum præter voluntatem voventis vim non habet n.12. nec etiam rebus in eodem statu minimè permanentibus numer.13.

Irritare votum quid sit, & ad quem irritandi facultas pertineat n.14. & seq.

Pater filiorum vota validè potest irritare num.15. & 17. ubi varii casus enucleantur.

Papa, & Episcopus quando habeant irritandi potestatem n.16.

Mater an irritare possit suorum vota filiorum num.18. & quid dicendum sit de avo, & avia, deque tutore, curatore, & magistro n.19.

Vir an uxoris vota irrita quandoque reddere valeat, & uxor viri numer. 20. & 21.

Superiores religiosorum an irritare possint illorum vota num.22. & an dominus vota irritet servorum n.23.

Dispensatio quid sit, & quibus potestas sit dispensandi vota n.24. & 25.

Commutatio voti, vel juramenti quid sit, quæque ad commutationem validè faciendam requirantur n.26. & qui commutandi facultate potiantur n.27.

Vota omnia religiosa professione extinguuntur n.28.

Votum tertii cujusquam favore emissum an commutari validè possit n.29.

Facta commutatione, is, qui vovit, vel primum adimplere votum, vel aliud commutatum pro sui libito exequi potest num.30. ubi nonnulli ediffseruntur casus.

Quæ possit Episcopus vota commutare num.31.

Vota quomodo debeant interpretari n. 32.

Religiosorum status obedientiæ, castitatis, & paupertatis votis potissimè sustinetur n.33. ubi de singulis discriminatim agitur.

Abbas nullius Diœcesis in dispensandis votis eadem, qua Episcopus, facultate utitur n.34.

Auctores, qui de votis disseruerunt, memorantur n.36.

VOtum est promissio deliberata facta Deo de meliori bono. Promissio
1 indicat, quòd votum exigit necessaria ad promissionem deliberatam obligantem: Dicitur deliberata, hoc est cum plena cognitione, & voluntate se obligandi, ad differentiam propositi, in quo deest voluntas se obligandi, eaque præexigit actum consilii, judicii, & voluntatis volentis se obligare: nec propositum vovendi est votum, ut propositum scribendi non est scribere, *cap. literarum de voto.* Dicitur facta Deo, quia votum est tantùm in Dei obsequium: diciturque de meliori bono, quia materia voti non potest esse malum, nec contra consilia Christi Domini, nec potest impedire majus bonum.

Votum aliud est purum, aliud condi-
2 tionale ad diem, vel ex die, aliud reale, aliud personale, aliud mistum. Personale afficit personam, ut votum castitatis: reale afficit rem ipsam, ut votum faciendi statuam: mistum afficit utramque, ut votum in processione ferendi statuam propriis humeris. Præ-

terea votum aliud pœnale est, aliud non pœnale, & mistum. Penale obligat ad pœnam, ut votum non ludendi sub pœna dandi libram ceræ: non pœnale est, si nulla pœna apponatur, sed solùm ad culpam quispiam se obliget: mistum est, si se obliget ad culpam, & pœnam. Dividitur etiam votum in sollemne, & simplex, *cap. rursus qui clerici, & vo-ventes*. Votum purum implendum est, statim ac impleri commodè potest, *Deuteron. cap.* 23. & mora tenuis est veniale: nam mitius agitur cum Deo, quàm cum homine. Si votum sit affixum diei, ut si aliquis aliquo die voveat jejunare, si postea impeditus, vel sua culpa, non jejunet, elapso illo die, jejunare non tenetur, ut non audiens missam in die festivo, non tenetur illam missam audire alio die, *Cajet. 2. 2. qu. 88. art. 12. dubio ult.* Votum conditionale, si conditio de futuro sit honesta, subsistit, sed est suspensum, usquequo conditio purificetur, *l. creditor 15. ff. de verb. significatione*: Si verò sit sub conditione impossibili, sive naturæ, sive bonis moribus repugnet; votum est nullum, *l. impossibilium ff. de regulis juris*, *Sanch. in 4. decalogi cap. 23. num. 8.* & vovens religionem, si per annum non peccet, peccans intra annum consuetis tentationibus, sivè data opera, ne conditio purificetur, voto non obstringitur: nam semper verum est, conditionem non esse purificatam, *Pelagus*, & alii contra *Suarium* volentem teneri voto, si peccet, ne voto teneatur.

Materia voti distinguitur in bonam, malam, indifferentem, impossibilem. Materia indifferens non est apta ad vo-3 tum, quia votum est de re bona, ut patet ex definitione supra tradita: idque itidem probat *D. Th. 2. 2. q. 88. art. 2. dubio 5.* debet enim esse de re grata Deo: & materia indifferens talis non est. Si verò innitatur fini bono, tunc ratione finis fit bona, puta, si quis voveat non transire per aliquam plateam ad evitandas occasiones peccandi: At, si finis non possit facere rem bonam, non est materia voti, puta, si quis voveat unques non scindere in honorem Dei; Nam nullum est votum; quia non conducit ad honorem Dei, *Sanch. Tamburrin. Acacius*. Velle verò incedere vestibus albis in honorem, & signum puritatis Beatissimæ Virginis, est materia voti, quia conducit ad obsequium Beatissimæ Virginis: idemque dicendum est de voto vigilandi per noctem, non navigandi, non natandi, non equitandi: Nam tenent, si conducant ad bonum; non alias. Votum de re bona ad finem indifferentem, puta, votum jejunandi, ut delectabilius comedi possit, est nullum, quia finis specificat actum, & res bona ob finem malum est. mala, ob finem indifferentem est indifferens.

Materia bona est actus virtutis supererogationis, quæ bonitas valet intendi, remitti, auferri, etiam ex circumstantiis. Materia voti est bonitas, quæ non impedit majus bonum præcepti, aut consilii, *D. Th. 2. 2. qu. 88. art. 1. & 2.* Votum non ludendi est de materia bona, est actus virtutis, mortificationis, & est materia voti, si non impediat virtutem majoris bonitatis, aut legis executionem, *Sanchez, Trullench. Leander.* Si verò non ludere sit materia vitii ex circumstantiis, puta esse vitium duritiei, vel rusticitatis, tunc non est materia voti, puta si non ludendo esset nimis gravis sibi, & aliis mæstitia presis. Debet enim, ut sit materia voti, retinere medium virtutis, & mortificationis, *Bassæus tom. 2. verb. ludus num. 13.* Vovens non ludere in loco tali cum aliquo fine fine honesto, & virtuoso, non ligatur voto. Si verò finis sit honestus, & virtuosus, ut si quis voveat non ludere in ecclesia cum rixoso, aut blasphemo, voto astringitur, *Sanchez, Facundez, Leander*, & alii. Jejunium etiam est materia voti, si legi non adversetur, & non impediat majus bonum. Votum autem jejunii obligat, ut lex privata ad instar legis ecclesiasticæ, *cap. fin. de observat. jejunii, cap. nolite 33. qu. 5.* Hinc vovens non comedere carnem die veneris, potest illam comedere, si incidat dies Nativitatis Dominicæ, quia tunc se conformat legi ecclesiasticæ, *cap. fin. de observat. jejunii*, *Mol. Azorius, Faustus* contra *Ovierum*: & vovens jejunare per annum, aut per mensem, non tenetur jejunare diebus Dominicis: Nam debet se conformare moribus ecclesiæ. Vovens jejunare in die Dominica, voto non ligatur, quia melius est se conformare moribus ecclesiæ, *Sylvester, Suarius*, & alii: adeoque non debet tale votum transferri ad alium diē, *Suarius*, & *Sanch.* contra *Leandrum*: & vovens jejunare omni vitæ tempore non tenetur jejunare post annum sexagesimum; ut se conformet moribus ecclesiæ, nisi expressè voveat jejunare, etiam post sexagesimum annum: sicuti etiam vovens jejunare pro tota vita in

sabbato

sabbato non tenetur jejunare post sexagesimum annum, ut se conformet ecclesiæ moribus, *Diana*, & alii. Vovens jejunare in pane, & aqua, voto tenetur, si non impediat majus bonum, vel præceptum, puta si non immineat damnum notabile salutis. Potest autem comedere panem aqua coctum, quia est panis, & aqua, imo etiam pastillos, ut affirmat *Leander* contra *Tamburrinum*, atque uti potest tantillo vini, semel moderatè bibendo, ut affirmant *Tamburrinus*, & *Leander* contra *Palagum*.

Vovens religionem se obligat juxta morem consuetum, & probatum suæ patriæ: Nam talis modus est cognitus, & volitus. Religio est materia voti: nam est actus virtutis, *cap. qui post 5. de regularibus*, si non impediat majus bonum, & legibus non adversetur: & quòd se obliget juxtà mores suæ patriæ probatos, constat etiam ex *l. cum pater §. nego ff. de legatis*. Vovens autem religionem tenetur ingredi, sed non arctissimam religionem, nisi expresserit; nam arctissima est specialis, quæ non venit in generali obligatione, *l. item apud Labeonem ff. de injuriis*. Qui verò votum facit ingrediendi laxiorem religionem, licitè potest ingredi strictiorem, etiam propria auctoritate: nam non transgreditur votum, qui in melius commutat, *cap. sanè de regularib. cap. scripturæ de voto*, *Sanchez 4. decalogi cap. 46. num. 4.* & vovens ingredi aliquam arctam implet votum ingrediens aliam æquè arctam, quia cum æquipollentibus in communi satisfacit, *Sanchez* contra *Leandrum*. Satisfacit etiam voto ingrediens religionem, & deindè liberè egrediens, *cap. ad Apostolicam de regularibus*: enim verò vovens censetur se juri conformare; jure verò statutum est, liberè posse discedi intrà annum probationis, *cap. statuimus de regularibus*: & in dubio respondendum est pro libertate, & coarctandum est votum, *D. Th. 2. 2. quæst. 189. art. 4. Sanchez*, & *Navar.* dicens satisfacere, etiamsi ex ignavia, & inconstantia non servet statuta religionis, *Suarez*, & alii contra *Leandrum*, *Bonac.* & alios. Si verò voveat perseverantiam in religione, tunc adhuc egressus ex rationabili causa intra annum probationis est immunis à voto; nam se conformat statutis ecclesiæ nolentis invitum profiteri, esset que valdè durum, & humanæ fragilitati incongruum invitum profiteri, & excederet voventis intentionem, quæ est rationabilis, ut quando adsit causa rationabilis, non censeatur voviſſe perseverantiam. Unde potest ingredi, & experiri, & si non placeat, poterit egredi cum rationabili causa, *Sotus*, *Sà*, *Faustus*, *Suarius*, & *Palagus* contra *Sanch.* & alios: adeoque egressus est liber à voto. Vovens autem ingredi certam religionem ab ea excluſus non tenetur aliam ingredi, quia esset ultra intentionem voventis, & votum strictè interpretandum est, *D. Tho. Caramuel*, & alii. Nec vovens religionem tenetur votum manifestare superiori, à quo est admittendus ad religionem, *Azorius*, *Sanchez*, & *Leander* contra *Cajetanum*. Votum religionis in præjudicium creditorum non tenet: nam non esset de meliori bono, cum impediret debitum justitiæ, nisi esset ex titulo lucrativo donationis: nam tunc tenetur, deducto ne egeat, & ex sua liberalitate non debet damnum reportare.

In genere votum non peccandi est
4 nullum, quia est de re moraliter impossibili, sed requiritur specialis divina gratia, quam nemo debet sibi promittere, ut habetur ex Tridentino; & multa peccata venialia fiunt cum semiplena advertentia. Tenet tamen votum non peccandi tali peccato veniali, puta mendacio plenè deliberato, aut jocoso, *Azorius tom. 1. cap. 14. quæst. 4.* nam potest evitari ordinario gratiæ divinæ auxilio, *Cajetan. 2. 2. quæst. 88. art. 8.* Votum non peccandi mortaliter tenet: nam evitari id potest ordinariis divinæ gratiæ auxiliis, *Suarius tom. 2. de religione cap. 3. num. 2.*

Materia mala, ut diximus, non est materia voti; nam non est Deo grata, & tale votum esset peccatum, quia esset velle peccare, *Cajet. verb. votum. cap. 2.* & votum rei bonæ ad malum finem est nullum, quia finis refundit malitiam, *Cajet. 2. 2. quæst. 88. art. 2. dubio 4.* & 5. nec materia impossibilis est materia voti, quia impossibilium nulla est obligatio, *Arriaga tom. 4. de divina gratia disput. 40.*

Dubitans, an emiserit votum, voto
5 non tenetur, quia in dubio votum non præsumitur, cum sit facti: & pro libertate est possessio, cujus in dubio melior est conditio: & in dubio onera non sunt imponenda, *Sanch. disput. 43.* contra *Vasq.* & *Pontium*: Dubitans de deliberatione, de intentione se obligandi, aut de usu rationis, dubitat de existentia voti, adeoque pro sua libertate pronunciare valet, *Palagus tom. 1. tract. 1. disput. 3. punct. 11. num. 4.* & 8. *Delbene*, *Dian.*

Dian. & alii contra *Suarium*, & *Faustum*. Si verò est certus de voto, & dubius de satisfactione, tenetur voto, quia satisfactio est facti in dubio non præsumendi: & in dubio pronunciandum est pro voto certo emisso, quod stare dicitur in possessione. Dubitans autem de quantitate, & qualitate, tenetur ad minus, cum in dubio consulamus debitori, & libertati: & condemnatus per plures sententias ad diversas summas solvit minorem, *l. inter pares ff. de re judicata*, *Sanch.* 4. *decalogi cap.* 11. *num.* 3. idque etiam currit in legatis piis, ut in dubio quis teneatur ad minorem quantitatem, & qualitatem, *Oviedus part.* 2. *tract.* 5. *controv.* 4. *punct.* 7. *num.* 67. Hinc qui vovet rosarium, in dubio an integrum voverit, satisfacit recitando tertiam partem, *Sanchez Palag. Tamburr. Suarius*: & vovens quotidiè audire missam unica missa satisfacit in die festivo voto, & præcepto, si dubitet, an se obligaverit ad duas.

Votum rei levis tenet, sed obligat
6 sub levi, quia ut lex, ita votum nequit obligare sub gravi in materia levi, *Sotus*, *Acacius*, & alii: ita ut nec volens possit sub gravi in re levi se obligare: nam esset imprudens, & impia voluntas, *Vasq. Sanchez*, *Faustus*, & alii. Hinc vovens per annum recitare singulis diebus Ave non peccat mortaliter omittens, nisi oratio totius anni sit materia voti, *Diana Navar. Sotus*: & vovens confiteri per singulos menses, non peccat mortaliter, si præveniat, vel postponat per paucos dies, puta quatuor, *Sanchez* 13. *Selectarum num.* 9. & 10.

Carentes pleno rationis usu nequeunt
7 vovere, quia non possunt deliberatè promittere. Qui sunt alieni juris non
8 possunt de bonis vovere sine licentia illius, cujus juris sunt bona, & nequeunt circa personam vovere sine consensu illius, cujus sunt juris: nam votum non potest esse in damnum alterius. Hinc servus in præjudicium domini, & filius
9 familias in præjudicium patris, uxor in præjudicium viri vovere nequeunt. Religiosus nequit vovere sine consensu superioris, *D. Th.* 2. 2. *qu.* 88. *art.* 2. *ad* 3. *Cagnolus in l. in personam* 22. *num.* 5. *ff. de reg. juris*. Episcopi non possunt vovere in præjudicium ecclesiæ, nec
10 possunt vovere religionem sine licentia Summi Pontificis, *cap. nisi de renunciatione*. Votum personale non transit
11 ad hæredem: ut enim meritum, ita onus ad hæredem non transit: in quo cavendum est à quibusdam theologis confundentibus obligationem personalem cum voto personali. Datur enim votum personale de actione, & re personali, ut votum jejunandi, castitatis; & datur votum obligationis personalis de re non personali. Theologi autem aliqui asserunt, votum personale non transire ad hæredes, quia obligatio personalis non transit ad hæredem, & dant exemplum illius, qui vovit mille. Enim verò obligatio personalis non extinguitur cum defuncto, sed transit ad hæredem, qui repræsentat personam defuncti, *l. hæres C. de donat.* licèt non transeat ad successorem particularem, *l. adhuc §. si operas ff. de usuf.* Obligatio itaque ex voto transit ad hæredem satisfacienda ex bonis defuncti. Votum verò dandi eleemosynam pro vita defuncti extinguitur cum vita. Hinc hæres tenetur voto reali defuncti, *l. si quis §. si decimam ff. de pollicitation. cap. si hæredes* 6. *de testamentis*. Si verò is profiteatur religionem, tunc nullum votum transit ad hæredem, quia professio extinguit omnia vota præcedentia, *cap. scripturæ de voto*, *D. Th.* 2. 2. *quæst.* 88. *art.* 12. *ad* 13. adeoque nec monasterium succedens monacho tenetur votis manachi emissis ante professionem, nisi acceptetur cum tali onere.

Votum non obligat in casibus non in-
12 clusis in voluntate voventis. Ratio est, quia obligatio voti non excedit voluntatem voventis, &, cessante causa adæquata finali voti, cessat votum, *cap.* 7. *de voto*: nam tunc cessat voluntas se obligandi. Hinc cessat votum dandi eleemosynam alicui pauperi, si ille cesset esse pauper; & cessat votum dandi eleemosynam ægroto captivo, si captivus ægrotus moriatur: & cessat votum factum ad finem evitandi pericula, si cesset periculum, *Novar. cap.* 12. *Sanch.* & alii. Regula est, quòd, eveniente mutatione notabili in persona voventis, qua
13 stante votum non fuisset prudenter emissum, cessat votum, quia tunc non est ex voluntate voventis. Promissio namque intelligitur prudens, rebus sic stantibus, adeoque, stante gravi mutatione in persona, aut in re, cessat votum in illo casu, *cap. quemadmodum de jurejurando*: puta, si quis voveat recitare psalmos, & evadat deinde mutus, si voveat visitare ecclesiam, & interdicatur ingressus à superiore, vel superveniat periculum vitæ, honoris, famæ, aut onus naturale, puta onus de jure natu-

ræ

ræ dandi alimenta patri, aut filiis: tunc enim votum religionis ſuſpenditur, durante tali neceſſitate.

Irritare votum eſt extinguere votum,
14 ita ac ſi non eſſet emiſſum: & eſt actus poteſtatis dominativæ non impeditæ annullantis votum præſens, & futurum, *D. Th.* 2. 2. *qu.* 88. *art.* 8. Dicitur poteſtatis dominativæ non impeditæ ad differentiam jurisdictionis: nam poteſtas dominativa requiritur ad irritandum; juriſdictionalis ad diſpenſandum. Poteſtas irritandi eſt duplex, directa, & indirecta: directa per ſe tollit votum, ut pater irritat vota filii. Indirecta per ſe non tollit votum; ſed ſubtrahit materiam voti, &, ſtante tali
15 ſubtractione materię, vovens non poteſt implere votum. Poteſtas irritandi eſt juris naturalis: nam eſt actus dominii, quod dominium ex ſe viget, niſi lege, aut vi prohibeatur: & qui poteſt irritare votum, poteſt irritare juramentum, *Numerorum c.* 30. *n.* 4. ibi: *Juramenta ejus irrita*; *D. Th.* 2. 2. *qu.* 89. *art.* 9. *ad* 3. & irritatio poteſt fieri, etiam ſubdito ignorante, & invito, ac etiam ſine cauſa: Nam eſt actus dominativæ poteſtatis, quæ exerceri valet pro libito, etiam altero invito, *Suarez to.* 5. *diſp.* 4. *ſect.* 2. *n.* 8. *Cajet.* & *Sà verb. votum n.* 1. contra *Valentiam*, & *Leſſium* ajentes, ſine cauſa eſſe veniale irritare votum: & poteſt irritare votum etiam ſua licentia emiſſum: nam per hoc non amiſit facultatem dominativam circa ſubditum, *Roſell. verb. votum* 3. *n.* 3. & tunc requiritur aliqualis cauſa, ut licitè irritet: & ſubditus non peccat petendo votum irritari: nam petit a ſuperiore rem licitam, *Numerorum c.* 30. *Sotus*, & *Suarez*, contra *Sanch.* & *Fauſtum*, ajentes peccare venialiter: Ut tollatur quivis ſcrupulus, ſatis eſt cauſa tollendæ moleſtiæ à vovente, qui cum moleſtia, & cum anguſtia votum exequitur.

Fruuntur poteſtate irritandi omnes,
16 etiam privatæ perſonæ habentes poteſtatem dominativam diſpoticam diſponendi, regendi, fovendi perſonas, & bona ſibi ſubjecta, ut pater familias, & dominus, jure non prohibente. Hinc Papa reſpectu orbis, Epiſcopus reſpectu diœceſis valent irritare vota ſubditorum fidelium indirectè: nam poſſunt ex cauſa rationabili ſubtrahere materiam, vel præcipere aliquid ei incompoſſibile: directè verò non poſſunt, *cap.* 7. *de vot.* quia quamvis habeant poteſtatem juriſdictionis, non habent diſpotici dominii poteſtatem, nec Chriſtus Dominus illam poteſtatem conceſſit, cum non ſit neceſſaria ad regimen Eccleſiæ, *D. Thomas*, *Cajetanus*, *Suarez*, & *Sanchez* contra *Medinam*, & *Acacium*. Papa verò poteſt irritare vota regularium, & Epiſcopus etiam vota regularium ſibi ſubjectorum; nam tunc irritant ut habentes diſpoticam poteſtatem. Papa namque in toto orbe eſt Generalis religioſorum omnium, & habet poteſtatem, ut habent ſuperiores ordinis, *D. Thom. Cajetan.* & *Valentia*: & ita etiam Epiſcopus reſpectu regularium utriuſque ſexus ſibi ſubjectorum habet poteſtatem dominativam, *Suarez*, *Sanchez*, & alii. *In ſpecie* verò
17 parentes, pater ſcilicet, & mater poſſunt irritare vota *filiorum*: Nam dant eſſe filiis, ratione cujus habent dominium diſpoſitivum *jure naturali*, ratione cujus filii naturaliter ſubſunt parentibus. Dare enim eſſe eſt dominari, & irritare eſt dominari circa eſſe datum, ut *Plato*, & *Ariſtoteles* inquiunt: & erat dominium olim etiam vitæ, & necis, *l.* 2. *ff de his, qui ſunt ſui, vel alieni juris*: & ad irritandum vota non requiritur patria poteſtas juris civilis, ſed ſatis eſt poteſtas illa naturalis dominativa dantis eſſe, regendi, proſpiciendi, gubernandi perſonas, & bona. Major autem eſt naturalis dominatio, quàm lege humana inducta: & carentes patria poteſtate irritant vota, ut ſuperiores religioſorum, & vir irritat vota uxoris. Pater poteſt irritare vota filii impuberis, & etiam juramenta omnia, etiamſi malitia ſuppleat ætatem, etiam reſervata exequenda pro tempore pubertatis, & etiamſi ſint de peculio caſtrenſi, & quaſi, *cap. venientis* 2. *cap. mulier* 32. *quæſt.* 1. *Bonacin. Valentia*, *Bordon.* contra *Vivaldum* volentem poſſe irritare realia, non vota perſonalia patri non præjudicialia, & contra *Paludanum* negantem poſſe irritare votum religionis emiſſum ab impubere proximo pubertati, & contra *Innocentium*, & *Aragonium* volentes non poſſe irritare votum exequendum in ætate puberi. Et ſanè pro omni voto filii ſubſunt parentibus, *l. in negotiis ff. de regul. jur.* & parentes debent proſpicere infirmo conſilio filiorum, *l. fin. ff. de manumiſſis vindicta*. Poteſt etiam pater irritare vota emiſſa ab impubere, etiam tranſacta impuberi ætate, quia votum ab initio infirmum lapſu temporis non firmatur, & inſpicitur initium actus, *cap. fin. de ſententia excommunic. Suarez*, *Cajetanus*, & alii contra *Sotum*, & *Rodriquez*: & poteſt irritare vota etiam emiſſa cum ſua licentia: nam intelligi-

tur

tur dedisse licentiam exequendi votum, donec ipse pater voluerit, & consensus patris non debet fragilem filium suo arbitrio relinquere. Ita docent *Sanchez*, *Facundez*, *Tamburrinus*, & *Faustus*. Sic lex etiam pupillo emancipato dat tutorem, ne illum incustoditum relinquat. Si verò filii sint puberes, parentes tunc irritant omnia vota præjudicantia gubernationi œconomicæ: Nam votum nequit alteri præjudicare, *Divus Thomas in 4. distinct. 38. quæst. 1. Novar. Suarius*, & *Leander*: sed nequit irritare vota electionis status, religionis, suscipiendi ordines sacros, recipiendi sacramenta, servandi præcepta Ecclesiæ, moderatè se mortificandi: nemo enim debet impedire exercitium christiani.

Mater, vivente viro, sive illo mor-
18 tuo, dicitur causa filii: Nam dat esse filio, adeoque filius matri subesse debet, & ei debet obtemperare: Uxor autem est viro subdita, sed non per hoc non est domina filii sui, & est cum viro principium familiæ, dans esse familiæ, habetque curam filiorum, & familiæ, *Proverbiorum 31.* Hinc habet dominativam potestatem irritativam voti, *l. parentes ff. de in jus vocando*, *l. fin. C. de nuptiis*, nisi vir talem potestatem limitet, *Genesis 3. num. 16.* Hinc mater, præsente viro, vel tutore, & non contradicente, valet irritare vota filii, ut potest pater, *Filiarcus*, *Pradus*, & alii contra *Novar. Facundez*, *Leandrum*, & alios, etiamsi filius sit pubes, *Sà*, *Vega*, & *Sayras* contra *Suarium*, & *Sanchez*. Vidua etiam irritare potest vota filiorum, quamvis non sit tutrix, & adsit, vel desit tutor: nam jure naturæ filius subest matri, & parere tenetur, *Proverb. 31. extravag. infidelis de furtis*, Doctores citati contra *Suarium*, & *Tamburrinum* volentes posse illam irritare, deficiente tutore, & contra *Villalobos* negantem posse irritare, etiam deficiente tutore, quia caret patria potestate. Imò si transeat ad secunda vota, adhuc potest irritare filiorum vota primi matrimonii, si curam naturalem illorum retineat: nam matri illi parere debent: &, si filii sint emancipati, & regantur à parentibus, adhuc parentes possunt irritare eorum vota, quia illos debent dirigere, corrigere, & eis prospicere, *cap. paratus §. nam in corrigendo 23. quæst. 4. De-*
19 *ficientibus* patre, & matre, irritant vota avus, & avia: Tutor etiam potest irritare vota pupilli: nam est loco patris, *D. Paulus ad Galat. 4. Sanchez 4. decalogi cap. 35. num. 60.* Curator etiam irritat vota illius, cujus est curator: Nam habet dominativam potestatem in bonis, & concomitanter etiam in persona, *Sanchez*, & alii contra *Suarium*. Magister quoque irritat vota discipulorum, si sub gubernio magistri sint: nam tunc est loco patris, & parens appellatur in *l. 4. Cod. locati*: dat enim vitam moralem: nam doctus ab indocto differt, ut vivus à mortuo, ut *Aristoteles* ait apud *Laertium pag. 3121.* Unde cecinit quidam:

Nam sine doctrina vita est quasi mortis imago.
Instrue præceptis animum, nec discere cesses.

Vir habet dominativam potestatem
20 in uxorem, *Genes. 3. num. 16.* ibi: *Dominabitur tui*: & uxor considerari valet in triplici statu, scilicet antequam nubat, postquam nupsit constante matrimonio, & in statu viduali. Vota emissa à puella, antequam nubat, non irritantur à viro directè, licet possint irritari à parentibus, sub quorum cura erat. Indirectè tamen potest illa vota irritare subtrahendo materiam, & præcipiendo incompossibilia. Vota verò emissa, stante matrimonio, irritantur à viro, quia sub potestate viri est uxor, *cap. noluit 33. quæst. 5. Numerorum cap. 30. num. 7.* & etiam potest irritare votum castitatis uxoris, *cap. mulier 33. quæst. 5. & Faustus* contra *Novar.* & potest irritare etiam votum non petendi debitum matrimoniale, quia ille actus voluntatis vovendi subditur marito tamquam capiti, *D. Paulus ad Ephesios 5. D. Thom. & Novar.* contra *Cajetanum*. Si verò votum sit emissum cum licentia viri absolutè, non potest à viro irritari: sed si ea fuerit data, donec revocaverit, tunc potest à viro irritari. Votum verò religionis emissum, stante matrimonio rato, non consumato, nequit irritari à viro intra bimestre: Nam tunc nec reddere debitum, nec petere tenetur, & potest ingredi religionem, etiam altero invito. In statu divortii, & viduali, firmè vovit, quia non regitur à viro, *Numerorum 30. num. 10.* &, reintegrato matrimonio, vota facta in divortio nequeunt irritari à viro, *cap. veniens de conversione conjugatorum*, *Faustus*, & alii.

Uxor respectu viri caret dominativa
21 potestate, *D. Paulus ad Ephesios 6. cap. cum caput 33. quæst. 5.* Hinc non potest irritare vota viri, nisi præjudicent eidem uxori: tunc enim nedum irritari possunt, sed nulla sunt, Præjudicant au-

autem uxori, si dispensatur de re uxoris, vel uxori debita: Votum enim non potest alteri præjudicare, nec potest esse de re turpi: & votum lædens jus alterius est contra justitiam, adeoque non obligat: Hinc votum longo tempore peregrinandi sine licentia uxoris est nullum: Nam est in præjudicium uxoris: licèt olim fuerit validum votum peregrinandi in subsidium Terræ Sanctæ, *cap. quod super de voto*. Similiter est nullum votum incedendi in horrida veste, generando horrorem, tristitiam, & contentiones contra concordiam, & bonum matrimonii, *cap. quod Deo 33. quæst. 5.* Præterea uxor valet irritare votum castitatis viri, si redundaret in præjudicium ejusdem uxoris, quæ cogeretur cum verecundia, & rubore matrimoniale debitum petere: imo tunc votum esset nullum, quia lædit jus uxoris, ejusque verecundiam, & modestiam, *Sanchez 9. de matrimonio disput. 42. num. 7.* Multò fortiùs est nullum votum non reddendi debitum: nam est nolle dare, quod ex justitia dandum est, *cap. placet de convers. conjugat.*

22 Superiores religiosorum habent dominativam potestatem, ratione cujus valent irritare vota subditorum, *cap. monacho 2. quæst. 3.* at eos non posse irritare vota novitiorum, docent *Leander*, *Bordonus*, & *Faustus*, quamvis possint indirectè tollere materiam voti impedientis exercitium novitiorum, *D. Thom. 2. 2. qu. 88. art. 12.*

23 Si servus sit impubes, dominus irritat omnia ejus vota, & juramenta: si verò sit pubes, aliqui volunt, posse irritare vota præjudicantia domino, non autem quæ domino non præjudicant, *Sanchez in 4. decal. cap. 36. à n. 2.*

24 Dispensatio est actus legitimus spiritualis jurisdictionis relaxans obligationem voti, vel juramenti proviſorii. Ita Doctores omnes: adeoque dispensare est auctoritativè tollere voti obligationem. Hinc patet, habentes jurisdictionem ecclesiasticam spiritualem posse dispensare in votis, *D. Thom. Suarez*, & alii. Spectat enim ad regimen spirituale Ecclesiæ dispensare: sed requiritur causa, cum sit jurisdictio rationabilis in ædificationē concessa: & causa dispensandi est multiplex, si quis metu voverit, si scrupulis angatur, si multis culpis implicetur, si mutentur aliquæ circumstantiæ ac dispensatio conducit ad bonum Ecclesiæ, & ad utilitatem voventis, vel Dei majorem gloriam, & honorem.

Papa dispensat in toto mundo, prout
25 Concilium generale legitimum, & summus Pœnitentiarius Papæ. Dispensant etiam Legatus Apostolicus in provincia suæ legationis, & Episcopus saltem confirmatus in diœcesi, etiamsi subditi existant extra diœcesim, *D. Thom. 2. 2. quæst. 88. art. 12. ad 13.* dispensantque itidem Capitulus sede vacante, & omnes, qui habent Episcopalem jurisdictionem. Parochus etiam dispensat, quando deest recursus ad Episcopum, ut ait *Rodriq.* contra *Sanchez*. Episcopus autem dispensat in omnibus votis jure ordinario, si non sint reservata Papæ, *Barbos. de potestate Episcopi alleg. 1. num. 6.* Reservata verò sunt votum purum perpetuæ castitatis, votum religionis approbatæ, & votum peregrinandi ad Terram Sanctam, *cap. ex multa de voto*: eisque adduntur votum peregrinandi ad limina Apostolorum, & votum peregrinandi ad Sanctum Jacobum Compostellæ, *extravag. & si 2. de pœnit. & remissionib.* Sed *D. Thomas*, & *Ricciardus* tantùm inquiunt esse reservata vota castitatis perpetuæ, religionis, & peregrinationis ad Terram Sanctam: alia tantùm esse reservata consuetudine ait *Sanchez*. Si quis dispenset in istis votis prætextu facultatis, est excommunicatus, *extrav. & si 2. de pœniten. & remissionib.* Reservatio autem est odiosa, & restringenda, ut non comprehendat juramentum istarum rerum, *Novar.* contra *Leandrum*: & dici debent reservata, quando sunt plenè, & simpliciter talia ex affectu virtutis, non ad alium commodum, puta votum castitatis, si solo animo, ac totali, & pleno amore castitatis fiat: non autem, si emittatur votum amore salutis, timore morbi, vel alterius mali, non plenè affectu virtutis: & idem est, si emittatur ad tempus, vel sub conditione cum una, non cum alia persona; Nam tunc non est ex affectu totali virtutis, ad quem totalem affectum virtutis restringenda est reservatio, ut coarctetur, cum sit odiosa. Cessante verò reservatione, votum est dispensabile ab Episcopo. Tale est votum castitatis ad tempus, votum castitatis conjugalis, votum non petendi debitum, votum non fornicandi, votum non omnimodæ castitatis, votum non nubendi, votum castitatis emissum à conjuge, matrimonio consumato, quod non est plenè votum, quia tenetur reddere conjugale debitum, & votum suscipiendi ordines sacros: nam non est votum castitatis emit-

emittendum deindè in susceptione ordinis: adeòque est pro tempore futuro, non pro præsenti, caretque pleno affectu virtutis. Id etiam est dicendum de voto castitatis in pœnam, scilicet non esse votum reservatum, quia vovens non vult per se absolutè castitatem, *Sanchez*, *Leander*, *Quintanadven.* & alii. Eodem modo discurrendum est de voto religionis: nam emissum in pœnam, vel ad evitandum malum, non est reservatum, quia non fit perfecto amore religionis: & eodem modo discurrendum de voto peregrinationis. Si quis autem voveat disjunctivè votum castitatis, vel religionis, vel jejunii, votum est dispensabile, quia ratione partis, scilicet jejunii, voluntas non fertur plenè in castitatem, aut religionem. Votum conditionale castitatis, sive sit conditio de præterito, sive de præsenti, aut de futuro, non est reservatum, quia voluntas non fertur plenè, & adæquatè in omni casu, & tempore in rem votivam, cum nolit illam, si conditio non fuit, non est, non erit purificata, adeoque in contrario eventu conditionis res de voto non est volita, imò est positivè nolita in conditione de præterito, & suspensa in conditione de futuro: Unde non est reservatum ejusmodi votum: Si peccatum non fecero, religionem voveo. Nam non fit amore religionis, sed odio peccati: quod est contra *Leandrum* volentem, conditionem de præterito, & de præsenti, non reddere votum non reservatum, quia non reddit votum conditionale: quod verum est, non reddere scilicet votum conditionale, sed reddit non reservatum: Nam reddit in contrario eventu volitum de facto, & non reddit in omni casu volitum, quod requiritur ad hoc, ut votum sit reservatum. An autem votum cum conditione de futuro, puta, quòd quis dicat: Voveo religionem, si salvus ero; purificata conditione sit reservatum? Affirmant plures ajentes esse dispensabile ab Episcopo ante, & non post purificatam conditionem. Nos autem dicimus esse dispensabile, etiam purificata conditione, quia tunc est amore salutis, non amore religionis, ut inquiunt *Sanchez* 8. *de matrimonio disput.*20. *num.* 8. *Faustus*, & alii apud *Leandrum* contra plures ajentes, votum esse indispensabile. In dubio verò, si sit reservatum votum, dispensabile semper censendum asserunt *Suarez*, *Pontius*, *Faustus*, & *Leander*: & meritò, quia reservatio odiosa est, & restringenda ad casus certos, ne odia amplientur.

Episcopus autem valet dispensare in reservatis Papæ, urgente gravissima necessitate, quia lex reservationis non obligat cum tanto onere: & necessitas esset, si vovens castitatem, vel religionem occideretur illicò, nisi contraheret nuptias cum muliere à se defforata, *Sanchez*, *Faustus*, & alii, prout, si obstrictus voto esset moribundus, & relinqueret filios illegitimos non nubendo, *Sanchez* 4. *decalogi cap.*4. *num.*39. Semper autem ac urget causa dispensationis, & præclusus est recursus ad Summum Pontificem, Episcopus dispensare valet, *Sanch. de matrimonio disput.*19. *n.*23. ex *cap. ea nascitur*, & *cap. de cætero de sententia excommunicationis*. Regula verò est, quòd omnis, qui dispensare potest, potest commutare vota, *Leand. tom.*1. *tract.*5. *disput.*14. *quæst.*152. Nam magis est dispensare: unde valet dici: Qui potest dispensare, potest commutare; non verò qui potest commutare, potest dispensare, quia commutare est minoris momenti, quàm dispensare, & qui potest minus, non potest majus: sed qui potest majus, potest minus, *Leand. quæst.*151. contra *Sylvestrum verb. votum* 4. *qu.*3.

Commutatio est voti, vel juramenti 86 materia in aliam materiam mutatio, *Divus Thomas* 2. 2. *quæst.* 88. *artic.*10. Ad commutationem in melius, & in æquale, nulla requiritur causa, quia non minuitur divinus cultus: in minus requiritur causa saltem levis: Nam aliquid detrahitur ex voto, quod sine causa rationabili fieri nequit, *cap.*1. *de voto*: & causam levissimam sufficere ait *Leander*, aitque nunquam deficere, quia est saltem commodum petentis. Commuta- 87 tio voti reservati fit à Papa, cæterorum ab Episcopo in sua diœcesi, & ab utentibus jurisdictione Episcopali, *Gonzalez in cap.*1. *num.*8. *de voto*, *Pontius*, *Sanch.* & alii. Votum in evidenter melius commutari valet propria authoritate, *cap. licet* 8. *cap. sanè de regularibus*, *cap. pervenit de jurejurando*. Nam in melius commutans servat promissa, *cap. scripturæ de voto*. Votum etiam reservatum potest commutari in evidenter melius propria authoritate, si commutetur in professionem religiosam, *cap. scripturæ* 4. *de voto*, & ibi *Gonzalez n.*4. ubi ait, extingui omnia vota per professionem religiosam, qua uberius satisfit voto, *cap. qui post votum de regularibus in* 6. *cap.* admo-

admonere 33.*quæst.*7. In evidenter æqua-
28 le etiam commutari valet, quia æquè Deo placet: Unde non refert tunc, quid ex æquipollentibus fiat, *Sanch.*4.*decalogi cap.*4. & 9. *num.*10. *Sà verb. votum*. In minus nequit fieri propria authoritate: adeòque requiritur causa rationabilis, & licentia superioris.

Votum itidem emissum ad favorem
29 tertii commutari valet, si à tertio non sit adhuc acceptatum, quia votum fit Deo, nec tertius habet jus ad rem devotam, quia cum eo non contrahitur, *Sanchez*, *Leander*, & *Faustus* concludens, votum dandi eleemosynam certæ Ecclesiæ posse propria authoritate commutari, & dari puellæ periclitanti pro dote: Imò etiamsi sit acceptatum à tertio, posset commutari, quia illa acceptatio non mutat naturam voti, nec superaddit obligationem novam ex justitia, quia obligatio ex justitia deberet nasci ex contractu de novo inito inter voventem, & acceptantem: nec potest nasci ex sola voluntate acceptantis, *Facundez*, & *Tamburrin.* contra *Navarr. Sylvestrum*, & *Faustum*. Facta commu-
30 tatione vovens potest redire ad primum votum. Nam commutatio est cumulativa, non extinctiva, *Suarez*, *Lessius*, *Sanchez*, & *Sayrus*. Si materia commutata evadat impossibilis, vovens non tenetur redire ad primum votum, si commutatio facta sit authoritate superioris, quia tunc censetur commutatio voventi favorabilis: & si teneretur ad primam, esset odiosa, quo sensu per commutationem dicitur extincta prior materia quoad obligationem: unde non tenetur ad primum, quia est extincta obligatio illius, nec ad commutatum, quia est impossibile. Ita *D. Thom. Cajetan. Valent. Suarez*, & *Faustus*: Unde, facta commutatione visitationis Ecclesiæ in jejunium tali die, si impossibilitetur jejunium ob gravem ægritudinem, tunc vovens non tenetur ad visitationem Ecclesiæ: &, facta commutatione jejunii in visitationem Ecclesiæ, non tenetur ad jejunium, impossibilitata visitatione Ecclesiæ, puta, si carceretur vovens, *Sanchez*, *Layman*, *Tamburrin. Leander*, & *Faustus* contra *Rodriquez*, *Vegam*, & *Sotum* obligantes ad primam materiam, quando vovens ex sua culpa impossibilitatur ad secundam materiam. Si verò commutatio facta sit propria voluntate voventis, affirmant eum teneri ad primam materiam, impossibilitata secunda materia commutationis, *Tamburrin.* & *Leand.*

Quando Episcopus potest dispensare,
31 tunc potest etiam commutare vota reservata: & contingit id in casibus, in quibus desinunt esse reservata: Nam quamdiù reservata sunt, tantùm à Papa commutantur. Hinc commutare potest votum castitatis, aut religionis emissum vi, errore, metu, quia tunc cessat plena voluntas, & reservatio, quæ comprehendit vota plenè voluntaria, *Angelus*, *Leander*, & alii contra *Sylvestrum*. Prætereà commutare valet votum pœnale castitatis, quia tunc voluntas non fertur plenè circa virtutem castitatis, aut religionis, sed fertur in aliud evitandum, vel consequendum, puta, quòd quis voveat non ludere, & si ludat, voveat religionem in pœnam, tunc voluntas directè non fertur in religionem, sed in abstinentiam à ludo, *Sanchez*, & alii, qui volunt etiam posse commutare pœnam contractam. Potest etiam mutare votum conditionale, licèt impleta sit conditio, *Sanchez*, *Quintanad. Leander*, & alii, prout commutare valet votum distinctivum, si una pars non sit reservata: nam tunc totum votum non est reservatum, quia voluntas non tendit plenè in reservatum, *Leander*, *Diana*, & *Sanchez* contra *Bonacinam*, *Filiuciun*, & alios. Item commutare valet votum castitatis ad tempus, *Barbosa*, *Lessius*, *Sanchez*, & alii: Commutare itidem valet quoad castitatem, & religionem, quidquid propriè non est castitas perpetua, nec est propriè votum religionis, ut est votum vovendæ castitatis, vovendæ religionis, suscipiendi ordinem sacrum, non nubendi, non fornicandi, votum paupertatis, votum religionis non approbatæ, & votum non petendi à conjuge debitum conjugale, *Sanchez*, *Novar. Trullenc.* & *Facund.* Potest etiam mutare circumstantias voti reservati, prout, firma remanente substantia voti religionis strictæ, potest commutare, ut vovens ingrediatur non strictam, *Sanchez*, *Diana*, *Trullench.* & *Facundez*.

Interpretatio voti colligitur ex ma-
32 teria, & intentione, & ex aliis circumstantiis, ex quibus augetur, minuitur, tollitur, firmatur obligatio: semper autem interpretatio in dubio est pro minori onere, *Suarius*, & *Tabor.* & facienda est juxta naturam actus, cui votum accedit, non autem in præjudicium tertii, nec contra legem, *cap. veniens*, *cap. cum contingat de iurejurando*.

Status religiosus sustinetur essentiali-

Digitized by Google

33 ter perpetuis votis obedientiæ, castitatis, & paupertatis sub certa canonicè probata regula, *Tridentin. sess. 25. cap. 1. de reformatione*, *cap. reliquum de religiosis domibus in 6. cap. monachi de statu monachorum*, *D. Thom. 2. 2. quæst. 186. artic. 6.* Obedientia est virtus moralis, qua subditus superiori paret, & est essentialis religioso, & est ejusdem speciei in omnibus religionibus, *D. Thomas 2. 2. quæst. 186. artic. 6.* Votum obedientiæ est promissio facta Deo in manu superioris obediendi secundùm regulam. Vigore hujus voti religiosus professus debet obedire Summo Pontifici, Generali, Provinciali, & Superiori locali; & Papa, non alius, potest eximere religiosum ab obedientia sui superioris localis, *cap. fratres 16. quæst. 1.* Abbatissa tamen non potest præcipere in virtute sanctæ obedientiæ ob defectum jurisdictionis spiritualis, etiamsi votum obedientiæ fuerit emissum in manu Abbatissæ. Ita docent *Sotus*, *Henriquez*, *Porcellus*, *Tabor. & Dian.* post *D. Thom.* Nam fœmina est incapax jurisdictionis spiritualis: at posse eam præcipere in virtute sanctæ obedientiæ ratione voti, ajunt *Bordonus*, *& Antonius à Spir. Sanct.* Cæterùm convenit apud omnes, quòd moniales tenentur obedire Abbatissæ, saltem ut filius matri, & peccarent non obediendo contra votum, & contra quartum præceptum decalogi. Superior autem præcipere valet, quæ sunt consona legibus, & regulæ: Nam est superior juxta regulas, *D. Thomas 2. 2. quæst. 104. artic. 5. ad 6.* ubi *Cajetanus*. Non tamen potest præcipere extra, infra, supra, aut contra regulam, quia subditus se obligavit juxta regulam, pro cujus observantia fuit institutus superior, *cap. inferior distinct. 21.* & sic nequit superior cogere subditum ad laxiorem, vel arctiorem vitam, quàm sit voto promissa, *gloss. in cap. integritas 23. quæst. 1. Bordon. tom. 5. cap. 23. n. 13.* ajens, non posse præcipere actus internos, *cap. erubescant distinct. 32.* Non tamen peccat contra votum fugiens superiorem, ne ei præcipiat: Nam tunc non frangit præceptum, nec vovit non fugere, sed vovit non frangere præceptum.

Paupertas est virtus moralis inclinans cum promptitudine ad tollendum à se omnia bona fortunæ, ut sequatur Christum Dominum, *Matth. cap. 19.* & est triplex; alia re, non affectu, & hæc est servilis: altera est affectu, non re, *Matth. 5.* ibi: *Pauperes spiritu*; & hæc est ingenua, ac liberalis: altera est re, & affectu, & hæc nec habet, nec vult habere, *Luc. cap. 14. Matth. cap. 19.* Per votum paupertatis quis debet esse pauper re, & affectu juxta statum religionis, *Tridentin. sess. 25. cap. 2. de reform. cap. cum ad monasterium de statu monachorum.* Superior verò potest dare licentiam, ut religiosus rem teneat, habeatque usum facti; & licentia potest esse expressa, vel tacita. Dominium autem rerum non est apud religiosum, sed apud religionem capacem, *Caramuel de regul. num. 828.* Religiosus verò potest petere ab aliquo, ut det aliquid non sibi, sed amico, vel consanguineo; nam id non est contra votum, cum nihil sibi acquirat, nec monasterio præjudicet, *Diana de paupertate religiosa resolut. 8.* Religiosus itidem potest habere usum facti, liberamque rei administrationem, si dominus rei retineat sibi dominium, & concedat religioso administrationem nomine ipsius domini; nam tunc religioso nullum jus acquiritur: unde non peccat contra votum paupertatis, *Sanchez in 2. decalogi lib. 7. cap. 19. num. 51. Faustus*, & alii. Pœna autem proprietarii religiosi est, ut privetur voce activa, & passiva, communione altaris, & ecclesiastica sepultura: nam sepelitur in sterquilinio, *cap. cum ad monasterium de statu monachorum*, nisi ante mortem proprietatem à se abdicaverit, *cap. monachi de statu monachor.* & si non resipiscat, rejicitur à monasterio, *cap. cum ad monasterium 6. de statu monachorum*. Materia gravis contra votum paupertatis, ut sit peccatum mortale, tanta esse debet, quanta sufficeret in filio ad committendum furtum lethale in bonis patris, ut *Bordonus* ait, quia in hoc religiosus respectu monasterii est loco filii.

Castitas est virtus frænans venerea, *1. Reg. cap. 21. num. 5.* Votum castitatis est promissio facta Deo se abstinendi mente, & corpore ab omni re venerea, *D. Thom. 2. 2. quæst. 185. art. 4. cap. cum ad monasterium de statu monachorum*, *Tridentin. sess. 25. cap. 1.* & in religionibus militaribus admittentibus nuptias votum adstringit se abstinendi ab illicitis, *Caramuel tom. 2. de regul. num. 2220.* Papa dispensare valet in voto solemni castitatis ex causa rationabili, puta, ut pax componatur, nec successio Regni transferatur ad alios. Solemnitas namque voti est de jure positivo à Papa abro-

ga-

Digitized by Google

gabili, *cap. unico de voto in 6.* Ita Alexander III. dispensavit cum Rege Aragoniæ professo, & Cœlestinus III. dispensavit cum Constantia filia Regis Siciliæ professa, ut duceret Henricum: Clemens II. dispensavit, ut Casimirus filius Regis Poloniæ contraheret nuptias, aliique plures dispensarunt. Votum solemne, & simplex essentialiter non differunt: immò, si religiosus professus sit in sacris, frangens votum non debet explicare, se esse professum, & in sacris, quia professio, & ordo sacer non diversificant speciem, *Aragon. Medin. Henriq. & Rodriq.* Virginitas autem est virtus consistens in voluntate illibata quoad omnia; nam virtus in electione consistit, diciturque cordis munditia. *Sapientiæ* 8. Amissio virginitatis non est circumstantia explicanda in confessione ab illo, qui sponte illam amittit, nec mutat speciem, & solùm differt per primam vicem: eaque virtus integro corpore amitti valet, & si voluntas consentiat in pravam delectationem, aut cogitationem veneream, tunc virtus perit. Jactans autem se peccasse sine complacentia obscenorum peccat delicto jactantiæ, non contra votum castitatis, *Diana quæst. 4. tract. 4. resol. 4.* Effectus voti solemnis est, ut dirimat matrimonium ratum antea factum, & deinde contrahendum: & facta professione contrahens nuptias, licèt nullas, est excommunicatus, *clement. 1. de consanguin. & affinit.* & est sacrilegus peccans contra votum, ac suspectus de hæresi. Violans autem monialem olim condemnabatur ad carcerem perpetuum, hodiè ad mortem juxta qualitatem delicti: & monialis consentiens perpetuo carceri traditur, *cap. impudicas 27. quæst. 1.* & non solùm morte punitur violator, sed ejus bona monasterio applicantur, *authen. de sanctissimis Episcopis §. penultimo*: eaque violatio est sacrilegium misti fori, si committatur à laico, *cap. proposuisti de foro compet.*

In votis, in quibus potest Episcopus
34 dispensare, potest quoque Abbas nullius diœcesis, *Reg. de Marin. 1. forens. 106. num. 6.* Quamvis voti obligatio ad hæ-
35 redem transeat, ut diximus; id tamen procedit in obligationibus, sive votis, quæ in dando consistunt, secus in iis, quæ in faciendo, ut in votis eundi ad Sanctum Jacobum: hæc namque non transeunt ad hæredes, *Gloss. in l. 2. verb. non obligantur ff de pollicitat.*

De votis tractat per integrum tracta-
36 tum *Pistachius*, & de eadem materia pertractant *S. Antoninus tom. 2. summ. pag. 349. Abelly in medulla theolog. tom. 2. pag. 359. Allozza in flor. summ. pag. 755. Alphonsus à Castro de hæres. pagin. 533. Acta Eccles. Mediolan. pag. 48. Albertus Pius pag. 162. Henrinx. in summ. theolog. tom. 3. pag. 519. Valentia tom. 3. col. 1780. Sà in aphorism. confess. pag. 524. Rubeus in aphorism. Episcop. pag. 602. Riccardus tom. 4. sentent. pag. 498. Casalius de ritib. christian. pag. 220. Graffius tom. 1. consil. pag. 150. & to. 2. pag. 207. Bayus in theatr. theolog. pag. 431. Theatrum vitæ human. tom. 7. pag. 234. Directorium confess. par. 3. pag. 166. Summa Rodriquez par. 4. pag. 516. Facundez in decal. tom. 1. pag. 365. Renzius tom. 1. theol. pag. 173. Galenus in prompt. theol. pag. 215. Castropalaus par. 3. pag. 97. Bonacina tom. 2. pag. 276. Bonagratia in quæst. regul. pag. 535. Roccabuffus tom. 2. prax. moral. pag. 132. Innocentius V. to. 4. pag. 363. Summ. Rodriquez par. 2. pag. 211. Leander tom. 7. pag. 85. Diana ordinatus tom. 8. pag. 48. Navarr. tom. 2. pagin. 41. Crespetius in summa pag. 890. Filiucius tom. 2. pag. 214. Sayrus in clavi Reg. pag. 287. Cotonus in controvers. pag. 89. Nicolius tom. 2. resolut. pag. 295. Layman tom. 2. lib. 4. pag. 107. Bonaspes tom. 1. pag. 238. Rodericus in quæst. mor. pag. 975. Novar. in lucern. regul. pag. 272. Azorius in summ. tom. 1. pag. 1705. Marcant. tom. 2. tribun. anim. pag. 972. Summa Sylvestri part. 2. pag. 371. Gavantes in manual. episcop. pag. 269. Barbosa in repertor. jur. pag. 404. Labata tom. 2. theolog. moral. pag. 943. Vega in summa tom. 2. col. 1020. Trullench. in decal. tom. 1. pag. 406. Busembau pag. 90. Medices in 2. 2. S. Thom. quæst. 88. Reusnerius tom. 3. pantheol. pag. 869. Lorichius tom. 2. thes. theolog. pag. 1947. Summa Litterati pag. 162. Becanus de inst. pag. 517. Candidus tom. 2. pag. 785. Nicolius in flosc. pag. 238. Zerola in prax. episc. pag. 366. & par. 2. pag. 133. Malletus tom. 2. theolog. moral. pagin. 44. Philippus à Trinitate tom. 3. pagin. 497. Portellus in dub. reg. pag. 498. Villalobos in summ. tom. 2. pag. 481. Tancredus in quæst. moral. pag. 257. Ulpius in resolut. moral. pag. 610. Suarez de relig. tom. 2. pag. 514. Tamburrinus in decal. pag. 182. Molfesius in summa pag. 795. Sanchez in decal. tom. 1. lib. 4. Lessius de just. & jur. pag. 482. Barsæus to. 1. pag. 835. & tom. 2. pag. 855. Summa Naldi pag. 750. Moy. in quæst. select. pag. 63. Sanninch. to. 4. theol. moral. pag. 341. Venerus in exam. Episcop. pag. 193. Velascus in summ. tom. 2. pag. 788.*

Vidal.

Digitized by Google

Vidal. in arca salut. pag.374. & 392. & in arca vitali pag.535. De votis regularium *Pellizarius tom.1. pag.257. & Vidalis.* De votis substantialibus ad professionem *Caramuel in theol.reg. pag.512.* De voto solemni *Capisuccus in controv. pag.266.* De votis monasticis *Pighius in controvers. pag.203.* De votis religiosorum *Garzias tom.1. pag.357. Suarez de relig. S.Antoninus tom.3. summ. pag.279. Bonaspes tom.5. pag.256. Summa Rodriq. part.2. pag.80. Garzias tom.1. polit. reg. pag.71. Cotonus in controvers. pag.512.* De votis religiosis extra non servandis *Bordonus tom.4. resolut.115.* De absolutione à votis relig. substantialibus *Raynaudus tom.18. pag.311.* De voto, & voti redemptione *Alvarez in specul. Princip. pag.347. Antonius à Spiritu Sancto pag.166. Joannes à S.Thom. to.1. pag.414. Espencæus pag.838. Nicolius tom.2. resol. pag.169.* De excellentia voti *Raynaudus tom.17. pag.649.* De commutatione votorum *Bossius de jubil. pag.165.* De votis reservatis Papæ *Bertrandus in resolut. theolog. pag.30.* De voto non nubendi *Cajetanus in opusc. pag.177.* De non solventibus vota *Aringa tom. 2. mort. peccat. pag.475.* De voto electivo *Barbosa in decis. apost. pag.652.*

CAPUT XXXV.

De jurejurando, illius speciebus, & effectibus.

SUMMARIUM.

Maxima semper fuit vis jurisjurandi apud omnes populos num.1.

Olim juramenta solemnia publicè in Ecclesiis, aut Martyrum tumulis, & altaribus præstabantur n.46.

Si quis non putans se jurare protulerit verba jurantia, non tenetur vi juramenti n.2.

Obligatio à juramento est inseparabilis n.3. quidque dicendum, deficiente animo jurandi num.4. & de juramento dolo elicito num.5. & quid, si dubium sit, an etiam sine eo dolo quis fuisset juraturus num.6.

Juramentum qualiter sustineat contractum, & obligationem nullam n.7. ubi quando id limitetur.

Juramenti absolutio an requiratur, quando vi, vel dolo extortum est n.8. & 11. Ut obliget, debet habere illos tres comites, judicium, justitiam, & veritatem n.9. Constito de dolo, non obligat n.10. quidque dicendum, existente enormissima læsione n.12. & 32. & dolo etiam facto, vel præsumpto n.13. vel metu num.14. quidque dicendum de contractu nullo, quia simulato, vel super feudo sine Regio assensu n.15.

Juramentum semper in se tacitam habet conditionem, rebus in eodem statu permanentibus n.16.

Juramentum qualiter obliget præcisè ad factum n.17.

Juramentum qualiter suppleat partis præsentiam, & Notarii pro absente stipulationem num.18. ubi refertur contraria sententia.

Juramentum ut valeat, oportet, ut obligatio sit licita n.19. Si actus sit nullus ex defectu consensus, vel ex capite ignorantiæ, non relevat n.20.

Effectus juramenti est præcidere controversias n.21.

Promissio omnis qualiter juramento æquiparetur n.22.

Ethnici quamvis sint extra Ecclesiam, & non promittant sub fide christiana; sub fide tamen divina promittere possunt num.23.

Juramentum licèt sit personale quoad animæ vinculum, & reatum perjurii, ad hæredes transit quoad observantiam, & robur num. 24. non tamen ligat singularem successorem, & quomodò id intelligatur num.25. Qualiter fieri debeat tactis Evangeliis, vel rebus sacris num.26.

Juramentum suppletorium quando dandum sit, enucleatur n.27. Spuriis non defertur n.28. nec judæis contra christianos n.29.

Juramentum in litem, sive litis decisivum quale sit, & quando dari possit, & per quas personas n.30. cum distinctione casuum.

Absolutio à juramento quando sit nulla, quando proficiat, & quando, & à quo concedi debeat n.31.45. & 47.

Princeps qualiter possit tollere vires juramenti n.33. Individuum est n.34. Non extenditur ad ea, quæ ignorabantur tempore testamenti n.35. Extenditur ad omnia dependentia, & connexa n.36. Nihil operatur in tertii præjudicium n.37. Non validat alienationem rei dotalis sine consensu viri factam num.38. Qualiter non obstet cessionario, & donatario num.39. Si in contractu non sit præstitum, Notarius illud apponere non potest n.40. Prodigi contractus juramento non confirmatur num.41. Minoris

Digitized by Google

nerit contractus juramento confirmatur num.42. Non obligat Universitatem num.43.

Monachus sine licentia superioris jurare non potest n.44.

MAxima semper fuit vis jurisjurandi apud omnes populos, & omni ævo, circa pollicitationes, promissa, & contractus. Nam, ut *Sophocles* ait in *Hippodamia*:

Mens excitari jurejurando solet,
Ut bina diligenter evitet mala,
Culpari ab amicis, & Deos offendere.

Nullum vinculum, inquit *Cicero*, *ad adstringendam fidem majores nostri jurejurando arctius esse voluerunt.* Hinc gravis pœna perjuris imminere nunquam non credita, ut *Hesiodus* dixit:

. . . . . Clades mortalibus unde
Adveniunt, quoties fallaci pectore
jurant.

Et benè *Cicero*: *Est jusjurandum affirmatio religiosa: quod autem affirmatè, quasi Deo teste, promiserit, id tenendum est.*

2 At, si quis non putans se jurare verba protulerit jurantia; prædicta non procedunt: requiritur enim in promissis, & contractibus, ad hoc ut prædicta locum habeant, ut animus rationis compos, & deliberatus adsit: quò facit Ovidianum carmen:

Quæ jurat, mens est: nihil conjuravimus illa.

Et *Euripides* in *Hippolyto* dixerat:

Jurata lingua est: mente juravi nihil.

Verùm si quis volens jurare, se tantùm
3 obligaverit, non eò minùs obligatur, quia obligatio à juramento est inseparabilis, & effectus ejus est necessarius, *Covarruv. ad cap. quamvis part.1. Sotus lib.8. quæst.1. art.7.* At, si quis deliberatè protulerit verba jurantia animo non
4 jurandi, hunc non obligari, sunt, qui tradunt, peccare tamen temerè jurando. Sed verius est teneri eum vera facere dicta, quorum Deum adhibuit testem, si is actus, qui per se est obligatorius, ex animo deliberato processit: & hoc est, quod ait *Cicero*: *Quod ità juratum est, ut mens deferentis conciperet fieri oportere, id servandum est.* Hinc resolvitur, quid sentiendum de juramento dolo elicito: nam, si certum est, eum, qui juravit,
5 aliquod factum supposuisse, quòd revera se ita non habeat, ac, nisi id credidisset, non fuisse juraturum, non obligabit juramentum, *Navar. cap. 12. n.13.*
6 At si dubium sit, an etiam sine eo idem fuisset juraturus, standum erit verbis, quia simplicitas quàm maximè juramento convenit: & huc spectat jusjurandum, quod Josue, & Primates populi Israelitici Gabbaonitis dederunt, ut habetur *Josue 9.* Decepti quidem erant à Gabbaonitis è regione longinqua se venire fingentibus: at non inde sequebatur, Josue, & Primates, si scissent, ex vicinis populis eos esse, non fuisse eis parcituros: nam quod dixerant Gabbaonitis: *Ne forte in terra, quæ nobis sorte debetur, habitetis, & non possimus fœdus inire vobiscum*; hunc habere sensum potest, ut interrogentur Gabbaonitæ, quale pactum desiderent, sociale ne, an deditionis, aut etiam, ut ostendant hebræi, licitum sibi non esse cum quibusdam populis fœdus inire sociale: non etiam, ut negent dedentibus se vitam relinquere posse. Lex enim divina, quæ eos populos internecioni devovebat, *Deuteronom 20. vers. 10.* ex legis alterius comparatione ita erat intelligenda, ut locum haberet, nisi qui moniti erant, statim facerent imperata: quod inter alia probat historia Rahab, *Josuec.6.vers.23.* cui ob benemerita parcitum est, & Salomonis, qui Cananeorum reliquias sub imperium, ac tributum accepit: quò etiam facit, quod in *Josue c. 11. 19. & 20.* dicitur, nullam fuisse Civitatem ex populis septem, quæ pacem fecerit: obdurati enim erant, ne gratia illis fieret: Quare, cum credibile esset, si rem ipsam Gabbaonitæ indicassent (quod pro metu non fecerunt) vitam salvam sub parendi conditione impetraturos fuisse, valuit jusjurandum, adeo quidem, ut de eo violato postea pœnæ sumptæ sint gravissimæ. Deo auctore, 2. *Samuel.21. vers.6.* Hinc *D. Ambros.* hanc tractans historiam, inquit: *Josue tamen pacem, quam dederat, revocandam non censuit, quia firmata erat sacramenti religione, ne dum alienam perfidiam arguit, suam fidem solveret.* Nihilominus doli sui pœnam aliquam sustinuerunt Gabbaonitæ jam sua deditione subditi facti hebræorum: addicti enim fuerunt personali cuidam servituti, dum, si egissent apertè, potuissent ad tributariam conditionem recipi. Hinc juramentum sustinere contractum,
7 & obligationem nullam, & invalidam, docuit *Reg. Merlin.1 forens.56. num.7.* & quamvis sequatur naturam actus, super quo apponitur; addit actui robur, & firmitatem, & ratione religionis servandum est, *Afflict. controv. jur. cap. 24. num. 38. & 39.* Fallit autem regula prædicta, si contractus sit nullus ex causa metus, vel doli, *Reg. Merlin. 1. forens.*

rens. 56. *num.* 14. Fallit insuper ex statuto Urbis, quod juramenti validitatem super actu nullo imposito restringit: & fuit hujuscemodi statutum per Gregorium XIII. confirmatum, ut alibi docuimus: & juramenti absolutio non requiritur, quando vi, vel dolo extortum est secundùm civilistas, quamvis contrarium sentiant canonistæ: & potest judex laicus ob justam causam cogere partem ad relaxandum juramentum, quamvis reluctet, *Afflict. decis.* 263. & quòd, quando juramentum non habet illos tres comites, judicium, justitiam & veritatem, possit Judex laicus etiam per capturam personæ cogere partem ad illud relaxandum, *Afflict. decis.* 80. *n.* 5. 6. & 7. & quòd, constito de dolo, juramentum non obliget, *Afflict. dec.* 220. *num.* 7. & quòd juramentum per vim, & metum extortum, sit ipso jure nullum de jure civili; verùm de jure canonico requiratur absolutio, nec possit propria authoritate superni, *Afflict. decis.* 322. *num.* 6. aut deferi, idem *dec.* 393. *num.* 11. & *seq.* idemque dicendum de juramento læsionem enormissimam, sive dolum re ipsa continente, ut scilicet, canonico jure attento, cujus dispositio in hac materia servanda est, sit petenda juramenti absolutio; sufficit verò, si petatur per viam habilitationis ad finem agendi, sivè excipiendi: nam constito deinde de læsione, repletur absolutio ad finem rescindendi contractum juratum, nec est necesse, novam absolutionem petere, cum juramentum non debeat esse vinculum iniquitatis, *Afflict. decis.* 322. *num.* 8. & *seq.* ubi *Ursill.* *num.* 12. & dispositio *auth. sacramenta puberum Cod. si adversus vendit.* non habet locum, stante læsione, ut diximus proprio loco: & quòd in contractu mulieris cum patruo, stante læsione, non requiratur absolutio à juramento, *Ursill. ad Afflict. decis.* 322. *num.* 7. *in fine*: & si in transactione adsit læsio ultra dubium litis eventum, non requiritur absolutio, *Dec. cons.* 203. & quòd juramentum vim non habeat, ubi adest dolus etiam fictus, vel præsumptus, *Amat. variar. resol. tom.* 1. *resol.* 23. *n.* 19. & quòd juramenti absolutio non sit necessaria, si agatur ad contractum annullandum ob metum intercedentem, *Reg. Merlin.* 1. *forens.* 39. *nu.* 8. & quando contractus est nullus, vel quia dolus intercessit, aut quia initus fuit contra prohibitionem juris, vel testatoris, contraveniens contractui absque habilitatione à juramento non est perjurus, præsertim si actus [illegible] defectu contentus, *Afflict. controv. juris cap.* 14. *num.* 5. & *seq.* Contrarium tamen dicit aliquos tenuisse, ex eo quòd non debet quis esse judex proprii juramenti *ibid. Afflict. num.* 20. & quòd quando agitur ad rescindendum contractum propter enormissimam læsionem, ex qua resultat dolus re ipsa, ne juramentum sit vinculum iniquitatis, non requiratur ab ipso absolutio, *Cagnol. in l.* 2. *num.* 95. *Cod. de rescind. vendit. Bald. in l. nec patronis C. de oper. libertor. Felin. in cap.* 1. *num.* 12. *de jur. patronat. Tesaur. dec.* 165. *num.* 8. & 9. *de Franch. dec.* 147. *in fine, Riminald. jun. cons.* 203. *num.* 108. & *cons.* 244. *num.* 8. *Ant. de Butr. in tit. de jurejur. cap. cum contingat num.* 12. ubi dicit, quòd tutius sit, si impetretur, Quinimò, etiam enormi læsione interveniente, id procedere ait *Cravet. cons.* 815. *num.* 6. Vide *Martin. Benetsond. ad Scrapin. de privil. juram. privil.* 6. *à n.* 55. & *Covarr. in tit. de pact. in* 6. *c. quamvis pactum*: & quòd, quando contractus est nullus, quia simulatus, vel super feudo sine Regio assensu, possit absque absolutione à juramento dici de nullitate, quia juramentum est invalidum, *Afflict. decis.* 60. *num.* 2. & quòd juramentum præstitum ex falsa causa non obliget, *Afflict. controv. jur. cap.* 25. *n.* 14. & juramentum in contractu nullo appositum an sit nullum, tractat *Ursill. ad Afflict. decis.* 331. *num.* 4. & non confirmat contractum nullum ex capite alterius contractus similiter jurati, ut si quis cum juramento promisisset non alienare, præsertim si primum juramentum habuit juris assistentiam, puta quia agebatur de re litigiosa, *Afflict. decis.* 331. *num.* 3. & 4. ubi *Thom. Grammaticus. in additione*.

Juramentum semper in se tacitam includit conditionem, rebus in eodem statu permanentibus, *Ferdin. de Afflict. in sua allegat.* inserta post *controv. jur. Cæsar. Afflict. col.* 2. *Afflict. controv. jur. cap.* 34. *num.* 31. pro qua re vide, quæ diximus *tom.* 1. *cap.* 2. *de contractuum, aliarumque obligationum vitiis num.* 105. & quòd, contractus si sit nullus, juramentum non reddat illum validum, diximus *ibid. num.* 96. & quòd contractus juratus non comprehendatur in generali revocatione contractuum, docuimus *ibid. num.* 98.

Juramentum obligat præcisè ad factum, *Afflict. controv. jur. cap.* 16. *nu.* 13. *vers.* & *maximè si fuerit*, *de Franch. decis.* 302. *num.* 5. & 9. ita ut jurans non libe-

liberetur præstando interesse, *Afflict. dec.* 163. ubi *Ursill. nu.* 1.

Juramentum supplet partis præsen-
18 tiam, & adjectum actui, sive promissioni factæ in beneficium absentis, facit, ut illa valeat, ita ac si adfuisset Notarii pro absente stipulatio, *Afflict. controv. jur. cap.* 18. *num.* 41. *vers. neque etiam improbabile*, alter *Afflict. dec.* 135. *num.* 5. & quòd vigore juramenti, qualiscumque sit contractus, actio absenti quæratur, quia Deus pro absente recipit, & suppleatur juramento tàm absentia, quàm Notarii stipulatio, dicit *gloss. in cap. quamvis* 1. *quæst.* 7. idque etiam docent *Gratian. discept. forens. tom.* 2. *cap.* 297. *à num.* 22. *cum seq.* ubi dicit hanc sententiam procedere tàm de jure canonico, quàm civili, & *tom.* 3. *cap.* 531. *num.* 66. *Reg. Merlin contr. lib.* 1. *cap.* 35. *à num.* 27. & 28. & *Reg. de Marin. resol. lib.* 1. *cap.* 89. *num.* 21. & 22. post innumeros relatos per *Gabriel. commun. conclus. tit. de verb. obligat. concl.* 1. *limit.* 7. ubi testatur de communi. Verùm quamplures ab hac sententia discesserunt ea potissimùm ratione, quòd juramentum nullum tribuat actui incrementum, sed reguletur à natura illius: pro prima tamen sententia decrevit S. C. teste *Afflict. decis.* 135. *sub num.* 5. *vers. item non obstat*, & bis Senatus Mantuanus, teste *Surd. decis.* 10. *num* 15. bis etiam Senatus Pedemontanus, teste *Thesaur. decis.* 70. *sub num.* 3. *vers. sed contrarium*, & iterùm idem Senatus, teste *Thesaur. filio in addit. lit. A.* & bis Senatus Cathaloniæ, una vice apud *Cancer.* qui hanc partem ex professo prosequitur *var. lib.* 3. *cap.* 7. *à num.* 265. *cum seq.* & inferiùs *n.* 349. & alia vice apud *Fontanell. de pact. nupt. tom.* 1. *claus.* 4. *glos.* 4. *à n.* 15. *cum seq.* & iterùm S. C. in famigerata causa apud *Capyc. Latr. dec.* 44. signanter *à num.* 17. ubi reprobat dicta per eum superiùs *à n.* 10. & *Cancer. loc. cit.* admonet, adeò actionem tertio absenti esse tribuendam vigore juramenti, ut pro ea via quoque competat exequutiva contrà donatarium, qui onera in se assumpsit: illaque propositio, ut juramentum nihil incrementi tribuat actui, cum potiùs reguletur juxta naturam actus, super quo interponitur, rejicitur *à Jas. in l. si convenerit num.* 8. *vers. quartò moveor*, & *num.* 15. *in fin. ff. de jurisdict. omn. Judic.* quem sequuntur, & defendunt *Scacc. de sentent. & re judic. glos.* 7. *quæst.* 3. *limit.* 4. *num.* 53. *cum seq.* & *Henring de fideius. cap.* 27. *num.* 5. Ad text. verò, qui in contrarium allegari solet, *in l. fin. Cod. de non num. pecun.* responderi potest, ut ideò in illa specie nihil juramentum profuerit, quia interpositum videbatur super contractu simulato, qui suapte natura à juramento non sanatur, ut advertit *glos. in l.* 3. *Cod. plus valer. quod agitur, &c.*

Juramentum ut valeat, oportet, ut
19 obligatio sit licita: quare nullas vires habebit jurata promissio de re illicita naturaliter, aut divina interdictione, aut etiam humana: quò faciunt verba *Philonis* judæi sic dicentis: *Sciat quisquis ob juramentum injusti aliquid molitur agere, non se observantem fore, sed potius eversorem jurisjurandi, quod magnæ curæ, ac religione dignum est, & quo honesta, ac recta sanciri solent. Addit enim culpam culpæ, juramento non rectè facto, à quo abstinere satius fuerat actum illegitimum. Quare ab injusta actione abstinens Deum veneretur, ut quæ ipsi est maximè propria, misericordiam ei impertiatur. Nam dupla eligere mala, cum parte altera exonerari possis, insanabilis est furor, & mentis inopia.* Exemplum dari potest in Davide, qui Nabali pepercit, quem se occisurum juraverat, ut habetur 1. *Samuelis* 25. Similia ponunt exempla *Cicero* in voto Agamemnonis, & *Dionysius Halicarnasseus lib.* 2. in conjuratione decemvirorum de Republica occupanda. Unde *D. Ambros. lib.* 1. *officiorum cap. ultim.* inquit: *Est enim contra officium nonnunquam solvere promissum, & juramentum custodire*: & *S. Basilius* idem firmat *in epist.* 2. *ad Amphilochium*: & satis rectè *D. Augustin.* inquit: *Si ad peccatum admittendum fides exhibeatur, mirum est, si fides appellatur*: & quòd, si actus sit nullus ex defectu consensus, vel ex capite ignoran-
20 tiæ, eo quòd agens ignorat, quid agit, juramentum ejus defectu non suppleat, & ignorantia ejus vires enervet, *Afflict. controv. juris cap.* 26. *nu.* 6. & 10. & quòd juramentum tantùm tollat nullitatem, quæ oritur ex errore juris, cui renunciatur, & suppleat defectum certioritionis, stante enixa voluntate agentis, *Afflict. cap.* 26. *num.* 3.

Effectus juramenti præcipuus est præ-
21 cidere controversias: Unde *Apostolus ad hebræos* scribens inquit: *Omnis disputationis finis est juramentum*: & simile est illud *Philonis* hebræi: *Dei testimonium est jusjurandum de re, de qua ambigitur*: Cæterùm promissio omnis
22 juramento æquiparatur, & pro juramento corporaliter præstito habetur

Digitized by Google

quoad vinculum contractus, adeo ut ei contraveniri nullo modo possit, *cap. ad aures*, & ibi *Panorm. num.*13. *de his quæ vi metusve caus. c. pervenit de fidejuss. c. & si Christus de jurejur. Felin. in c. præterea num.* 15. *de sponsalibus, Jas. ad l.* 3. §. *jurari num.* 3. *ff. de jurejur.* ubi paria esse dicit promittere per fidem, & jurare per Deum, *Jas. in l. ait Prætor* §. *jurari ff. de jurejur. Mynsin. 1. observ.* 17. *Gayl.* 2. *observ.* 59. & quamquam juramentum propriè sit, ubi nomen Dei juratur; attamen haud absurdè etiam dici potest in effectu in promissione nomen Dei invocari sensu, licèt non verbis argumento *legis qui per salutem ff. de jurejur.* saltem ex mente ejus, cui promittitur, *Besold. in thesauro practico lit. A. num.* 28. *vers. sic certè*, ubi alia refert: & ethnici quamvis sint extra ecclesiam, & non promittant sub fide Christiana, sub fide tamen divina promit-
23 tere possunt, *Barschamp. in radic. clausular. cap.* 29. §. 2. nam nulla est gens, aut genus hominum, quod non habeat sine doctrina anticipationem quandam Deorum, ut inquit *Tullius lib.* 1. *de natura Deorum*: & quòd fides data à contrahentibus habeat vim juramenti, *Afflict. dec.* 389. quamvis non eadem pœna puniatur frangens fidem, ac frangens juramentum, *Vrsill. ibid. num.* 5.

Juramentum licèt sit personale quoad
24 animæ vinculum, & reatum perjurii; ad hæredes tamen transit quoad observantiam, & robur, *Staib.* 1. *forens.* 63. *num.* 15. & 2. *forens.* 191. *num.* 8. *de Franch. decis.* 83. *num.* 6. *Afflict. decis.* 381. *num.* 8. & 9. præsertim si quis juravit pro se, & hæredibus: atque ideo tantùm civiliter contra hæredes agi debet, non verò criminaliter, *Afflict. dec.* 381. *nu.* 8. non tamen ligat singularem successo-
25 rem, *Præsid. de Franc. dec.* 300. *num.* 9. atque ita civiliter perjurii pœnam incurrunt hæredes, *Reg. Sanfel. dec.* 215. *num.* 14. & quoad observantiam transire illud in hæredes tam recipientis, quàm jurantis, non tamen quoad reatum perjurii, probant idem *Reg. Sanfel. dec.* 215. *n.* 14. & *Vrsill. ad Afflict. dec.* 285. *n.* 6. & quòd, licèt juramentum sit reale quoad observantiam; id tamen procedat respectu ipsius hæredis, qui solvendo interesse liberatur, *Gizzarell. decis.* 7. *nu.* 35. Juramentum litis decisivum activè transit etiam in singularem successorem, *Afflict. decis.* 283. ubi *Vrsill. n.* 4. Juramentum ex parte recipientis non est personale, sed reale, & qui juravit solvere Titio in die Paschatis, perjurus est, nisi solvat heredi, *Afflict. dec.* 285. *nu.* 2.

Juramentum quamvis, ubi judex,
26 vel litigatore defertur, debeat fieri tactis evangeliis, vel rebus sacris: tamen, si voluntariè juretur, sufficit tactus cujuslibet scripturæ, vel etiam simplex juramentum per Deum, vel per fidem: & hujusmodi juramentum ejusdem est efficaciæ, & roboris, ac juramentum, quod præstatur tactis evangeliis, *Ant. Quetta cons.* 45. *num.* 9. & *seq.* & quòd quamvis necessarius sit in instrumento tactus scripturarum, aut libri evangeliorum; id tamen tantummodo procedat, quoties juramentum de necessitate defertur, prout in testibus, non quando ex voluntate, prout in contrahentibus, probat *Reg. Petra ritu M. C. V.* 158. *num.* 6.

Juramentum suppletorium dandum
27 est actori, qui semiplenè probavit, licèt reus dicat, ipsum esse perjurum, eo quòd suos creditores fefellerit, si ipse cæteroquin ostenderit, quòd, postquam fefellit, se concordavit, vel satisfecit suis creditoribus, & confessus est: nam facta pœnitentia, cessat perjurium, *Afflict. decis.* 36. *per totam*, ubi late in *add.* agitur de materia juramenti suppletorii. Juramentum suppletorium defertur, etiamsi quantitas magna sit, dummodo sit plusquam semiplenè probatum, *Vrsill. ad Afflict. dec.* 36. *n.* 7. Contrarium dicit *Affl. dec.* 375. *n.* 10. in summa ducatorum mille & quincentum: & ibi *Vrsill. n.* 6. id ipsum confirmat. Spuriis non de-
28 fertur juramentum suppletorium, nisi sint bonæ conditionis, & famæ, *Vrsill. ad Afflict. decis.* 195. *num.* 9. *in fine*. Ju-
29 dæis non defertur juramentum suppletorium contra christianos, *Vrsill. ad Afflict. decis.* 214. *num.* 2.

Si res non restituatur ad Judicis præ-
30 ceptum, sivè mandatum, datur juramentum in litem, sivè litis decisivum, per quod potest jurari de affectione in infinitum, secus si consistat in quantitate: nam tunc in ea cadit affectio: juratur tamen de veritate: & contra tutorem, sivè procuratorem damnatum ad reddendas rationes, si non reddiderit, juratur in litem, sed pro quantitate debita, *Afflict. dec.* 169. *num.* 6. & quòd quamvis juramentum in litem possit dari in infinitum; tamen aliquando possit Judex, & S. C. taxare illud, & moderare, antequam juretur, quia, postquam juratum est, jurans argueretur perjurii, *Afflict. dec.* 360. *num.* 8. & 9. & contra tutorem, qui inventarium non con-

confecit, vel librum rationum, datur pupillo juramentum in litem: & procuratori etiam juramentum in litem deferri poteſt, *Vrſil. ad Afflict. deciſ.* 169. *num.* 4. Jurare in litem quemadmodum poteſt tutor pro pupillo *ex l. videamus ff. de in lit. jur.* quinimo debet adverſus eum juramentum deferri, *l.* 5. *in fine C. de jurejur.* ita & Prælatus in cauſa monaſterii, *Afflict. dec.* 169. *nu.* 5. tutor autem non ſolùm admittitur ad jurandum pro pupillo, ſed cogitur. Syndicus autem, vel Prælatus admittitur, ſi voluerit, ſed non cogetur, *Vrſill. ad Afflict. d. dec.* 169. *num.* 2. & 3. ubi *n.* 5. diſſerit, an poſſit deferri contra curatorem ad litem, vel contra eum, qui pro tutore ſe geſſit. Quamvis hęredi de facto defuncti non poſsit deferri juramentum in litem, quia veram notitiam de factis defuncti habere non poteſt; ſecus, ubi poſſit; Abbatiſſæ tamen ſucceditrici in monaſterio poteſt deferri juramentum in litem de geſtis tempore præterito, ſi illud petat, cum præſumatur ea ſcire: & ita deciſum per S. C. ſed reſtrictum juramentum arbitrandum arbitrio S.C. refert *Afflict. dec.* 169. *n.* 9. & *per totam.* Contrarium ex *Aym.* & aliis ſcribit *Vrſill.* ibi *in addit. num.* 1. Hæres ſi ſit anceps, & certam notitiam de rebus defuncti non habeat, non debet juramentum ſubire, ne perjurium incurrat, *Vrſill. ad Afflict. deciſ* 169. *num.* 6. Notarius non poteſt deferre juramentum in litem, niſi Judice præſente, & mandante, *Afflict. deciſ.* 245. *num.* 8. Emens rem alienam ſcienter non poteſt petere juramentum in litem contra venditorem: & juramentum in litem ſine dolo deferri non poteſt, *Afflict. deciſ.* 360. *num.* 8. Ubi quis eſt in dolo etiam præſumpto, & culpa lata, vel levi, juramentum in litem contra ipſum præſtandum eſt, *Afflict. deciſ.* 360. *à num.* 1. *uſque ad* 8. Contra colonum partitarium defertur juramentum in litem, ubi fructus, domino ignorante, cæpiſſet, *Vrſill. ad Afflict. dec* 360. *à num.* 9. *ad finem*. Sed de hac re latior ſermo fuit in *tom.* 8 „peculiari *tit. cap.* 72. Mulieris teſtimonium eſt idoneum, ad hoc ut juramentum ſuppletorium deferatur, *Cyriacus contr. forenſ. controv.* 623. *n.* 3. ubi dicit, præcipuè id procedere, quando aliquod adminiculum concurrit. Quando conſtat de debito, quantitas declaratur per juramentum creditoris, *Cyriacus controv.* 623. *num.* 5. Ampliatur, ſivè agatur de quantitate rei, ſivè de quantitate temporis, cum de re ad tempus currat argumentum, *Cyriacus loc. cit. num.* 6. ubi loquitur de quantitate temporis, quo fuerunt præſtita alimenta, quando conſtabat de præſtatione alimentorum. Quando unus teſtis eſt altero dignior, poteſt Judex deferre juramentum ſuppletorium, ut diximus *in tom.* 8. *de teſtibus*.

Abſolutio à juramento nulla eſt, ſi in
31 petitione abſolutionis, non fuit expreſſum pactum de non petendo abſolutionem juramenti, *Thor. vot.* 89. *part.* 1. Abſolutio à juramento eſt nulla, & petenti non proficit, ſi prius litem movit, non petita abſolutione nulliter impetrata, & tamen de lite mota non fuit facta mentio, *Thor. vot.* 89. *part.* 1.

Juramentum ſuper contractu appoſi-
32 tum excludit beneficium *l.* 2. C. *de reſcind. vendit.* dummodo læſio non eſſet longè ultra dimidium, & enormiſſima, *Staib.* 1. *forenſ.* 28. *numer.* 11. *Theſaur. deciſ.* 165. *Chacheran. deciſ.* 41. *num.* 8. & *ſeq.* idem *Staib.* 1. *forenſ.* 40. *num.* 23. & *ſeq.* & 2. *forenſ.* 191. *num.* 8. Nam quando læſio eſt ultra dimidium longè major, & enormiſſima, petita abſolutione à juramento, agere licet adversùs contractum juratum, *Staib. loc. cit. nu.* 19. *Prat. diſcep. forenſ. tom.* 1. *cap.* 25. *nu.* 31. 32. & 33. Princeps poteſt tollere vires juramenti ſaltem per indirectum
33 certas ſollemnitates inducens in inſtrumentis, prohibendo Notariis, ne inſtrumenta conficiant, illis ſollemnitatibus non ſervatis, *Amat. var. reſol. tom.*
34 1. *reſol.* 23. *num.* 17. Juramentum individuum eſt, *Vivius dec.* 191. *lib.* 1. *nu.* 10. Juramentum non extenditur ad ea, quæ
35 ignorabantur tempore teſtamenti, *Cyriac. contr forenſ. tom.* 1. *cap.* 128. *num.* 24. Juramentum extenditur ad omnia de-
36 pendentia, & connexa cum illa diſpoſitione, ſuper qua juratum fuit, *Giurba*
37 *deciſ.* 45. *num.* 25. Juramentum nil operatur in tertii præjudicium, *Reg. Rovit. deciſ.* 3. *num.* 10. Juramentum non validat alienationem rei dotalis ſine conſen-
38 ſu mariti factam, etiamſi maritus ſit abſens, *Dexart. deciſ. Sardin.* 47. Juramentum non obſtat ceſſionario, & do-
39 natario, qui, ſi agant adverſus contractum, non debent petere abſolutionem à iuramento, quamvis cedens, vel donans petere debuiſſet, *Jo: Dominic. Calderin. de jurejur. conſ.* 8. Licèt juramentum in con-
40 tractu ſemper opponi ſoleat; ſi tamen non ſit præſtitum, Notarius illud apponere non debet, *Staib.* 1. *forenſ.* 124. *num.* 5 Prodigi contractus juramento
41 non confirmatur., *Staib.* 2. *forenſ.* 160.

Digitized by Google

n.13. & seq. Minoris contractus juramento confirmatur, *auth. Sacramenta puberum C. si adversus vendit. Staib. 2. forens.* 160. *num.* 17. Universitatem, *Ursill. dec.* 381. *num.* 5. ubi dicit, tantùm obligari jurantes particulares. Monachus sine licentia superioris jurare non potest, *Afflict. contr. jur. resol.* 11. *n.* 48.

Absolutio à juramento non concedi-
45 tur, nisi solùm ad finem agendi, & experiendi de juribus propriis coram competenti judice, non autem excipiendi: quæ est praxis Curiæ Archiepiscopalis Neapolitanæ relata apud *Gallesium de obligat. in forma Cameræ part. 2. quæst. 2.* Habilitatio cum juramento locum habet in censurarum sententiis latis ab homine, quia illæ possunt esse injustæ, & nullæ, non in sententiis latis à jure, de quibus non est dubium, quòd sint justæ, & validæ: nisi probabile dubium juris, & facti occurrat, *Marc. Ant. in prax. Archiepiscopali cap. 5.* Absolutio à juramento ab illo Episcopo est concedenda, coram quo jurans conveniri potest pro observantia contractus, *Calderin. cons. 1. de offic. ordin. & cons. 6. de jurejurand. Aretin. cons. 142. Covarruv. lib. 1. var. resolut. cap. 4. n. 5. Capyc. decis. 18.* Absolutio, præstito juramento ad cautelam, potest fieri ab omnibus censuris, excepto interdicto loci generali, *Marc. Anton. in praxi Archiepiscopali cap. 5.* Absolutio à juramento conceditur sine partis citatione ex stylo antiquo Curiæ, de quo testatur *Oldrad. cons. 120.* Absolutio à juramento post perjurium incursum citata parte ex praxi Curiæ conceditur, teste *Marc. Ant. in praxi Archiepiscopali cap. 4. in princip.* qua de re pluries se dubitari vidisse addit, cum tali casu potius ad Pontificem esset recurrendum, prout etiam dicunt *Fridric. de Sen. cons. 301. & Ancheran. cons. 298.* ne daretur materia pejerandi, quæ ab Episcopo maximoperè evitari debet, *Neviz. cons. 23. Cravet. cons. 613. Beroius cons 50. num. 64. lib. 1.* Qui autem vendidit propter metum, & juravit non contravenire, licèt contraveniendo peccaverit, & in perjurium inciderit; poterit tamen absolutionem petere, & contra venditionem venire, cum cesset hoc in casu perseverantia in peccato: & si quis esset perjurus absque dolo, puta si debitor non solverit in termino, vel aliter, excusatur à perjurio aut ratione necessitatis, aut difficultatis: nec pœna apposita perjurio habet locum, cessante dolo: & si judex præcepisset juranti, ne intra terminum solveret; in eventu termini non solvens non incidit in perjurium, *Marc. Anton. loc. cit.* Juramenta solemnia olim publi-
46 cè in ecclesiis, aut martyrum tumulis, & altaribus præstabantur, ut constat ex *formul. Marculphi monachi lib. 1. cap. 38.* & ibi *Biguon. in notis f. l. 637.* ex *Gregor. Turonens. lib. 4. cap. 46.* & ex *cap. 43. Synodi Meldensis*; & absolutio, sive habilita-
47 tio à juramento ad finem agendi ideò potest concedi, parte non citata, immò etiam invita, quia per eam solùm quis habilitatur, ut possit agere, non obstante juramento; non tamen est absolutus, ut non teneatur ad observantiam juramenti, *Affict. decis. 220. num. 9. & 10.* Habilitatio ad finem agendi, non citata parte, obtenta, nullaque facta mentione, quòd erat ex commissione Apostolica commissa causa rescissionis juramenti, & citata pars, & lis hujusmodi pendebat, nulla est, *Affict. d. dec. 220. num. 8. & seq. & num. 13. 14. & 15.* & quamvis habilitatio à juramento ad finem agendi semper sit impetranda; illa tamen nec virtutem contractus tollit, nec perjurium, si aliter in illud incidatur, quàm ex eo quòd agitur adversus juramentum, *Affict. controvers. jur. in addit. ad cap. 4. num. 2.* Perjurus ante litem motam super absolutione à juramento non potest illam deinde petere, *Affict. decis. 30. num. 6.* & perjuro non prodest absolutio à juramento, *Affict. decis. 31. num. 1. in fine.* Jurisjurandi, ac perjurii exceptio potest opponi cessionario, sicut poterat cedenti, cum juramentum transeat in cessionarium, emptorem, cæterosque singulares successores, *Ursill. ad Affictum decis. 74. num. 4.* Si quis juraverit stare contractui, & non petere absolutionem à juramento, ac deinde petierit absolutionem à juramento præstito super contractu, non super secundo juramento de non petendo absolutionem, perjurus est, *Affict. dec. 30. num. 5.* & quamvis non sit dubium, quòd Papa possit à tali juramento absolvere, quando ei factum expressè narratur; secus tamen est, quando non est facta mentio de hoc secundo juramento, quia tunc absolutio non tenet: & jurans non petere absolutionem à juramento tenetur juramentum illud servare, licèt possit denunciare per evangelicam denunciationem, illum, qui tale juramentum recepit, existere in peccato, *Affict. decis. 220. num. 12.* prout si cum juramento quis promisisset non impetrare privilegia, & rescripta, *Affict. loc. cit. n 15.* Præsentata absolutione à juramento, si

de

Digitized by Google

de ejus invaliditate opponatur coram judice laico, quia subreptitiè, vel obreptitiè sit impetrata, de ejus validitate, vel invaliditate potest S.C. & judex laicus cognoscere, qui an tamè judici ecclesiastico teneatur obedire, quando processit, juris ordine servato, docet *Affl. dec.* 220. *n.* 8. & 9 Quamvis absolutio à juramento, quando fit pro habilitatione ad agendi, fiat absque ordine judicii, & parte non citata; si tamen subreptitiè, vel obreptitiè sit impetrata, nulla est, *Afflict. decis.* 220. *num.* 11. & 12. & quòd absolutio à juramento non debeat concedi post incursum perjurium, *Joseph de Rosa consult.* 38. *num.* 46. Absolutio à juramento nulla est, si in petitione absolutionis non fuit expressum pactum de non petendo absolutionem juramenti, *Thor. vot.* 89. *part.* 1. Absolutio à juramento est nulla, & petenti non proficit, si prius litem movit, non petita absolutione à juramento, vel absolutione nulliter impetrata, & tamen de lite mota non fuit facta mentio, *Thor. vot.* 89. *part.* 1. Juramenti absolutio non est concedenda petenti, quando concessa nullum operatur effectum, ut quando quis vult venire contra contractum juratum, quia, si non obstante juramento potest venire, non requiritur absolutio, *Roman. cons.* 46. *num.* 1. Absolutio à juramento subreptitia redditur, & per consequens non prodest impetranti, si minimum aliquid veritati dissonum in petitione fuerit assertum, *Staib.* 1. *forens.* 40. *num.* 1. 2. 3. & 4. & quòd absolutio à juramento possit per procuratorem, etsi generalem, peti, & obtineri pro absente, *Afflict. controvers. jur. cap.* 14. *n.* 26. Citatio super relaxatione juramenti à Curia Archiepiscopali non expeditur, nisi ad minus supersint viginti dies termini dati ad solvendum, &, si expediatur, nulla est, & non operatur suum effectum; Unde si quis ultima die termini eam obtinuerit, ei non prodest, tanquam si post terminum impetrasset, & perjurus esset, *Afflict. decis.* 31. *num.* 1. & 2. Absolutio à juramento impetrata, non facta mentione, quòd juratum erat in contractu non intervenire dolum, fraudem, & similia, si deinde petatur absolutio ex dictis capitibus, nisi esset absolutio relativè ad instrumentum concessa, ubi prædicta continentur, nulla est, *Afflict. decis.* 220. *num.* 17. Absolutio, sive habilitatio à juramento ad finem agendi nulliter impetratur, si prius, instituta lite super rescissione juramenti, renunciatum sit liti, & causæ, *Afflict. decis.* 220. *num.* 20. Habilitatio à juramento ad finem agendi post incursum perjurium non conceditur, nisi citata parte. Vide in *tom.* 9. *praxis criminalis tit. de perjurio*. Juramenti exceptio nequit opponi ab eo, qui contractum ex parte sua non adimplevit, & proinde juramento non stetit, non tantùm si contractus sit nullus, sed etiamsi sit validus, quia juramentum tacitam habet conditionem, si fides servabitur, cujus intuitu juramentum datum est, *Afflict. controvers. jur. cap.* 14. *num.* 17. & 18.

De juramenti speciebus variis, & quid differat juramentum litis decisorium à juramento in litem, & de juramento appositio super quovis contractu, & testamento, & quando ab eo detur absolutio, & de variis ipsius effectibus latissimè agit *Intrigliolus lib.* 3. *singular.* 100. *per totum*.

De juramento tractant per integros tractatus *Fermosinus*, *Dicastillus*, & *Delben.* & de eadem materia pertractant *Suarez de relig. tom.* 2. *pag.* 298. *Farinac. in fragmen. tom.* 2. *pag.* 119. *Vega in sum. tom.* 2. *colum.* 169. *Director. confess. par.* 3. *pag.* 134. *Villalobos in summ. to.* 2. *pag.* 590. *Summa Naldi pag.* 416. *Galenus in promp. theolog. pag.* 211. *Roccasullus tom.* 2. *prax. moral. pag.* 72. *Labbata tom.* 1. *thes. mor. pag.* 1103. *Malletus in theol. moral. tom.* 2. *pag.* 37. *Nicolius in flosc. pag.* 406. *Raynerius tom.* 2. *pantheol. pag.* 737. *Portellus in dub. regul. pag.* 237. *Barbosa in decis. apost. pag.* 411. & *in repert. jur. pag.* 193. *Lorichius tom.* 2. *thes. theolog. pag.* 1250. *Molfesius in summ. pag.* 777. *Trullench. in decal. tom.* 1. *pag.* 362. *Summa Rodriquez part.* 1. *pag.* 424. *Gavantes in manual. episcop. pag.* 154. *Becanus de justit. pag.* 547. *Summa Sylvestri part.* 2. *pag.* 55. *Tambur. in decal. pag.* 142. *Sayrus in clav. Reg. pag.* 235. *S. Joann. Chrysostomus tom.* 6. *pag.* 951. *Sanchez in decalog. tom.* 1. *lib.* 3. *Facundez in decal. tom.* 1. *pag.* 228. *Sum. Rodriquez part.* 3. *pag.* 564. *Leander to.* 7. *pag.* 1. *Gabriel in conclus. pag.* 233. *Lessius de justit.* & *jur. pag.* 551. *Bonacina to.* 2. *pag.* 256. *Raynaudus tom.* 15. *pag.* 93. *Piasecius in praxi episcop. pag.* 284. *Filiucius tom.* 2. *pag.* 174. *Pax Jordanus tom.* 3. *elucubrat. pag.* 438. *Renzius tom.* 1. *theolog. pag.* 118. *Bonagratia in quæstion. regular. pag.* 352. *Riccius in prax. tom.* 3. *pag.* 177. *Azorius in summ. to.* 1. *pag.* 1619. *Marcant. in trib. anim. to.* 2. *pag.* 454. *Graffius to.* 1. *consil. pag.* 49. *Rodericus in prax. moral. pag.* 620. *Diana ordinatus tom.* 8. *pag.* 48.

Digitized by Google

privilegio nominandi canonicum, facta semel nominatione, non potest variare, *Afflict. decis.*146. ubi *Ursill.* & habens 8 potestatem eligendi unum, vel nominandi, non potest eligere, vel nominare duos, *Ursill. ad Afflict. decis.*146.*num.*1. 9 &, concessa facultate nominandi in feudis, ea in hæredes universali institutione transfunditur, *Reg. Sanfelic. decis.*292.*num.*2. *in fin.* Si duo compatroni 10 aliquem non idoneum elegerint, tertius verò compatronus elegerit idoneum, non debent novam electionem facere; sed habilis à tertio electus manutenendus erit, *Reg. Merlin.* 1.*forens.* 50.*num.*21. 11 Si fuerit ad eligendum procurator constitutus, qui proprio nomine habeat vocem, non potest unum proprio nomine eligere, alterum alieno, *de Franch. decis.*69. *num.*11. Facta electione in merè 12 temporalibus, statim jus electo tribuitur, neque potest eligens revocare electionem, postquam eam fecit: quod in beneficialibus controversum est, *Præs.de Franch. decis.*539.*per totam*: & quòd, si electio à pluribus sit facienda, sufficiat, quòd fiat à majori parte, diximus supra *tit. de capitul. & collegiis*. Licèt is, 13 qui habet officium cum potestate nominandi, possit nominationem extra testamentum facere; si tamen in testamento eam fecerit, eo irrito facto, & ipsa corruit, *Staiban.* 1.*forens.* 68.*num.*39. Si 14 in aliquo instrumento bis electio concedatur, sed in una parte tantùm quoad unum, in alia verò parte simpliciter, censetur in hac etiam data quoad illum, *Joseph de Rosa consult.*7.*num.*20. qui proprie loquitur de variatione. Si is, qui 15 bona debitoris sui habet obligata, & aliqua in specie assignata pro exactione annuorum introituum cum potestate variandi illum debitorem, cedat alteri, aut in solutum det similiter cum potestate variandi, ea potestas concessa censetur quoad bona debitoris cessi, *Joseph de Rosa consult.*7. *n.*24.

Jus eligendi prædicatores spectat ad 16 Episcopos: Verùm, si communitas, aliusve dominus temporalis habeat consuetudinem eligendi in aliqua ecclesia, quæ non sit cathedralis, vel parochialis, ea consuetudo servanda est: secus in ecclesia cathedrali, vel parochiali, ubi, nec si sit immemorabilis, attenditur, ita tamen, ut non possit cogi communitas ad eleemosynam prædicatori præstandam, etiamsi adsit consuetudo, ubi ipsa eligendi non habet facultatem. Ita ex expressa Concilii Tridentini determinatione probat *Nicolius* [illegible] *brat. tom.*2. *tit.*31. *de offic. ordin. num.*6. ubi latè hanc edisserit materiam. Sed præfatam Sacri Concilii Tridentini resolutionem esse apocryphum in eo, quod dicit, Universitatem non esse cogendam ad præstandam eleemosynam, ubi jus eligendi non habet, & solùm id procedere, quando esset immemorabilis consuetudo eligendi; secus, si solùm probaretur consuetudo solvendi eleemosynam, quæ decem annis inducitur, latè probat *Sperell. decis.ecclesiast. tom.*1. *decis.*70. *num.*10. *& per totam*, ubi, & in *dec.*69. latè hanc materiam pertractat, concludens, non nisi probata immemorabili possessione, posse Universitatem contra Episcopum obtinere: Sed de hac re vide, quæ scripsimus supra *tit. de conciliis, & synodis*.

Electio ut irritari possit, non sufficit 17 simplex omissio vocationis absentis, quia convocatio absentium non est de substantialibus formæ requisitis Lateranensi Concilio, ut constat ex *cap.ecclesia* 57. *in verf. denique de electione*, & ibidem id notat *Gloss. litt.C. verb. sicut est istud &c. & in cap.cum in ecclesiis* 33. *litt.C. in verb. si commodè de præbendis, & dignitatibus in* 6. Unde electio peracta, non vocato eo, qui debuit interesse, non est ipso jure nulla, *Gloss. in cap.bonæ* 36. *in verb. expectare de electione*, *Bonifac. de Vitalin. in clementin. quod circà n.*28. *& in clementin. constitutionem num.*26. *de electione*, cum aliis adductis per *Samuel. de electione tract.*1. *disput.*2. *controv.*7. *concluf.*2. *& controv.*10. *concluf.*4. *Baixius in director. election. part.*3. *cap.*7. *Menoch. conf.*67. *num.*31. *Murga ad constitutionem Alexandri IV. n.*643. *fol.*176. sed electio rescinditur, sive cassatur per sententiam, propositâ querelâ de contemptu ab eo, qui vocari debuit, & contemptus, omissus, sive excluſus fuit, *cap. bonæ* 4. *de postulat. Prælat. cap. venerabilem* 34. *de elect. cap. bonæ* 26. *de elect. cap. ex eo* 32. *de electione in* 6. *cap. cum ecclesia Sutrina* 3. *de causa possessionis, & proprietatis*, *cap. quod sicut* 28. *de electione*, ibi: *Quòd, si eos vocatos non fuisse constiterit, sed contemptos, infirmanda erit penitùs electio taliter celebrata, nisi postea propter bonum pacis ea voluerint consentire*. Hic autem contemptus supponit in electoribus malam fidem, & certam scientiam juris suffragii, quod habet ille, qui non fuit vocatus, nec admissus, animo faciendi ei injuriam, quia contemnere est aspernari,

non

Digitized by Google

non curare, & tunc propriè convenit, quando ſine cauſa aliquid non ſervatur, juxta id, quod notatur in *cap.2.quæſt.7. Archidiacon. in cap.1. num.7. de appellat. in 6.* latiſſimè *Schmidius conſil. Argentoratenſ. 57. num.204. vol.2.* Quamobrem ſacri canones, quiſtatuunt pœnam caſſationis electionis, loquuntur non adverſus electores, qui ſimpliciter proceſſerunt ad electionem, non vocatis, nec admiſſis illis, qui vocari, & admitti debuerunt, ſed contra electores, qui, contemptis eis, ad electionem procedere præſumpſerint, ut in *cap. venerabilem 34. de electione* in illis verbis: *Et ex eo, quòd fautores Ducis, abſentibus aliis, & contemptis, ipſum eligere præſumpſerunt;* & in *cap. cum eccleſia Sutrina 3. de cauſa poſſeſſionis, & proprietatis*, in illis verbis: *Suam depoſuere querelam, quòd, cum in Epiſcoporum electionibus ipſi, ac prædeceſſores eorum conſueverint intereſſe, vos, eis renitentibus, & excluſis, ad electionem procedere præſumpſiſtis*: & certiſſimum eſt, verbum illud *præſumpſiſtis* ſignificare certam ſcientiam, malam fidem, & temeritatem, *Gloſſ. in cap. ſcriptum 40. in verb. præſumptione de electione*, *Felin. in cap. judæi num.8. de teſtibus*, cum aliis collectis per *Auguſtinum Barboſam de dictionibus in verb. præſumere diction 278.* idque eſt illud, quod communiter Doctores inquiunt apud *Menoch. conſ. 67. num.31. Samuel de electione tract.1. diſput.2. controv.7. concluſ.2. & Murg. ad conſtitutionem Alexandri IV. dicto num. 643.* ſcilicet, abſentium convocationem non eſſe de ſubſtantia electionis, ſed de juſtitia: Exinde ſequitur, quòd ſufficiat electoribus bona fides, & cauſa probabilis, ſive juſta exiſtimata, ne eum, qui vocari, & admitti debuit, contempſiſſe cenſeantur: Non enim facit contra juſtitiam ille, qui bona fide procedit, quamvis jus alterius lædat, ut eleganter docent *Zaſius ad tit. ff. de juſtitia, & jure num.2.* & latiſſimè ad *l. jus dicentis num.4. & 5. ff de jurisdictione omnium judicum, & Bald. in l. eos num.4. in fine de appellationib.* Quare cauſa juſta exiſtimata tollit contemptum, quamvis illa cauſa eſſet verè injuſta, *Gloſſ. in l. ſatiſque litt. Q. ff. de in jus vocando* in illis verbis: *Hic non in contemptum, ſed ob aliquam cauſam, licèt non juſtam; Schurf. in conſ.95. numer.2. vol.1. Schmidius conſil. Argentoratenſ.57. num.215. vol.2.* Rurſus ex contemptu
18 oritur duplex pœna: altera caſſationis electionis per ſententiam imponenda, ſi contemptus fuerit proſecutus querelam de contemptu, *Gloſſ. in cap. bonæ 36. in verb. expectare de electione*, adeò quòd, ſi ante contemptus moriatur, vel transferatur ad aliam eccleſiam, perit actio de contemptu, *Gloſſ. marginal. in cap. quodſicut lit. C. de electione*: altera pœna eſt, quòd ratione contemptus jus eligendi non transfertur in contemptum, nec redit ad Capitulum, ſed electio devolvitur ad ſuperiorem, ut advertit *Archidiacon. in cap. ſi forte num.4. diſtinct.65. fol.88.* his verbis: *Is, qui eſt contemptus, non eliget, nec per ſe poteſt eligere, ſed ad ſuam petitionem ſuperior ordinabit Eccleſiam, & ſic ſervat, & tenet Curia Romana*. Quibus conveniunt concordata Germaniæ apud *Carolum Felicem de Matta fol.4. verſic. item placuit*, & apud *Laurentium Nicolarts in proœmio §.4. & tit. 1. de reſervation. dub. 1. §.4.* ubi dicitur, quòd, ſi electiones Epiſcoporum præſentatæ minùs canonicæ fuerint, proviſio ſpectat ad Apoſtolicam Sedem: idque etiam jure communi diſpoſitum fuerat in eccleſiis cathedralibus, *cap. quanquam 18. de electione in 6.* in illis verbis: *Vel per ſententiam, cùm formam traditam per generale Concilium non obſervant, eligendi poteſtate privantur, non ad dictum ſuperiorem, ſed ad Romanum Pontificem poteſtas eadem devolvetur*: & pœnæ nullus locus eſſe po-
19 teſt, quando non ex cauſa contemptus, ſed ex alia probabili, aut colorata, poſſunt electores excuſari juxta illud, quòd cauſa colorata, qua quis putabat ſibi licere id, quod fecit, excuſat à dolo, & pœna, etiamſi illa cauſa non eſſet plenè probata, ut ex *leg. igitur §. poteſt ff. de liberali cauſa* probant *Joann. de Amicis in conſ.84. num.6. & conſ. 138. num.11. Hippolyt. de Marſil. in l. de unoquoque num 226. ff. de re judicata*, cum aliis adductis per *Schmid. dicto conſ. Argentoratenſ.57. num.212. & 213. vol.2. Cravett. conſ.18. num.9. 10. & 16. Riminald. jun. conſ. 715. num.31. cum ſeqq.* præclarè *Divus Auguſtinus* contra *Fauſtum lib.22. cap.43. tom.6.* ubi excuſat filias Loth ab inceſtu, ex eo quòd ſe crederent invenire non poſſe alios viros, velut exuſto conflagratione orbe terrarum: unde prolem quærentes ad conſervationem generis miſcere ſe patri voluerunt, & ibi *Divus Auguſtinus* tradit generalem regulam his verbis: *Ratio quippè juſtitiæ non tantùm, quid factum ſit, verùm etiam quare factum ſit, intuetur, ut ex cauſis ſuis facta pendentia libramento æquitatis examinet*: & in terminis omiſſionis vocationis ad electionem, &

exclusionis ab ea non ex causa contemptus est *text. in cap. cùm Hadrianus 24. distinct. 63.* in illis verbis: *Indignati scilicet, quòd, dùm præsentes essent, non fuerunt invitati, nec optatæ affuturi Præsulis electioni interesse meruerunt, qui, accepta ratione, quòd non causa contemptus Augusti, sed futuri temporis prospectu omissum hoc fuerit &c.* & quis non potest dicere se contemptum, cùm ex alia causa fuit exclusus, *dict. c. cum Hadrianus 24. distinct. 63. causa 17. qu. 4. cap. nullus res ecclesiæ*, juncta *Gloss. ibidem in verb. non posset*.

Cum autem cassatio electionis sit pœ-
20 na contemptus, is, qui talem pœnam petit, debet esse extra omnem pœnam, idque prius liquidò constare oportet, ut notat *Dionys. Gothofred. ad l. cum pater 77. §. liberti litt. V. ff. de legatis 2.* his verbis: *Qui petit pœnam, extra omnem pœnam debet esse, qui non facit, quod non debet, percipit, quod non oportet: Hæc enim natura pœnarum est & legitimarum, & conventionalium, ut liquida sit causa priùs, quàm pœna petatur.* Pœnam autem, extra quam omnem diximus debere esse illum, qui pœnam petit, non intelligimus illam, quæ statuta est in *c. sapè Principes 23. quæst. 8.* in illis verbis: *Quia verò à Christo ad ministerium salutis electi sunt, ibi consentiant Regibus fieri judices, ubi jurejurando supplicii indulgentia promittitur, non ubi discriminis sententia præparatur. Si quis ergò sacerdotum contra hoc commune consultum discussor in alienis periculis extiterit, sit reus effusi sanguinis apud Christum, & apud ecclesiam perdat proprium gradum;* sed loquimur de foraneitate inducta per statuta, & consuetudines, quæ quis juravit se observaturum, itemque de pœna, quæ de facto servatur contra personas ecclesiasticas cujuscumque gradus, & dignitatis, juxta doctrinam *Dionys. Gothofred. ad dictam l. cum pater 77. §. liberti litt. V. ff. de legatis 2.* quæ confirmatur ex *cap. constitutus 7. de pœnis*, & aliis juribus per ipsum adductis.

Statuta verò, quæ pertinent ad præ-
21 sentationem, fieri possunt à solo Capitulo absque consensu Episcopi, si non tangant jus Episcopi, sed ipsorum Capitularium, *Gloss. in cap. constitutionem 2. §. cæterùm in verb. statutum litt. H. de verborum significatione in 6.* ex *cap. cum aliqui 4. de rescriptis in 6.* ubi *Gloss. in verb. statutis litt. D.* & eadem *Gloss. in cap. 1. in verb. constitutum de his, quæ fiunt à majori parte capituli*: & confir-
22 matio statutorum per juramentum facta æquiparatur confirmationi factæ per Apostolicam Sedem, *cap. dilecto filio 25. vers. præterea de præbendis, & dignitatibus*, in illis verbis: *Nisi forte statutum aliquod obviaret, quod esset juramento firmatum, vel cui Sedis Apostolicæ confirmatio accessisset.* Imò, etsi à lege fuisset derogatum aliquibus statutis, vel consuetudinibus; si tamen quis juraverit illa observare, ligatur juramento, *Gloss. in cap. cum non deceat 30. in verb. effectus de electione in 6.* Nec fit distinctio inter juramentum in genere, vel in specie, quando statuta, vel consuetudines sunt bonæ, & licitæ, *Gloss. in cap. 1. in verb. juramento de his, quæ fiunt à majori parte capituli*.

Dispensatio, seu licentia concessa sub
23 una ex duabus qualitatibus concurrentibus in una, eademque persona, non porrigitur ad alteram qualitatem, *glos. in cap. cum inter 18. verb. Regia litt. H. de electione* cum aliis relatis per *Bursat. cons. 185. nu. 13. & 14. vers. tertium &c. & Riminald. jun. cons. 25. num. 29. & 30.* & cum assensus, sive licentia est necessaria propter duo, non sufficit ad unum consensisse, neque sub eo comprehenditur alterum, ut docent *Andr. de Isern. in cap. 1. num. 7. cum seqq. qui successores teneantur, & Camill. de Medicis in cons. 1. num. 55.* & quoties oportet plura obstacula tolli, si unum exprimatur, alterum taceatur, actus tanquam subreptitius vitiatur, *Bald. in cons. 399. vol. 2. Cravet. in cons. 749. num. 26. & in cons. 572. n. 3.* Quin etiam dispensatio in majori digni-
24 tate non comprehendit aliam dignitatem similem, vel minorem, cùm in majori dignitate propter majorem utilitatem facilius soleat dispensari: textus est expressus in *cap. licet 4. de translatione Episcopi*, ubi *glos. in verb. ad parem litt. B.* & in materia stricta, qualis est dispensatio, non procedit argumentum de majori ad minus, *Decius cons. 76. litt. A. Covarruv. 2. part. cap. 8. §. 8. n. 11. de matrimon.* ubi etiam docet, quòd, etsi majus vitium exprimatur in impetratione dispensationis; tamen, si minus vitium non est expressum, dispensatio est subreptitia. Cum autem dispensatur super residentia, non videtur consequen-
25 ter dispensatum in jure dandi vocem in electione, quæ sunt de accessoriis, ex *glos. in cap. quia in tantum 5. de præben. & dignitatibus in verb. plures litt. I.* & eò magis, si ex ratione, seu causa finali dispensationis, nequeat sub ea comprehendi actus nominationis, sive exhibitionis: & ratio expressa in præfatione

pedum

sedum declarat, sed etiam restringit dispositionem, *Bonifacius de Vitalinis in element. 1. num. 52. de elect. Cravet. in cons. 774. num. 6. Bertrand. in cons. 82. vol. 3. part. 1.* Unde qui habetur pro residente ex dispensatione gratiosa, vel ex justo, & rationabili impedimento, non est solutus ab obligatione petendi certa die in Capitulo generali admissionem ad residentiam, ut in terminis statuti Ecclesiæ Antuerpien. docet *Franciscus Zipæus consult. canonica 2. lib. 3.* & argumentum de principali ad accessorium non procedit, quando est diversa ratio, & qualitas etiam est diversa, ignorata, sive non expressa abeo, qui concessit dispensationem, ut docent *Andr. de Isern. in cap. Imperialem num. 7. de prohib. feud. alienat. per Frideric.* ubi *Liparul. in adnotat. in verb. qui remittit, Camerar. in dicto cap. Imperialem fol. 65. col. 2. versic. nunc Isernia &c.* & *pag. 84. col. 1. versic. quarta conclusio*: & eò magis accedente
26 observantia, qua declaratur, quid comprehensum sit in privilegio, sive in dispensatione, *de Franch. decis. 397. n. 12. Alba cons. 64. num. 31.* & *32.* & ex observantia, sive practica, sumitur vera interpretatio, *Bald. in cap. 1. in princip. de feudo sine culpa, Riminald. jun. cons. 15. num. 134.* nec solùm inducitur interpretatio probabilis, sed etiam neeessaria, ut tradit *Alexand. Turamin. ad l. minime ff. de legibus*: & cùm principaliter in statuto, vel consuetudine expressè deducta sunt residentia, & jus dandi suffragium in electione, tunc dispensatus à residentia non habet jus dandi suffragii, ut docet *Gl. in c. quia in tantum 5. de præben. & dignitatib. in verb. plures lit. I.* in illis verbis: *Nisi consuetudo ecclesiæ approbata faceret in contrarium*: & obtinens ex legitima dispensatione cum curato beneficio aliud residentiam requirens; in curato residens, quamvis lucretur fructus alterius, alia residentiæ jura non acquirit, ut optionem præbendarum, aut domorum, ubi solùm illa residentibus deferri solet, ut in terminis statuti, seu consuetudinis Ecclesiæ Antuerpiensis decisum refert *Zipæus juris Pontificii lib. 3. tit. de clericis non residentibus n. 25.*

Gratia verò, sive licentia de actu fu-
27 turo non extenditur ad actum præteritum, cùm non porrigatur de tempore ad tempus, *Camerar. in cap. Imperialem pag. 54. lit. F. & G. Afflict. in decis. 335. Anna singular. 40.* cum aliis relatis per *Regentem Tapiam decis. Sacri Consilii 4. Novar. quæst. forens. part. 2. quæst. 7. num. 7.*

Electionis processus non est judicialis,
28 sed extrajudicialis, *glos. in cap. si quis justo 46. verb. admitti litt. F. de electione in 6.* & distinguitur electio à cognitione, ita ut electoribus sufficiat declarare qualitatem ejus, ob quam quis non est vocandus, quia suffragium non habet. At verò sola cognitio requirit partis citationem in confirmatione, vel reprobatione electi, quæ spectat ad superiorem, ut eleganter tradit Summus Pontifex *in cap. venerabilem 34. de electione*, juncta *glos. ibidem litt. A.* Quod etiam probatur ex *text. in cap. cum Ecclesia Sutrina 3. de causa possess. & propriet.* idque est, quod dicit *Passerin. de elect. cap. 14. quæst. 8. num. 52.* nempè Capitulum in qualificatione votorum per viam notorii ex se solo posse declarare.

Cum commodè, vel absque peri-
29 culo vocari non potest qui eligendi, aut nominandi jus habet, non est vocandus, neque potest dici contemptus, *cap. cùm in Ecclesia 33.* in illis verbis: *Si commodè; de præbend. & dignit. in 6. cap. quod sicut 28. de elect.* in illis verbis: *Sed ad electionem vocati, si tamen sine periculo potuerint convocari; cap. quia propter §. illud autem de election. cap. si quis 46. de election. in 6.* in illis verbis: *In electionis negotio nequeat commodè interesse; Passer. de elect. cap. 11. qu. 5. n. 33.* ubi agit de impedito per bellum, & dicit eum non esse vocandum ad electionem: & fortiùs id procedit in eo, qui habet perpetuum impedimentum, ex quo non potest, nec debet admitti ad electionem: quo casu neque si committere vellet alicui de Capitulo vocem suam, esset audiendus, tamquam nullum jus habens in electione, *glos. in cap. beneficium verb. conferendum in fin. de regular. in 6. Tiraquell. de tract. lignagier §. 1. glos. 8. num. 37.* & si causæ sint deductæ in actis, posse eas superiorem ex officio suo suppliere in confirmatione electionis, docet *glos. in cap. in Genesi 55. de elect. in verb. nec præmissi duo litt. H.*

Etiamsi capitulum vocavisset aliquem ad electionem, &, eo non expectato, eligeret, potest electus allegare, & deducere jus, quo non debuisset vocari ille, qui fuit vocatus, ut nequeat impugnare electionem, prout docet *Henricus Boich. in cap. cum inter universas num. 8. in fine de election* post *Innocent. Hostiens. Jo: Andr. & Abb. ibid.* Sacri verò canones, qui statuunt, non esse convocandum illum ad electionem, qui sine periculo, vel commodè interesse nequit, *cap. quia propter §. illud autem*

Digitized by Google

tem de electione, cap. quod sicut 28. de electione, cap. si quis 46. de electione, in 6. cap. cum in ecclesia 33. de prabendis, & dignitatibus in 6. certè respiciunt principaliter favorem, commoditatem, & indemnitatem ecclesiæ, juxta communem, & receptam sententiam apud *Tamburrin. de jure Abbat. tom. 1. disput. 5. qu. 3. num. 15. Murg. ad constit. Alexandri IV. num. 632. fol. 174. Henric. Boich. in cap. cum inter universas num. 8. de electione*, post *Hostiens. in cap. quod sicut, & in cap. quia propter de elect.* Verba autem sacrorum canonum de his, qui commodè, vel sine periculo convocari non possunt, intelliguntur de impotentia, tam de jure, quàm de facto, ut in terminis clausulæ, *si interesse nequiveris*, est text. expressus *in cap. sciscitatus 13. de rescriptis*.

Ut competat vox activa in electionibus, vel pro collatione, sufficit sola possessio, *cap. querelam de electione, cap. cum olim de causa possessionis, & proprietatis, cap. consultationis de jure patronatus, Gloss. in cap. in genesi 55. in verb. possessione, vel quasi, de electione*. Verùm ea jura procedunt, quando ille, qui possidet, interfuit electioni, & in ea suffragium dixit: tunc enim, ut valeat votum, & electio, sufficit possessio cum bona fide, quam requirit *Gloss. in dicto cap. in genesi 55. in verb. possessione, vel quasi*: & quòd in beneficialibus quodlibet possessorium habeat admistam causam proprietatis, & debeat produci titulus saltèm coloratus, juxtà communem, & receptam sententiam probat *Cravett. in consil. 258. n. 9. & consil. 484. num. 9.* & cum agitur de possessore dignitatis incompatibilis, si nullam dispensationem producat, vel si dispensatio exhibita non sit sufficiens ex sui facie, & evidenter, possessio non est manutenibilis, *cap. ordinarii 3. vers. c. quod si fortè de officio Ordinarii in 6.* juncta *Gloss. ibidem in verb. nullam*: Nec regula de triennali tuetur intrusum, nec illum, qui non habet titulum saltèm coloratum, nec malę fidei possessorem, ut ex ipsa patet, *Cravett. consil. 565.* cum aliis apud *Mandos. ad regul. 21. quæst. 12. & ad regul. de triennali*: unde non potest impugnare electionem ille, cujus possessio non esset manutenibilis, *cap. cum venissent 2. in fine*, juncta *Gloss. ibidem litt. C. in verb. electione de instrum restitutione*, ubi allegat *text. in dicto cap. cum Ecclesia Sutrina*, in cujus specie fuit mota quæstio post electionem.

Ut metus causa impediat liberam electionem juxtà *cap. bone 23. dicta cap. terra 14. de electione*, necesse est, quòd eligentes verè timeant, ità quòd absque plena deliberatione gerant actum electionis: alias enim, si gerentes actum dicant, se non timuisse, nec timere, id esse in plena libertate; certè tunc electio est valida, etiamsi esset periculum valdè timendum. Ità in puncto *Paul. de Castro in l. habitatores 30. §. interrogatus num. 4. ff. locati*, ubi refert electionem Summi Pontificis Urbani VI. qui fuit electus Pontifex ad rumorem populi Romani, & dicit, validam, & liberam fuisse illius electionem: nàm etsi populus feciſſet tumultum, & esset id justè timendum; Cardinales tamen non videbantur timuisse, imò electionem feciſſe cum omni deliberatione: de qua re agit *Bald. in quæst. de schismate post commentar. ad tit. C. de edicto Divi Adriani toll.* Cæteri autem de Capitulo possunt electionem peragere in loco solito absque interventu illorum, qui taliter metuuntur, & sine periculo vocari non possunt, ut tradit *Gloss. in d. cap. bone 23. de election. lit. C. in verb. de vi*, ubi ita intelligit, & declarat *Glossam* sequentem *in verb. metuebant litt. D.* juncto *text. in cap. quia propter, & in cap. quod sicut 28. de elect.* in illis verbis: *Si tamen sine periculo potuerint convocari, sive nequiverint*; ubi *Gloss. in verb. sine periculo* refert sequentem *Glossam*, quæ signat argumentum desumptum ex *text. in d. cap. bonæ 23.* in illis verbis: *Si constaret de vi*: qui *text.* loquitur, ubi periculum est commune, non proprium aliquorum Capitularium: & ita hæc omnia declarat egregiè *Abb. Panormitan. in d. cap. bonæ 23. num. 10. de elect.* his verbis: *Secunda solutio est melior distinguens inter metum realem, & personalem: & si metus est realis, puta, quia timetur oppressio circa electionis actum, tunc habet locum, quod hìc dicitur: Non enim debet absens mittere procuratorem, vel venire, quia in persona utriusque timetur oppressio: unde licitè petitur, ut assignetur locus idoneus, & securus: aliter potest recurri ad superiorem, & appellari, ut hìc*: & idem dicas *in quocumque alio contractu ecclesiæ imminente, ut si melius expediri potest extrà ecclesiam, quàm in ecclesia, propter metum realem, debet capitulum exire ecclesiam, & ire ad locum securum*: de quo *vide pulchrè Innoc. in c. 2. de novi operis nunciat. Si verò metus est personalis, quia solùm timetur de persona absente propter inimicitiam, vel odium, &*

tunc

sunt habet locum cap. quia propter præallegatum. Sed dubitari potest, quòd si major pars sit absens propter metum personalem, numquid minor pars teneatur exire, & accedere ad majorem. Gloss. ista in principio non benè aperit intentionem suam: Ego putarem, quòd non, quia electio regulariter est facienda in ecclesia, ut in cap. quod sicut infra eodem, & in cap. cum terra supra eodem, cum similibus: Unde, ex quo metus, vel impedimentum concernit solùm personas, quia cap. quia propter loquitur indistinctè, quòd præsentes regulariter constituant &c. Ea verò, quæ in bello, vel ratione justi belli geruntur, non possunt de vi, & violentia redargui, *Angel. in disput.* incip. *renovata gratia &c. col. 4. Capyc. in decis. 95. in fine*, latissimè *Roenerius practicar. animadvers. cap. 10. num. 7.* quia metus est justus ex parte inferentium, & eo magis si quisquam hunc sibi metum inferat, *l. si mulier 21. ff. quod metus causa* cum notatis *in cap. ad ejus 5. distinct. &* in *glos. ibid. Bursat. cons. 72. num. 58.*

Appellatio interposita post electio-
32 nem ex causa injusta, frivola, & improbabili, non potest operari effectum devolutionis ad Superiorem, nec potest impedire electionis confirmationem, *cap. quia propter 42. de electione*, ibi: *Nullo prorsùs appellationis obstaculo interjecto; cap. cum inter 21. de electione* ibi: *Non obstante appellationis objectu; Gloss. in cap. cum nobis 19. de electione in verb. innovari litt. A.* his verbis: *Hoc allegando dicit, quia non extenditur appellatio, nisi ad ea, quæ illegitimè fiunt, & illa sola cassat &c.* & eadem *Gloss. in cap. consideravimus 10. de electione in verb. post appellationem litt. C.* hæc inquit: *Appellare, nè fiat electio, non valet, sed nè fiat, nisi canonica, tunc benè valet, & intellige, quòd allegata fuit aliqua probabilis causa, quia, sive appellatur in judicio, vel extrà, appellationis causa exprimenda est, cap. cordi nobis de appellatione in 6. &c.* Quæ omnia definivit Gregorius X. in generali Concilio Lugdunensi relato *in cap. quamvis 10. de electione in 6.* in illis verbis: *In prædictis electionibus, vel in aliis dignitatibus Episcopatu majoribus celebratis, si, expressa causa manifestè frivola, contigerit appellari, per appellationem hujusmodi nequaquam ad Sedem eandem negotium devolvatur.*

Tenetur quis mittere procuratorem
33 in causa ardua, quando ipse accedere non potest, puta, quia locus non est tutus, vel aliàs impeditus, quando impedimentum non est temporale, sed perpetuum, *Gloss. in d. cap. cum dilecti 6. de dolo, & contumacia, in verb. responsalem litt. K. in fine, Aflict. in decis. 50. Bursat. in cons. 294. num. 15.* idque indubitatum est in hoste publico: is enim non potest per alium modum se defendere, quàm per procuratorem, qui tamen ex licentia Principis debet pro eo præstare suum patrocinium, *Anton. Fab. in Cod. lib. 2. tit. 8. de procurator. definit. 3. num. 3. in allegation. Caravit. ad ritum Magnæ Curiæ 220.*

Ex cap. ex finali de electione in 6. habetur, quòd in confirmatione electionis fieri debet citatio nomina-
34 tim, ubi est coëlectus, vel apparet oppositor, generaliter verò, sive per edictum in ecclesia, in qua facta est electio, si qui sint, qui se velint opponere. Verùm dispositio dicti *cap. finalis* habet locum, prout loquitur, in ordinariis confirmationibus, non autem in confirmationibus, quæ fiunt à Papa, vel ejus Legato à latere, ut notat *Cravet. cons. 177.* Insuper, quamvis ageretur de ordinaria confirmatione; nihilominùs si appareret oppositor, tunc ille citandus esset, quando intrà mensem à jure præfixum prosecutus fuisset oppositionem comparendo per se, vel per procuratorem specialiter instructum, coram superiore: aliàs enim ex constitutione Innocentii IV. non est citandus, &, elapso eo termino, potest, absente illo, procedi ad confirmationem electionis, ut in *cap. 1. de electione in 6.* Immò, eo termino elapso, si velit comparere, & prosequi coram superiore, non est admittendus ex posteriori constitutione Nicolai III. *in cap. cupientes 16. de electione in 6.* quæ fortiùs punit, & arctat, quàm constitutio Innocentii IV. *in dicto cap. 1.* ubi post lapsum termini permittebatur solùm procedi, non citato oppositore absente, qui tamen si voluisset comparere, ac prosequi, minimè repellebatur: At verò ex posteriori constitutione Nicolai III. *in dicto cap. cupientes* post lapsum terminum omninò repellitur à prosecutione, ut notat *Gloss. in clementin. causam 3. de electione in verb. devoluta, & in dicto cap. cupientes in verb. compareant litt. E.* Præterea ex novo jure canonico fuit in multis jus antiquum mutatum circà judiciarium ordinem in causis super electionibus: nam ubi ex veteri jure canonico in eisdem causis, sicuti in aliis ordinariis, requirebatur litis contestatio,

par-

partibus præsentibus, aliàs processus erat nullus, & irritus, *cap. dudum de electione*, *cap. eum qui de dolo*, *& contumacia in 6. cap. eum qui de eo, qui mittitur in possess.* ex novo jure clementinarum, antiquo jure correcto, non requiritur ea solemnitas in causis electionum, sed proceditur simpliciter, & de plano, ac sine strepitu judicii, & figura, *clementin. dispendiosam 2. de judiciis*, ubi *Gloss.* id notat *in verb. electionibus*: & ubi, veteri jure inspecto, ille, qui se opponebat electioni, nominatim erat citandus, hodiè ex novo jure clementinarum oppositor, qui appellavit ad Apostolicam Sedem, debet suam oppositionem, & appellationem intimare electo, sivè appellato, & Capitulo, contra quod fuit appellatum, intra mensem à die interpositionis appellationis: aliàs, elapso mense, non intelligitur devoluta appellatio ad Apostolicam Sedem, ità quòd nec prosecutio appellationis, nec aliqua impetratio in Romana Curia ex parte appellantis fieri possit, ut expressè statutum est in *clementina causam 3. de electione*, ubi *Gloss. in verb. appellati*, *& in verb. devoluta*, *& in verb. tempus prædictum*: & si appellatio fuit intimata intra terminum à jure præfixum à die interpositæ appellationis, tunc, ut possit procedi, non est necessaria alia intimatio, sed proceditur contra appellatos tanquàm contumaces, *Gloss. in dicta clementin. causam 3. de electione in verb. tempus prædictum*. Si verò appellatio non fuit intimata, tunc nulla est appellationis habenda ratio, utpotè quæ nullum effectum devolutivum ad Romanam Curiam operari potest ex *dicta clementina causam 3. de electione*: idque dicendum est, quando appellationes essent probabiles: Cæterùm si essent frivolæ, & frustratoriæ, nullo modo citandi, nec audiendi sunt appellantes ab electione, ut docet *Gl. in cap. eum, qui in verb. non teneris de dolo, & contumacia in 6.* quæ id probat ex *cap. prout 3. de dolo, & contumacia*, ubi dùm Papa mandat citari ad malitiam convincendam, infertur id de necessitate non fuisse, quòd scilicèt citaretur: neque sufficit, quòd minor pars contradicat tempore electionis factæ à majori parte, vel quòd se opponat electioni, sed necessaria est etiam appellatio juxta *cap. cum inter 21. de electione*, *l. prima §. solent ff. quando appellandum sit*, *Gloss. in cap. 1. de elect. in 6. verb. opponunt litt. l.* & appellantes debent per se, vel procuratorem specialiter instructum adire Superiorem, ac servare terminos præfixos *in d. cap. 1. & in d. cap. cupientes de electione in 6.* & in *clementina causam 3. de electione*, quibus elapsis non sunt audiendi, nec admittendi, ut in præfatis juribus statutum est. Eatenùs verò, qui se opposuerunt, non tenentur superiorem adire, quatenùs non appellantes censentur acquievisse electioni factæ à majori parte, ac illam ratam habuisse, *l. prima §. solent ff. quando appellandum sit*: & in terminis id ipsum docet *Gloss. in cap. statuimus primo de electione in 6. in verb. opponunt litt. L.* his verbis: *Sed numquid illi, qui se opponunt, & non appellant, venire tenentur? Respondeo: Illi soli venire tenentur, qui appellant, vel quorum nomine appellationem ratam habuerunt expressè: Alii autem, qui solùm se opponunt, venire non tenentur: Videntur enim suo juri renunciare, & electioni acquiescere, ff. quando appellandum sit l. prima §. solent ff. de appellationibus: undè, illorum absentia non obstante, proceditur in negotio: Semper enim est appellandum, cum ordo decretum electionis interponit, l. prima §. solent ff. quando appellandum sit.*

35 Jus ferendi suffragium in electione Vicarii Capitularis, aliisque actibus jurisdictionalibus, & præeminentialibus, spectat ad solum Capitulum tàm de jure communi, quàm jure speciali Sacri Concilii Tridentini.

36 Eunuchorum nonnulli possunt ordines assumere, & quælibet beneficia ecclesiastica obtinere absque dispensatione, *cap. eunuchus 51. dist.* ubi *glos. Jo: Crot. de testib. numer. 44. & 45. & Barbos.* per eum citatus *in lib. 1. decretal. de corpore vitiatis cap. 30.*

37 Privatus potestate eligendi aliquem ad aliquod officium pro prima vice, ex quo elegit indignum, an possit intervenire in secunda electione alterius, quæ in continenti fit cum prima, vel in ea, quæ fit diverso tempore, quæstio est inter Doctores, quorum nonnulli asseverant, quòd, congregatis canonicis, seu congregato Capitulo prima vice pro una, vel pluribus faciendis electionibus, prima electione facta, potest ille in alia secunda electione intervenire. Fundant hoc authoritate text. *in cap. cum Wintoniensis de electione*, ubi eligentes indignum sunt privati potestate eligendi in electione, quæ primò occurrit facienda; hinc autem infertur, eos in alia, quæ secundò occurrit, posse intervenire. Verior tamen videtur contraria sententia,

Digitized by Google

tia, privatum scilicet potestate aliquem eligendi ad aliquod officium pro prima vice, ex quo elegit indignum, non posse intervenire in aliis electionibus, quæ secundo loco occurrunt, & in continenti fiunt. Ad quod probandum adducitur *gl. in d. cap. cum Wintonienſis in verbo tertia concurrebat*, ubi electio Præcentoris, & electio Decani, quæ sunt duo electiones, ex quo insimul factæ fuerunt, unica tantùm reputata fuit electio. Hoc idem probant ex eadem *gloss. in c. velitis eod. tit. in verbo irritandum*, ubi habetur, quòd, quando plures electiones in continenti fiunt, una non impedit aliam. Igitur si privatus potestate eligendi non potest intervenire in prima electione facienda, neque poterit intervenire in alia, quæ in continenti fit: nam eadem militat ratio, & ubi eadem ratio, idem jus esse debet, *cap. cum quidam de regulis juris in 6. l. illud ff. ad l. Aquiliam, l. postulaverit §. ratio ff. de adulteriis, l. quædam §. nummularios ff. de edendo, Barzius in decis. Bononiæ decis. 20. num. 31. & Præsid. de Franch. decis. 489. num. 15.* neque dicuntur discrepantia, quæ in ratione conveniunt, ut post *Bald. in l. omnes populi col. 13. ff. de just. & jur.* scribit *Jason* alia similia adducens in *cons. 63. col. 3. vol. 3.* & ita in terminis reiiciendo objectiones declarant *Ruinus cons. 44. num. 17. vol. 2. & Soccinus junior in l. 2. nu. 26. ff. de legat. 1.*

38 Parlamenta fieri debent publicè, & in loco solito, *l. nominationis C. de appell. l. 2. C. de Decurion.* & eò magis accedente antiquo solito, & consueto faciendi publicè parlamenta: nam in electioni-
39 bus faciendis solitum, & consuetum observari debet, *l. super creandis Cod. de jure fisci lib. 10. l. non tamen ff. de Decurion.* Præterea fieri debent parlamen-
40 ta, citatis omnibus civibus pro more cujusque loci, *l. nominationem, l. 2. C. de decur. l. de unoquoque ff. de re judicat. Paul. de Castr. in l. nulli num. 7. & 8. ff. quæ cujusque Universitatis*, & ul-
41 terius requiritur officialis loci, *l. 2. Cod. de Decurion. de Franch. decis. 446. Ann. sing. 367.* & minorum suffragia non possunt aliquid suffragari ad beneficium
42 personæ electæ, quando minores non habent personam legitimam standi in publicis parlamentis, *l. ad rem publicam ff. de muner. & honorib. l. non tamen ff. de Decurion. Abb. in cap. vigesimum n. 4. de offic. deleg.* nec eorum defectus suppleri potest per tutorem: quoniam jus eligendi est personale cohærens personæ eligentis: & hinc est, quòd non potest constitui procurator ad dandum suffragium, quod secretè, & sigillatim, interponi solet, *cap. penult. §. fin.* ubi *Anchar. num. 6. de election. in 6.* censetur enim electa industria personę, ut dicit *Abb. in cap. quia propter §. illud num. 1. de election.*

Clericus ineligibilis est ad munera uni-
43 versitatis. Allectio verò ad civilitatem nil aliud continet, nisi participationem onerum, & bonorum, *l. 1. ff. de municip. l. honor, l. fin. ff. de muneris. & honoribus, de Franch. dec. 2. num. 14. & seq. Ann. alleg. 130. num. 7.* & clericus tractari debet immunis à dictis oneribus, & sacris eum vacare oportet, & non secularibus negotiis se immiscere, *l. 1. & l. presbyteros C. de Episc. & cler. l. non distinguemus §. Sacerdotio ff. de arbitris, l. quidam ignaviæ*, ubi *Bart. Cod. de decurion.*

Si Universitas congregata aliquem
44 cum majori parte votorum non idoneum elegerit, vel cui obstet aliqua exceptio, cum minori autem habilem, non debet de novo congregari, ut aliam electionem faciat, sed qui minorem suffragiorum partem habuit, remanet electus, *Reg. Merlin. 1. forens. 50. per*
45 *totam*. In electione Abbatissæ requiri assensum patroni ecclesię probat *Cavaler. dec. 321. per totam*: & hac de re alibi ser-
46 mo fuit. Eleemosynam potiùs esse dandam propinquis, quàm extraneis, docet *Afflict. decis. 290. num. 10.*

De electione tractat per integrum tractatum *Samuel*: & de eadem agunt *Brussonius in exempl. pag. 54. Lorichius th. theol. tom. 1. pag. 913. Labbata tom. 1. thes. moral. pag. 674. Lancellott. in instit. pag. 13. Novarius in lucern. regul. pag. 68. Goffredus in decretal. pag. 23. Riccius in prax. tom. 4. pag. 18. Lavorius in elucubr. pag. 278. Bordonus tom. 3. part. 2. resol. 61. Barbosa in decis. apost. pag. 268. & in repert. jur. pag. 111. de Magistris in prax. eccles. tom. 1. pag. 141. Bonagratia in quæst. regul. pag. 240. Portellus in dub. regul. pag. 131. Zerola in prax. Episc. part. 1. pag. 165. & part. 2. pag. 52. de Lugo de just. & jur. tom. 2. pag. 521. Nicolius tom. 1. resol. pag. 8. Piasecius in prax. Episc. pag. 1. Summa Lezanæ tom. 1. pag. 170. Nicolius in flosc. pag. 255. Graffius tom. 2. cons. pag. 1. Raynerius in pantheol. tom. 2. pag. 6. Megal. tom. 2. prompt. pag. 540. & 608. Alloza in flor. summ. pag. 211. Sà in aphor. confess. pag. 155. Gonet. tom. 3. theolog. pag. 182. Rubeus in aphor. Episc. pag. 235. Bannes de just. & jur. pag. 177. Barseus in flor. theolog.*

tom.

Digitized by Google

tom. 1. pag. 312. & tom. 2. pag. 263. Summa Rodriquez part. 3. pag. 357. Donatus in prax. regul. tom. 2. pag. 3. Crespetius in summa pag. 296. Tuscus tom. 3. pag. 25. Summa Quarantæ pag. 249. Vega in summa tom. 1. col. 136. Summa Naldi pagin. 286. Summa Sylvestri part. 1. pag. 229. Tepatus tom. 1. pag. 10. Velascus in summa tom. 1. pag. 548. Vidal. in arc. vital. pag. 148. De electione Pontificis *Passerinus, & Barbosa decis. apost. pag. 276.* De electione Episcopi *Gironda de Episcopo tom. 2. pag. 1.* De primo more eligendi Episcopos *Diana ordinat. tom. 9. pag. 451.* De electione Prælatorum *Barbosa de jur. eccles. tom. 1. pag. 222.* De electione Prælatorum regularium *Miranda in manuali tom. 2. pag. 156. Rodericus in quæst. moral. pag. 428. Summa Lezanæ tom. 3. pag. 463. & Samuel.* De duratione electionis *Bordonus tom. 3. part. 1. resol. 260. & part. 2. resol. 71.* De derogatione electionis *Rebuff. in prax. pag. 478.* De voce eligentium *Novarius in lucer. regul. pag. 273.* De ambitiosis electionibus *Bordonus tom. 4. resolut. 131.* De Electoribus Imperialibus *Conringius de Republ. German. pag. 97.* De Electoribus Palatinis *Henninges de geneal. tom. 3. p. 2. pag. 208. & 213.* De origine Principum electorum Imperii *Jo: Paulus Windokius*.

CAPUT XXXVII.

De postulatione.

SUMMARIUM.

Postulatio quare introducta n. 1. & quid sit num. 2.
In quo differat ab electione n. 3. & coram quo fiat n. 4.

EXistunt (inquit *Cuchus in instit. jur. can. lib. 1. tit. 9. in princip.*) *interdùm viri,* 1 *quorum optimæ artes magno usui essent Ecclesiæ, veluti litterarum doctrina, magnus rerum usus, & morum, vitæque integritas: Verùm aliquid in eis desideratur, quod impedimento est, ne Ecclesiis prafici possint: Quapropter, ne hac causa Ecclesia viris idoneis careat, compertum est, ut hosce viros Collegium utilitatis publicæ gratia ab Antistitibus sibi prælatos dari petat: quæ res jure nostro postulatio vocatur. Ita enim Antistites hujusce rei causa aditi egregiis eorum, qui postulantur, moribus, & disciplinis moti postulationem admittunt, si eis ità videbitur.* Postmodùm verò, ut evitetur circuitus, & Ecclesiarum dispendium, alia electione, vel confirmatione postulatus non indigebit, sed omne jus consequetur, non secùs ac si electus, & confirmatus fuisset. Apud quem fieri debeat postulatio, qualis esse debeat postulatus, & alia ad rem pertinentia tradit *Cuchus in cit. loc.* Postulatio itaque prælatorum 2 est supplicatio facta superiori de aliquo promovendo ad prælaturam, ad quam est impeditus, *cap. 1. de postulatione prælatorum in 6.* Differt autem ab electione, quia electio est personæ idoneæ: 3 postulatio personæ impeditæ: & admittere postulatum est gratia: admittere electum est justitia. Postulatio fit coram 4 superiore, qui potest impedimentum tollere, *cap. fin. de postulatione prælatorum.*

De postulatione tractant *Summa Sylvestri part. 2. pag. 235. Nicolius in flost. pag. 563. Tuscus tom. 6. pag. 184. Nicolius tom. 2. resolut. pag. 77.* De postulatione prælatorum *Nicolius tom. 2. resol. pag. 3. de Magistris to. 1. prax. eccles. pag. 206. Altaserra in decret. pag. 10.*

CAPUT XXXVIII.

De confirmatione.

SUMMARIUM.

Confirmatio quid sit num. 1. Prælaturæ confirmatio qualiter fiat n. 2. Consecratio qualiter fiat n. 3.
Facta legitimè electione, confirmatio de necessitate fieri debet n. 4. & requiritur de honestate n. 5.

ELecti, aut postulati confirmantur: & confirmatio est juris habiti corrobora- 1 tio, *Hostiensis in summa de confirmatione utili, vel inutili.* Confirmatio prælatu- 2 ræ fit in schedula consistoriali, quæ, facto processu de vita, & moribus, præsentatur Cancellariæ Romanæ, & super ea schedula expediuntur bullæ sub sigillo plumbeo: & per regulam Cancellariæ Prælati confirmantur à Summo Pontifice, quamvis jure communi confirmarentur à proprio superiore, *cap. cum monasterium de electione*: & Episcopus confirmabatur ab Archiepiscopo, Archiepiscopus à Patriarcha, *cap. illo distinct. 54. cap. venerabilem de electione.* 3 Consecratio venit post confirmationem, & est actus legitimus, quo, certa solemnitate adhibita, persona deputatur ad aliquod munus sacrum activè, vel passivè: & in consecratione Episcopi confertur ordo, *cap. Episcopum dist. 64.*

Facta

Digitized by Google

Facta legitimè electione, confirmatio
4 superioris per necesse concedi debet, ut inquit *Divus Gregorius magnus in epist. ad Anthemium subdiaconum* relatus in *cap. postquam 3. de elect.* ubi unanimiter interpretes, & præsertim *Abbas num.1.* qui ponderat dictionem textus *impleantur*, quæ inducit necessitatem: eumque sequuntur *Decius num.1. Butrius num.3. Joannes Andreas num.15. Barbos. num.1. Gonzalez num.* 8. & alii, quos refert *Sigismundus à Bononia de elect. dub. 45. num.1. Castellinus* in eodem *tract.cap.14. num.15. Lavor. variarum lucubrationum tit.4. cap.25. & 42. Pyringius in methodo juris Pontificii lib. 1. tit.6. sect. 7. §. 3. num.304. Tamburrinus de jure Abbatum tom.1. disput.6. Cameratius responsorum decis.15.num.38.& 39. tom.1. Rota coram Gregorio decis. 240. num. 12. q. 1. & num.85.* Nam confirmatio est actus puræ justitiæ, uti animadvertunt *Portell. respons. moralium casu 4. num.5. in fine, & Barbosa vot. decisivo 36. sub num. 4.* & ideo petens confirmationem non videtur petere gratiam, sed pleno sui juri innixus petit meram justitiam, *Peyrin. de Prælatis, & regularibus tit. de subditis cap.3. §.6. in fin. Garzias in politica regular. tom.2. tract.6. difficult.6. dub.2. n.4. in medio, Rota coram Remb.dec.591. num.9.* & confirmatio electionis jam peractæ de sui natura non requiritur pro
3 complemento, & validitate ejusdem, sed simpliciter ex honestate, ut animadvertunt Doctores in *cap. cum terra 14.* & ibi *Gonzalez de elect. Penia decis.436. num.19. & Sylva de beneficiis par.9.q.23. num.27. & 34.*

CAPUT XXXIX.

De receptione, & authoritate pallii.

SUMMARIUM.

Archiepiscopus qualiter recipiat pallium num.1. quidque id significet num.2. & qualiter eo uti valeat n.3. Non potest illud aliis commodari, & cum illo sepeliri debet Archiepiscopus num.4. Debet illud petere intra tres menses, & non potest exercere absque illo munera Archiepiscopalia n.5.

ARchiepiscopus eligitur, confirmatur, consecratur, & accipit pallium in
1 signum plenitudinis potestatis, *cap.3. de authoritate, & usu pallii*: idque signifi-
2 cat, Archiepiscopum debere semper esse paratum ad succurrendum subditis, ne incidant in lupos, *cap.4. de authoritate, & usu pallii*: & pallium indicat onus humeris ferendum, *Isidor. Pelusiota lib.1. epist.136. ad Ermineum*. Pallio uti
3 valet Archiepiscopus inter missarum solemnia in ecclesiis suæ diœcesis, non tamen in processionibus extra ecclesiam, *Gregorius magnus lib.4. epist.50. cap.6. de authoritate, & usu pallii*. Potest itidem uti pallio in aliena provincia ex licentia Ordinarii, *cap. ex tuorum de authoritate, & usu pallii*. Non potest pal-
4 lium aliis commodari, & cum illo sepeliri debet Archiepiscopus, *cap.2. de authoritate, & usu pallii*. Archiepiscopus debet petere pallium intra tres menses, *cap.quoniam distinct.100.* & ante ejus re-
5 ceptionem non est Archiepiscopus, nec valet exercere munera Archiepiscopalia, *cap. 3. de authoritate, & usu pallii*.

De pallio tractat per integrum tractatum *Tertullian.* & de eadem materia, agunt *Bagalzius in observ. ad Tertullianum de pallio, Jacobus Panetius, & Salmasius in adnotation. ad eundem, Anton. Kerkoetius in notis Salmasii, Franciscus Francus in Kerkoetium.* De pallio archiepiscopali tractant per integros tractatus *Marcus Paulus, & Bralion*: & de eadem materia pertractant *Bisquedus in epist. Innocentii III. pag.33. Barbosa in repert. jur. pag.269. & in decis. apostol. pag.516. Lorichius tom.2. thesium theologicarum pag.1588. Barsus tom.1.pag.644. de Magistris tom.1. prax. eccles. pag.288. Cironius pag.32. Fermosinus de elect. pag.165. Altaserra in decret. pag.113. Crespetius in summa pag.688. Sà in aphorism. confess. pag.406. Rubeus in aphorism. epist. pag.441. Nicolius in flosc.pag.515. Tuscus tom.6. pag.23. Nicolius tom.2. resolut. pag.18. Carrier. in digesto fidei pag.627. Goffredus in decret. pag.34. Allozza in flor. summ. pag. 594. Magrus in notit. pag.380. Venerus in exam. episc. pag.271. Glossar. med. latin. tom.3. col.106.*

CAPUT XL.

De simonia.

SUMMARIUM.

Simonia unde dicta sit, & quid sit, explicatur num.1. Quotuplex sit n.2. Quænam personæ possint committere simoniam n.3.

Peccatum simoniæ non potest esse veniale, & quare num.4. Non est peccatum simo-

niæ vendere actum scientiæ, aut consilium in ordine ad conscientiam, vel ad lites num.5. Materiam rei sacræ pretio æstimabilem vendere licet num.6. exceptis materiis benedictis, quæ pro materiali non sunt pretio æstimabiles n.7. Quid dicendum de sepultura num. 8. & 18.

Pretium simoniæ qualiter sit aut à manu, aut à lingua, aut ab officio num.9. ubi enucleantur casus.

Causæ excusantes à simonia recensentur num.10.

Pœnæ adversus simoniacos quales sint n.11. Ad hoc, ut incurrantur, debet ea esse realis, & consumata ex parte dantis, & accipientis n.12.

In materia simoniæ nomine beneficii non venit jus patronatus n.13. & non includuntur officia ecclesiastica secularium, vel regularium n.14.

Papatus per simoniam obtentus tenet ad evitandum schisma n.15.

Si quis impetret alteri beneficium per simoniam, an teneat collatio, ignorante beneficiato, vel resistente, resolvitur num.16.

Retentio pensionis reservatæ an, & quando excludat simoniam n.17.

Emens officia justitiæ administrationem concernentia est simoniacus n.19.

Obtinens per preces officium ecclesiasticum quando sit simoniacus n.20.

Res spiritualis nequit cum temporali permutari absque labe simoniæ n.21.

Jus sepulchri vendi nequit, ut satisfiat creditoribus, sed tantùm jus, & usus sepulturæ, & quando n.22.

SImoniæ infame nomen originem traxit
1 à Simeone mago, *S.Thom. 2.2. qu.100. art.1.* eaque definitur studiosa voluntas emendi, aut vendendi aliquod sacrum, vel benedictum, spirituale, vel ei annexum, *D.Thom. dict. loc. Sà verb. simonia*. Studiosa voluntas est idem, ac deliberata voluntas: & verba emendi, & vendendi comprehendunt quodlibet contractum oneroſum, ut est permutatio, mutuum, compensatio, societas, & compensatio etiam ex gratitudine, *Navarr. lib.5. de simonia cap. 59. num.2.* Melius autem simonia definiri potest deliberatus actus voluntatis dandi aliquod temporale ad æqualitatem pro re supernaturali, spirituali, sacra, benedicta, & ei annexa. Dictio *ad æqualitatem* exprimit malitiam simoniaci intendentis æqualitatem inter spirituale, & temporale, vel ei annexum, quæ æqualitas est impossibilis. Simonia dividitur
2 in veram, & fictam. Vera est, quando adest animus, & fit simonia. Ficta est, quando deest voluntas. Præterea simonia alia est contra jus divinum, ut vendere sacramentum Eucharistiæ; alia contra jus humanum, ut est simonia confidentialis, quæ est, quando quis renunciat alteri beneficium cum pacto, ut illud beneficium post aliquod tempus, puta, postquam cessavit impedimentum, renunciet alteri procuranti, aut eidem primo resignanti: & dividitur etiam simonia in mentalem, conventionalem, & realem. Mentalis est, quando quis mente concipit, & vult facere simoniam. Conventionalis est, quando intercedit pactum simoniacum. Realis est, quando intercedit realis traditio reciproca pretii, & rei sacræ, puta, quòd quis vendat oleum sanctum, det oleum, & recipiat aliquid pro pretio, *cap. fin. cap. tua nos, cap. cum essent de simonia*.

Papa si vendat rem sacram, committit
3 simoniam contra jus divinum, cui subditur, non verò committit simoniam contra jus humanum, quia legi humanæ non subditur. Episcopi verò inferiores subduntur legi humanæ, & divinæ, atque ideò simoniam committunt contra legem humanam, & divinam, *extravag. 1. & 2. de simonia*. Peccatum
4 simoniæ non potest esse veniale: Nam continet semper totam malitiam simoniæ etiam in re parva, scilicet velle adesse æqualitatem inter sacrum, & profanum, *Lessius lib.2. cap.35. Filiucius tract.43. cap.1. quæst.6. num.14.* Nihil
5 purè naturale est materia simoniæ, nisi sit accessorium, vel annexum rei sacræ, & benedictæ, *Actor.8.* nec est peccatum simoniæ vendere actum scientiæ, & consilium in ordine ad conscientiam, vel ad lites, *cap. fin.14. quæst.5. cap. non licet 11.q.7.* Si autem materia rei sacræ sit
6 pretio æstimabilis, ut argentum, aurum, materia calicis, vestis, tunc pro materiali vendi potest, non ad usum profanum, sed aliis ecclesiis pro usu sacro, *D.Thom. 2.2. quæst.100. art.1. ad 6.* idque patet ex *cap. aurum 12. quæst.2.* Sunt tamen aliquæ materiæ, quæ vendi ne-
7 queunt, si sint benedictæ, vel sacræ, & sunt aqua benedicta, & chrisma, *cap. dictum, cap. statuimus quæst.1. cap. si quis 1. quæst.3.* & idem dicitur de ramis olivarum, & de pane benedicto, *Suarez, Bonacina, & Armilla*, quia sunt res, quæ possunt facilè non benedictæ emi pro tenui pretio: Undè si emantur benedictæ, censentur emi, secundùm quod bene-

Digitized by Google

benedictæ sunt. Reliquiæ itidem Sanctorum nec pro materiali vendi valent, *l. nemo Cod. de sacros. eccles. cap. fin. de reliq. & veneratione Sanctorum*. Ecclesiæ verò, & capellæ pro materiali valent vendi: Nam sunt pretio æstimabiles, quod pretium non est amissum per benedictionem, aut per consecrationem, *cap. cum sit cap. in tantum 36. de simonia, Armilla verb. simonia num. 34.* Idem dicendum est de sepultura, si materia valorem habeat, *cap. audivimus 41. cap. tua de simonia*: Nec obstat textus in *cap. cum in ecclesia de simonia*: Nam ibi prohibetur vendi sepultura, quæ est pro usu pauperum: Nec etiam obstat textus in *cap. abolendæ de sepulturis*, ubi dicitur, non posse vendi terram pro sepultura: Nam intelligitur, si locus venditus aliqualiter respiciat spiritualitatem; non verò si respiciat tantùm rem temporalem, puta ornatum, conspicuitatem, & jam usus prævaluit posse vendi, *Frances de ecclesia cathedrali cap. 16. num. 52. Gratian. dec. 26.*

Pretium simoniæ est à manu, à lingua, aut ab officio. A manu est, si detur quævis res pretio æstimabilis, *cap. totum, cap. Jacobus 44. de simonia*: & hic comprehenditur etiam remissio debiti, *cap. veniens, cap. si quis de simonia*. A lingua est favor, puta, si detur beneficium ratione precum, ut preces Principi exhibeantur, *cap. ordinationes 1. quæst. 1.* Nam tunc preces habent rationem pretii, vel rei, si intercedat pactum: simpliciter verò postulare a Prælato, ut beneficium conferat, non est simonia, quia revera preces jure naturæ non sunt pretium, *cap. tua nos de simonia*: nec simonia est mentalis exhibere obsequia Prælato, ut beneficium conferat exhibenti, ut inquit *Gabassut. lib. 5. juris can. c. 3. §. 11.* nec si secundariò quisquam proponat consequi beneficium, procurata prius amicitia per obsequia: & primariò intendens divinum cultum, secundariò distributiones quotidianas, non est simoniacus, sicuti dicens missam primariò ob divinum cultum, non est simoniacus, licèt secundariò consequatur eleemosynam, eamque intendat. Ità quis dicitur contrahere nuptias propter filios, quamvis uxorem non duceret sine dote: Pro officio autem, vel obsequio intelligitur quævis actio, & quævis servitus, ob cujus meritum datur beneficium, *cap. ordinationes 1. quæst. 1.* Si verò detur beneficium ob gratitudinem, non in compensationem æquiparantem, tunc non est simonia, *cap. ex diligenti 17. de simonia*: nec dare beneficium consanguineo digno est simonia, quia non datur ob consanguinitatem, tanquam propter pretium, *cap. nemo 14. de simonia*. Dare spirituale pro spirituali re, nec est simonia. Sic non est simonia, si quis dicat alteri: Ora pro me, & ego orabo pro te, *cap. ad quæstiones de rerum permutatione*. Excipias beneficia, quæ non possunt commutari ad invicem sine consensu Papæ, *cap. quæsitum de rerum permutatione, cap. majoribus de præbendis*.

Excusat à simonia titulus subsistentationis ministri, *Matthæi 10. Lucæ 10. 1. ad Corinthios c. 9. nu. 4.* Præterea excusat à simonia dare ad tollendam vexationem, *cap. ad aures 24. de simon.* Nam tunc non datur in pretium rei sacræ, sed datur ad removendum obicem. Non tamen licet redimere vexationem in materia beneficiorum: Nam id jure prohibetur in *cap. quæsitum 1. part. 3. in cap. dilectus, & in cap. Matthæus de sim.* Si quis autem sit electus beneficiatus, vel beneficium jam acquisivit, tunc ei licet redimere vexationem, si vexetur ab extraneo, *Reginaldus lib. 23. quæst. 2. num. 130.* Si quis omninò liberaliter donet, donaturus, etsi beneficium non acciperet, tunc excusatur à simonia, quia tunc datum non est pretium, nec datur, ut res æqualis pro re spirituali, & nihil datur ad exæquandam rem sacram cum temporali, in qua æqualitate adest malitia simoniæ, *cap. dilectus 30. cap. etsi quæstiones 18. de simonia*. Invenitur tamen prohibitum etiam liberaliter donare, dum agitur de certis rebus sacris, puta in baptismo, in confirmatione, in ordine, in oleo sancto, in chrismate, & in omnibus functionibus sacramentalibus, *cap. ad nostram 21. de simonia*. An autem sit simonia accipere aliquid pro labore? Duplex est labor, extrinsecus rei, & intrinsecus. Extrinsecus est longum iter: intrinsecus verò est ille, qui debet insumi pro re sacra conficienda, puta pro celebranda missa. Pro labore extrinseco licet aliquid accipere, *Lumbier. Dian. & Turricella in tract. de benefic. conclus. 16. num. 19.* dicens communem hanc esse opinionem: cum enim quicquam datur pro labore itineris, aut tædio moræ, non datur pro pretio rei sacræ, nec pro re accessoria rei sacræ, cùm res sacra possit esse sine tali labore, & mora. Si verò labor sit intrinsecus, tunc etiam licere aliquid accipere inquit *Turricella*.

Simoniacus simonia confidentiali,

11 etiamsi promissa, non adhuc completa sit, est excommunicatus, si recipiat, non autem si det beneficium: Nam de recipiente, non de dante loquitur bulla S. Pii V. quæ incipit: *Intolerabilis*; *Suarez*, & *Filiucius*: & collatio ei facta est nulla, & deinde ea collatio est reservata Papæ. Præterea recipiens beneficium per simoniam confidentialem fit inhabilis ad omnia beneficia, etiam antea obtenta, & futura, & restituere debet omnes fructus à die collationis, *Navar. Bonacin.* & *Reginald.* & in quacumque alia simonia in ordine, in beneficio, in ingressu religionis, pœna est excommunicatio Papæ reservata: & est suspensus ab ordine, qui eum simoniacè suscepit, non verò ab officio, & beneficio, quia suspensio non invenitur in simonia pro beneficiis lata, ut patet ex *extravag.* 1. & 2. *de simonia*: & S. Pius V. in sua *extravag.* 5. ampliavit pœnam excommunicationis contra conferentes, eligentes, præsentantes, postulantes, instituentes, confirmantes, & commendantes simoniacè, *Novarr. Cajetan. Suarez.* Adversus autē ordinantes simoniacè est pœna interdicti ab ingressu ecclesiæ ex bulla Sixti V. Inhabilitas verò ad beneficium simoniacè obtentum non protrahitur ad alia beneficia rectè obtenta, vel obtinenda, *cap. nobis* 27. *de simonia*, *c. penult. de electione*, *Avila*, & *Suarez de religione tom.* 1. *lib.* 4. *cap.* 56. *n.* 19. Ad hoc autem, ut simonia punitur, debet esse realis consumata ex parte dantis, & accipientis: nam in pœ-
12 nis delictum debet esse consumatum: *Novarius*, *Marcant.* & *Lambier.* nec punitur dans pecuniam non recipiens ordinem, aut beneficium, nec recipiens beneficium, aut ordinem, non dans pecuniam simoniacè promissam, *Navarr. Covarr. Gomez*, *Zerola*, & *Bonac. de simonia disputat.* 1. *quæst.* 7. *punct.* 2. *num.* 25. nam delictum tunc non est consumatum. Collatio verò beneficii simoniaca est nulla, *cap. Matthæus cap. f. de simon.* & nomine beneficii hic non venit jus patronatus, *Suarez Bonac. Filiuc.* nec in-
13 cluduntur officia ecclesiastica secularium, *Suarez* & *Ognat.* Papatus verò
14 per simoniam obtentus tenet ad evitandum schisma, *cap. ubi periculum* 3. *de*
15 *electione in* 6. Si quis ob amicitiam impetret alteri beneficium per simoniam,
16 ignorante beneficiato, vel resistente, collatio est nulla, *cap. Matthæus*, *cap. ex insinuatione*, *cap. sicut de simonia*: & hic tenetur dimittere beneficium, eo ipso ac cognoscit simoniam commissam ejus favore, vel tenetur recurrere ad superiorem pro remedio, *cap. penult. de electione*: & tenetur restituere fructus, & tantùm ob ignorantiam ante triennium possessionis potest ab Episcopo obtinere dispensationem, ut habilitetur, & recipiat idem beneficium, *Zerola*, *Navarrus*, & *Gabbassutius*: Possidens verò per triennium beneficium gaudet regula triennali, ne scilicet contra ipsum detur actio, *cap.* & *jam* 25. *de simonia*, *Gomez*, *Rebuffus*, aliique. Si autē simonia fuerit commissa in odium beneficiati ignorantis simoniam, vel resistentis, tunc tenet collatio beneficii, ne quis ex fraude relevetur, *cap. sicut*, *cap. ex insinuatione de simonia*.

• Redemptio pensionis reservatæ in re-
17 signatione beneficii non includit simoniæ labem, cum agitur de iis pensionibus, quæ fuere in resignatione beneficii reservatæ, *Vermigliol. conf. crimin.* 160. *num.* 5. Reservatione pensionis facta, & pacto adjecto, quòd redimi non valeat, nisi Apostolico beneplacito accedente, licet deinde Apostolicum beneplacitum non accedat, si fiat pensionis redemptio, simoniæ labe non est notanda, *Vermigliol. d. conf. crimin.* 160.
18 *n.* 7. Jus sepulcri, aut capellæ absque labe simoniæ vendi potest, ut diximus
19 *supr. tit. de jur. ecclesiæ Cathedr.* Emens officia justitiæ administrationem concernentia est simoniacus. *Staib* 1 *forens* 102.
20 *num.* 94. Obtinens per preces officium ecclesiasticum, præsertim si jurisdictionem concernat, quamvis idoneus sit, est simoniacus, *Staib.* 1. *forens.* 100. *num.* 178. & 179. Res spiritualis nequit cum
21 temporali permutari absque labe simoniæ, puta Episcopatus cum Civitate, *Affl. decis.* 17. *nu.* 3.

Locus sepulcri, & capellę vendi nequit,
22 ut satisfiat creditoribus, sine labe simoniæ, si post erectionem ecclesiæ acquisitus fuit; tantùm enim eo casu jus, & usus sepulturæ distrahi potest, non locus: sed si ante erectiones in limine fundationis fuerit reservatus, etiam locus vendi potest, *Altimar. ad Rovit. conf.* 75. *tom.* 2. *nu.* 1. 2. & 3.

De simonia tractat per integrum tractatum *Hugolinus*: & de eadem materia pertractant *Galen. in promp. theolog. p.* 164. *Summa Toleti pag.* 530. *Azorius in summa tom.* 3. *p.* 827. *Innocentius V. tom.* 4. *p.* 265. *Summa Rodriquez p.* 2. *p.* 237. *Decianus tom.* 1. *pag.* 503. *Summa Sylvestr. part.* 2. *pag.* 313. *Fermosinus tom.* 1. *pag.* 144. *Piasec. in prax. Episc. pag.* 297. *Magrus in notit. pag.* 480. *Summa Litterat.*

pag.

Digitized by Google

pag. 302. Reuſn. tom. 3. pantheolog. pag. 588. Bonacin. tom. 1. pag. 779. Ricc. tom. 3. prax. pag. 329. Theatr. vit. human. to. 7. pag. 254. Leſſ. de juſtit. & jur. pagin. 412. Mend. in ſtat. opinion. benign. pag. 71. Barboſ. in deciſ. apoſt. pag. 612. & in repert. jur. pag. 350. Portell. in dub. regul. pag. 443. Roderic. in quæſt. moral. p. 924. Summ. Naldi pag. 686. Allozz. in florib. ſumm. pag. 698. Alphonſ. à Caſtro de hæreſ. pag. 509. Valentia tom. 3. col. 2020. Sà in aphor. confeſſ. pag. 478. Rub. in aphor. Epiſc. pag. 561. Riccard. tom. 4. ſent. pag. 379. Spina tom. 2. opuſcul in fine, Pilaja tom. 2. inſt. canon. p. 274. Foller. in prax. can. pag. 207. Medices in 2. 2. D. Thom. qu. 100. Navarra tom. 2. pag. 140. Layman tom. 2. lib. 4. pag. 242. Summa Quarant. pag. 590. Diana tom. 5. pag. 305. Tuſcus tom. 7. pag. 165. Bonaſpes tom. 5. pag. 193. Buſembau pag. 73. Henrinx. tom. 3. ſumm. theolog. pag. 560. Direct. confeſſ. p. 3. pag. 95. Becanus de juſtit. pag. 567. Alvarez in ſpecul Princip. pag. 336. Antonius à Spiritu Sancto pag. 95. Arauxus in dec. 5. moral. pag. 549. S. Antonin. tom. 2. ſumm. pag. 9. Lorichius tom. 2. pag. 1345. Caſtropalaus part. 3. pag. 476. Summa Rodriquez part. 4. pag. 379. Filiucius tom. 3. pag. 191. Vega in ſumma tom. 2. col. 889. Summa Novarii pag. 594. Baſſæus tom. 1. pagin. 790. & tom. 2. pag. 776. Tancred de relig. pag. 231. Levart. in manual. Epiſcop. pag. 250. Creſpetius in ſumm. pag. 247. Mallet. tom. 1. theol. moral. pag. 504. Cajetan. in quæſt. pag. 173. Zerola in prax. Epiſc. pag. 335. & p. 2. p. 117. Marcant. tom. 3. trib. anim. pag. 225. Nicol. in floſc. pag. 979. & tom. 1. reſol. pag. 460. Novar. in lucern. regular. pag. 236. Raccaſull. tom. 2. part. 3. prax. moral. pag. 295. Clarus in prax. civil. pag. 401. & in prax. crimin. pag. 101. Graff. tom. 1. conſil. pag. 293 & tom. 2. pag. 320. Suar. de relig. tom. 1. pag. 411. Sannig. tom. 4. theolog. moral. pag. 373. Vener. in exam. Epiſc. pag. 201. Velaſc. in ſumma tom. 2. pag. 744. & 783. Vidal. in arca vitali pag. 284.

De ſimonia quoad regulares *Summa Lezan. tom. 4. pag. 531.* De ſimoniacis *Creſpetius in ſumma pag. 848.* De pœnis ſimoniacorum *Becanus de juſtit. pag. 591.* De ſimoniaca redemptione vexationis eccleſiaſticæ *Spina tom. 2. quæſt. pag. 97.* De ſimoniacis miſerè pereuntibus *Aringa in mort. peccator. pag. 133.*

CAP. XXXXI.

De cenſuris.

SUMMARIUM.

Cenſura olim quale munus eſſet apud Romanos 1. Eccleſiaſtica cenſura qualis ſit num. 2. Quotuplex ſit 3. Poteſtas ferendi cenſuras eſt eccleſiaſtica 4. ubi quinam poſſint illas ferre. Parochus olim poterat, nunc verò non poteſt cenſuras ferre 5. Superiores eccleſiaſtici poſſunt illas ferre 6.

Papa poteſt delegare laicum pro ferenda cenſura 7. & etiam infidelem, & faminam 8.

Nemo poteſt ferre cenſuras in cauſa propria 9. ubi quando id limitetur.

Judex nequit ferre cenſuras in æqualem, vel ſuperiorem ſuum 10.

Cenſura eſt pœna gravis, ſupponit peccatum lethale, & quænam requirantur, ut poſſit infligi, enucleatur nu. 11. Citatio qualitèr requiratur, & quotupliciter num. 12.

Cenſura actu interno non poteſt irrogari, & debet ferri in ſcriptis à Judice, expreſſa cauſa, & qualiter, ne ſententia ſit nulla 13.

Reus cenſura feriendus debet eſſe ſubditus cenſurantis 14.

Mortui an excommunicari poſſint 15. An impuberes 16. An exiſtentes extra diœceſim 17.

Subditus qualitèr poſſit multiplici cenſura ligari 18.

Quibus modis quis poſſit liberari à cenſuris, enucleatur num. 19.

Abſolutio ad reincidentiam quænam ſit, explicatur num. 20. ubi ex quibus non poſſit dici quem reincidere in excommunicationem.

Abſolutio licita eſt, ſi impoſſibilis ſit partis ſatisfactio 21. & qualiter in hoc requiratur partis adverſæ citatio 22. & quid, ſi excommunicatus multùm diſtet à foro excommunicantis, vel ab ejus delegato 23. & quid practicari debeat, quando pars adverſa nolit remiſſionem facere 24. quidque procedat in foro conſcientiæ, ſi pœnitens re ipſa ſit impotens, petatque remiſſionem 25. & quid, ſi offeratur à reo congrua ſatisfactio, & pars adverſa nolit remittere, & ſatisfactionem acceptare 26. & quando ſufficiat cautio pignoris, aut fidejuſſionis 27.

Reus licitè poteſt abſolvi, ſi pars adverſa fuerit abſens, & interim labatur tempus jubilæi 28.

Ferens

Ferens censuram potest ab illa absolvere 29. *quemadmodum Summus Pontifex, & Conc. generale* 30. *& etiam Archiepiscopus per viam appellationis* 31.

A censura reservata quando quis possit, & per quem absolvi 32. & 35.

Absens potest absolvi à censuris 33. *prout etiam defunctus* 34. *& quid, si delictum sit occultum* 36. *ubi, quando dicatur tale.*

A censuris Papæ reservatis in articulo, vel periculo urgente mortis, quilibet Sacerdos absolvit 37. *prout etiam absolvi possunt impotentes ad iter, mulieres, & multò magis moniales, excepta fractione clausuræ* 38. *senes etiam sexagenarii, & impuberes* 39. *& servi, & filii familias* 40. *& quilibet impedimento gravi detentus* 41.

Excommunicatio olim qualis esset 42. *ubi quid ad præsens, & in quo differant excommunicatio & anathema* 43.

Excommunicatio quotuplex sit 44.

Episcopus quomodo gerere se debeat, recepta denunciatione contra debitorem laicum, si is instet, ut desistatur à monitoriis 45.

Effectus excommunicationis majoris quales sint, enucleatur num. 46. *ubi qualiter non possit excommunicatus communicare cum ecclesia, sitque exhumandus, si reperiatur mortuus, nisi ostenderit signa pœnitentiæ* 47. *& pro eo non possit applicari sacrificium* 48.

Excommunicatus toleratus ex quibus non sit vitandus 49. *quidque dicendum de excommunicato vitando* 50. *Tenetur recitare divinum officium, si sit in sacris, vel beneficiatus, non potest tamen dicere:* Dominus vobiscum; *& quare* 51.

Excommunicatus an, & quando privetur beneficiis, enucleatur num. 52. *quidque dicendum de reo necessario, si cogatur esse in judicio* 53.

Communicans cum excommunicato qualiter adhuc sit excommunicatus eadem censura 54.

Excommunicatis vitandis qualiter prohibeatur commercium politicum 55.

Excommunicatus denuntiatus in uno loco an sit evitandus in loco, ubi non est excommunicatus 56.

Causæ excusantes communicantem cum excommunicato enucleantur num. 57.

Excommunicatum vitandum qualiter Judex ex suo officio repellere debeat 58. *quidque dicendum, si adsit rescriptum Principis secularis* 59.

Summus Pontifex quamvis non sit obnoxius præcepto evitandi excommunicatos; illorum tamen colloquia abhorret, quidque practicari sit solitum ad effectum audientiæ tantùm 60. *& qualiter regula prædicta in pluribus casibus amplietur ibidem. Limitatur tempore belli pro subveniendo Principe à feudatario excommunicato* 61.

Clericus excommunicatus adhuc gaudet privilegio clericali 62.

Publicatio monitorii non potest impediri contra retinentes scripturas, & documenta prætextu litis pendentiæ 63. *quidque dicendum, si sint testificata in causa, & lis sit cum persona privilegiata* 64.

Excommunicatus per sententiam canonis, sed nondum declaratus, potest in judicio esse 65.

Excommunicatus potest gratiam de delicto ab ipso commisso obtinere 67.

Debitor notoriè pauper non est periurus, neque ob eam causam excommunicandus 68.

Excommunicatus injustè potest agere, ut antè omnia ad pristinam communionem restituatur 69.

Clericus agens ad pœnam furti criminalem contra aliquem irregularitatem incurrit 70.

CEnsura munus erat apud Romanos spectatissimum, quod Servius Tullius Rex instituit, isque primus exercuit. Exactis autem Regibus Consules primis temporibus illud obiere: hisque postmodum bellorum curis irretitis, peculiaris magistratus institutus fuit, Qui verò in eo munere versabantur, Censores nuncupati, quòd populi opes censerent, eisque morum, disciplinæque cura data, immo & jus additum publicorum privatorumque locorum, & vectigalium: civesque sic notabant, ut Senatorem, qui in moribus deliquisset, Senatu ejicerent, Romanum Equitem equo privarent, & plebejum jure suffragii viduarent. De hujuscemodi censuræ origine, atque officio disertissimè agunt *Livius in quarto historiarum*, & *Cicero in tertio de legibus libro*, deque censoria animadversione, severitateque plura extant apud *Aulum Gellium* exempla *in quarti noctium atticarum libri cap. ultimo*. Nos verò hic agere instituimus de censura ecclesiastica, quę pro spiritua-

1 li pœna tùm à theologis, tùm à canonistis unanimiter usurpatur, *Joannes de Lignano tract. de censuris num.* 1. *tom.* 4. *tractatuum*. Pœna imponitur à censura, scilicèt à sententia: nam sententia ipsa est censura causans pœnam, *l. censura ff. de verb. signif. de Lignano loc. cit. num.* 2.

Dicitur

Dici tur ex se ecclesiastica, quia exploratum est, non esse censuras, nisi à Judice ecclesiastico, ita ut inflictæ à laico nec de jure, nec de facto afficiant. Hinc non sunt censuræ pœnæ omnes, quæ imponi valent à laico de jure, vel de facto, ut damnare ad carceres, ad triremes, ad torturam, quæ si à laico imponantur contra clericum, licèt non afficerent de jure, afficiunt tamen de facto. Censura definitur à *Suarez* pœna spiritualis inflicta ab ecclesiastica potestate privans baptizatum usu aliquorum bonorum spiritualium, donec à contumacia recedat.

Aliqui volunt censuras esse tres, scilicet excommunicationem, suspensionem, interdictum, ex *cap. quærenti de verb. sign.* & hæc est communior sententia. Alii volunt, censuras esse quinque, scilicet excommunicationem, suspensionem, interdictum, irregularitatem ex delicto, & cessationem à divinis: & hujuscemodi sententiæ minimè obstat textus *in cap. quærenti de verb. sign.* ubi tres enumerantur censurarum species: nam, ut rectè observarunt *D. Hieronym. epist. 65. & D. Basilius epist.* 78. nec valet argumentum ex Concilio Nicæno desumptum, ubi dicitur filius consubstantialis Patri, nec inde inferri valet: Ergo Spiritus Sanctus non est consubstantialis Patri, & Filio: de quo Concil. Nicænum nihil statuit: nam diffinivere Patres controversiam tunc ab hæreticis motam, & tacuere illa, de quibus tunc quæstio non movebatur. Ita Summus Pontifex respondit quærenti, quas censuras ipse potuisset ferre, non verò absolutè, quæ essent censuræ; mentionem faciens de censuris frequenter interponendis à Judice delegato, quæ sunt illæ tres: nam aliæ rarissimè infliguntur ab homine, ut est cessatio à divinis: & irregularitas tantùm à jure imponitur. Censura dividitur, ut alia sit a jure, alia ab homine, alia sit ferendæ, alia sit latæ sententiæ: & verba, quæ exprimunt latam sententiam, sunt: Eo ipso, ipso jure, ipso facto, omnino, in continenti, illicò, statim, continuò; & verba præteriti temporis, *l. 1. ff. pro socio, cap. gratiosè de rescriptis in 6. l. fin. ff. de fideicommiss. libertat.* Si verba sint futuri temporis, indicant censuram ferendæ sententiæ, nisi addatur particula: Ex tunc, eo ipso; *cap. cupientes §. cæterum*; ibi: *Ex tunc*; *de electione in 6.*

Potestas ferendi censuras est, ut supra indicavimus, ecclesiastica competens habenti jurisdictionem ecclesiasticam non solùm pro foro conscientiæ, sed etiam pro foro contentioso contra rebelles, *cap. pastoralis de officio deleg.* & competit Summo Pontifici, Concilio generali, nationali, & diœcesano, Archiepiscopo, Episcopo, & Vicario, *cap. olim de majoritate, & obedientia*, & Cardinali in suis titulis, *cap. his quæ de majoritate, & obedientia*, &, Sede vacante, etiam Capitulo, cum habeat Episcopalem jurisdictionem, & etiam Vicario capitulari. Parochus olim etiam poterat censuras ferre, *D. Th. in 4. dist. 18. qu. 2. art. 2.* hodiè verò non potest, quia caret contentiosa jurisdictione, *Bonac. & D. Antoninus*. Superiores Regularium possunt etiam censuras ferre in subditos, si non careant contentiosa jurisdictione, *cap. cum in ecclesiis de major. & obedien.* Ferens censuras debet esse baptizatus viator, *cap. nulla dist.* 4. nam censura est gladius ecclesiæ militantis. Papa verò potest delegare etiam laicum: nam prohibitio est de jure positivo, quo jure Papa non ligatur, *Coninch disp. 18. num.* 32. imo posset delegare etiam infidelem, *c. a quodam de consecr. dist. 4.* & etiam fœminam posset delegare, *cap. dilecta de major. & obedientia, Paludanus, Sotus, Alterius*, & alii cum *Dicastillo de censuris tract. 10. disp. 1. num. 126. & cap. dilecta de excessibus prælatorum*. Nemo potest esse Judex in causa propria: & sic nemo potest ferre censuras in causa propria, *cap. inter querelas 23. qu. 4.* nisi fortè cum moderamine inculpatæ tutelæ invasori violento resisteretur censuris, *Dian. part. 5. tract. 5. resol. 5 a.* Rursus Judex nequit ferre censuras in æqualem, vel superiorem suum, quia jurisdictio respicit subditum, qualis non est æqualis, vel superior: Par enim in parem non habet imperium, & multo minus habet in superiorem suum, *cap. inferior dist. 21. cap. innotuit §. quamvis de electione*.

Censura est pœna gravis, adeoque supponit culpam lethalem, *Covarr. Alterius, Navarr.* aliique. Ut censura infligi validè possit, requiruntur plura: Primò, ut infligatur pro peccato lethali; secundò, ut istud sit externum. Debet esse peccatum lethale, quia pœna gravis non sequitur culpam levem: & debet esse externum, ut inquiunt *D. Th. Paludanus*, & alii, quia ecclesia de internis non judicat, *cap. tua de simonia, cap. cogitationis de pœnit. dist. 1.* Tertiò debet esse peccatum externum consumatum, ut pœnæ restringantur, *cap. perpetuo*

petuò *de electione in 6.* Undè censura imposita contra percutientes clericum non contrahitur, si revera non percutiatur, si mors veneno non sequatur, *Huglionus, Leander, Suarez*, & alii. Insuper requiritur contumacia ad contrahendas censuras, *Trid. sess. 25. de ref. cap. 3. cap. sacro de sententia excommunicationis.* Contumax autem est, si quis legitimè monitus, & citatus, potens Judici competenti obedire, ei obedire contemnat, *l. contumacia §. pœna ff. de re jud. l. unica ff. si quis jus dicenti non obtemper. cap. 1. de dolo, & contumacia.* Contumacia duplex est, una vera, altera præsumpta. Vera est, qua certò constat, aliquem nolle obedire, & superiorem spernere. Præsumpta est, si citetur domi solitæ habitationis, aut si impediat citationem, vel si se abscondat, ne citetur personaliter, *cap. venerabilibus de sententia excom. in 6.* Secundò contumacia dividitur in formalem, & materialem. Formalis est, si quis obedire nolit, & superiorem spernat, *D. Th. 2. 2. qu. 188. n. 9.* materialis est, si non obediat superiori, non quia superior est, sed quia est ejus inimicus, vel tædio, vel ira. Datur etiam contumacia virtualis, quando quis interpretativè virtualiter superiorem spernit, *l. 53. §. 1. ff. de re jud.*

Citatio est vocare aliquem legitimè, 12 ut ad judicium veniat, eaque est duplex, una canonica, altera non canonica. Non canonica est præceptum notificatum juris, vel hominis aliquid prohibentis sub pœna censuræ incurrendæ ipso facto. Canonica est monitio, sive citatio, qua superior sollemniter coram testibus facit citare reum personaliter, ut resipiscat. In citatione debent concurrere omnia requisita, quæ jura exigunt. Ad censuram autem prærequiritur citatio, sive canonica, sive non canonica, sivè à lege, sivè ab homine: nam semper inde reus sit contumax, *Felinus in cap. sacro num. 3. de sententia excomm.* Prærequiritur citatio multiplex, vel una æquipollens triplici, *c. sacro de sententia excomm.* & debet dari tempus competens, ut citatus comparere possit, sive sit triplex citatio, sivè una pro tribus, *c. si quisquam de cohabitatione clericorum, cap. contingit de sententia excomm. cap. 9. §. statuimus de sententia excom. in 6.* & præmittenda est trina citatio, ita ut ultima sit cum peremptorio, data competenti dilatione duorum, vel trium dierum arbitrio Judicis, *Menoch. lib. 2. de arbitr. casu 545.* nisi periculum sit in mora: nam tunc coarctari potest tempus trinæ citationis juxta textum in *c. constitutionem de sententia excom. in 6.* Citatio requiritur etiam in declaratoria censuræ latæ à jure, *Guttierez 2. canoni. cap. 16. num. 2. ad 19. Chartarius deci. 61. Corziada tom. 1. decis. 27. nu. 5.* dicens nullam esse declarationem censuræ à jure latæ sine citatione. Monitio in infligendis censuris debet esse personalis, saltem prima monitio, *Rota in antiquis decis. 382. Maceratensis lib. 1. variar. resol. 81. num. 8. Gratian. forens. cap. 531. num. 76. Menochius de arbitr. cent. 6. casu. 541. num. 4. Sylvester in verb. excommunicatio 1. n. 12. Bellamera*, aliique innumeri, quibus se subscribit *Leander tom. 4. tract. disp. 1. qu. 16. 17. 18. & 19.* Censura enim est pœna gravissima, specialis, & ideo specialem gravissimam debet continere contumaciam, quæ ex citatione personali nascitur, *Baronius de citatione tom. 1. qu. 11. num. 11. Ciarlinus*, & alii contra *Baunium.* Si verò personaliter citari nequeat, puta quia impedit, vel quia se abscondit, tunc valet citari domi solitæ habitationis, *cap. 1. qui matrimonium accusare possunt*: & si careat domo, tunc monitio fit in locis consuetis, & in Ecclesia cathedrali, *clementina causam de electione, Covarr. in c. alma part. 1. §. 1. n. 3.* Similiter si persona censuranda sit incerta, sufficit citatio in locis consuetis, *Abbas in cap. dilectus de excessibus prælatorum.*

Censura actu interno non potest 13 irrogari, quia debet esse actus sensibilis Ecclesiæ militantis, *Trident. sess. 25. cap. 3. de reformatione*, & debet fieri in scriptis à judice, expressa causa, propter quam fertur, sub pœna suspensionis Judicis per mensem ab ingressu ecclesiæ, & à divinis officiis, *cap. cum medicinalis de sententia excom. in 6.* Nulla est sententia, si Judex dicat: Te censuro; quia est incerta contra consuetum judiciorum usum: si verò dicat in specie: Te excommunico, expressa aliqua causa, tunc censura tenet, & excommunicatio est major, *cap. si quem 59. de sententia excom.* Lata verò alternativè, ut si dicatur: Sit excommunicatus, vel suspensus; est nulla: nam est contra ordinem consuetum judiciorum; adeoque est nulla ex *l. prolatum, & l. post sententiam C. de sententiis, & interlocutoriis.* Sententia censuræ potest esse conditionalis, ut sit excommunicatus quisquam si intra mensem non restituat, *c. Romana §. caveant de sententia excomm.* Sententia verò lata sub conditione, purificata conditione, non retrotrahitur, sed

incipit

Digitized by Google

incipit à die purificatæ conditionis, ita ac si tunc ferretur, *cap. licet* 14. *de sententia excom. in* 6. aliàs quis esset excommunicatus ante contumaciam, pro tempore scilicet non purificatæ conditionis, *Novar. cap.* 22. *n.* 202.

14 Reus censura feriendus debet esse subditus censuranti, *cap. omnes*, *cap. solicitè de major. & obedient.* adeoque qui non est subditus, censuris ligari nequit, ut est Summus Pontifex, ut sunt Angeli: & insuper debet esse subditus baptizatus, ita ut non subditus, vel subditus nō baptizatus nequeat censurari. Hinc locustæ, & alia bruta nequeunt censurari: nam peccare nequeunt, & carent etiam capacitate: maledicuntur verò, quatenus oramus Deum, ut illa destruat, *Debrio* 3. *magicorum p.* 2. *qu.* 4. *sect.* 8. Mortuos excommunicari posse affirmant 15 *gloss. in cap. judæi ver. permittatur de judæis*, *Hugolinus*, *Riccard. Tholosanus*, *Leander*, *Bonac.* & *Covar.* qui prò, & contra discurrunt: & patet ex *cap. sanè* 6. ibi: *Post. mortem*; 24. *qu.* 2. idque etiam docuerunt *S. Cyprianus lib.* 1. *epist.* 9. & *Baronius anno Domini* 546. Nec obstat, post mortem non esse subditos: Nam satis est, si cæptum fuerit judicium, antequam morerentur, *cap. nobis* 28. *de sententia excom.* Impuberes an 16 possint censuris ligari, docet *Riccius part.* 1. *praxis resol.* 44. Communitas, aut civitas interdici valet, sed excommunicari non potest, ut patet *ex cap. Romana* 5. *de sententia excom. in* 6. Episcopus verò non potest innodare censuris 17 existentes extra diœcesim, vel in loco omnino exempto, ut docent *Palaus part.* 1. *tract.* 3. *disp.* 1. *punct.* 24. §. 5. *n.* 29. *de Marinis tom.* 1. *cap.* 112. *nu.* 4. *Bordonus*, *Marsilius*, aliique, ex *cap. cum Episcopus de offic. ordinarii in* 6.

Subditus autem valet multiplici cen- 18 sura ligari, multiplicato flagitio, *cap. cum pro causa* 27. *de sententia excom.* ubi habetur, duas contraxisse excommunicationes extrahentem ab ecclesia, & verberantem clericum, *c. ita quorundam de judæis*, *c. penult. dist.* 47. & quamvis privatio communionis non videatur posse suscipere magis, & minus; tamen, ut inquiunt *D. Th.* & *D. Bonavent.* privatio in causa recipit magis, & minus: adeoque magis cæcus est habens duplicem causam cæcitatis, & magis in causa dicitur privatus gratia ille, qui habet multiplex peccatum, quàm qui habet unum.

Multis modis quis potest liberari à 19 censuris, appellatione scilicet, & absolutione, quæ dividitur in sollemnem, & non sollemnem: sollemnis exigit solemnitates juris: non sollemnis talem sollemnitatem non exigit: & absolutio potest esse pura, & conditionalis, nec habet certam formam verborum, satisque est, si absolutio sensibiliter exterius exprimatur, *c. à nobis de sententia excom. Conine. disp.* 14. *dubio* 16. *n.* 202. Datur etiam absolutio ad cautelam, quæ non supponit pro se certam censuram, *D. Bonavent. in* 4. *dist.* 18. §. *sed intelligendum dubio* 6. *in fin.* & petens absolutionem ad cautelam non fatetur se esse excommunicatum, sed petitur ad evitandas vexationes ignorantium censuram fuisse nullam, *c. exhibita de homicidio*: & hæc datur sine sollemnitate, *Dicastil.* 20 aliique. Datur absolutio ad reincidentiam, & est, si quisquam absolvatur durante impedimento, vel ad tempus: nam, elapso tempore, reincidit in censuram, nisi pareat præceptis ecclesiæ, *clem.* 1. §. *fin. de sententia excom. in* 6. *cap. apostolicæ de exception.* eaque absolutio ad reincidentiam ab illo potest concedi, qui potest censuras ferre: In censuram verò nemo reincidit, nisi adsit novum peccatum, *cap. ad reprimendam* 8. *de of. ord. n. c. eos*, *qui* 22. *de senten. excom. in* 6. adeoque de novo non peccans neque reincidere potest in excommunicationem, *Novar. cap.* 27. *num.* 277. *Paulus de Castro in l. si unus* 28. § *si cum reo nu.* 3. *in fin ff. pactis.* Reincidens in censuram ob non comparitionem, cessante impedimento, non est evitandus, nisi de novo enuncietur, *cap. quæstioni* 21. *de appellation. Pasqualig. Layman*, *de Leone*: adeoque reincidit in censuram non cum qualitate, ut evitetur, *Aversa*, *Bordon. Arriag.* contrà *Bonac.* Datur absolutio, satisfacta parte: non debet enim quisquam absolvi, nisi satisfacta parte, *cap. parochianus* 9. *cap. ea noscitur* 13. *c. conquesti* 22. *de sententia excom.* & si quis absolvat, parte non satisfacta, validè, sed illicitè absolvit, *cap. venerabilem de sententia excom. in* 6. *Navarr. c.* 27. *n.* 33. Licita tamen est absolutio, si impossibilis sit satisfactio, vel cum 21 gravi onere, *Dicastillus tract.* 10. *de censuris num.* 141. *Sanch.* 2. *decalogi cap.* 20. *n.* 19. *Navarr. cap.* 27. *n.* 47. *Leander tom.* 4. *disp.* 17. *qu.* 92. *art.* 3. & *Guttierez* 1. *canonic. cap.* 5. *nu.* 29. idque patet *ex c. ea noscitur de sententia excom. cap. Odoardus de solutionibus*, *cap. venerabilis* §. 1. *de sententia excom. cap. ex parte* 1. *de verb. sign.* & *c. solet de sententia excom. in* 6. Ad impossibile autem nemo tenetur, *l. impossibilium* 145. *ff. de reg. jur.* & impossi-

bile censetur, quod absolutè, vel sine gravissimo onere fieri nequit, *l. continuus* 137. *ff. de verb. obligation.* Pro foro autem externo non debet quis-
22 quam absolvi, nisi, parte adversa citata, reus juridicè probet coram excommunicante, vel delegato, se non posse satisfacere, *Sotus in 4. dist. 22. qu. 2. art. 3. concl. 2. Navar. cap. 75. dubio 11. num. 36. Cajetanus in verb. absolutio c. 4. Covarr. in cap. alma part. 1. §. 11. num. 7. Henriq. lib. 13. summæ cap. 28. §. 2. litera N.* At si excommunicatus multùm distet à foro excommunicantis, vel ab ejus de-
23 legato, tunc admittitur ad probandam suam impotentiam coram ordinario, ubi habitat, & probata impotentia satisfaciendi, absolvitur, eoque nolente absolvere, recurritur ad sacram Congregationem, quę Episcopis præcipit, ut absolvant. Nemo enim ad impossibile adstringi potest, *Henriq. loc. cit. Bossius de jubilæo sect. 1. casu 21. n. 42.* Quando pars offen-
24 sa non vult remissionem facere, tunc practicatur, ut ab ipsa instanter petatur remissio, oblatis damnis, expensis, interesse, & si semel, atque iterum rogata nolit remittere, tunc illi, qui petierunt remissionem, faciunt actum publicum remissionis petitæ, & non obtentæ, & tunc in actis talis actus publicus inseritur, & judex decernit, quod, stante seriò, & pluries petita remissione, & non obtenta, absolvantur, facto depositi de expensis, interesse, & damnis: & ita practicatum Neapoli fuit pro subdiacono Antonio Citrangolo, qui clericum Andream Pintum interemerat, & pater occisi nolebat facere remissionem; nam Romæ decretum fuit, ut absolveretur, prout absolutus fuit mense Octobris anno 1681. & ita etiam practicatur in commissionibus Sedis Apostolicæ, quibus dicitur, ut absolvatur excommunicatus, obtenta remissione partis, vel si per ipsum non steterit, quin obtineatur remissio. In foro conscientiæ satis est, si pœnitens
25 re ipsa sit impotens, petatque remissionem, proponatque se satisfacturum, ubi primùm poterit, *Novar. cap. 27. n. 272. & Henriq. lib. 7. summæ cap. 13. §. 2.* qui nec requirunt cautionem juratoriam, de qua *in cap. solet de sententia excom. in 6.* quia in foro conscientiæ creditur pœnitenti. Licitè igitur valet absolvi reus offerens congruam satisfa-
26 ctionem, & petens remissionem, parte adversa nolente remittere, & satisfactionem acceptare, dummodo deponatur congrua pecunia pro satisfactione apud virum probum, vel saltem excommunicatus juret de satisfaciendo, quando poterit. Nam ad plus, tanquam ad impossibile, non tenetur: & si pecuniam deponat apud banchum publicum, apud probum virum, vel confessarium, vel transmittat literas cambii, satisfacit suo oneri, licèt creditor, vel offensus nolit acceptare justam satisfactionem: nam reali depositio libero satisfit creditori, *Alexander vol. 4. cons. 130. Sanch. 2. decalogi cap. 20. n. 18. Cajetan. Bonac. & Henriq.* quibus se subscribunt *Gabriel à S. Vinc. de censuris nu. 543. & Bossius de jubilæo sect. 1. cas. 21. §. 8. num. 58.* Imò excom-
27 municatus potest absolvi, si nequeat satisfacere, sed præstet cautionem pignore, aut fidejussione, & si careat pignore, aut fidejussione, det cautionem juratoriam, *Pignatel. tom. 2. consult. 59. num. 58.* idque patet, quia ad plus, tanquam impossibile, nemo tenetur, *l. impossibilium ff. de regul. juris*: & ita pluries rescripsit Sacra Congregatio etiam in excommunicato ob læsam immunitatem: nam debet omnia restituere in integrum, & ecclesiæ satisfacere, si possit, ut habetur apud *Pignatel. loc. cit.* & id præcipuè declaravit S. Congregatio in una Melitensi 4. Augusti *1579.* & excommunicatum ob clericum carceratum non esse absolvendum, nisi statim reficiat expensas liquidas, & pro illiquidis præstet cautionem ecclesiasticæ personæ in forma depositi, declaravit eadem Sacra Congregatio in una Thelesina 20. Februarii 1613.

Præterea poterit licitè absolvi, si
28 pars adversa fuerit absens, & interim labatur tempus jubilæi, si expectetur remissio partis, *Sanch. 10. de matrimon. disp. 13. num. 38. Allonza in florib. summ. verb. censura sect. 9. Surd. dec. 141. nu. 7. Franciſc. Marcus decis. 496. Guid. Papa decis. 50. num. 2. & decis. 189. num. 3. Bossius de jubilæo sect. 1. casu 25. §. 3. n. 47. Valerus in verb. absolutio diff. 3. nu. 2. Henriq. in summ. cap. 28. §. 2.* nam pro tali tempore satisfactio est impossibilis, adeoque satis est, si deponat pecuniam congruam, vel, si ea careat, det pignoratitiam, &, deficiente pignoratitia, det fidejussoriam, qua si careat, det juratoriam cautionem.

Verba *satisfacta parte* in bullis jubilæi non operantur conditionem, quia ibi exigitur à Summo Pontifice, quod expressè jure communi exigitur: jure autem communi est illicita, non est irrita absolutio data, parte non satisfacta: Ut enim superior poterat non ferre, ita

potest

Digitized by Google

poteſt tollere cenſuram, etiam parte non ſatisfacta, *Sanch.3.de matrim. diſp. 33. num.3. Burboſa in collectaneis tom.2. tit. 42. cap. 23. num. 3. Faber in 4. diſt. 25. quæſt. 1. diſput. 4. cap. 8. num. 256. Avila de cenſuris part. 2. cap. 7. diſp. 3. num. 3. Urtadus diſp. 4. de excomm. diſficul.5. num.22. Gabriel à S.Vinc. de cenſuris diſp.1. num. 299. Boſſius de jubilæo ſectione 1. cauſa 21. §.5. num. 59.* ubi refert declarationem S.Pii V.volentis, pro foro conſcientiæ impotentibus ſatisfacere abſolutionis beneficium eſſe concedendum, *Leander tom.4. diſp.17. quæſt. 91.* ubi pro contraria ſententia alia refert: & contrarium tuentur *Vaſq. de excom.dubio 20. Coninch. de cenſuris diſp. 14. dubio 16. num. 311. & Turrianus lib. 2. de cenſuris diſp.24. dubio fin.*

Ferens cenſuram poteſt ab illa abſol-
29 vere, *cap.ſacro 48.cap.per tuas de ſententia excom.* Summus Pontifex, & Con-
30 cilium legitimū generale poſſunt abſolvere omnes, *cap.ſi aliquando 41. de ſententia excom. cap. cuncta 9. quæſt.3.* Archiepiſcopus poteſt abſolvere per viam
31 appellationis, *cap.per tuas, cap.Romana de ſententia excom.cap.duo de offic.ord.* Vide *Trid. ſeſſ. 24. cap. 3. & Barboſam de poteſt. Epiſcopi alleg.39. num.19.*

A cenſura reſervata, præciſa neceſ-
32 ſitate urgente mortis periculi, nemo abſolvit, niſi ille, cui reſervatur, *cap. nuper de ſententia excom.* niſi abſolvat in loco, ubi non eſt reſervata, *Arriaga*
33 *tom.8. diſp.41.* Abſens autem poteſt abſolvi à cenſuris, non à peccatis, *Reginald. lib. 9. num.324.* Defunctus etiam
34 abſolvi poteſt, ſi ante mortem oſtenderit ſigna pœnitentiæ, *cap. à nobis 28. de ſententia excom.* Concilium Tridentinum
35 *ſeſſ.24.cap.6.de reform.* dat Epiſcopo facultatem abſolvendi à cenſuris reſervatis Papæ, ſi delictum ſit occultum, excepta irregularitate ex homicidio voluntario occulto, & exceptis deductis ad forum contentioſum, & reſervatis in bulla cœnæ: quæ juriſdictio, Sede vacante, competit Vicario Capitulari, *Cabrinus part. 1. elucidarii reſol. 118. Leander tom.4. tract.2. diſp. 17. ſect. 43.* Quando autem delictum dicatur occultum docent, *Henriq. Barboſa, & Gabriel à S. Vinc.* ajentes eſſe occultum, ſemper ac non eſt publicum, & non eſſe publicum, ſi non innoteſcat majori parti vi-
36 cinatus, Collegii, Urbis: ſed alii vo-
lunt eſſe occultum, ſemper ac non eſt deductum ad forum contentioſum, *Baſſæus in ver. irregularitas 11. n. 5.* quod probabile dicit *Cabrinus part. 1. elucidarii reſol. 101.* Ad forum contentioſum dicitur deductum, quando lis eſt conteſtata, *cap.ex parte de verb. ſign. cap. relatum 27. de offic.deleg. l. hoc amplius 15. ff. rem ratam haberi.* Nam ante conteſtationem non conſtat forum adeſſe, cum declinari valeat, & ſic non poteſt delictum dici eſſe deductum ad forum, de quo non adhuc conſtat per ſolam accuſationem, vel citationem, aut comparitionem. Requiritur itaque actus, qui ſupponit, forum eſſe competentem non amplius declinabilem. Talis eſt, quando lis eſt conteſtata (& in Regno datio termini ad probandum pro litis conteſtatione habetur) *Cabrinus, Diana, Barboſa, Vela, Gaillus, Facchinæus*, & alii contra *Riccium, & de Marinis* ajentes, non ſola informatione capta per Curiam, ſed citatione non circumducta dici deductum crimen ad forum contentioſum. Si lis ſit conteſtata, ſed reus non ſit convictus, ſed ſit abſolutus, tunc eſt ita, ac ſi delictum eſſet occultum, *Sanch. Villalob. Maceratenſis, de Marinis, Sayrus.* Sed ſi delictum ſit publicum in foro, & delinquens tranſeat ad locum, ubi ignoratur, ibi abſolvi valet, tanquam de delicto occulto, *Sanch. Barboſa, Durandus, Avila, Gabriel à S. Vinc.* quia Tridentinum non exigit, ut ubique ſit occultum: unde ſatis eſt eſſe occultum, ubi debet abſolvi. Epiſcopus abſolvere valet occultam enormem percuſſionem Clerici, *Gabriel à S.Vinc. Squillant. Palaus, Pellizzarius*: idemque de duello occulto aſſerunt *Sanch. Donat.Rodriq. Suarez, & Peregrinus.*

A cenſuris Papæ reſervatis in articu-
lo, vel periculo urgente mortis, qui-
37 libet Sacerdos abſolvit, *dict.cap.ea noſcitur*, prout in longa infirmitate quis
poteſt abſolvi, *dict.cap.ea noſcitur, cap.*
38 *quod 26. de ſententia excom.* Impotens etiam ad iter, ut cæcus, claudus, poteſt abſolvi, *dict.cap.ea noſcitur*, & mulieres abſolvi valent, *cap. mulieres 6. & cap. ea noſcitur de ſententia excom.* & multò magis moniales, *cap.de monialib. de ſententia excom.* excepta fractione clauſuræ. Nam debent mittere ad Papam ex bulla S.Pii V. *Gabaſtutius lib. 5. cap.14.§.4.* dicens, ſalvam remanere Epiſcopo facultatem, ſi delictum ſit occultum, ex *Trid.ſeſſ.24.c.6.de reform.* Senes etiam ſexagenarii, & impuberes abſol-
39 vi valent, *cap.1. cap.quod 26. cap.pueris 60. cap. quamvis 58. de ſententia excom.* quemadmodum etiam pauperes, *cap.quod 26. cap.quamvis 58. de ſententia excom.* Servi quoque, & filii familias, ſi ne-

Digitized by Google

queant Romam petere sine præjudicio domini, vel patris familias, absolvi pos-
40 sunt, *dict.cap.relatum*, *cap.mulieres*, & *cap.quamvis*; & tandem quodlibet impedimentum grave arbitrio prudentis viri sat est, ut quis absolvi valeat, *cap.*
41 *de cætero*, ibi: *Alias justas excusationes*; *cap. nuper* ibi: *Ex aliqua justa causa*; *de sententia excom.*

Olim excommunicatio erat omnis ex-
42 clusio à communione, dicebaturque excommunicatus etiam peccator, *cap.certum 9.* ibi: *Separatus est à Deo*; *24.quæst. 3. Gerson. de excom. consideratione 3. D. Aug. lib. 12. geneseos ad litteram cap. 40.* Hic sumitur pro pœna ecclesiastica privativa commercii sacri, & profani. Sub nomine sacri venit, quidquid sacrum est, vel ei annexum, & sub nomine profani veniunt civilia, juridica, politica, & cætera communia. Excommunicatio est pœna medicinalis, *1. ad Corint. 5. cap.1. de sententia excom.* Est pœna omnium maxima medicinalis, *cap.1.de sententia excom. in 6.* non autem eradicat ab Ecclesia, in quantum non est perpetua, nec perpetuò inhabilitat ad functiones ecclesiasticas, in quo degradatio realis est major pœna exterminans, *Magister in 4. dist.18.* Per excommunicationem dicitur quis tradi Satanæ, *1. ad Corint. 5.* in quantum separatur à communione Ecclesiæ, *cap.omnis 21.quæst.3. Morang. in summa theologica tom.2. part.1. tit. de censuris §. excommunicare*, vel traditur Satanæ, quia non protegitur ab Ecclesia, *Magister in 4. dist.18. §. & est alius*
43 *modus*. Anathema exprimit quandam sollemnitatem majorem: fit enim nigris candelis accensis, campanis pulsatis, mæstis Sacerdotibus, *cap.cum non ab homine de judiciis*, *Dicastill. tract. de censuris disp. 2. dubio 2. num. 19. Covar.* aliique.

Alia est à jure, alia ab homine, alia
44 lata, alia ferenda, alia particularis, alia generalis, alia pura, alia sub conditione excommunicatio, ut ex dictis constat: & alia minor est, alia major, *cap. nuper de senten. excom. Petra*, & alii. Major privat plenè commercio, & participatione reali, morali, misticè, politicè, juridicè, itaut ea irretitus non possit dare, nec recipere sacramenta, beneficia, suffragia &c. *cap. à nobis de exceptione.* Minor privat tantùm passiva receptione sacramentorum, passiva electione, hoc est nequit eligi ad beneficium, & dignitatem, *cap.si quem 59. de sententia excom.* Nomine verò excommunicationis venit major, non minor ex speciali dis-

positione juris, *cap.si quem 59. de sententia excom.* Hinc excommunicatus minori excommunicatione potest ministrare aliis, non potest recipere sacramenta, *cap.si celebret de clerico excommunicato ministrante*, *cap.si quem de sententia excom.* & celebrans excommunicatus minori excommunicatione non fit irregularis, *cap.si celebrat 10. de clerico excommunicato ministrante.*

Episcopus, recepta denunciatione con-
45 tra debitorem laicum, si is compareat, & instet, ut desistatur à monitoriis, nequit per censuras cogi à Judice Ecclesiastico ad restituendum, sed debet remitti ad judicem competentem, coram quo debet sua jura proferre in actis: si verò non compareat, tùnc indirectè eum cogi ad restituendum, denegata absolutione à censura, nisi restituat, inquit *Gutierez 2. canonicarum c.11. n.84.*

Effectus excommunicationis *majoris* est, ut insordescens per annum in excommunicatione sit suspectus de hæresi,
46 *Trid. sess.25. cap.3. de reform.* Secundus effectus est, ut illicitè mortaliter ministret sacramenta, *cap.si apostolicæ*, *cap.si celebret de clerico excommunicato ministrante*, nisi sit imminens, & grave damnum in vita, fama, vel urgeat divinum præceptum ministrandi sacramenta extremè indigenti ex charitate, *Trid. sess.14. cap.5.* Excommunicatus illicitè ministrans fit irregularis, si ministrans exerceat actum ordinis, *cap. is, qui de sententia excommunicationis*: & si quis ministret excommunicato à Papa, contrahit ipse excommunicationem reservatam Papæ, *cap.significavit 18. de sententia excom.* Tertius est, ut nequeat recipere licitè sacramenta: nam est segregatus à communione fidelium, *cap.si quem de sententia excom.* & non potest absolvi à peccatis, nisi prius sit absolutus ab excommunicatione, *Murga tom. 2. disp.1.* Quartus effectus est, ut nequeat communicare cum Ecclesia, nec in rebus ecclesiasticis, nec participare de fructibus illorum, *cap. responso de sententia excom.* & nequit facere functiones publicas nomine Ecclesiæ, licèt nomine privato possit ingredi Ecclesiam, & orare privatim: nam hoc non est communicare cum aliis, *Innocent. in cap.nuper num.3. de sententia excom.* Qui autem celebrat coram excommunicato vitando scienter, peccat mortaliter, & contrahit minorem excommunicationem, non verò fit irregularis, *cap. is, qui 18.de sententia excom. in 6.* & excommunicatus audiens missam peccat mortaliter, & si

mo-

Digitized by Google

monitus nolit egredi, est excommunicatus excommunicatione reservata Papæ, *clem. gravis de sententia excommunicationis*. Quintus est, ut careat etiam ecclesiastica sepultura, quando est ex-
47 communicatus vitandus, *cap. sacris de sententia excom. cap. sacris de sepulturis, cap. consuluisti de consecratione Ecclesiæ, vel altaris*: & polluitur Ecclesia sepultura excommunicati vitandi, *cap. consuluisti 7. de consecratione ecclesiæ, vel altaris*, estque exhumandus, si discerni possit, & procul ab ecclesia projiciendus, *cap. sacris 12. de sepulturis*. Si verò ante mortem ostenderit signa pœnitentiæ, non exhumatur, *cap. si nobis 28. de sententia excom.* sed debet absolvi, *dict. cap. à nobis, & cap. sacris de sententia excom.* Unicus verò testis requiritur ad probandum, excommunicatum dedisse signa pœnitentiæ: nam nemini præjudicat, *Nellus, Mascard. Barbosa, Gabriel.* Si autem excommunicatus sit toleratus, tunc potest sepeliri in ecclesia: Nam potest cum illo vivo communicari, & etiam mortuo, *cap. à nobis 28. de sententia excom.* Pœna sepelientis excommunicatum propriis manibus scienter est excommunicatio major, à qua non absolvitur, nisi satisfacta parte arbitrio Episcopi. Sextò privatur suffragiis ecclesiæ. In ecclesia etenim sunt aliqua bona communia, aliqua particularia, communia, quæ nomine ecclesiæ applicantur vivis, & defunctis; particularia, quæ nomine particularis operantis applicantur vivis, & defunctis ex intentione illius, non ex intentione ecclesiæ. Excommunicatus privatur suffragiis factis nomine ecclesiæ: Nam non participat cum ecclesia, *cap. à nobis de sententia excom.* Non verò privatur suffragiis factis à particulari nomine particularis, *D. Th.* Hinc excommunicato mortuo non licet applicare sacrificia nomine ecclesiæ, *cap. à nobis 28. cap. sacris 38. de sententia excom.* licèt signa pœnitentiæ ostenderit, *dict. cap. à nobis*, nisi antea absolvatur, *dict. cap. sacris.* Sacerdos verò volens celebrare repræsentans personam ecclesiæ
48 non posset applicare sacrificium pro excommunicatis: sed repræsentans personam Christi Domini posset, quia non prohibetur, *Suarez*: & idem dicendum est, si velit repræsentare personam privatam, quia tunc non applicat bona communia, sed bona propria, adeoque in memento adhuc potest orare privatim pro excommunicatis vitandis: & licet etiam excommunicatis pauperibus facere eleemosynam, *cap. quoniam in fine 11. quæst. 3. D. Thom. 4. dist. 18. quæst. 3.* Si Sacerdos accipiat stipendium ab excommunicato pro missa dicenda, potest ei applicare sacrificium, non autem ecclesiæ nomine, sed nomine proprio, & Christi Domini: Christus enim Dominus cum excommunicato contrito communicat. Si verò non sit contritus, tunc sacrificium ei non prodest, ut satisfactorium, sed ut propitiatorium: impetrat enim media, ut convertatur. Ecclesiasticus, qui scienter admittit ad divina officia excommunicatum à Papa, eandem contrahit excommunicationem reservatam Papæ, *cap. significavit 18. de sententia excom.* Non ita est, si coactè admittat, vel metu, vel alium excommunicatum, non à Papa per sententiam judicialem: Nam jura loquuntur de excommunicato per sententiam à Papa.

Excommunicatus toleratus evitandus
49 non est, Concilium Constantiense in *can.* quod incipit *ad evitanda*, ubi non toleratus dicitur evitandus: & evitandus est excommunicatus per cedulones nominatim, vel publicus percussor clerici, ita ut nulla tergiversatione celari possit, *dict. extravag. ad evitanda, Ferrentinus de scandalo disp. 1. qu. 48. num. 28. Navar. cap. 27. num. 34.* A tolerato licet petere sacra, & profana: à non tolerato nec sacra, nec profana, quia ecclesia cum tolerato, non verò cum non tolerato communicat: & recipiens sacramenta validè ab excommunicato vitando etiam peccat mortaliter, sicuti etiam peccat mortaliter dans sacramenta evitandis, & contrahit minorem excommunicationem, *cap. nuper de sententia excommunic. cap. statuimus de sent. excom. in 6.* & si quis excommu-
50 nicatus sit à Papa, clericus scienter ei communicans in divinis contrahit majorem excommunicationem Papæ reservatam, *cap. significavit de sententia excom.* Excommunicatus non potest interesse rebus sacris factis nomine ecclesiæ, *cap. nuper de sententia excom.* adeoque interesse nequit horis canonicis, sacrificiis, processionibus, litaniis publicis, &c. nomine ecclesiæ factis, *cap. alma de sententia excom. in 6.* nec illa fieri possunt, præsente excommunicato evitando, ut suprà etiam indicavimus: & si ille communicet, vel velit communicare cum aliis, est desistendum à divinis, & est ejiciendus ab ecclesia: si verò canon missæ sit inchoatus, tunc missa prosequenda est usque ad consumptionem, & deinde illicò recedendum,

cle-

clementina gravis de sententia excom.

51 Excommunicatus tenetur recitare divinum officium, si sit in sacris, vel beneficiatus, non verò potest dicere: Dominus vobiscum; quia nequit cum ecclesia communicare, *Archidiaconus in cap. presbyterum dist.* 116. dicens tamen: Dominus vobiscum; non peccat mortaliter, nec est irregularis ob parvitatem materiæ, *Layman lib.* 1. *tract.* 5. *punct.* 2. *cap.* 2. *num.* 7. *Coninch.* & alii contra *Majolum* ajentem esse irregularem. Excommunicatus vitandus potest interesse concioni, etiamsi sit interdictus: nam ita ad correctionem excitatur, *cap. responso* 43. *de sententia excom.*

Excommunicatus in ordine ad beneficia non privatur beneficiis ante obten-

52 tis, sed post excommunicationem non potest beneficium obtinere nec licitè, nec validè, etiamsi sit excommunicatus toleratus: nam *extravagans ad evitanda* non est favore excommunicati, *Suarez disp.* 13. *quæst.* 1. *num.* 21. *Vasq.* & alii; etiamsi sit oblitus excommunicatione, quia oblivio non tollit excommunicationem, *cap. pastoralis* 7. *de clerico excommunicato ministrante*. Excommunicatus licèt non amittat beneficia obtenta ante excommunicationem; non potest tamen illorum fructus percipere, *cap. pastoralis* §. *verum de appell.* An autem teneatur restituere fructus ante sententiam, docent *Busembau* 7. *medullæ cap.* 4. & *Diana part.* 4. *tract.* 9. *resol.* 54. Excommunicatus si ante excommunicationem habebat auctoritatem conferendi beneficia, si sit evitandus, nulliter confert, quia est suspensa ejus jurisdictio: sed si non sit evitandus, validè confert, quia non est suspensa ejus jurisdictio favore aliorum, *extravag. ad evitand. cap. quia diversitatem de concessione prebend. cap. Romana de officio Vicarii in* 6. Si actor est evitandus, à judice repelli debet ex officio, *cap. exceptionem* 12. *de exceptione, cap. decernimus* 8. *de sententia excom. in* 6. Si verò sit toleratus, tunc judex non tenetur illum repellere ex officio, sed, si velit, potest illum repellere, *extravag. ad evitanda*. Actor excommunicatus non potest agere per procuratorem, *cap. f. de procuratoribus*, *Baun. de excommunicatione disput.* 7. *quæst* 21. *assert.* 2. & ideò, ad hoc ut actor audiatur per se, vel suum procuratorem, ante omnia est absolvendus, *cap. intelleximus* 7. ubi *Abbas num.* 2. *de jud.* Si

53 verò excommunicatus sit reus necessarius, qui cogitur esse in judicio, aliàs gravaretur, non autem ipse sibi viam aperiat ad contradicendum, puta ultronèe excipiendo, secundùm *c. intelleximus de jud.* non repellitur: sed reus voluntarius repellitur, *d. cap. intelleximus* 7. *de judiciis*, *cap. si verò* 34. *de sententia excom.* Si autem non teneretur comparere, nec esset contumax non comparendo, & non comparens nequiret cogi ad solvendum debitum, voluntarius jure merito diceretur, *Tiraquel. de nobilitate cap.* 24. *num.* 8. Reus necessarius se gerit, ut non excommunicatus, & in judicio potest facere omnia, quæ non excommunicatus faceret petendo restitutionem in integrum, *Sanfelic. dec.* 55. *n.* 22. *Villalobos tract.* 17. *cap.* 14. *num.* 1. *Guazzinus defensa* 6. *cap.* 42. *num* 21. ex *cap. intelleximus* 7. *de judiciis*, *cap. dilecte* 10. *de except.* & *c. significavit de except.* Non tamen valet reconvenire actorem, *cap. cum inter* 5. *de excep.* nam reconventio est actio. Ex dictis fit, actuarios, notarios, procuratores, testes, advocatos, tutores, curatores pro excommunicatis evitandis non posse validè actum exercere, non verò, si sint tolerati. Testator verò evitandus validè condit testamentum, licèt non licitè, *l. si quæramus ff. de testam. Abbas in cap. ad probandum* 22. *num.* 9. *de re jud. Covarr. in rubrica de testam. part.* 2. *num.* 108.

Communicare in crimine criminoso

54 est idem ac communicare in crimine damnato cooperando crimini opera, consilio, favore, *cap. nuper* 29. *de sententia excom.* Est peccatum mortale communicare in crimine criminoso, & ita communicans est excommunicatus eadem censura, ac ille, cum quo communicat, *cap. si concubinæ* 55. *cap. nuper de sententia excom.* Hinc, excommunicata concubina, si post excommunicationem concubinarius adhuc cum ea communicet, contrahit eandem censuram, *dict. cap. si concubinæ*: Requiritur tamen, ut communicans communicet in eodem crimine damnato, & sciat adesse excommunicationem, & ut communicet post excommunicationem fulminatam, ut *in cap. si concubinæ*, & *dict. cap. nuper*: & à tali excommunicatione absolvit ille, qui absolvit ab excommunicatione principali; *dicto cap. nuper.*

Excommunicatis vitandis interdici-

55 tur commercium politicum sub pœna minoris excommunicationis latæ à jure, *cap. cum desideres* 15. *de senten. excom. cap. statuimus de sententia excommunicationis in* 6. & quæ prohibentur, continentur sequenti carmine:

Digitized by Google

Os, orare, vale, communio, mensa negantur.

Per os prohibetur quivis actus amicitiæ verbis factus, *Sà verb. excommunicatio*, *Angelus verb. excommunicatio n.4. Suarez. de censuris disp.15. sect. 1. num.3.* Per verbum *orare* prohibetur communicatio in sacris, *c. cum excommunicato 11. quæst. 3.* Vale comprehendit salutationem honorificam verbis factam, *cap. excommunicatos* ibi: *Nec ave eis dicat*: non tamen prohibitum est dicere excommunicato: Deus te convertat: Deus sit tecum, & illuminet; *cap. cum excom. 11. quæst. 3.* nec prohibetur sub pœna excommunicationis loquutio inculcatoria: nam non est honorifica, *Dicastil. tract. 10. de censuris disp. 1. num. 457.* Licere autem resalutare excommunicatum, eique rescribere, affirmant *D. Th. Henriq. Sylvester, Filiuc. Sà, Suarez, Reginald. Coninch.* contra *Leandrum*, & alios. Communio exprimit, ut excludatur ab Eucharistia, & à commercio: Lector verò coram excommunicato potest prosequi suam lectionem, & respondere excommunicato interroganti, *Suarez, Alterius*, & *Paulus* contra *Bonacinam*, & alios. Mensa prohibetur: nam cum excommunicato vitando non licet comedere, nec cohabitare, *cap. sicut 11. qu. 3. cap. excommunic. cap. mensam 11. qu. 3.*

Excommunicatus denunciatus in uno
36 loco non est evitandus in loco, ubi non est denunciatus, *Vasq. Henriq. Bordon. Leander* contra *Bonac.* ajentem ubique vitandum, & contra *Sylvestrum* ajentem esse vitandum in occulto. Prima verò opinio innititur in *cap. pervenit 13. quæst. 3.* & *cap. pone 20. quæst. 3.* denunciatio namque non requiritur, ut sciatur excommunicatus, sed ut evitetur, *extravag. ad evitanda*, & ubi non est denunciatio, ibi non est evitandus, *cap. cave 21. quæst. 3.*

Causæ excusantes communicantem cum excommunicato exprimuntur in
37 *cap. responso 43.* & *cap. 54. de sententia excom.* & colliguntur sequenti carmine:

Utile, lex, humile, resignata, necesse.

Utile comprehendit utilitatem spiritualem, & temporalem: Nam ne privetur tali utilitate, potest quis cum excommunicato communicare, *cap. quoniam 12. quæst. 3.* unde licet colloqui cum excommunicato ad ipsum corrigendum, licèt intermisceantur alia verba, *cap. cum voluntate 54. de sententia excom.* adeoque potest Confessarius audire excommunicatum vitandum petentem consilium, etiamsi sciat non esse absolvendum, ut hac occasione saltem illum moneat ad resipiscendum, *cap. 5. de pœnit. & remiss.* adeoque ob utilitatem excommunicati temporalem, vel spiritualem, licet cum excommunicato communicare, licet ei exigere debitum, licet ei petere eleemosynam, *cap. quoniam 11. quæst. 3.* licet etiam petere consilium, auxilium, favorem, & licet uti opera excommunicati advocati, alio deficiente, *cap. cum voluntate, cap. responso de sententia excom.* licet etiam prosequi contractum societatis antea initum cum excommunicato etiam vitando, *cap. si verò 3. de sententia excom.* & prædicator licitè petit eleemosynam ab excommunicato, si non possit alio modo se substentare, *cap. cum voluntate 54. §. prædicatores de sententia excom.* Lex autem in carmine usurpatur pro lege conjugali, ratione cujus vir excommunicatus potest communicare cum uxore non excommunicata, & è converso, ita ac si non essent excommunicati, quia sic indistinctè præcipitur *in cap. quoniam multos 13. quæst. 3. D. Th. 3. part. quæst. 23. art. 1.* & lex comprehendit etiam illos, qui subduntur alteri: nam valent cum illo communicare: adeoque filius familias, & emancipatus, & etiam naturalis, vel legitimus tantùm potest communicare cum patre excommunicato: nam indistinctè filius eximitur à vinculo anathematis *in cap. quoniam 11. quæst. 3.* Privignus, aut privigna potest communicare cum noverca, & vitrico excommunicatis evitandis: nam honor debitus patri, debetur ejus uxori: & *Urtadus* cum *Sayro* idem asserit de socero, & socru, quia se habent ut filii, contra *Suarez*, & *Villalobos*. Pupillus cum tutore excommunicato communicat, quia tutor est loco patris, *Diana part. 5. tract. 9. resol. 119.* & è converso superiores valent communicare cum subditis excommunicatis, quia in correlativis est eadem juris dispositio, *Navar. cap. 27. num. 25.* Famuli possunt communicare cum domino excommunicato vitando, *cap. quoniam 11. quæst. 3.* Vassallus verò non potest communicare cum Barone excommunicato vitando, nisi in debitis tributorum, *Palaus, Bonac.* & alii, nec clericus cum Episcopo excommunicato, nisi sit ejus familiæ. Religiosi se habent ad instar filiorum, & servorum adeoque dicendum de ipsis, quod de servis, & filiis diximus, *Sotus*, & *Vasquez*.

Ex-

Digitized by Google

Excommunicatum vitandum, ut dixi-
58 mus, Judex ex suo officio expellere debet, ne ipse censuris illaqueetur propter contemptum censurarum, & communicationem cum excommunicato ipso, quem neque in judicio, nec extra, potest audire, *cap. excommunicamus §. credentes de hæret. cap. cum inter de except. cap. 1.* eodem *tit. in 6. cap. 1. de rescript. in 6. in fin. Rot. decis. 7. num. 2. de except. in novis. Peregrin. de jure fisci rubric. de excommunic. tit. 21. num. 16. Soccin. in cap. sacris num. 291. de sentent. excom.* & excommunicatus ipse in judicio esse non potest, *cap. intelleximus de judic.* sed omnino vitandus ex constitutione Martini V. *ad evitanda scandala*: & juxta sententiam *Navar. in cons. 28.* aliàs *44. nu. 2. & 6. tit. de sentent. excommunic.* text. *in c. 1. de rescrip. in 6.* locū sibi vindicare
59 aliqui putant etiam in rescriptis Principis sæcularis, ea ratione, quia dispositio dicti *cap. 1.* non est novi juris inductiva, sed veteris declarativa, *Soccin. in cap. sacris num. 163. de sentent. excommun.* & quia antea sic erat dispositum in *cap. final. de except.* & sic abolitio, sive indultum impetratum, sive impetrandum ab excommunicato inquiunt esse nullum, non quidem ex Principis defectu, sed ex incapacitate ipsius excommunicati impetrantis, quia cum sit extra gremium ecclesiæ, non est habilis ad recipiendum beneficium Principis, *cap. postulastis de cler. excomm. ministr.* Unde abolitionē, sive indultum impetratum, reddi existimant ipso jure nullum ex præsumpta Principis concedentis voluntate, qui non præsumitur, nec creditur voluisse favere excommunicato, & existenti extra gremium ecclesiæ, arg. text. in *l. 1.* cum *auth. seq. de hæret. Crot. in d. c. 1. n. 31. vers. 2. facit de rescript. in 6.*

Licèt Summus Pontifex præcepto de
60 vitando excommunicato non sit obnoxius; attamen consuevit excommunicatorum colloquia abhorrere, & si quandoque vult ex causa audientiam dare procuratoribus excommunicatorum, eos ante absolvit ad cautelam ad effectum audientiæ tantùm, & deinde præbet aures, *Felin. in cap. nulli in fin. de sent. excommunic. Cardin. in clementina si summus de sent. excom.*

Verum esse aliqui dicunt, quòd concessio feudi novi facta excōmunicato sit nulla non ex defectu concedentis, sed ex incapacitate personæ, & quòd ideo investitura de feudis ipso excommunicato non est concedenda, *Affli. & in cap. 1. nu. 27. tit. quo tempore miles, Rosenthal. de feud. recognit. qu. 99. num. 23. Jo: Blanch. in summa feud. tit. 5. num. 12. lib. 1.* & eo magis, si in excommunicatione permanserit per annum, & diem, & illam contemnens moretur, *Peregrin. de jure fisc. rubr. de excommunic. tit. 11. nu. 21. vers. & hac ratione vassal.* & tanquam dubium in fide feudis eum esse privatum ipso jure ratione infamiæ, & dedecoris, & ex pertinacia, & insordescentia, atque contemptu excommunicationis feudis esse indignum, communiter DD. notant in allegatis locis: & ex lege S. C. Trident. ut respondeat, quid sentit de fide, est citandus, *cap. quamvis in fine de reformatione sess. 25. cap. 1. de sent. & re judicat. in 6.* nec judicibus communicare licet cum excommunicato, nec cum ejus procuratoribus: text. in *clemunic.* ubi DD. *cap. cum excommunicato, & cap. sicut apostoli, & cap. quoniam multos 11. qu. 3* text. in *cap. cum desideres, & cap. significavit, cap. inter alia, & cap. sacris de sent. excommunicat.* quod procedit in quocumque homine, cujuscumque dignitatis existat, ut dicunt text. in *cap. cum desideres in verb. nemo*, & ibi *Abb. num. 2. & Felin. in cap. 1. de sent. excommunicat.*

Adeo procedit obligatio vitandi excommunicatos, quòd afficit non solùm non excommunicatos, sed etiam ipsos excommunicatos inter se, quia non potest excommunicatus communicare cum alio excommunicato, *Abb. in cap. nulli num. 3. de sent. excommunic.* ubi de communi testatur: & excommunicatus prohibetur cum aliis communicare, *cap. fin. de excessibus prælatorum, cap. illud de cleric. excomm. ministrant.* & non solùm inferiores, sed etiam superiores, quantæcunque dignitatis existant, ac etiam ipse Episcopus excommunicator eum debent vitare, text. in *d. cap. cum desideres de sent. excomm.* ubi *Abb. nu. 2. Anchar. n. 6. Suarez de cens. tom. 5. disput. 15. sect. 7. nu. 4.*

Nec excommunicatus auditur in propria persona, etiamsi appellet ab injusta excommunicatione prosequendo appellationem, nisi prius absolvatur, *cap. tuas, & cap. solet de sentent. excom. in 6.*

Imò, etiamsi Princeps motu proprio excommunicato concederet indultum, abolitionis, hoc etiam esse nullum ipso jure inquiunt *Butric. in d. c. 1. de rescript. num. 17. & Crot. num. 31. & Put. decis. 128. lib. 3.* & id aliqui ampliant, etiamsi commodum, & utilitatem publicam illud concerneret. Ita *Butric. in d. cap. 1. de rescript. num. 3. Bald in cap. intelleximus*

Digitized by Google

leximus ſub num. 9. de judic. ibique *Bertric. num. 6. verſ. quandoque vult ſtare, & Abb. nu. 2. verſ. aliud.* Legatum Principis nec non poſſe, etiam faciendo mentionem excommunicationis, habilitare excommunicatum ad impetrandum indultum, neque hoc facere poſſe motu proprio, & neutro caſu poſſe facere contra jus, probat *Geminianus in d. cap. 1. de reſcript. num. 14.*

Sed regulariter vaſſalli feudatarii, li-
61 cèt excommunicati, tenentur Dominum ſuum in bello juſto adjuvare, *Afflict. dec. 265. nu. 50.* & ratio eſt, quia tempore ſummæ neceſſitatis belli ſævientis non ſolùm Princeps, ſed etiam Judex ordinarius poteſt compellere dictos vaſſallos feudatarios ad ſubveniendum Principi, imo omnes cives ad mutuandum pecunias pro alendis exercitibus, & præſidiorum militibus, & pro reliquis ad bellum neceſſariis, *Vaſq. illuſtr. controv. lib. 1. cap. 6. num. 4. ver. quamvis feudatarius.*

Clericus excommunicatus, & ſuſpenſus adhuc gaudet privilegio clericali,
62 *Reg. de Marin. ad Revert. dec. 101. tom. 1. num. 2.* Publicatio monitorii, ſive lite-
63 rarum monitorialium, non poteſt impediri contra retinentes ſcripturas, & documenta prætextu litis pendentiæ, *Ludovic. Bellus conſ. 80. num. 2. & ſeq. & num. 6.* Publicatio monitorii, quamvis poſſit impediri, quando ſunt teſtificata in
64 cauſa, de qua agitur; ſecus tamen eſt, ſi lis ſit cum perſona privilegiata, quæ habet reſtitutionem, ſive beneficia, *Ludovic. Bellus conſ. 80. num. 4. & ſeq.* Prælatus ſi de aliquo crimine accuſetur, non eſt ſtatim ſuſpendendus, ut diximus ſupra *tit. de Epiſcopo.* Excommunicatus
65 per ſententiam canonis, ſed nondum declaratus, poteſt in judicio eſſe, & omnia agere, quæ cæteri cives, *Reg. Sanfel. dec. 55. num. 21.* Cauſæ, ex quibus ſententia excommunicationis à Papa lata nulla declaranda eſt, latè enumerantur per *Franciſcum Curtium ſen. conſ. 20. & 21.* Excommunicationis ſententia con-
66 tinet in ſe exequutionem: unde per appellationem non ſuſpenditur, niſi ante ſententiam ſit appellatum. Excommunicatus poteſt facere omnia, quæ tendunt ad perſonæ, & bonorum defenſionem, & omnes exceptiones in judicio opponere poteſt, ſive excommunicatio
67 ſit odioſa, ſive favorabilis: unde etiam poteſt gratiam de delicto ab ipſo commiſſo obtinere, *Reg. Sanfel. dec. 55. num. 22. & ſeq.* Debitor notoriè pau-
68 per non eſt perjurus, ſi non ſolvit, quod cum juramento promiſit ſolvere, neque ea ratione eſt excommunicandus, *Urſill. ad Afflict. dec. 377. num. 4.* Excommunicatus injuſtè poteſt agere, ut ante
69 omnia ad priſtinam communionem reſtituatur, *Afflict. dec. 395. num. 5.* Cle-
70 ricus agens ad pœnam furti criminalem contra aliquem irregularitatem incurrit, *Urſill. ad Afflict. dec. 390. num. 4.*

De cenſuris tractant per integros tractatus *Dicaſtillus, Blundus, Ugolinus, Gibalinus, Alphonſus de Leone, & Alterius*, & de eadem materia pertractant *Itemferſus de ſacramentis pagin. 511. Summa Lezanæ tom. 3. pag. 265. Filiucius tom. 1. pag. 399. Vega in ſumma tom. 1. col. 440. de Lugo in reſpon. moral. pag. 81. Barboſa in tract. var. pag. 172. Barboſa in repert. jur. pag. 48. Pellizzarius tom. 2. pag. 214. Bordonus tom. 3. par. 2. reſol. 78. Labbat. in theol. tom. 7. pag. 312. Summa Ledeſmæ pag. 551. Summa Rodriquez par. 3. pag. 166. Novarius in lucerna regul. pag. 33. Nicolius in floſc. pag. 119. Villalobos tom. 1. pag. 390. Conin. de ſacram. pag. 453. Andreas à Matre Dei tom. 2. theol. pag. 297. Baunyus tom. 2. theol. moral. pag. 1. Suarez in 3. par. D. Thom. tom. 5. pag. 1. Verde de prohib. opin. pag. 193. Faber in ſumma pag. 698. Leander tom. 4. pag. 1. Creſpetius in ſumma pag. 102. Buſembau pag. 463. Gavantes in manual Epiſcoporum pag. 62. Vulpius in reſol. moral. pag. 36. Calderinus* apud *Soccinum de regul. Alloza in flor. ſum. pag. 74. Gabriel à S. Vincentio, Candidus tom. 1. pag. 253. Bonacina tom. 1. pag. 387. Layman tom. 1. pag. 115. Sà in aphoris. confeſſ. pag. 50. Rubeus in aphoris Epiſcoporum pag. 97. Barſæus in flor. theol. tom. 1. pag. 113. Caſpenſis tom. 2. theol. pag. 624. Acta Eccleſiæ Mediol. pag. 335. Alvarez in ſpecul. Princip. pag. 141. Abelly in med. theol. tom. 2. pag. 481. Caſtropalaus part. 6. pag. 1. Summa Naldi pag. 118. Lorichius in theſ. theol. tom. 1. pag. 506. Diana ordinatus tom. 5. pag. 123. Bayus in theat. theol. pag. 410. Moya in quæſt. ſelect. pag. 442. Sanning. tom. 3. theol. moral. pag. 294. Vidal. in arca vitali pag. 77.* De abſolutione à cenſuris in articulo mortis *Paſqualigus de art. mortis quæſt. 181. & ſeq.*

CAPUT XLII.

De irregularitate.

SUMMARIUM.

Irregularitatis nomen in veteribus canonibus minimè fuit usurpatum 1.

Irregulares qui dicantur, quidque irregularitatis nomine Pontifices indicare voluerint 2. & 3.

Irregularitas est canonicum impedimentum canonico jure præstitutum 4. & *quotuplex sit* 5.

Quæ ex delicto, quæque ex defectu suboriatur 6. & *seq.*

Quando in irregularitatem incidat homicida 7. & *seq. quidque dicendum, si vel de homicida, vel de homicidio hæsitare contingat* 8.

Quando sit irregularis, qui vel abortum procurat, vel sterilitatis poculum præbet 9.

Qui membrum alicui mutilat, vel mutilanti opem, auxiliumve præstat, an fiat irregularis 10. & 11.

Qui homicidium, mutilationemve mandat, aut consulit, quare subeat irregularitatem 12. & 13.

Medici, & chirurgi medendo, curandove, irregularitatem quandoque contrahunt 14.

Sacro iterum baptismate sollenniter initiati, initiantesve, aliique censuris innodati ordinis actum exercentes irregularitatem incurrunt 15. & 16.

Dementes, furiosi, aut comitiali morbo laborantes, energumeni, maleficiati, indocti, neophyti, infames, an omnes æquè irregularitate inurantur 17. 18. 19. 20. 21. & 22. *& plerique morbi, pluresque corporis defectus enumerantur, ex quibus oritur irregularitas* 23.

Spurii, aliique illegitimo ex coitu nati sunt irregulares 24.

Agami, monogami, poligami, & bigami qui sint, quique ex his irregulares habeantur 25.

Qui sit lenitatis defectus, ex quo irregularitas provenit 26. & *seq.*

Qui mortis, mutilationisve pœnam vel inferunt, vel accelerant, aut inferenti, accelerantive opem præbent, auxilium, vel consilium, judices, assessores, consultores, accusatores, denuntiatores, testes, procuratores, advocati, carnifices, aliique curiæ inservientes, confessarii, clamantesque adversùs facinorosos quando in irregularitatem incidant 27. *usque ad* 35. *ubi varia in medium adferuntur exempla, & de protestatione agitur, quæ accusatoribus, denuntiantibus, testibus, aliisque prodest, ne fiant irregulares.*

Milites prælio decertantes quando irregularitatem incurrant 36.

Quibus in casibus Episcopi valeant irregularitatem dispensare 37. & 39. *ubi de defectu, crimineve occulto peragitur.*

Qui ordinem malè susceptum sivè scienter, sivè ignoranter exercet, quando in irregularitatem incidat 38.

Irregulares nec ordinibus inaugurari, nec beneficium, nec dignitatem aliquam adsequi possunt 40. & *an beneficio sibi collato absque sententia priventur* 41.

Auctores, qui de irregularitate pertractarunt, memorantur 42.

IRregularitatis nomen in veteribus canonibus minimè usurpatum novimus,
1 sed recentiori ævo receptum ad significandos eos, qui nec ordinibus initiari, nec ordines exercere valent. Fuit quan-
2 doque ab Apostolis, sanctisque Patribus regula constituta de illis, qui ad sacra ministeria erant admittendi, ut conjectari potest ex *cap. unum* §. *nunc autem* 25. *dist. cap.* 2. *dist.* 48. & *cap. si qui sunt* 4. *dist.* 8. qui autem ea regula non erant comprehensi, utpote extra regulam, irregulares nuncupati, eoque nomine frequenter
3 usi Pontifices ad indicandum eos, queis obest impedimentum, quominus ordinibus inaugurari valeant. Regularis porrò dicitur, qui juxta regulam vivit, *c. quod Dei* 5. & *c.* 7. *de stat. monach. Concilium Maguntinum can.* 13. & 21. *Arelatense sextum can.* 6. & *Vernense can.* 11. *Carnotensis epist.* 202. & primis ecclesiæ temporibus omnes clerici regulares, aut canonici dicebantur, quia canoni erant inscripti, ut notatur in *Concilio Laodicensi can.* 24. & *in cap. si qui verò, & seq. dist.* 32. Qui verò ab ecclesiastico ordine arcentur, utpote à regula prorsus deviantes, irregulares dicuntur, *cap.* 1. *dist.* 47. *Concilium Nicænum can.* 17. Est autem irregularitas nota quædam, sive impedimentum ex facto, vel defectu proveniens, quo quis ad sacros ordines promoveri, atque in eis ministrare prohibetur, *cap.* 2. *de clerico non ordinato ministr. Navar. cap.* 27. *num.* 191. estque canonicum, impedimentum solùm jure canonico statutum, & inductum, *cap. is,*
4 *qui de sententia excom. in* 6. Irregularitas est duplex, una ex delicto, altera
5 ex defectu. Irregularitas ex delicto supponit peccatum: irregularitas ex defe-

ctu

Digitized by Google

tu non ſemper ſupponit peccatum. Irregularitas ex delicto eſt pœna per ſe eccleſiaſtica impediens delinquentem à licita ſuſceptione, & uſu ordinum, &
6 à valida receptione beneficii, & ſupponit ſemper peccatum mortale externum conſumatum juxta rigorem verborum canonis indicentis irregularitatem, *cap. ſicut* 31. *quæſt.* 2. Pœnæ namque reſtringendæ intelligi debent, effectu conſumato, *cap. qualiter de pactis*: adeoque, ſi delictum non ſit conſumatum ob miraculum, puta ſi lethaliter vulneratus miraculosè convaleſcat, non eſt irregularis vulnerans, *D. Th. Suar. Valent.* contra *Majolum, Bonac. & Farinac.*

Homicidium fit vel cum peccato, vel ſine peccato, quod fit à carente uſu rationis, vel inculpatè ſe defendente: cum peccato fit, quando quis illicitè occidit alterum: & hoc eſt duplex, unum directè voluntarium, alterum cauſale, hoc eſt indirectè volitum, *Trid. ſeſſ.* 14. *cap.* 7. *de ref.* deque vario homicidii genere diſſeruimus in *praxi crimin. tit. de homicid.*

Homicida injuſtus eſt irregularis, et-
7 ſi occidat non baptizatum, *cap. ſi quis* 13. *quæſt.* 5. *cap. ſicut* 6. §. *illi autem de homicidio*, *Trid. ſeſſ* 14. *cap.* 6. *de ref.* Si homicidium ſit voluntarium, contrahitur irregularitas, licèt ſit occultum: à qua irregularitate Epiſcopus non diſpenſat, *Trid. dict. loc.* id autem intelligitur de homicidio patrato per induſtriam, & per inſidias, *Trid. dict. loc. Henriq. Avila*, *Coninch.* contra *Suarez*. Si ho-
8 mo, qui dicitur occiſus, non inveniatur, & dubitetur, ſit, vel nè occiſus, in tali dubio, qui dicitur homicida, non eſt irregularis, ut inquiunt *Excobar*, *Pellizzarius*, *Amicus*: Si verò certum ſit, hominem eſſe mortuum, & dubitetur de homicida, tunc, ſi adſint indicia, conjecturæ, præſumptiones, debet cenſeri irregularis, quia præſumitur mortuus ex vulnere, & ſtandum eſt indiciis certis, & non incertis excuſationibus: ſecus eſt, ſi ſit merum dubium, & non ſint indicia, & conjecturæ, quòd ſit mortuus ex vulnere: tunc enim ita dubitans non eſt irregularis, ut probant *Excobar*, *Henriq. Covarr. & Suar.* contra *Leandrum*, alioſque. Pœna quidem debet dari pro menſura delicti, *cap. ex literis de conſtit.* & pœna debita delicto certo non debetur delicto dubio: dubitans autem poteſt eſſe innocens, & in pari cauſa melius eſt nocentem abſolvere, quàm innocentem condemnare, *l.* 2. *ff. de ventre in poſſeſ. mit.* Nec obſtat textus in *cap. ad audientiam* 12. & *in cap. ſignificaſti* 16. *de homicidio*, ubi dicitur irregularis dubius de homicidio: Nam reſpondent *Salas*, & *Suarez* cum *Covarr.* tales leges perſonales intelligi poſt condemnationem: ſed quando contra aliquem ſunt indicia, & præſumptiones, quòd à tali vulneratus quiſpiam ſit mortuus, præſumitur tunc mortuus ex vulnere, non ex incuria medici. Homicidium cauſale hic ſumitur pro homicidio voluntario in cauſa præter finem directum operantis, *D. Th.* 2. 2. *quæſt.* 64. *art.* 8. adeoque continet peccatum in cauſa, & ex tali homicidio contrahitur irregularitas à ponente cauſam homicidii, *Trid. locis citatis*, *cap. ſignificaſti* 16. *de homicidio*. Certum autem eſt, dantem operam rei illicitæ, adhibita ſufficienti diligentia, ne homicidium ſequatur, homicidio inde ſequuto, non eſſe irregularem, quia tunc non peccat, *cap. lator*, *cap. dilectus*, *cap. ſignificaſti*, *cap. ad audientiam de homicidio*. Si verò moraliter ſufficientem diligentiam omittat, eſt irregularis, quia tunc peccat, *cap. presbyterum de homicidio*, *Farinac. par.* 2. *fragmentor. verb. irregularitas num.* 507. Unde non eſt irregularis declinans ictum, etiamſi prævideat, alterum ideo eſſe occidendum: Nam utens jure ſuo non peccat, *Dicaſtil. de cenſuris tract.* 11. *num.* 946. Præterea non eſt irregularis, qui dans operam rei illicitæ non peccat peccato homicidii. Ita docent *Suarez*, *Sotus*, *Dicaſtillus*, *Farinac.* & patet ex *cap. ſignificaſti* 16. & *cap. ad audientiam* 12. *de homicidio*, ubi irregularitate punitur peccatum homicidii.

Dans verò operam rei illicitæ ex ſe pendentis in homicidium, eſt irregularis, ſequuto homicidio: Nam tunc indirectè vult homicidium, qui vult ejus cauſam. Hinc prævidens periculum mortis eſt irregularis, ſi non faciat diligentias ſufficientes moraliter, ne homicidium ſequatur: tunc enim peccat peccato homicidii volens cauſam homicidii: quod peccatum evitat, qui facit diligentias moraliter ſufficientes, ne ſequatur homicidium. Nec obſtat tex. *in cap. tua de homicidio*, ubi declaratur irregularis monachus chirurgus, qui illicitè applicavit emplaſtrum ad aperiendum ulcus, ex quo mors fuit ſequuta: non enim fuerat adhibita moralis diligentia ſufficiens ad evitandam mortem: monachus quippè non erat valdè inſtru-

Digitized by Google

ctus arte medica. Requiritur itaque ad irregularitatem ex homicidio causali peccatum, & actio ex se tendens ad necem: Nam homicidium debet esse volitum vel in se, vel in causa. Hinc non est irregularis clericus venans venatione non periculosa, sequuta morte alicujus sine culpa venatoris, quia tunc deest peccatum homicidii, *Novar. Sayrus*, *Covarr.* nec est irregularis clericus equitans, si equus, fractis habenis, fugam arripiat, & puer proteratur, si id non prævidit, vel adhibuit omnes diligentias moraliter sufficientes ad præcavendam mortem, *cap. dilectus de homicidio*, *Sà verb. homicidium*, *Sayrus lib. 7. cap. 6. num. 1.* Nec est irregularis clericus campanas pulsans, adhibensque diligentiam, ne alicujus mors sequatur, licèt tintinnabulum cadens transeuntem occidat, quia non delinquit peccato homicidii, *cap. ex literis*, *cap. Joannes de homicidio*. Aliter est, si sonet ad arma, *Farinac. par. 2. fragm. verb. irregularitas num. 509.* Nec est irregularis, qui die festivo putat illicitè, si ramus cadens occidat transeuntem, dummodo ipse sufficientes adhibuerit diligentias ad evitandum homicidium. Est autem irregularis tenens animalia ferocia in via, puta leones, ursus, si ab illis homo occidatur: nam tunc ponit causam homicidii, *Farinacius par. 2. fragm. verb. irregularitas num. 521.* quod intelligi debet, si timeat, vel prævideat homicidium: Nam, si non prævideat, ut excusatur à culpa homicidii, ita ab irregularitate.

9 Si fœtus est inanimatus, tunc procurans abortum, aut dans pocula sterilitatis peccat, sed non est irregularis: *cap. si quis de homicidio*, *l. Divus ff. de extraord. criminib.* Nam ante animationem non est homo, nec potest esse homicidium, quod est occisio hominis: si verò fœtus sit animatus, tunc est homicida, & irregularis procurans cum effectu abortum, *cap. homicidium de pœnit. dist. 1. cap. 1. de homicidio*: si verò ex abortu fœtus inanimati mater pereat, dans causam abortui est irregularis ex homicidio causali, quia in causa vult matris mortem, *Gaballinus*, *Majolus*, aliique. Sed in dubio, an sit fœtus animatus, non esset, qui ejus abortum procurat, irregularis, *Prapositus*, *Diana*, *Giballinus*, *Pellizzarius*: Oppositum tamen docent *Farinac. Sanch.* & alii.

Non solùm autem irregularitas con-

10 trahitur ex homicidio, sed etiam ex injustâ mutilatione. Mutilatio est abscissio alicujus partis exercentis in corpore specialem functionem ab aliis partibus distinctæ: adeoque corpus mutilum dicitur, si careat parte aliqua necessaria ad exercendum aliquod speciale munus, ut si careat manu. Mutilans injustè est irregularis, *cap. finali de homicidio in 6. clem. unica de homicidio*: sed id debet intelligi, ut proprie sit mutilans: adeoque non est irregularis abstrahens dentes, quia proprie non mutilat: dentes enim non habent officium distinctum ab aliis partibus, licèt cum aliis exerceant munus edendi, & ante ortum dentium homo dicitur perfectus, *Farinac. part. 1. fragm. litera O. num. 115.* nec est irregularis deformans, si non mutilet, *Novar. cons. 2. num. 2. de homicidio*; nec est irregularis abscindens digitos aliquos pedis, aut unques, quia unques, & digiti aliqui non habent specialem usum: nec abscindens cartilaginem auditus circa aurem dicitur mutilare, nec est irregularis: nec abscindens nasum est irregularis, quia non habet speciale munus, nec in ipso est nervus sensorius odoratus: & abscindens labia deformat, non mutilat: nec est irregularis excæcans alium non adimendo oculum, quia non mutilat, *Molina lib. 4. tract. 3. disp. 78.* Mutilans verò se ipsum est irregularis, ut mutilans alterum, *cap. si quis dist. 50.* Castratus ab aliis ad conservandam vocem est irregularis secundùm aliquos, licèt id negent *Tamb.* & alii, quia jura, quæ imponunt istam irregularitatem, loquuntur de castrante se ipsum, vel de illo, qui se facit castrare ab alio ob indignationem, vel zelo charitatis, sicuti nec jura extenduntur ad illum, qui castratur à barbaris, vel ab aliis sine causa, seù culpa, *cap. eunuchus*, *cap. si quis dist. 55.*

Auxilium præbens ad occidendum,

11 vel mutilandum, est irregularis, sivè ante, sivè in delicto auxilietur: imo etiamsi post delictum præstet auxilium, putà abscondat delinquentem, vel illum comitetur, est irregularis, si, prævisò tali auxilio, delictum committatur aliàs non committendum: tunc enim auxilium futurum præcisum sufficit, seù influit in homicidium, aut in mutilationem: dans autem, aut vendens arma alicui, quem suspicatur emere, aut petere ad occisionem alterius, non est irregularis, nisi det, ut occi-

dat

Digitized by Google

dat: nam res est indifferens, & ex malitia alterius determinatur ad occidendum, *Urtadus*, *Rodriq. Cajetanus*, *Paiaus*: nec est irregularis obligatus impedire, & non impediens delictum, quod ab alio committitur: nam hic casus non est in jure expressus, & jura, quæ volunt homicidam esse irregularem, exigunt influxum positivum in necem, *cap. si quis dist.* 50. *cap.* 2. *de clerico pugnante in duello*: & influxus positivus non potest nasci a negatione auxilii: nam negatio non est activa: illi verò, qui positivè cooperantur ad necem, vel ad mutilationem, consilio, vel auxilio, sivè plures sint se invicem fovenles, sunt irregulares effectu sequuto, *cap. ad audientiam de homicidio*, *S. Th. secunda secundæ quæst.* 62. *art.* 7. Ratificans autem homicidium se inscio jam factum propriè non est homicida, nec irregularis: nam iste casus non est in jure expressus, *cap. is, qui de sententia excom. in* 6. *Farinac. part.* 2. *fragm. verb. irregularitas num.* 280. *Murga tom.* 2. *disquisit.* 11. *dubio* 9. *num.* 2.

Mandans homicidium, vel mutilationem, effectu sequuto, est irregula-
12 ris, *cap. significasti de homicidio*, *cap. sicut dignum* §. *clerus de homicidio*: & mandatum debet esse expressum, vel tacitum: si verò quis mandet, ut aliquis verberetur, expresse prohibens eum occidi, vel mutilari; tunc si sequatur mutilatio, vel occisio, est irregularis, *cap. final. de homicidio in* 6. nam non potest metam ponere verberibus, adeoque posuit causam, ex qua poterat sequi homicidium, *Abbas in cap. ad audientiam num.* 6. *de homicidio*. At si mandatarius occidatur ab illo, quem volebat occidere, vel mutilare, tunc mandans non est irregularis: nam non peccavit contra justitiam, cum mandatarius non coactus mandatum suscepit: & si mandans revocavit mandatum, & adhuc mandatarius occidat, tunc non est irregularis, nec tenetur aliquid restituere, *D. Antoninus*, *Lessius*, & alii: nam revocatione expressa, vel tacita mandatum est extinctum, adeoque non est amplius causa mortis, vel mutilationis, *l. qui mandatum* §. *non ideo ff. mandati*: nec mandans fit irregularis, si mandatarius occidat unum pro alio ex inadvertentia, aut ignorantia, *Leander*, & *Anton. de Spir. Sancto*, quia tunc non est causa mortis mandatum; sed ignorantia mandatarii, sicuti nec esset irregularis mandans revocato mandato, quamvis mandatarius oblitus revocatione mandati occidat.

Consulens vero, vel ficto animo ho-
13 micidium, morte sequuta, est irregularis, *cap. significasti*, *cap. sicut dignum* §. *clericos de homicidio*, *cap. fin. de homicidio in* 6. Dubitantem verò, an suo consilio influxerit in homicidium, non esse irregularem voluere *Henriq.* & *Gibalinus*, quia hic casus jure non est expressus: sed oppositum docent *Sayrus*, *Farinac.* & *Covarr.* Seriò autem revocans consilium, dissolutis rationibus à se adductis, evitat irregularitatem, si consultus adhuc occidat, *Præpositus* 3. *par. quæst.* 5. *de irreg. dubio* 8. *num.* 62. *Navarr. Gibalinus*, *Suarez*, *Pellizzarius*, *Filiucius*, *Salonius*, *Tanderus*, *Corneius*, & alii contra *Innocentium*, *Navar.* & alios ajentes eum esse ir regularem: & quidem, dissolutis rationibus, consilium non habet vim influendi, nec influit in homicidium, nec consulens est causa homicidii, nec consilium habet vim movendi ab auctoritate consulentis ex efficacia rationum: nam, posita ejus revocatione seria, vis movendi cessat.

Medicus semper ac medendo peccat, est
14 irregularis, si peccet influendo in homicidium: Si verò sit clericus, vel religiosus chirurgus, & physicus, & adhibeat sufficientem diligentiam secundùm regulas artis, sed mors sequatur, non est irregularis, quia mors causatur à morbo, non à medico, *cap. tua nos de homicidio*: & licèt peccet exercendo opus prohibitum; non tamen peccat peccato homicidii contra justitiam: & irregularitas jure imponitur contra peccantem peccato homicidii. Ita docent *Henriq. Leander*, *Urtadus*, *Sotus*, *Præpositus*, *Pellizzarius*, *Diana*: Sed contrarium docent plures, qui moventur ea ratione, quia dans operam rei illicitæ est irregularis, morte sequuta. Non est autem irregularis clericus, vel monachus adjuvans chirurgum peritum tenendo corpus infirmi, vel candelam: nam non scindit, non adurit, adeoque nec peccat, *Novar. Avila*, *Henriq.* & *Bonacina*.

Sunt autem irregulares iterum ali-
15 quem baptizantes, & rebaptizati publicè, ac sollemniter, *cap. ex literarum de apostatis*, *Toletus lib.* 1. *summ. cap.* 70. *num.* 4. non verò est irregularis rebaptizans sub conditione, si non sit baptizatus, quia revera non rebaptizat, *Suarez part.* 3. *de sacram. disput.* 31. *sect.* 6. *dubio* 4. *Hen-*

Digitized by Google

4. *Henriq. lib. 2. c. 31. §. 1. Novar. Pellizzarius*, & alii. Reiterans autem confirmationem, vel ordinem, non est irregularis, sed peccat: nam talis irregu-
16 laritas non invenitur jure expressa, *Leander*, *Giballinus*, aliique. Innodatus verò aliqua censura excommunicationis, suspensionis, vel interdicti, exercens actum ordinis est irregularis, *cap. is cui de sententia excom. in 6. cap. 1. de sententia*, & *re jud. in 6.* Datur etiam irregularitas contra apostatas, & hæreticos, *cap. si quis*, *cap. cum venientibus 1. qu. 6.* Sicuti sunt etiam irregulares fautores hæreticorum, *cap. 2. de hæreticis in 6.* idque docent *Suarez*, & *Sanchez*, licèt id negent *Henriq.* & *Diana.*

Plures sunt defectus, ex quibus jus
17 decernit irregularitatem: & datur defectus corporis, & defectus animæ. Defectus animæ est defectus usus rationis, sivè sit ob amentiam, sivè ob furorem, sivè ob morbum lunaticum, & comitialem: qui defectus rationis quandoque est perpetuus, quandoque temporalis. Perpetuus reddit irregularem, perpetuò, temporaneus, durante morbo. Tempus ad videndum, an ejusmodi morbo laborans convaluerit, est annus, *cap. communiter dist.* 33. & hodie remittitur in arbitrium prudentis, *Suarez de censuris disp. 51. sect. 1. num. 5. Filiucius tract. 19. cap. 7. qu. 2. num. 187.* & per quinquennium, satis est, si fuerit sanus, *de Marinis tom. 1. cap. 272. num. 3.*
18 Energumeni, & simulantes se esse tales, sunt irregulares, *cap. meritum*, *cap. clerici dist. 33.* idque locum obtinet, etiam recuperata salute, *d. cap. meritum*, *Navar. cap. 27. num. 203.* Si verò sint prorsus sani energumeni post annum, dispensante tempore, possunt ministrare in ordinibus susceptis, *cap. clericis dist. 33.* maleficiatus verò non est iregularis;
19 nam propriè non est energumenus, *Sylvester in verb. maleficium*.

Ex defectu autem scientiæ est irregu-
20 laris ignorans necessaria ad exercendum ordinem, *cap. illiteratos dist. 36. cap. fin. de ætate*, & *qualitate*, *cap. ignorantia dist. 38.* Ex defectu fidei neophytus est
21 irregularis, *cap. sunt dist. 48. Siricius Papa epist. ad orthodoxos*: & neophytus est novus in fide, *c. sicut neophytus dist. 48. cap. miramur dist. 61.* Infamis etiam infamia juris post rem judicatam est irregularis, *cap. illi 6. qu. 2. cap. omnes 1.*
22 *qu. 6.* & repellendus est ab omni dignitate, *cap. infamibus de reg. juris in 6.* Infamia verò facti non reddit irregularem, *Gibalinus*, *Sayrus*, *Suarez*, contra *Dicastillum*: Sed, cessante infamia, cessat irregularitas, *cap. testamentum de testib. cap. si duo 35. qu. 6.*

Defectus itidem corporis, ratione
23 cujus quis non posset exercere actum ordinis, vel cum horrore illum exerceret, reddit irregularem: & defectus corporis duplex est, unus reddens impotentem ad exercendum actum, ut cæcitas, surditas, mutilatio; alter non reddens impotentem ad exercendum, sed reddens monstruosum, & horridū exercentem: uterque defectus reddit hominem irregularem, *cap. fin. de corpore vitiatis*, *cap. 2. de clerico ægrotante*. Judicare verò, an deformitas sit notabilis, spectat ad Episcopum, *cap. 2. de corpore vitiatis*: & fistula, lippitudo, strabositas, suffusio, cataratta, vulgò *gotta serena*, pannus, lusicities, myopia, hoc est debilitas visus, & prominentia oculorum, si horrorem generent, irregularē reddunt: cæcitas etiam utriusq; oculi reddit irregularem: si verò dexter oculus non videat, non efficitur quis ideo irregularis, quia oculo sinistro videre benè potest absque omni deformitate: &, si non videat sinistro, sed dextro oculo, tunc nec est irregularis, dummodo possit legere canonem, sine deformitate, *Pellizzarius*, & alii. Carentes naso, vel valde eo deformes, sunt irregulares ex defectu corporis, *Levitici cap. 21. num. 18. cap. fin. de corpore vitiatis*. Si capilli decadant, generentque deformitatem, reddunt irregularem: secus est, si non reddant deformem, licèt reddant calvum. Surditas utriusque auris reddit irregularem, quia reddit deformem, & inhabilem ad exercendum actum ordinis: eaque si post adeptum ordinem superveniat, poterit surdus prædicare, baptizare, & celebrare, ministris docentibus de tempore, licèt non possit confessiones audire: turpiùs enim reiicitur, quàm non recipitur hospes, *cap. quemadmodum §. 1. de jurejurando*: adeoque quamvis impediat surditas receptionem ordinis, non impedit exercitium jam recepti, *cap. præcepta dist. 55. Giballinus*, *Graffius*, aliique contra *Bonac.* Si quis careat auricula, non est irregularis, si capillis, vel aliter tegat deformitatem, secùs si deformitatem nequeat tegere, *Layman lib. 1. tract. 5. punct. 5. cap. 7. nu. 1.*

Mutus est irregularis, non verò blesus, nisi deformitas generet risum, vel horrorem, *Sayrus lib. 6. cap. 8. num. 17.* Impotentia gustandi reddit irregularem, quia reddit impotentem ad sacrifican-

Digitized by Google

ficandum, *Navar. cap. 27. num. 104.* Brachia gerentia deformitatem, ut attracta, contracta, retracta, tremula, paralitica, ſicuti & manus valde deformes ob defectum digitorum, vel tremorem, reddunt irregularem, ſi non poſſit ſine deformitate ordo exerceri: & id etiam dicendum de claudis, de habentibus crura diſtorta, de ciboſis, tumidis in gula, de habentibus cicatrices in facie, de herniosis, de hermaphroditis, de ſtatura puſillis: ſi enim nulla generetur deformitas, & poſsint exercere actum ordinis, nulla ſequitur irregularitas. Ha-
24 bentes autem defectum natalium ſunt irregulares, ut ſunt illegitimi. Præterea irregularitas naſcitur ex bigamia,
25 *cap. debitum de bigamis*. Semper enim ac matrimonium plenè non ſignificat conjunctionem Chriſti cum eccleſia, habet defectum, ex quo irregularitas naſcitur, *d. cap. debitum*. Habemus agamum, monogamum, trigamum, bigamum. Agamus eſt innuptus: monogamus eſt ducens unam: trigamus eſt ter nubens: octogamus eſt octies nubens: & D. Hieronymus in quadam epiſtola ait, ſe noviſſe uxorem, quæ tumulo dederit maritos viginti duos, & virum, qui ſupervixerat viginti uxoribus: poligamus eſt, qui plures ſimul ducit: bigamus eſt ducens viduam, vel ſecundò nubens, *Magr. in vocabulario eccleſiaſtico ver. agamus, & ver. bigamus*. Bigamia eſt triplex, vera, interpretativa, & ſimilitudinaria. Vera eſt, ſi alter ex conjugibus ſucceſsivè contrahat ſecundas nuptias, *c. debitum 5. de bigamis, Trid. ſeſſ. 23. cap. 17. de reform.* Interpretativa eſt dicta, quia introducta eſt ex interpretatione juris, & eſt, quando quis affectu maritali ducit viduam, licèt nulliter, *c. nuper. de bigamis*. Similitudinaria oritur ex matrimonio ſpirituali ad ſimilitudinem matrimonii carnalis: & hæc ſupponit votum caſtitatis, quo voto ſpiritualiter quis nubit: unde virgo profeſſa contrahens nuptias carnales eſt bigama ſimilitudinaria, quaſi bis nupſerit, *cap. quotquot qu. 1. cap. unico de bigamis in 6.* Bigami bigamia vera ſunt irregulares, dummodo ſecundum matrimonium fuerit conſumatum. Bigamus bigamia interpretativa eſt etiam irregularis, *cap. nuper 4. de bigamis*. Bigamus bigamia ſimilitudinaria eſt etiam irregularis, *cap. quotquot 27. cap. nuper de bigamis*: & hæc bigamia requirit, ut vovens dicatur ſponſa Chriſti: quod ſolùm verificatur in virgine fæmina, non in viro profitente, *d. cap. quotquot*: adeoque conſtitutus in ſacris contrahens cum virgine non eſt bigamus ſimilitudinariè, *d. cap. quotquot*, ubi loquitur de profeſſo nubente, *cap. fin. de bigamis*, *Urtadus diſp. 2. de irregularitate difficul. 13. num. 48.* Epiſcopus autem non poteſt diſpenſare in bigamia, cum recipiat, vel exerceat majores ordines, *cap. lector. diſt. 43.*

Defectus lenitatis eſt idem ac defe-
26 ctus manſuetudinis in judicio: qui ſanè defectus abhorret à manſuetudine Chriſti Domini nolentis ad mortem damnare adulteram, *D. Th. 2. 2. qu. 40.* Iſte defectus reddit irregularem baptizatum ſive laicum, ſive clericum, *c. ſententia ſanguinis ne clerici, vel monachi, c. penult. de homicidio*. Requiritur autem, ut ſequatur mors, vel mutilatio, auctoritate judiciali: & hoc ſolùm eſt in jure ex-
27 preſſum: & ſunt irregulares omnes cooperantes juridicè conſilio, auxilio, miniſterio, ſive laici, ſive clerici, *cap ſententiam ſanguinis ne clerici, vel monachi, Diana p. 3. tract. 5. miſcellan. reſol. 89. Baſſæus in verb. irregularitas 5. n. 3.* Contrahunt itaque irregularitatem omnes cooperantes ad necem, ad mutilationem, & ad eus acceleration em in judicio, judices, aſſeſſores, conſultores, accuſatores, teſtes, cuſtodes, ſatellites, lictores, actuarii, ſcribæ, advocati, procuratores, ſolicitatores in judicio adverſus reum: & quidem judex, aſſeſſor, & conſultor, ſive laicus, ſive eccleſiaſticus eſt irregularis, mortuo mutilato, vel accelerata morte, vel mutilatione, *cap. ſententiam ſanguinis ne clerici, vel monachi, cap. delatori 5. qu. 6. cap. ſuſcepimus de homicidio*. Differt autem judex eccleſiaſticus à judice laico: nam non laicus, ſed eccleſiaſticus peccat ſe immiſcens in cauſa ſanguinis, quia inobediens, *cap. ex literis de exceſſibus prælatorum*: Non eſt tamen irregularis Judex damnans ad triremes, vel ad bellum, licèt conſueto labore damnatus moriatur: nam revera non eſt pœna mortis, etiamſi damnet ad carceres, vel ad triremes perpetuas. Eſt autem irregularis ſuperior mandans, reum mortuum, vel vivum ad ſe adduci: nam revera eſt ſententia ſanguinis, *Diana*, *Majolus*, aliique. Si verò quiſpiam non cooperet juridicè, nec ut miniſter juſtitiæ, non eſt irregularis, *Dicaſtill.* aliique: unde excuſatur deferens literas, quibus mandatur mutilatio, vel mors, vel legens literas miſſas, quibus præcipitur, ut reus deprehendatur, & trucidetur. Eſt autem irregularis, qui tradit reum
28 judici

Digitized by Google

28 judici mutilandum, vel occidendum: nam tunc ut accusator, denunciator, delator tradit juridicè, *Farinac. part. 1. fragm. criminalium ver. clericus n.* 282. Intelligas, nisi tradens protestetur se tradere, remota pœna sanguinis. Episcopus autem dans licentiam Judici pro exhumando cadavere, ut constet de corpore delicti, non est irregularis, licèt reus damnetur ad mortem, quia hujusmodi licentia est indifferens actus jurisdictionis etiam pro reo, *cap. Episcopis 3. ne clerici, vel monachi*: & Episcopus se habet non ut minister justitiæ, sed ut minister jurisdictionis ecclesiasticæ, *Lessius tract. de irregularit. cap. 2. dubio 5. nu. 19. Samuel in praxi de sepultura tract. 2. disp. 2. controv. 7. num. 13. Murga*, & alii. Nec confessarius dicens Judici, quòd tenetur damna-
29 re reum ad mortem, fit irregularis, quia non se habet confessarius ut minister justitiæ, nec officium aliquod exercet, nec partem in judicio facit, tantumque consulit animæ pœnitentis, in quo nullus est mansuetudinis defectus, *Vasq. Turrianus, Suarez, Diana, Henriq. Avila, Molina, Sayrus, Reginald. Covarr. Bonac. Palaus, Leander, Ant. à Sp. S. & Caramuel.* Imò nec est irregularis confessarius consulens reo, ut fateatur delictum, quando ad id tenetur, etiamsi reus damnetur ad mortem: nam non facit partem in judicio, *Henriq. Palaus, Dicastill.* contra *Gabrielem*, & *Sayrum*.

Accusator, vel denunciator, accele-
30 rata, vel sequuta morte, vel mutilatione, est irregularis, quia tunc facit partem principalem in judicio, *cap. sententiam sanguinis ne clerici, vel monachi*: Ut autem accusator, vel denuncia-
31 tor irregularitatem evitet, debet præmittere protestationem, dicendo se accusare, aut denunciare, remota pœna sanguinis, *cap. prælatis 2. de homicidio in 6. Felin. Navarr. Covar. Suarez*. Hæc autem protestatio ut prosit, debet esse externa expressa, *d. cap. prælatis*: & expressè debet præmitti saltem ante sententiam, nisi fuerit præmissa in libello: Præterea requiritur, ut accusator, vel denunciator agat pro interesse suo, vel suorum, *dict. cap. prælatis*: & prodest ad evitandam irregularitatem protestatio externa, licèt desit interna, quia hæc non requiritur in *d. cap. prælatis de homicidio in 6.* nec exigitur ibi, ut ex animo protestatio fiat, *Avila, Sayrus, Henriq. & Leander*. contra *Navar.* Qui verò clamat sibi suffurari bona, si fur inde captus morti tradatur, non est
32 irregularis, *cap. sua nos de homicidio*, quia illle clamor est defensionis, non accusationis actus, nec est pars judicii, judice tunc ex officio procedente. Idem est, si à vicinis clamore excitatis fur trucidetur, aut judicio tradatur, dummodo clericus moneat, ne fur occidatur: nam ille clamor clerici tantùm tendit ad defensionem inculpatam, *Dicastill. Layman, Sayrus*. Imo si ipse clericus furem teneat, & judici tradat, ut recuperet bona sua, facta protestatione prædicta, non est irregularis, *cap. prælatis 2. de homicidio in 6.* Advocatus
33 verò, & procurator accusatoris sunt etiam irregulares, sequuta morte, *cap. aliquando dist. 51. Farinac. par. 1. fragm. criminal. ver. clericus n.* 393.

Testis accusatoris est irregularis,
34 sequuta morte, mutilatione, vel ejus acceleratione, *cap. aliquantos dist. 51.* Influit enim in mortem: Si verò testis deponat metu carceris, vel lege naturali obligatus, tunc non est irregularis: nam tendit non ad puniendum reum, sed ad se liberandum: adeoque qui ostendit reum fugientem, aut se abscondentem coactus lege naturali, vel metu cadente in virum constantem, non contrahit irregularitatem, *Ant. à Spir. S. tract. 13. n. 12. Gabas.* & alii, qui non requirunt protestationem, quam requirunt *Henriq. Bossius, Præpositus, Leander*, & *Dicastil.* Sola verò protestatio in causa sanguinis non relevat testem liberè deponentem, quia tunc nullum habet interesse: & protestatio tantùm prodest accusanti pro suo interesse, *cap. prælatis 2. de homicidio in 6. Suarez, Covarr. Reginald.* aliique. Testes autem deponentes ad favorem rei non sunt irregulares: nam non influunt in necem, *Suarez, Villalobos*, & alii: idemque dicendum est, licèt calumniator, vel accusator morte ideo puniatur absque eorum instantia; nam tunc mors sequitur præter intentionem rei calumniati, *Hugolinus, Sayrus, Farin. Dicast. Palaus*, & *Molina*. Nec est irregularis advocatus pro defensione rei innocentis detegens calumniam accusationis: nam ex se tendit ad defensionem innocentis, *Præpositus* aliique. Si verò advocatus peteret, accusatorem puniri pœna talionis, sequuta morte accusatoris, esset irregularis, nec prodesset protestatio, quia tunc esset contraria facto, cum non possit esse pro interesse, ut requiritur in dicto *cap. prælatis de homicidio in 6.*

Curiales omnes ex officio inservien-
35 tes usque ad exequutionem sententiæ san-

sanguinis sunt irregulares, *cap. sententiam sanguinis ne clerici, vel monachi*; quod *Bassæus* etiam asserit de custode carceris, licèt in hoc dissentiat *Dicastill.* Est etiam irregularis pulsans campanam ad convocandos milites, *Hugolinus*, *Covar.* aliique. Personæ verò, quæ non faciunt partem in judicio, non sunt irregulares, dummodo non veniant, ut ministri justitiæ usque ad exequutionem sententiæ, *Arriaga*, *Murga*, *Dicastill.* An autem sit irregularis famulus deferens equum, vel processum, aut alius, qui vel vendit, vel conficit arma, theatrum, furcas, scalas, & funes, vel instruit carnificem inexpertum, ut sine magno dolore rei exequatur suum munus, vel impetrat, ut reus breviori via ducatur ad supplicium, ne populus detineatur, aut evitetur pluvia imminens, vel dicit reo, ut ascendat scalas, aut se accommodet ad recipiendum ictum, vel voce, vel fuste instigat jumenta, vel utpote clericus adsistat neci, vel det ægroto potum, vel illum ex charitate movet, vel vulneratum eripit de manu volentis interimere, vel consulit, ut vulneratus ex via tollatur, edocent *Bonac. disput. 7. quæst. 4. punct. 7. num. 12. & Leander tom. 3. tract. 2. disput. 9. quæst. 33. 34. & 35.*

Occidentes in bello, si bellum sit in-
36 justum, sunt irregulares. Si verò bellum sit justum, defensivum, tunc nulla contrahitur irregularitas, si defensio sit inculpata, *clem. si furiosus de homicidio*. Si autem sit offensivum, tunc est irregularis occidens ex defectu lenitatis: Nam est exequutor sententiæ principalis judicialis, *cap. petitio tua de homicidio*: idque etiam procedit, si bellum sit contra Turchas offensivum, *cap. petitio 24. de homicidio*, *cap. eos*, *qui 20. quæst. 3.* nec licet clericis pugnare propria manu in bello offensivo, *cap. ex multa § fin. de voto.*

Nunc ad dispensationem devenientes
37 non disputamus de ea dispensatione, quæ conceditur à summo Pontifice, qui potest dispensare in toto mundo, sed de dispensatione ordinarii inferioris, puta Episcopi, qui dispensare valet in irregularitate ex delicto occulto, exceptà irregularitate proveniente ex homicidio voluntario, appensatè, & ex proposito perpetrato, *Trid. se. 24. cap. 6. Suarez de censuris disp. 41. sect. 2. Sanchez*, *Barbosa*, *Guazzinus*, aliique. Cæterùm Episcopi valent quoad dispensationem exercere jurisdictionem etiam circa regulares existentes in diœcesi ex licentia prælati regularium, qui in hoc potest cedere favori exemptionis, *de Marinis tom. 1. cap. 105. num. 1. & 6. Dicastill.* aliique. Præterea Episcopus dispensare valet in irregularitate ob delictum deductum ad forum contentiosum, judicio finito, & condemnato, & punito reo, *Diana part. 4. tract. 2. resol. 67. Hurtadus disp. 2. de irregul. difficult. 20. num. 68.* & alii apud *Leandrum part. 4. tract. 2. disput. 17. qu. 56. Henriq. lib. 14. cap. 2. num. 5. Guazzinus* filius *lib. 2. de Judice defensa 1. cap. 7. num. 61. Avila part. 7. de censuris disp. 10. punct. 7. Reginald. lib. 30. tract. 2 nu. 20. Ursellius in examine ver. absolutio à censuris concl. 10. num. 40.* referens ita declarasse Sacram Congr. *Cabrinus part. 1. elucidarii resol. 105. Novar. decis. 187. num. 2. & 3.* ajens id practicari posse, contra *Suarez de censuris disput. 41. sect. 2. num. 6. Sayrum lib. 4. cap. 17. nu. 13. & Barbosam de potest. Episcopi part. 2. alleg. 39. num. 35.* Cessat autem eo in casu finis prohibitionis consideratæ *à Trid. sess. 24. cap. 6.* ne turbetur jurisdictio Tribunalium, detrahaturque jurisdictioni, judiciisque auctoritati: is, inquam, finis cessat, justè condemnato reo: nam tunc illa in causa desinit esse Judex, *l. Judex postquam ff. de judiciis*, *cap. ex literis de officio deleg.* & finis Tridentini est evitare scandalum publicum, quod cessat, condemnato, & punito reo justè, qua condemnatione satisfit reipublicæ, *l. ita vulneratus ff. ad l. aquil.*

Episcopus etiam potest dispensare in irregularitate contracta ab acceleranteמ mortem infirmo ex commiseratione, *Cabrinus part. 1. elucidarii resol. 109. Lamyan libr. 3. tract. 3. punct. 3. cap. 12. num. 2. Avila de censuris disp. 6. in fin.* Ratio est, quia dispensatio reservata Papæ requiritur, cum agitur de homicidio absolutè, & voluntariè deliberato, appensato, & crudeli: sed non ita est acceleratio homicidii facta ex commiseratione infirmi undique angustiati, ac dolore affecti. Præterea Episcopus potest dispensare in irregularitate ex mutilatione voluntaria occulta: nam tantùm prohibetur dispensare in irregularitate ex homicidio voluntario occulto, *Trid. sess. 24. cap. 6. de reform.* Mutilatio verò non est homicidium, *Suarez*, *Riccius*, *de Marinis*, *Avila*, *Palaus*, *Villalobos*, *Cabrinus & Barbosa de potestate Episcopi p. 2. allegat. 39. n. 39.* contra *Sanch. 2. decalogi part. 10. num. 49.* ubi movetur ex æquiparatione homicidii, & mutilationis: quæ ratio non convincit in odiosis,

& maximè in irregularitate, quæ non contrahitur, nisi in casibus à jure expressis. Verùm Episcopus dispensare nequit in bigamia vera, vel interpretativa, nec quoad ordines minores, vel beneficium, *cap. nuper, cap. fin. de bigamis, V. Ambrosius epist. 82. Turrianus lib. 9. de censuris disp. 70. dubio 3. de potestate Episcopi alleg. 49.* Cum verò agitur de bigamia similitudinaria Episcopum posse dispensare patet *ex cap. sanè de clericis conjugatis*. Cæterùm Episcopus dispensare valet in omni irregularitate occulta sive ex delicto, sive ex defectu, excepto homicidio voluntario occulto, *Encel. tom. 1. collegii juris canonici lib. 1. tit. 33. §. 5. num. 47.* contra *Barbosam ad Trid. sess. 24. c. 6. de ref. n. 24.* ajentem posse dispẽsare tantùm in irregularitate provenjente ex delicto occulto, excepto homicidio voluntario. Sed privilegiũ nemini præjudicans ad favendum latè debet interpretari: si autem posset absolvere ex delicto occulto, non verò ex defectu irregularem, sequeretur melioris conditionis esse delinquentem, ut scilicet cum ipso valeat ab Episcopo dispensari, quàm non delinquentem non reportantem tale commodum.

Episcopus itidem dispensare valet in irregularitate contracta à suo subdito ob exercitium ordinis illegitimè collati; qui quidem subditus esset suspensus, ut constituerunt Pius II. & Sixtus V. in *extravag.* incipiente *sanctum, & salutare*, ubi per suspensionem privatur usu receptorum, & repellitur à recipiendis ordinibus: hæc autem suspensio, licèt ex constitutione Sixti V. fuerit reservata Papæ, hodie non est Papæ reservata, sed potest absolvi ab Episcopo vigore Tridentini *sess. 23. de ref. cap. 8.* ibi; *Quandiù proprio Ordinario videbitur expedire, sit suspensus*: & Clemens VIII. in bulla, quæ incipit *Romanum Pontificem* reduxit ad jus commune constitutionem Sixti V. Certum verò est, istum suspensum exercentem actum ordinis reddi irregularem, *extravag. ex sacrorum*, ibi; *Si, hujusmodi suspensione durante, in iisdem ordinibus celebrare præsumpserit, eo ipso irregularitatem incurrat; & cap. Apostolicæ 9. de clerico excommunicato ministrante*. Absolutè autem nullum posse Episcopum tollere irregularitatem de potestate ordinaria, asserunt *Suarez tom. 5. disp. 42. sect. 2. num. 3.* ibi; *Dicendum est, nullum Episcopum posse jure ordinario dispensare in irregularitate secundùm se genericè sumpta*; & ait esse sententiam communem canonistarum in *cap. at si clerici de judiciis*. Inhærent *Angelus in verb. dispensatio num. 5. Sylvester in verb. dispensatio quæst. 9. 10. & 11. Leander part. 5. tract. 2. disp. 20. quæst. 31. & disp. 22. quæst. 1. & disp. 27. quæst. 5. Bonac. tom. 1. disp. 7. quæst. 3. par. 6. num. 10. & par. 5. num. 11. Dicastil. de censuris disp. 7. dubio 19. num. 480.* qui asserunt, solum Papam dispensare posse in irregularitate ob violatas censuras suspensionis, excommunicationis & interdicti. Sed oppositum contendunt *Gabriel à S. Vinc. de censuris disp. 3. quæst. 8. num. 110. glos. in cap. postulasti ver. dispensatio*, ubi *Abbas num. 8. Rebuffus n. 68. Covarr. in cap. alma par. 1. §. 7. n. 8. Duennas regul. 248. num. 2. Hugolinus cap. 17. §. 1. num. 21.* & alii apud *Bonac. tom. 2. disp. 1. §. 2. par. 1. num. 17.* ubi dicit esse opinionem in praxi sequendam, non obstante stilo Curiæ, & Congregationis: idque probant, quia conditor canonis sibi non reservans censetur relinquere Episcopis facultatem absolvendi, & dispensandi ex *cap. nuper de sententia excom.* Cæterùm irregularitatẽ, quæ est expressè reservata Papæ, non posse ab Episcopo tolli ajunt *Suarez, Dicastil. Leander*, & *Bonac.* in locis citatis, *glos. in cap. Apostolicæ 9. ver. indulgemus de clerico excommunicato ministrante, Novar. cap. 27. num. 224. Sayrus lib. 14. cap. 16. Dian. par. 5. tract. 10. resol. 9. Alterius tom. 2. disp. 6. de suspensione cap. 2. Turrianus lib. 9. de censuris disp. 62. dub. 4. Majolus lib. 1. de irregularitate cap. 30. num. 9. Barbosa de potest. Episcopi alleg. 39. num. 41. Guanzinus* filius *lib. 2. de judice defensa 1. cap. 3. n. 78.* Probari autem id potest *ex cap. 8. §. si quis* ibi; *Sciturus, quòd, si, durante suspensione, damnabiliter se ingesserit divinis, irregularitatis laqueo se involvet secundùm canonicas sanctiones, à quo non nisi per Summum Pontificem poterit liberari; de sententia, & re judic. in 6.* Ex quo tex. infertur non esse veram communem sententiam, scilicet irregularitatem etiam non reservatam non posse ab Episcopo tolli: nam essent secus vana in textu illa verba; *A quo non nisi per Summum Pontificem poterit liberari*; si, etiam illis non positis, Episcopus nequiret irregularitatem delere. Ista autem reservatio non est extendenda ad casus non expressos: nam in pœnalibus non fit extentio de casu ad casum. Probatur secundò ex *cap. cum medicinalis 1. §. exemplum ver. caveant* ibi: *Caveant autem ecclesiarum Prælati, & judices uni-*

Digitized by Google

universi, ne prædictam pœnam suspensionis incurrant: quoniam si contingeret eos sic suspensos divina officia exequi, sicut priùs irregularitatem non effugient juxta canonicas sanctiones, super qua non nisi per Summum Pontificem poterit dispensari; de sententia excom. Hic autem agitur, ut ait gloss. ibid. ver. Summum de casu speciali reservato Romano Pontifici, ut judices magis considerate, & circumspectè proferant sententiam excommunicationis, servatis quibusdam requisitis sub pœna suspensionis per mensem ab ingressu ecclesiæ, & à divinis officiis. Probatur tertiò ex textu *in cap. Apostolicæ 9. de clerico excommunicato ministrante*, & ibi *glos. in verb. indulgemus, & in cap. clerici verb. & hoc hodiè de clerico excommunicato &c.* Sed ille textus loquitur de illis, qui adierunt Sedem Apostolicam, à quibus, certum est, dispensationem à Papa esse obtinendam. Probatur quartò per textum in *cap. si quis Episcopus 6. 11. qu. 3.* ubi *glos. in verb. posset* ait dispensari etiam ab Episcopo, ut in *cap. plurimas dist. 82. & cap. si quis presbyter 7. quæst. 1.* & in omnibus casibus non expressis servandum esset jus commune, quo Episcopus dispensat in non reservatis, & etiam in irregularitate non reservata secundùm Innocentium IV. in *cap. postulastis de clerico excommunicato ministrante*, ubi *Abbas n. 8. ex cap. nuper de sententia excom.* Nec prætermittendam putamus *glossam in cap. si quis Episcopus ver. posset 11. quæst. 3.* ubi ait: *Posset tamen dici, quòd Episcopus cum talibus posset dispensare*: & idem videtur sentire *Archidiaconus in d. cap. si quis Episcopus 11. quæst. 3.*

Irregularitas autem ob ordinem malè
38 susceptum, & irregularitas ob exercitium ordinis dicitur contracta ob delictum, *cap. 1. de sentent. & re judicata in 6. c. 1. de sententia excom. in 6. c. Apostolicæ 9. de clerico excommunicato ministrante, c. si quis Episcopus 6. 11. quæst. 3. extravag.* Pii II. incip. *cum ex sacrorum*, *extravag.* Sixti V. incip. *sanctum, & salutare, Trid. sess. 24. de ref. c. 6.* Hinc qui excusatur à peccato, quando ordinatur, non contrahit suspensionem, & qui non peccat exercendo ordinem, nec contrahit istam irregularitatem, quia sine peccato cessat pœna, *cap. sine culpa de regulis juris in 6.* nec contrahit irregularitatem exercens actum ordinis cum materia parva: nam tunc peccat leviter, unde nequit pœna gravi puniri, ut est irregularitas, *Suarez de censuris disp. 21. sect. 1. num. 13. Filiucius tom. 1. tract. 12. cap. 4. num. 93.* Imò omnis inadvertentia invincibilis, & invincibilis ignorantia, quæ excusat à culpa, excusat etiam à pœna suspensionis, & irregularitatis, *Dicastil. de censuris tract. 10. disp. 7. dubio 7. c. 3. num. 106. & 224. Valentia tom. 4. disp. 7. quæst. 8. part. 1. Gabriel à S. Vinc. disp. 10. num. 15.* & patet ex *cap. Apostolicæ 9. de clerico excommunicato ministrante*. Unde invincibili bona fide ordinatus ante ætatem putans se habere legitimam ætatem ex fide habita à Parocho, quæ re vera erat sui fratris, vel alterius ejusdem nominis, & cognominis antea mortui, non contrahit suspensionem, quia non peccavit suscipiendo ordines, nec exercendo officium ordinis fit irregularis, quia hæc irregularitas contrahitur ab illo, qui suspensus ordinem exercet, *cap. 1. de sententia, & re judic. in 6. c. 1. de sententia excom. in 6. cap. Apostolicæ 9. de clerico excommunicato ministrante*. Nonnulli autem volunt, ab irregularitate etiam excusare ignorantiam vincibilem, dummodo non transeat in crassam, & supinam, *Dicastillus de cens. tract. 10. disp. 7. dubio 7. c. 3. num. 224. Suarez de censuris disp. 30. sect. 2. num. 4. Filiucius tract. 9. num. 4. Gabriel à S. Vinc.* idque probant, quia ad incurrendam hanc censuram non sufficit peccatum grave, sed requiritur peccatum cum præsumptione ex *extravag.* Pii II. incip. *cum sacrorum* ibi: *Celebrare præsumpserit*: quæ præsumptio cessat etiam ob vincibilem ignorantiam, quæ non excurrat in crassam, supinam, & affectatam, *Dicastil. dict. loco num. 223.* Episcopus verò dispensare valet in contra-
39 cta istiusmodi irregularitate, semper ac delictum est occultum, *Trid. sess. 24. c. 3. Suarez de censuris disp. 41. sect. 2. num. 6.* Occultum autem dicitur, quod est etiam pluribus notum, itaut probari possit, sed non adhuc innotescat majori parti, nec deductum sit ad forum contentiosum, ut supra diximus, *Dicastil. Suarez*, aliique. Occultum etiam est delictum, si ignoretur suspensio contracta, & delictum commissum ab ordinato, quamvis deindè ordinatus publicè ordines exerceat, vel, si innotuit publicè, fuisse malè ordinatum, ordines exercuit, sed non publicè, vel publicè celebravit, ubi ignorabatur, eum malè & suspensum celebrasse: Debet itaque esse publicum, non solùm recepisse, & exercuisse ordinem, sed malè recepisse,

Digitized by Google

& malè, hoc est cum suspensione, exercuisse ordinem, *Bonac. tom. 1. disp. 7. punct. 11. n. 5. Navar. c. 27. num. 241. Alterius lib. 2. de censur. disp. 1. c. 5. in fine, Sayrus lib. 7. c. 10. num. 16. Dicastil. de censuris tract. 10. disp. 7. dubio 19. num. 480. Reginal.* & alii.

Irregularis quidem nequit licitè ordinari, licèt validè ordinari possit, *cap. curandum dist. 34.* & nequit licitè exercere actum ordinis suscepti, *cap. fin. de temporib. ordinat.* Si tamen actum ordinis exerceat, non contrahit aliam irregularitatem, *cap. is qui 18. de sententia excom. in 6.* ubi dicitur, non contrahi irregularitatem, nisi fuerit jure expressa. Præterea irregularis non potest obtinere beneficium, nec dignitatem beneficio annexam, *cap. in quibusdam de panis, cap. fin. de filiis presbyterorum*: non tamen privatur beneficiis obtentis ante irregularitatem, *cap. ex literis de exceptionibus prælatorum*. Quando verò potest privari beneficiis jam obtentis, requiritur sententia judicis, adeoque sibi debet consulere per dispensationem. Non desunt tamen, qui velint, collationem beneficii factam irregulari esse irritandam, quia nullo jure decernitur irrita, *c. 3. de clericis pugnantibus in duello, Ortadus disp. 1. de irreg. difficult. 5. num. 21. Garzias, Cornejus, Ant. à Spirit. Sancto & Leander*. Sed oppositum docet *Tondutus tract. de pensionibus c. 68. num. 5. & 6.* ajens, etiam actum, quo pensio irregulari confertur, esse nullum. Irregularis verò potest interesse divinis officiis, recipere sacramenta, excepto ordine, & potest exercere actum jurisdictionis delegando, seù dando jurisdictionem, & potest facere totum id, quod facere potest laicus. Dubitans autem de irregularitate semper adversùs eam, & pro libertate pronunciare debet, *cap. is qui 18. de sententia excom. Caramuel, Scotus*, & alii.

De irregularitate tractant per integros tractatus *Burgalius, Majolus*, & *Gibalinus*; & de eadem materia pertractant *Jo: à S. Thoma tom. 1. 2. 2. S. Thom. pag. 270. Villadiegus* apud *Soccinum in regulis, & fallentiis, S. Antoninus in sum. tom. 3. pag. 479. Abelly in medull. theol. tom. 2. pag. 500. Allozza in flor. sum. pag. 411. Valentia tom. 4. col. 1822. Sà in aphoris. confes. pag. 277. Rubeus in aphoris. Epis. pag. 337. Bannes de just. & jur. pag. 224. Riccius in prax. tom. 1. pag. 285. Zerola in praxi Epis. pag. 229. & part. 2. pag. 64. Kellisonus tom. 2. in 3. p. S. Thom. pag. 589. Summa Rubriq. part. 2. pag. 345. Farinacius in frag. tom. 2. pag. 52. Lorichius tom. 2. thes. theol. pag. 1214. Bonacina tom. 1. pag. 531. Tuscus tom. 4. pag. 387. Summa Lezana tom. 3. pag. 702. Suarez in 3. part. S. Thom. tom. 5. pag. 635. Summa Toleti pag. 142. Vivaldus in candel. aureo tom. 2. pag. 168. Zecchius de cas. reser. pag. 501. Malletus in theol. mor. tom. 1. pag. 225. Barbosa in decis. apost. pag. 409. & in repert. jur. pag. 191. Bordonus tom. 4. resol. 142. Pellizzarius tom. 2. pag. 326. Marcant. in trib. anim. tom. 3. pag. 93. Villalobos tom. 1. pag. 503. Gavantes in manual. Epis. pag. 148. Summa Rodriquez part. 3. pag. 528. Henriquez in sum. pag. 840. de Magistris in prax. eccl. tom. 2. pag. 335. Bayus tom. 2. theol. mor. pag. 443. Volpius in resol. mor. pag. 291. Pilaja tom. 2. institut. canonic. pag. 352. Summa Litterati pag. 405. Portellus in dub. regul. pag. 229. Rodericus in quæst. mor. pag. 609. Vega in sum. tom. 2. col. 126. Bonagratia in qu. regul. pag. 330. Bassæus to. 1. pag. 488. & to. 2. pag. 483. Castropalaus part. 6. pag. 256. Carranzas tom. 1. pag. 513. Gabriel à S. Vincentio de censuris pag. 738. Filiuccius tom. 1. pag. 685. & 721. Sayrus de censuris pag. 438. Diana ordinatus tom. 5. pag. 106. Faber in sum. pag. 702. Garzias tom. 2. polit. regul. pag. 426. Nicolius in flosc. pag. 392. Cotonus in controvers. pag. 323. Moronus in resp. mor. pag. 64. Caspensis tom. 2. theol. pag. 677. Navarra tom. 2. pag. 198. Layman tom. 1. pag. 166. & tom. 3. pag. 127. Busembau pag. 490. Nicolius tom. 2. resol. pag. 213. Medices tom. 3. theol. quæst. 158. Summa Sylvestri part. 2. pag. 49. Summa Naldi pag. 404. Leander tom. 5. pag. 1. Barbosa tom. 1. de potest. Epis. pag. 446. Delbene tom. 1. de inquis. pag. 228. Sannig. tom. 3. theol. moral. pag. 320. Venerus in exam. Episcop. pag. 160. Velascus in sum. tom. 2. pag. 245.* De dispensatione circa irregularitatem agit *Vitalis arca salut. pag. 35.*

CAPUT XLIII.

De Suspensione.

SUMMARIUM.

Clerici, qui in suspensionem incidunt, ordines, aliave munera ecclesiastica exercere prohibentur. 1.

Quotuplex sit suspensio 2.

Suspensio genericè lata quomodo sit intelligenda 3.

A' de-

A depositione, excommunicatione, interdictoque discriminatur, & in clericos tantummodò fertur 4. 5. & 6.

Suspensi possunt in ecclesiis tumulari, & sacramenta suscipere 7.

Suspensus ab officio quidnam agere prohibeatur 8. & 10.

Suspensio conditionalis quæ sit 9.

Suspensio ab aliquo munere, vel ordine, nunquam ad alia munera, ordinesve protenditur, semperque limitanda dict. num. 10.

Suspensus à beneficio an pensiones, fructus, & quotidianas distributiones percipere valeat, & administrare prohibeatur 11.

Quando in suspensionem incidant, qui aliquo initiantur ordine 12.

Qui ordinem, à quo est suspensus, exercet, aut, nulla urgente causa, inchoatum deserit sacrificium, incidit in suspensionem 13.

SUspensio in materia de censuris sumitur pro pœna ecclesiastica, qua ita
1 quis prohibetur exercere ordinis actus, ut, si contra faciat, irregularitatem incurrat: eaque dicitur ecclesiastica censura, qua clericus usu privatur beneficii ecclesiastici, aut officii.

Est autem multiplex: alia enim est
2 suspensio ab officio, alia à beneficio, alia fertur in vindictam criminis, alia in contumaciam, alia suspendit in totum ab officio, & beneficio, alia in parte, ut ab officio ordinis, non jurisdictionis, alia indefinita est, alia determinata, alia perpetua positiva, alia ab jure, homineve lata, alia ferenda, alia solo temporis lapsu cessat, alia per exercitium, vel omissionem alicujus actionis, alia per solam absolutionem.

Suspensio verò simpliciter, & gene-
3 ricè lata suspensionem ab officio, & beneficio comprehendit, nisi ex verbis circumstantibus aliqua colligatur restrictio.

Differt suspensio à depositione, quia
4 illa jure ordinario remissibilis est, hæc autem non: illa, si suspendat ab officio, vel beneficio, nec munere, nec beneficio privat, hæc autem & munere, & beneficio privat. De suspensione agitur *in cap. quærenti* 2. *de verb. signif.* & illa quidem omninò privat clericum usu ali-
5 cujus ecclesiastici juris activi præexigentis per se clericatum. Nemo etenim, nisi clericus saltem primæ tonsuræ, ligari potest ejusmodi censura, nec ea ligatur Episcopus, nisi exprimatur, *cap. quia periculosum de sententia excom. in 6.*

Præterea suspensio differt ab excommu-
6 nicatione, & interdicto, quibus ligantur etiam laici, eaque non privat usu
7 passivo sepulturæ, & sacramentorum: nam suspensus potest sepeliri in ecclesia, & potest recipere sacramenta. Suspensio à beneficio includit, quidquid venit nomine beneficii ecclesiastici, *clem.* 1. *de vita, & honestate clericorum*. Suspen-
8 sio ab officio includit officium ecclesiasticum ordinis, dignitatis, jurisdictionis, administrationis ecclesiasticæ, *clem. 1. de decim.* Suspensio ab officio, & beneficio includit utrumque, *clem.* 1. *de decimis* quæ suspensio ab officio, & beneficio dicitur totalis, *Dicastil.* & alii. Datur
9 etiam suspensio conditionalis ad diem, ut, nisi quis resipiscat, fit suspensus ab officio, *cap. literis* 23. *de testibus*.

Officium clerici per se significat exer-
10 citium ordinis: nam clericus sine ordine esse nequit, sine aliis verò esse potest, ut sine jurisdictione. Hinc potest exercere, quidquid potest laicus, & suspensus ab officio non est suspensus à beneficio, *Leander tom. 4. tract. 4. disp. 3. quæst.* 4. 5. & 8. idque patet ex *cap.* 14. *de temporibus ordinationum*: &, cum de pœnis agitur, verba sunt restringenda ad propriam significationem: propriè autem nomine officii non venit beneficium, *cap.* 33. *de testibus*. Hinc suspensus ab uno, non est suspensus ab alio ordine, in quo non includitur ordo suspensus: & suspensus ab ordine superiori, non est suspensus ab ordine inferiori, ut pœnæ restringantur: & suspensus ab ordine, non est suspensus à jurisdictione, *cap. aquam de consecrat. eccles. vel altar.* & Episcopus suspensus ab ordine episcopali potest facere illa, quæ non exigunt ordinem episcopalem, ut celebrare, censuras ferre: & suspensus ab usu baculi, & mitræ, non potest facere actus, qui requirunt usum baculi, & mitræ, sed posset exercere alia etiam jurisdictionalia: & suspensus ab ingressu ecclesiæ nequit ibi exercere actum ordinis, aut pontificalia, sed potest per ecclesiam transire, & ibi sacramenta recipere, & orare, ut posset etiam laicus: posse autem in ecclesia sepeliri, negant *Busæus*, *Leander*, & alii.

Suspensus à beneficio non est suspen-
sus ab officio: nam sumus in pœnis non extendendis: & suspensus à beneficio
11 potest percipere pensionem, quæ supponit clericatum, quia pensio proprie non est beneficium, sed portio fructuum beneficii

ficii, *cap. quamvis de præbendis in 6. Crescentius*, & alii. Suspensus itidem à beneficio non privatur distributionibus quotidianis debitis illis, qui intersunt, quia non sunt fructus beneficii, sed servitii personalis. Ita *Covarr. Palaus*, & *Avila* contra *Suarez*. Suspensus à beneficio privatur fructibus, & administratione beneficii: & quoad fructus id habetur in *cap. cum Vvintonienſis de electione*: & retinens sibi fructus beneficii arbitrariè punitur ab ordinario: posse autem ante sententiam fructus retineri affirmant *Avila, Navar. Diana*, & *Palaus*, contra *Gabrielem à S. Vinc. Leandrum*, & alios: & quidem fructus retinere valet suspensus, si præstet officium, maximè si sit pauper, *Covar. 3. variar. c. 13. num. 8.* Nam Mater Ecclesia misericorditer agit cum suis filiis egentibus, nisi contumacia eos reddat indignos.

In recipiendis ordinibus ipso jure est suspensus clericus malè promotus, *Trid.*
12 *sess. 23. cap. 8.* adeoque suspensus remanet, qui fuit ordinatus ab illo, qui renunciavit Episcopatui, etiam quoad exercitium ordinis, *cap. 1. de ordinato ab Episcopo, qui renunciavit*. Præterea est suspensus ordinatus ab Episcopo proprio extra diœcesim sine licentia Ordinarii, ubi confertur ordo, *Trid. sess. 6. cap. 5. de reform.* Est itidem suspensus ordinatus ante legitimam ætatem in mala fide juxta *extravag.* Pii II. quæ incipit *sacrorum*. Est etiam suspensus, qui ordinem malè recepit ante tempora, vel extra tempora absque dispensatione, *cap. literas de temporibus ordinat.* Ordinatus per saltum est etiam suspensus ab ordine recepto, *Trid. sess. 23. de reform. c. 14.* Similiter est suspensus ordinatus ab Episcopo suspenso, vel excommunicato, *cap. 1. & 2. de schismaticis*. Exercens ordinem, à quo est suspensus, & deserens
13 missam inchoatam, ut ab alio supplea-tur, est suspensus, *cap. nullus de consecratione dist. 1.* & est suspensus consecrans, & non perficiens ex culpa sacrificium, *cap. relatum de consecrat. dist. 2.*

CAP. XLIII.

De depositione, & degradatione.

SUMMARIUM.

Depositio quid, & quotuplex sit, & quare a suspensione discriminetur 1.

Degradatio quid sit, & an clericus absens degradari valeat, quæque ad degradationem sollemniter faciendam requirantur 2.

Degradatus an possit ab Episcopo in pristinum statum restitui, & degradatum percutiens an incidat in excommunicationem 3.

Quas ob causas clericus degradari possit, & an ecclesiastici judices dare laicis debeant copiam processus adversus degradatum construcli, & an laici possint ab eo recedere 4.

Auctores, qui degradationis materiam enuclearunt, recensentur 5.

DEpositio hic sumitur pro censura, qua Judex per sententiam deponit
1 clericum a gradu ecclesiastico, à beneficiis, officiis, & dignitatibus, *c. novimus 27. de verb. signif. c. 2 de feriis in 6.* Depositio alia sollemnis est, alia simplex. Sollemnis dicitur degradatio, & est realis depositio. Simplex est depositio verbalis, quæ est pœna ecclesiastica privans ecclesiastico jure officii, & beneficii, *c. veritatis de dolo, & contumacia*. Dicitur, quòd privat jure ad differentiam suspensionis, quæ non tollit jus beneficii, & officii, sed tollit actum. Depositio autem potest esse vel ab officio, vel a beneficio, vel ab utroque, *cap. 2. de pœnis*, estque censura ecclesiastica, ut appellatur *à Baronio, à Majolo, & à Gabriele à S. Vinc.* contra *Suarez*.

Degradatio est pœna ecclesiastica, qua
2 quis sollemniter privatur beneficiis, officiis ecclesiasticis, & privilegio fori, & canonis absque spe restitutionis, *cap. degradatio de pœnis in 6.* & licèt non possit tollere characterem ordinis; est tamen censura, ut docent *Ledesma, Cornejus, Majolus, Baronius*: nec potest ferri contra absentem, quia exigit sollemnitatem, quæ tantùm fit contra præsentem: & olim requirebantur sex Episcopi, quando degradandus erat presbyter: hodie verò sufficit unus Episcopus cum Abbatibus habentibus privilegium baculi, & mitræ, *Trid. sess. 13. cap. 4.* & sollemnitatem degradationis habemus in *d. cap. degradatio 2. de pœnis in 6.* Episcopus non potest restituere de-
3 gradatum, & percutiens eum, qui fuit realiter degradatus, non est excommunicatus, *cap. 2. de pœnis in 6. Novar. Suarez, & Felicianus* contra *Marantam, Martam*, alios que, licèt percutiens illum, qui fuit tantùm verbaliter degradatus, sit excommunicatus, quia hic non amisit privilegium canonis, *Villalobos*, & alii. Non potest clericus realiter degradari, nisi in
4 causis jure expressis, quando est tradendus seculari, *Trid. sess. 13. cap. 4.* ut is, qui patravit delictum majestatis, *cap.*

ad

Digitized by Google

ad abolendam haeresim, & falsificator literarum Apostolicarum, insidians Episcopo, assassinus, non sacerdos sacrificans, vel ministrans sacramentum pœnitentiæ, & quodlibet homicidium patrans qualificatum cum incorrigibilitate, *Chartarius decis.66. num.48.* An autem Judices ecclesiastici debeant dare copiam processus, & Judices laici teneantur ei stare, docent *Præsid. de Franch. decis. 571. num.9. & Sanfelic. decis. 139. num.1.*

De degradationibus tractant *Barbos. de potest. Episc. 1.3.p.515. Conin. de sacram. p.514. Tusc. t.2.p.191. Zerol. in prax. Episc. p.142. & par.2.p.44. Megalius t. 2. prompt. pag. 133. Henriq. in summ. theolog. tom. 2. pag. 338 Sà in aphor. confess. pag.120. Rub. in aphor. confess. p. 172. Alvarez in specul Princip. pag.87. Nicolius tom.2. resolut. pag.232. Lorich. in thes. theolog. tom. 1. pag. 760. Allozza in flor. summ. pag. 162. Bassæus tom.1. flor. theolog. pag.274. Gavantes in manual. Episc. pag.94. Summa Lezan. tom.3.p.364. Summa Rodriq. part. 3. pag. 239. Sayrus de censur. pag.28. Crespet. in summ. pag. 241. Summ. Tolet. pag. 138. Gabriel à S. Vincent. de censur. pag. 953. Bonacina tom. 1. pag.508. Busembau pag.484. Leander tom. 5. pag.275. Summ. Sylvestr. part.1. pag.179. Venerus in exam. Episc. pag. 154.*

CAP. XLIV.

De interdicto, & cessatione à divinis.

SUMMARIUM.

Interdictum quid sit 1.
Dividitur in locale, personale, & mistum, ac de unoquoque discriminatim agitur 2. *& seq.*
Interdicto populo, clerus non censetur interdictus, interdictoque clero, non censentur interdicti regulares: sed civitate aliqua, ecclesia, communitateque interdictis, suburbia etiam civitatis, & cohærentia ædificia, & capellæ omnes ecclesiæ, & contigua cæmeteria, & singulæ communitatis personæ interdicto comprehenduntur 3.
Ex personali ad locale, exque locali ad personale interdictum, sive generale, sive speciale sit, an fieri possit illatio 4.
In universam ecclesiam vel à Summo Pontifice, vel ab œcumenico Concilio ferri potest interdictum 5.
Interdicto personali quælibet persona obstringi potest ab eo, qui justam obstringendi causam habet, & jurisdictionem 6.
Quæ sit ferendorum caussa interdictorum 7.
Quæ interdicti tempore sacramenta ministrari, quæque suscipi valeant 8.
Divina officia à personis, inque locis interdictis an celebrari quandoque possint, quidque divinorum officiorum, & ecclesiæ nomine comprehendatur 9.
Sepultura interdicti tempore quo in loco, quibusq; personis concedatur 10. & 12.
Interdictum personale ab ingressu prohibet ecclesiæ 11.
Qui coram interdicto, suspenso, vel excommunicato vitando sacrificium celebrat, irregularitatem non contrahit, eique tantùm ecclesiæ interdicitur ingressus 13.
Quanam pœna adficiantur, qui violare audent interdictum 14.
Si laicus vel ecclesiasticum impellat ad celebrandum in loco interdicto, vel prohibeat, quominus interdictus illinc egrediatur, vel in loco sacro eum tumulet, qui nominatim interdictus fuerat, in excommunicationem incidit, a qua, non nisi purgata injuria, potest absolvi 15.
Moniales iisdem, quibus religiosi viri, exemptionis privilegiis fruuntur 16.
Religiosi an interdici ab Episcopo, vel excommunicari valide possint 17. *quidque dicendum de iis, qui peculiare habent exemptionis privilegium, ne interdici, vel excommunicari valeant* 18. & 20.
Canonici lateranenses eo fruuntur privilegio 19.
Abbas, Prælatusve regularis in alios sibi subjectos, in sua monasteria, & ecclesias sibi commendatas an ferre valeat interdictum 21. *ubi plures distinguuntur casus: quidque dicendum de regularibus, qui curam habent animarum d. nu.20. in fin. & nu.22.*
Quid, & quotuplex sit cessatio à divinis 23.
Differt ab interdicto 24.
Caussa hujuscemodi cessationis est culpa gravis, & manifesta, apertissimeque in contumacem, eo prænonito, exprimenda 25.
Indicta cessatione, desistendum est à solenni divinorum celebratione 26.
Quid dicendum de Eucharistia, cæterisque sacramentis eo tempore ministrandis, deque sepultura præbenda 27.
Auctores, qui de interdicto scripsere, memorantur 28.

INterdictum hic etiam sumitur pro censura ecclesiastica: & est pœna per se pri-
1 vans baptizatum quibusdam ecclesiasticis bonis communibus, *cap. quod in te*

9. de

9. *de pœnitentiis, & remissionibus, Emanuel, Laurentius, & Suarez.* Differt à suspensione: hæc enim afficit tantùm clericos, & actus ecclesiasticos; interdictum verò afficit etiam laicos, & privat bonis, quæ sunt clericis, & laicis communia, *d. cap. quod in te.* Triplex illud est, locale, personale, & mixtum, *cap. civitatis 17. cap. 16. & 19. de sententia excom. in 6.* Locale afficit locum, in quo divina fieri, & audiri prohibentur, quamvis indirectè comprehendat personas, quæ in illo loco nequeunt vacare divinis, *cap. si sententia 16. de sententia excom. in 6.* & interdictum locale subdividitur in generale, speciale, & singulare: generale afficit totam universitatem, puta regnum, civitatem; speciale afficit locum, sub quo sunt plura loca individua, ut si interdicatur ecclesia, sub qua sunt plures capellæ, *cap. in partibus de verbor. signif.* Singulare, sive individuale afficit rem individuam, puta talem capellam. Personale afficit personas, quas excludit à divinis officiis, à sacramentis, à sepultura, *cap. is, cui 20. de sententia excom. in 6.* In interdicto generali populi clerus non comprehenditur, *c. alma 24. de*
3 *sententia excomm.* Mixtum est afficiens locum, & personam, & dividitur in determinatum, & ambulatorium: determinatum loco circumscribitur: ambulatorium cohæret personæ delinquenti, *cap. non est nobis 21. de sponsalibus, cap. dilectis 55. de appellation.* Civitate aliqua interdicta, etiam suburbia, & continentia ædificia interdicta debent intelligi: & si interdictum in ecclesiam aliquam speciatim feratur, capellas etiam omnes ejusdem ecclesiæ, & contiguum cæmeterium comprehendit. Interdictum verò personale, si generale sit, singulas comprehendit personas, quæ communitatis illius, in quam fertur, partes sunt: Interdicto itaque populo, etiam inhabitantes in suburbiis, si populi partes sint, intelliguntur interdicti: & interdicta familia Principis, etiam clerici, si qui in ea familia essent, interdicti essent: sed, interdicto clero, interdictæ minimè censentur religiosæ personæ, quæ regulares dicuntur.

Porrò ex interdicto generali loci non
4 necessariò ad generale personale interdictum fit illatio, nec e contra: ex interdicto etiam personali speciali non infertur ad interdictum locale speciale: contra verò interdictum locale speciale necessariò speciale personale semper complectitur; sicut etiam locale generale semper personale speciale comprehendit. In totam ecclesiam à Pontifice
5 vel generali Concilio, Sede vacante, ferri potest: sed justa causa ad illud ferendum moraliter assignari non potest.
6 Personale in quamlibet personam ferri potest, si jurisdictio, & justa causa concurrant: & personale quidem interdicti
7 personæ supponit culpam, eamque, si generale sit, graviorem: locale verò, si generale sit, gravem culpam, & aliquo modo publicam exigit; si speciale, minorem, & non ita communem, *Varburg. in rudimentis juris canonici pag.* 300.

Tempore interdicti potest ministrari
8 baptisma, etiam solemniter, ita ac si non esset promulgatum interdictum, & in loco interdicto, putà in parochia: nec tenetur parochus, aut alter, qui nominatim non sit interdictus, adire vicinam ecclesiam non interdictam, *cap. quoniam 19. cap. alma de sententia excom. in 6. Sylvester in verb. interdictum 5. quæst. 7.* Parochus verò, vel alius nominatim interdictus nequit hoc sacramentum, nisi in necessitate extrema, ministrare, *cap. si sententia de sententia excom. in 6.* Confirmatio itidem ministrari *valet* etiam tempore interdicti, *cap. responso de sententia excom.* Non potest tamen Episcopus, si nominatim interdictus fuit, vel dedit causam interdicto, ministrare sacramentum confirmationis, *cap. latores, cap. sententia de clerico excom. ministrante.* Possunt etiam tempore interdicti confirmari generaliter, personaliterque interdicti, qui non dederunt causam interdicto, *cap. alma de sententia excom. in 6.* Ministrari quoque valet sacramentum pœnitentiæ, exclusis tantùm excommunicatis ob ipsum interdictum, & dantibus causam interdicto, *dict. cap. alma mater.* Eucharistia non ministratur tempore interdicti, nisi per modum viatici, & tunc ministratur cum omni solemnitate, ita ac si non esset interdictum, *dict. cap. alma, & cap. quod in te de pœnit. & remiss.* Tempore verò interdicti non ministratur extrema unctio, *d. cap. quod in te*, nec confertur ordo, nisi constituendo ministrum omninò necessarium pro sacramentis tunc conferendis, *dict. cap. alma, Bonac. de interdict. lib. 3. §. 3. num. 3.* Validè verò, licitèque contrahitur eo tempore matrimonium, *cap. capellanus de feriis, Bassæus, Sanch. de matrim. disp. 8. Diana part. 5. tract. 10. resol. 81.* benedictio tamen nuptialis fieri nequit, *Covarr. in*

cap.

Digitized by Google

cap. alma de sententia excom.

Divina officia à personis, inque locis interdictis frequenter, solemniterque, ut moris est, celebrari eo tempore nequeunt. Nomine autem divinorum officiorum venit omnis solemnis publica communis ecclesiæ, & ecclesiarum actio instituta ad divinum honorem, obsequium, & cultum, ut celebratio missæ, oratio publica canonica, sive divinum, sive defunctorum, sive virginis officium, litaniæ publicæ, benedictiones solemnes templi, palmarum, candelabri, cinerum, aquæ, & alia hujuscemodi: non verò veniunt, quæ à laicis æquè benè fieri, aut dici valent, ut adoratio sanctæ Crucis, benedictio mensæ, salutatio angelica, litaniæ privatæ, & officia, quæ recitantur à confraternitate laica, nec aqua benedicta sumpta in ingressu ecclesiæ, nec recommendatio animæ moribundi, nec orationes itinerantium: imò nec tunc temporis prohibetur prædicatio, *dict. cap. alma mater*: & nomine ecclesiæ veniunt loci omnes auctoritate Episcopi approbati, in quibus populus convenire valet publicè, non autem veniunt capellæ privatorum approbatæ ab Ordinario, *Covarr.* contra *Navar.*

Olim semel in hebdomada ad renovandam Eucharistiam celebrari permittebatur, *cap. permittimus* 57. *de sententia excom.* Hodiè, si interdictum sit locale speciale, servatur jus antiquum, *Basæus in verb. interdict. 2. num.* 15. Si verò interdictum sit locale generale, singulis diebus possunt fieri divina in ecclesia submissa voce, januis clausis, campanis non pulsatis, exclusis interdictis nominatim, & qui dederunt causam interdicto: sed campanæ possunt pulsari ad salutationem angelicam, ad significandas horas, & ad convocandum populum, ut comitetur Eucharistiam ad infirmos. Tempore quoque interdicti assignantur certi dies, in quibus aperiuntur ecclesiæ, & hi sunt dies Natalis, Resurrectionis Dominicæ, Penthecostes, *dict. cap. alma de sententia excom. in 6.* & incipiunt à primis vesperis, & durant per totam octavam, etiam corporis Christi Domini, ut etiam dies assumptionis Virginis.

Interdictum locale tollit sepulturam
10 in loco interdicti, dummodo locus sit nominatim interdictus, *cap. quod in te de pœnit. & remiss.* Si interdictum sit personale generale, non tollit ecclesiasticam sepulturam, sed ea privantur nominatim interdicti, quia cum illis ecclesia non communicat, *extravag. ad evitanda, cap. is cui de sententia excom. in 6. Murga tom. 2. disp. 4. num. 1.* Habens privilegium assistendi divinis tempore interdicti, non potest sepeliri in ecclesia: nam mortuus non dicitur interesse divinis officiis: & speciale est in clericis, ut tempore interdicti valeant humari in ecclesia, *cap. quod in te de pœnit. & remiss.* idque verum est, nisi clerici sint nominatim interdicti, & nisi violaverint interdictum, *cap. quod in te de pœnit. & remiss.* Transacto autem interdicto, fideles debent sepeliri in loco sacro, nisi fuerint excommunicati, aut nominatim interdicti, *Leander disp. 6. quæst. 4.* Privatio ingressus Ecclesiæ est effectus interdicti per-
11 sonalis, ut vult *Burgarius*. Nam personaliter nominatim interdictus nequit divinis interesse, ut patet ex dictis, &
12 non potest in ecclesia, vel cæmeterio sepeliri, *cap. is cui* 20. *de sententia excom. in 6.*

Celebrans coram interdicto, suspenso,
13 aut excommunicato non tolerato non fit irregularis, licèt peccet mortaliter, *Novar. cap. 25. num. 94. Hugolinus part. 1. §. 1. num. 25. Filiucius de interdicto num. 29.* aliique apud *Bonac. de interdicto disp. 5. punct. 7. propos. 2. num. 18. Duardus in commentariis sup. cap. omnis utriusque sexus tom. 2. disp. 12. sect. 33. concl. 3. num. 12.* ubi tenet, eum esse suspensum ab ingressu ecclesiæ, non irregularem, cum *gloss. in cap. Episcoporum de privilegiis in 6. Suarez de censuris lib. 1. cap. 14. num. 34. Gabriel à S. Vinc. de censuris disp. 10. quæst. 6. num. 169. Squillant. de obligat. clericorum par. 3. num. 42. Cornejus disp. 6.* Irregularitas etenim non incurritur, nisi jure exprimatur, *cap. is, cui de sententia excom. in 6.* ibi: *Qui præsentibus majori excommunicatione innodatis scienter celebrare præsumit, licèt in hoc temerariè agat; irregularitatis tamen laqueum non incurrit.* Incurrit verò interdictum ab ingressu ecclesiæ scienter celebrans, vel faciens celebrare divina in locis interdictis, *cap. Episcoporum de privilegiis in 6.*

Si clericus violet interdictum locale,
14 vel personale, tunc privatur privilegio, ut sepeliatur in ecclesia, *cap. quod in te de pœnit. & remiss.* & exercendo actum ordinis, quando ipse est personaliter interdictus, vel celebrans scienter in ecclesia nominatim interdicta, fit irregularis, *cap. is, qui* 18. *§. is verò de sententia excom. in 6. Fagnanus, Parisius*, & alii. Laicus verò violans interdictum puni-

Digitized by Google

tur arbitrariè, *cap. gravis de sententia excom.* Si laicus cogat ecclesiasticum ce-
15 lebrare in loco interdicto, aut prohibeat interdictum egredi, tunc est excommunicatus, *clem.1.& 2.de sententia excom.* Similiter est excommunicatus violans interdictum sepeliendo scienter nominatim interdictum in ecclesia, vel cœmeterio, & nequit absolvi, nisi, purgata injuria, satisfactum sit læso arbitrio Episcopi, *clem.1.de sepultura.*

Moniales fruuntur iisdem privilegiis,
16 ac Religiosi viri circà exemptionem à jurisdictione Ordinariorum, *Donat. ver. regul. tom. 4. de monial. tract.7. qu.* 37. *num.6.* Sunt verò nonnulli Religiosi
17 carentes particulari privilegio, ut interdici, & excommunicari non possint per locorum Ordinarios, S. Sedis Nuncios, à latere Legatos, vel Delegatos, & eos excommunicari, & eorum loca, & ecclesias interdici posse per locorum Ordinarios in casu alicujus ex delictis, pro quibus Ordinarii punire possunt Regulares, quantumvis exemptos, ordinaria authoritate, vel delegata, non sine contradictione dixerunt aliqui, uti videre est apud *Passerin. de stat. homin. quæst.* 189. *art.* 10. *à num.*763. *& seqq.*

Alii verò sunt, qui potiuntur parti-
18 culari privilegio, ut nullo modo interdici, vel excommunicari possint per locorum Ordinarios, S.Sedis Nuncios, à latere Legatos, vel Delegatos, & hi sunt, quorum ecclesias interdicere non possunt Ordinarii, nec etiam pro illis casibus, in quibus ipsi procedere possunt contrà similes exemptos, quos utique punire, & coercere possunt pœnis sibi benè visis, exceptis tamen interdicto, & censura, *cap. volentes §. in eos de priv. in* 6. ibi: *In eos autèm, quibus, ne interdici, suspendi, vel excommunicari à quoquam valeant, à Sede Apostolica est indultum, sicut sunt Religiosi quamplures, in quorum privilegiis continetur, ne quisquam Episcopus, vel Archiepiscopus monasteriorum suorum monachos pro ulla causa, ullove loco interdicere, vel excommunicare præsumat, iidem Ordinarii jurisdictionem suam, quantum ad ista, ubicumque illi fuerint, exercere non possunt: & glos. ibidem in verb. quantùm ad ista* dicit: *Quantum ad ista, scilicèt interdictum, suspensionem, & excommunicationem, ergò quantum ad alia salva manet jurisdictio: licèt ergò ista exercere non possint Ordinarii; possunt tamèn causam eorum audire, & judicare, & si non pareant, poterunt in possessionem mittere, & similia facere:* & ita de casu ad casum [illegible] *cap. fin. num.11. de for. com[illegible]anil. diversor. jur. canon. rubr. [illegible]m.41. Ventrigl. in prax. eccles. ad [illegible]. num. 6. Passerin. in d. cap.1. de p[illegible]6. num. 2.* & idem *Passerin. de st[illegible]. d. art. 10. num.* 770. & 771. ub[illegible] quòd, quamvis Concilium Trid[illegible] in aliquibus casibus det Episc[illegible]tatem coercendi, & puniendi [illegible]s; non per hoc dat illis facultate[illegible]edendi contra illos censuris, qu[illegible]itur de illis regularibus, qui habent speciale privilegium, ut non possint excommunicari, suspendi, vel interdici per Ordinarios. Hoc autem privilegio po-
19 tiuntur Canonici Lateranenses, ut habetur in constitutione Sixti IV. *§. necnon synodalibus* ibi: *Ita quòd de cætero cum monasteriis, membris, & ecclesiis, locis, personis, & juribus suis quibuscumque, eidem Sedi immediatè subjecta existat, & omninò esse censeatur, quòdque Legati, aut Nuncii præfati, seù locorum Diœcesani, aut alii Ordinarii quicunque &c. in Congregationem, Canonicos, personas, monasteria, ecclesias &c. utpote prorsùs exempta, excommunicationis, suspensionis, ac interdicti sententias, seù alias censuras &c. auctoritate ordinaria promulgare, nec ullam in monasteria, ecclesias &c. præeminentiam &c. exercere possint &c. Decernentes ex nunc omnes, & singulos processus, ac excommunicationis, suspensionis, & interdicti sententias &c. contra congregationem &c. ecclesias &c. irritos, & inanes, nulliusque roboris &c. ac momenti esse &c.* ut patet ex bullar. *Congreg. Mediol.* impress. anno *1606.fol. mihi* 350. & consequenter jam evidens
20 est, nullo modo posse Episcopos eorum ecclesias interdicto subdere, uti, præter suprà allegatos, probarunt *Joannes Andr. in tract. de interdic. n.22. & Sylvester in sum. verb. interdictū §.3.n.4.* ibi: *Exempti à Prælatis non possunt ab eis interdici, etiam indirectè.* Inhæret *Card. Tusch. in pract. concluss. verb. interdictum concluss.* 274. *num.19.* ibi: *Item non possunt Episcopi, & alii ordinariam jurisdictionem ecclesiasticam habentes interdicere exemptos, & consequenter non suppositos suæ jurisdictioni &c. aliàs interdictum, tamquam latum à non suo judice, fit nullum:* atque id ipsum comprobant alii plures, quos longa serie recenset *Passerin. dict. art.10. num.* 774. ubi ait, quòd, cum dictum privilegium habeant omnes Regulares, benè *sequitur, quòd Ordinarius, etiam in casibus, in quibus potest contra Regulares procedere, non potest eos interdicere, suspen-*

Digitized by Google

ſuſpendere, vel excommunicare: & individualis eſt reſolutio Sac. Congregationis Concil. quæ habetur in *bullar. Caſſin. tom. 1. conſtit. 263.* ubi ſuper nullitate interdicti per hæc verba Bobien. Epiſcopo reſcriptum legitur: *E benchè queſti miei Illuſtriſſimi Signori riconoſchino il buon zelo di V. S. &c. hanno tuttavia riſoluto di ſcriverle, che non avendo lei giuriſdizione alcuna ſopra le coſe, perſone, e Chieſe di detti monaci &c. ſe non in quelle, dove è la cura dell' anime di perſone ſecolari, non hà potuto manco metter l'interdetto in detta Chieſa.*

Ex hoc verò, quòd eccleſias ſic exemptas interdicere nequeunt Ordinarii, 21 ſequitur, ſub interdicto ponere eas poſſe Abbates ordinariam in eccleſiis ſic exemptis juriſdictionem exercentes: nam eccleſiæ, quas interdicere non poſſunt Ordinarii, prædicta particulari obſtante exemptione, ſubſunt regulari Prælato quoad exercitium cujuslibet jurisdictionis ordinariæ, & quoad interdictum, quod ſemper ferri poteſt contra omnem perſonam ſubditam cujuſcumque conditionis, & contra quamcumque univerſitatem, & omnem locum, à proprio Prælato, *Sylveſt. in ſumm. dict. §. 3. num. 1. & 2.* ubi expreſsè quærens, à quo homine poni poſſit locorum, & perſonarum interdictum generale, ſpeciale, vel ſingulare; primò dicit, quòd hoc ferre poteſt in genere, quicumque poteſt excommunicare, vel ſuſpendere ratione jurisdictionis ordinariæ, vel delegatæ ad *text. in cap. præſenti de verb. ſignif. & cap. quia pontificali de offic. deleg. in 6.* & indè ſubdit, inferiori Prælato competere iſtius jurisdictionis exercitium contra perſonas, eccleſias, & loca ſibi ſubdita, ad *text.* literalem *in cap. cum ab eccleſiarum 3. de offic. jud. ord.* ubi *gloſs. in verb. eccleſiaſtica ſententia* dicit, quòd *hoc facere poſſunt iſti inferiores Prælati, quia hoc non eſt ordinis, ſed potius jurisdictionis: & illud generaliter traditur, quòd quilibet Prælatus collegiatæ eccleſiæ, licèt ſubſit Epiſcopo; eſt tamen judex ordinarius in plebem ſuam, & habet jurisdictionem cognoſcendi, & excommunicandi*: In eam quoque ſententiam protendit *Sylveſter in ſumm. dicto verb. interdictum qu. 3. num. 3.* ibi: *Et quintò inferior Prælatus habens jurisdictionem ordinariam contra ſibi ſubditos*: nec aliter ſenſit *Covarr. ſelect. par. 3. in cap. alma mater de ſentent. excommun. in 6. §. 2. de interdict. eccleſ. n. 6.* ubi ait, quòd interdicti eccleſiaſtici cenſuram decernere poteſt quilibet judex eccleſiaſticus, cui competit jus cenſuram eccleſiaſticam decernendi, cum appellatione cenſuræ eccleſiaſticæ etiam interdictum contineatur: & propterea DD. dicunt, decerni illud poſſe ab Epiſcopo, & Prælatis habentibus ordinariam jurisdictionem eccleſiaſticam, *Tuſch. dict. concl. 274. num. 8. 9. & 10.* ubi agit de Abbate confirmato, licèt nondum benedicto, & de omni Prælato habente jurisdictionem eccleſiaſticam ordinariam, qui poteſt interdicere, & à divinis ceſſationem promulgare.

Nec dici poteſt, prædicta intelligenda eſſe de interdicto perſonali, non autem de locali, quod Abbates regulares apponere non poſſe dicunt nonnulli: ſiquidem eorum dictum nullo modo procedit, nec ulla canonica diſpoſitione fundatur: certum eſt enim, ut diximus, tum in ſenſu DD. tum ex reſolutis in Sacra Congregatione Concilii, Epiſcopos interdictum ponere non poſſe in Eccleſiis Regularium tali privilegio gaudentium, per quod certum eſt, eorum Eccleſias interdici ab eis non poſſe in caſu, quo mereantur interdici: & ſi hoc facere nequeunt Epiſcopi ratione prædictæ particularis exemptionis, jam in comperto eſt, hoc adimplendum fore per ipſoſmet Prælatos regulares in hiſce Eccleſiis eccleſiaſticam jurisdictionem ordinariam exercentes. Nec indefinitè ſubſiſtit illa ratio, per quam moventur contra regulares Prælatos iſtorum juriſdictionis diminutionem allegantes, ſcilicèt ne concedatur tali pacto, quòd per indirectum jurisdictionem exercere valeant in clerum, & populum, qui in loco interdicto ſe à divinis debent abſtinere: nam aut agimus de eccleſiis regularium habentibus annexam curam 22 animarum, & in iſto caſu verum credimus, quòd, quia ratione curæ eccleſia ſubdita eſt Epiſcopo, interdici non poſſit à Prælato regulari, ne turbetur tali pacto Epiſcopalis jurisdictio, & impediatur populus, quin frui poſſit parochialitatis commodo, invito Epiſcopo: aut agitur de ſimplici regulari eccleſia deſtinata ſolummodò pro uſu eorumdemmet regularium, & in iſto caſu, quia per accidens eſt, quòd populus utatur commodo iſtius eccleſiæ pro audiendis divinis, & pro aliis eccleſiaſticis functionibus, quas benè populus adimplere poteſt in propria parochiali eccleſia, quatenùs careat commodo eccleſiæ regularis; nemo non videt, quòd iſtius eccleſiæ reſpectu per ſe ceſſat illa ratio, per quam moventur, qui volunt regulari

Digitized by Google

Prælato jurisdictionem diminuere. Non enim turbantur clerus, & populus, nec quæ competit istius respectu Episcopis ordinaria jurisdictio, sed exercetur solummodò citra Episcopi injuriam, quæ, data dicta particulari exemptione, propria est Prælatorum regularium, ordinaria jurisdictio, quam ideò exercere debent, ne alioquin ecclesia sit sine capite: & *Suarez de censuris disput. 36. de caus. interd. sect. 1. num. 2. & 3.* distinguendo implicitè de casu ad casum, hanc videtur sententiam approbare, ut tunc nequeant regulares Prælati eorum ecclesias interdicere, quando ex interdicto locali lædi potest quoquo modo Episcopalis jurisdictio, & aufertur populo, quod habere debet innatum commodum in regulari ecclesia, secus autem, ubi nullum præjudicium est Episcopi directum, vel indirectum, & ex interdicto cessat tantùm illud commodum, quod populus habet secundariò, ut colligitur ex illis verbis: *Atque hæc ratio maximè convincit de interdicto generali loci: de interdicto enim speciali in propriis ecclesiis, vel domibus non videtur eadem ratio, quia talia loca regulariter exempta sunt, & eorum jurisdictioni subiecta. Cur ergo non poterunt eis tale interdictum ponere?* & quamvis tàm *Suarez*, quàm *Sotus, Tamburr.* & alii dicant non esse in usu, quòd Regulares Prælati suis in ecclesiis interdictum ponant; contrarium tamen convincitur ex relatis ab eodem *Tamburr. de jur. Abbat. disput. 16. quæst. 1. tom. 2.* Dat enim ibi duo casus, & in unoquoque refert, interdictum posuisse in suis ecclesiis Prælatos regulares: & apponi posse placuit Sac. Congregat. Concilii, ut habetur in quadam epistola ibi: *Quod quidem factum nulla vel justitia, vel auctoritate fultum Illustrissimi Patres magnoperè improbantes declarant Ecclesiam ab amplitudine tua nullitèr benedictam fuisse, atque iterùm benedicendam esse ab Abbate, interdictumque ab ipso positum temerè fuisse violatum.*

Cessatio à divinis est pœna ecclesiastica cogens ministros ecclesiæ desistere à divinis officiis, & à quibusdam sacramentis ministrandis, & sepultura, *clem. 1. de sententia excom.* & triplex est, generalis, specialis, individualis, *clem. 1. de verbor. signif.* afficitque personam in loco, ne scilicet in tali loco divina exerceantur, & est censura, ut docent *Covar. Sotus, Molina, Gabriel à S. Vinc. Corneius,* & *Petrus Ledesma* contra *Suarez, Leandrum*, & alios. Differt ab interdicto, *clem. 1. de sententia excom. Dicastil.* contra *Navar.* quia violans interdictum per actum ordinis est irregularis, non verò est irregularis violans cessationem à divinis, *Sayrus*, & *Alterius*. Unde clerici violantes cessationem à divinis per actum ordinis nullam contrahunt pœnam irregularitatis, nec aliam, quia jure non est expressa. Præterea differt, quia interdictum à jure quandoque exprimitur, *cap. omnis de pœnit. & remiss.* non verò exprimitur à jure cessatio à divinis, quæ semper est ab homine. Causa cessationis à divinis *materialis* est culpa gravis manifesta, *clem. 1. de sent. excom.* causa verò finalis est, ut satisfiat ecclesiæ, *Dicastil. Suarez*, aliique. Causa materialis requirit gravissimum delictum manifestum cum contumacia ob injuriam factam ecclesiæ, vel ecclesiasticis, *clem. 1. de sententia excom.* & debet exprimi litteris patentibus, *cap. si canonici 2. de offic. ordinarii in 6.* & debet moneri reus, an velit satisfacere, *cap. quamvis 8. de offic. ordinarii.* Quando cessatur à divinis, tunc desistendum est à celebratione solemni divinorum, ut de interdicto dictum est, & renovatur Eucharistia octavo quolibet die, *cap. permittimus de sententia excom.* & eodem modo dicendum de sacramentis: nam baptismus, & confirmatio, & sacramentum pœnitentiæ ministrantur: Eucharistia verò ministratur per modum viatici: extrema unctio, & ordo non ministrantur, *cap. Capellanus 4. de feriis.* Sepultura verò ministratur sine recitatione divini officii: & à divinis officiis cessandum est, *Covar. Urtad.* & alii.

De interdicto tractant *Alvarez in specul. Princip. pag. 125. S. Antoninus in summ. to. 3. pag. 464. Vivaldus in candel. aureo part. 2. pag. 215. Marcant. in tribunal. animæ tom. 3. pag. 89. Mallæus in theol. moral. tom. 1. pag. 206. Miranda in manual. tom. 2. pag. 361. Lorichius in thes. theol. tom. 2. pag. 1207. Filiucius tom. 1. pag. 659. Henriq. in summ. theol. tom. 2. pag. 342. Nicolius in flosc. pag. 391. Leander tom. 4. pag. 376. Bonacina tom. 1. pag. 512. Nicolius tom. 2. resol. pag. 332. Navarra tom. 2. pag. 195. Rodericus in quæst. pag. 586. Gabriel à S. Vincentio de censur. pag. 704 Recchus de cas. reser. pag. 476. Vega in summa tom. 1. col. 1506. Summa Sylvestr. part. 2. pag. 35. Sayrus de censuris p. 355. Henriquez in sum. pag. 806. Faber. in summ. p. 701. Crespetius in sum. pag. 517. Villalobos tom. 1. pag. 475. Caspensis tom. 2. theol. pag. 678. Pellizarius tom. 2. pag. 307. Suarez in 3. par. S. Thom. tom. 5. pag. 538. Abelly in medul.*

Digitized by Google

dull. theol. tom. 2. pag. 498. Rubeus in aphoris. Epis. pag. 330. Allozza in flor. summ. pag. 400. Valentia tom. 3. col. 1820. Sà in aphoris. confess. pag. 271. Bannes tom. 2. theol. mor. p. 393. Barsæus tom. 2. p. 426. Tuscus tom. 4. pag. 339. Zerola in praxi Epis. pagin. 232. & part. 2. pagin. 66. Castropalaus part. 6. pag. 220. Barbosa in repert. jur. pag. 186. & in decis. apost. pag. 407. Piasecius in prax. Epis. pag. 318. Summa Rodriquez part. 3. pag. 387. Vulpius in resol. mor. pag. 278. Novar. in lucer. regul. pag. 126. Gavantes in manual. Episc. pag. 145. Layman tom. 1. pag. 159. Summa Naldi pag. 398. Portellus in dub. regul. p. 215. Venerus in exam. Episcop. pag. 149. Summa Rodriquez part. 1. pag. 249. Summa Toleti pag. 614. Summa Litterati pag. 397. Summa Lezzanæ tom. 3. pag. 671. Velascus in summ. tom. 1. pag. 164. De interdictis personis *Murga in disquis. mor. tom. 2. pag. 449.* De interdicto civili *Tuscus tom. 4. pag. 299.* De pœnis violantium interdictum *Bordonus tom. 4. resol. 134.* De interdictis retinendæ, & adipiscendæ *Indler de jurisprud. pag. 469. & Menochius.* De interdictis legalibus *Wessembachius de jur. civ. & can. pag. 391.*

CAPUT XLV.

De Sponsalibus.

SUMMARIUM.

Sponsalium etymon enucleatur num. 1.
Moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi uxores futuras 2.
Sponsalia pro convivio, arrhis, symbolis, & muneribus, quæ sponsus sponsæ largitur, quandoque usurpantur 3.
Puellarum aliæ speratæ, aliæ vel pactæ, vel desponsæ, destinatæ aliæ dicebantur, deque his discriminatim agitur 4.
Legibus comparatum est, ut nuda etiam conventione, atque inter absentes etiam per epistolam, perque internuncium sponsalia fieri validè possint 5.
Sponsa vulgariter dicitur etiam, quæ recens nupsit 6.
Quænam laudatæ judaico more appellentur 7.
Qui sponsus, quæque sponsa dicatur 8.
Sponsalium diffinitio traditur 9.
Sponsalia in Latio quo jure, & more solita fieri scripserit Servus Sulpicius 10.
Sponsalium contrahendorum modus exponitur ibid.
In sponsalibus contrahendis vetustiori ævo jureconsulti adhibebantur 11.
Inter eos, de quorum nuptiis agitur, de nuptiarum conditionibus, de dote, de donatione propter nuptias, deque arrhis sponsalitiis conventio fieri consuevit 12.
Sponsalia non sine consensu parentum fieri debent 13. ubi testimonio sacræ scripturæ, & variarum gentium, nationumque moribus institutisque id ipsum confirmatur.
Sponsalia, adjecta pœna, contrahi nequeunt sed arrhæ datio licita existimatur 14.
Sponsalibus initis, non est cogenda mulier, ut matrimonium contrahat, si justa causa id ipsum expostulet 15.
Qui cum duabus matrimonium contrahere promisit, earum una, vel utraque deflorata, cuinam fidem servare debeat 16. & 17.
Qui matrimonio contrahendo purè fidem dederunt, commonendi sunt, & omnibus modis inducendi, ut fidem præstitam observent 18. sed monendi sunt potiùs, quàm cogendi, cum ejusmodi coactiones malos soleant frequenter exitus habere 25.
Consanguinei ægrè ferunt sponsæ pudicitiam violari, & ideo in odia, dissensionesque facilè irruunt 19.
Juvenes cavere maximè debent, ne amore, aut libidine conciti quicquam ab honestate dissonum perpetrent, quamvis nihil amoris furore vehementius videatur 20. & 22.
Filia infamis non dicitur, si nimio amore ducta amanti sui copiam fecerit, & potest a genitore hæres institui 21.
Sponsalia, justa urgente causa, num possint irrita fieri 23.
Ecclesiasticus judex censuras facilè irrogare non debet, si sponsi pervicaciam agnoscat 24.
Quæ possunt evenire, sedulò animadvertenda, priusquam nuptiæ promittantur 26.
Amor diutina extinguitur absentia 27.
Quælibet justa coussa sufficit, ut sponsalia dirimi valeant 28.
Consanguineorum indignatio justam præbet sponsalium caussam dissolvendorum, & maximè, si exhæredationis quoque, & amissionis bonorum timor urgeret 29.
Si dos, quemadmodum a sponsa, vel ejus consanguineis promissa fuit, solvi nequeat, vel denegetur, sponsalia irrita reddi possunt 30.

1 VErrius Flaccus in libris, quos *de verborum significatione* conscripsit, sponsalia ex græco vocabulo σπονδὴ, quod libamen in sanciendis fœderibus adhibitum, atque ipsum sæpè fœdus indicat, etymon duxisse putavit: hucque pertinet

net fœdus ab Ezechiele *in decimosexto prophetiæ capite* memoratum: *Cum viderem te, quòd ecce tempus tuum esset &c. conveni tecum in fœdus (ait Dominus Deus) ut nuberes mihi*. Ulpianus verò *in lege secunda D. de sponsalibus* a spondendo ea dicta existimavit: nam
2 moris fuit veteribus stipulari, & spondere sibi uxores futuras. At non unam semper certamque rem sponsalia de-
3 monstrant, sed compluscula, ex quibus quædam satis superque perspecta, ut arrhæ, ut symbola, ut munera, quæ sponsus sponsæ impertitur: & de istiusmodi sponsalibus mentio ab Imperatoribus fit *in lege prima* sub titulo Justiniani codicis *si nuptiæ ex rescripto petantur*, *in lege ultima de ingenuis manumissis*, *in lege tertia de sponsalibus*, & *in lege prima* sub titulo Theodosiani codicis *si rector provinciæ*: deque illis itidem Regem Saul *in primi Regum libri capite duodevicesimo* loquutum comperimus: *Non habet Rex sponsalia necesse*. Convivia etiam, quæ, ut sponsis gratificarentur, sponsarum consanguinei solebant instruere, sponsalia dicebantur, sicque nonnulli ea nuncupata opinantur, quòd iisdem in conviviis mulieres desponderentur: sed hoc nimis esse commentitium intelligunt, percipiuntque facillimè, qui M. Tullii Ciceronis libros lectitarunt: is etenim *in quinta epistolarum*, quas scripsit ad Quinctum fratrem *in secundo libro* exarata Tulliam pridie nonas Aprilis Crassipedi esse desponsam enuntiavit, & *in sequenti epistola*: *Ad octavum*, inquit, *idus Aprilis sponsalia Crassipedi præbui*: *Huic convivio puer optimus Q. tuus meusque, quòd perleviter commotus erat, defuit.* Puellarum verò aliæ speratæ, aliæ vel
4 pactæ, vel desponsæ, destinatæ aliæ dicebantur. Quapropter Arnobius *in quarto librorum*, quos *adversus gentes* peritissimè scripsit: *Habent*, inquit, *speratas, habent pactas, habent interpositis stipulationibus sponsas.* Quæ nondum petita, nondumque pollicita fuit, sed conjux futura speratur, eam Nonius Marcellus propriè speratam dici autumavit, & Plauti auctoritate fretus versum illum, qui est *in Amphitr.* adscripsit:

Amphitruo uxorem salutat lætus speratam suam.

Sed enim Plautus inibi, quæ jam nupserat, speratam appellat: nobisque supetunt, quæ C. Julius Hyginus *in tertia & trigesima fabula* dixit: *Hercules intervenit, Centaurum occidit, & suam speratam abduxit*. Leo item & Anthemius Imperatores *in lege 26. C. de episcopali audientia*, & *in lege ultima C. de sponsalibus*, postquam desponsa mulier fuerat, & sponsalitiæ arrhæ susceptæ, speratas nuptias dixerunt. De pactis verò mulieribus plura sunt in libris veterum testimonia perscripta, ex quibus est illud Vellei Paterculi *in primo libro historiæ de rebus Romanis*: *Nam quòd pactæ ejus, Menelai, atque Helenæ filiæ Hermiones, nuptias occupaverat, eum interfecit*: est & illud Ciceronis *in 5. ad T. Pomponium Atticum*: *Nec dubitat, cujus filio pacta est Arthanaldis filia*; & illud Justini *in secundo libro historiarum*: *Cum Xerxe nuptias filiæ ejus paciscitur*; Virgilii quoque illud *in quartodecimo Æneidos libro*:

Quid soceros legere, & gemmis abducere pactas;

& illud Ovidii:

. . . . . *Nec pacta marito*
Intravi thalamos, matre parante, novos.

Quod autem *in Octavio* apud tragicum Senecam legitur, *genitam fratre conjugem captam*; id non sine mendo scriptum, & pactam, non captam conjugem latius, rectiusque legendum arbitramur. Sed & Tacitus *in duodecimo annalium libro* pactum dicit inter Claudium & Agrippinam matrimonium, atque ipsum jam famâ, jam amore illicito firmatum, necdum nuptiarum sollemnia celebrata. Præter hæc apud sanctum Augustinum *in octavi confessionum libri capite tertio* ea quoque nec inutilia monitu, nec injucunda legisse meminimus: *Institutum est, ut jam pactæ sponsæ non statim tradantur, ne vilem habeat maritus datam, quam non suspiraverit sponsus dilatam*: & Imperatores *in leg. 2. & 4. C. de sponsalibus*, & *in leg. 7. C. de donationibus ante nuptias*, pacta de nuptiis inita memorant, pactasque puellas. Inter pactas, sponsas, promissasve antiquis temporibus hoc maximè intererat, quòd, antequam stipulatio fieret, pactæ, interpositâ stipulatione sponsæ dicebantur: postquam tamen comparatum legibus, atque in more positum est, ut
5 nudo etiam consensu, atque inter absentes etiam per epistolam, perque internuncium sponsalia constitui valide possent; quæ pactæ, quæque promissæ, sponsæ indiscriminatim omnes appellitatæ. Imò tum Romæ, tum Neapoli,
6 tum in aliis atque aliis urbibus, regionibusque, inveteravit, ut sponsa vulgariter dicatur, quæ recens in sui manum viri convenit, hancque judæi laudatam vocitare sueverunt: quan-

doqui-

coquidem הלוח *halloth* generatim ἐπαινέσαι laudare, præcipuè verò ὑμεναῖον epithalamium canere significat: eaque *psalmi septimi & septuagesimi* verba: *Virgines ejus* לא הללו *non fuerunt laudatæ*; ostendunt non fuisse usquam nuptiali carmine celebratas, innuptasque mansisse, ut judaici omnes interpretes, & magistri apud eruditissimum Samuelem Bochartum *in primi de Phœnicum coloniis libri capite decimoquinto* uno ore probarunt: & in Thalmude הלול laus pro hymene identidem usurpatur. At in vulgata quadam scriptura mendosè adnotatum vidimus: *Virgines eorum non sunt lamentatæ*; quod ab hebræa maximè discrepat: & *non laudatæ* quidem dici virgines debent, quæ *non lamentatæ* dicuntur. Præterea *in cap. ult. de sponsa duorum*, & *in appendice Arelatensis concilii p.* 8. *can.* 17. desponsæ dicuntur, quæ, nuptiis celebratis, nullam cum viris cœperant voluptatem: & *in deuteronomii capite vicesimo secundo*, quæ desponsa fuit, uxor appellatur, scitèque divus Hieronymus *in Matthæi capite primo*: *Recordare*, inquit, *consuetudinis scripturarum, quòd sponsi viri, & sponsæ vocentur uxores*. Sed & illud expromendum duximus, quod Isidorus edocet *in libri etymologiarum noni capite septimo*: *Conjuges veriùs appellantur à prima desponsationis fide, quamvis adhuc ignoretur inter eos conjugalis concubitus*: & divus etiam Augustinus id ipsum asseveranter affirmat *in primi libri de nuptiis, & concupiscentia capite undecimo*, idque sacris consonum literis Gregorius P. dixit *in capite 12. caus.* 27. *quæst.* 2. *Nam divinæ legis est mos sponsas appellare conjuges*. Verùm verò ubi primùm in domum sponsi sponsa ducitur, uxor jure civili vocatur, ut videre est, & animadvertere *in lege 6. C. de donationibus ante nuptias*: & apud Romanos nullum eo ductu luculentius matrimonii argumentum, uxoremque ducere idem apud ipsos, ac matrimonium capessere: quod & Cicero, & latinitatis cultores alii exploratissimum reddiderunt: haud tamen ire inficias volumus, quæ S. Johannes Chrysostomus, sive alter imperfecti operis auctor, scripsit *in quarta homilia ad cap.* 1. *Matthæi*: *Hunc quippe morem servabat antiquitas, ut sponsæ in sponsorum domibus haberentur. Quod nunc quoque fieri interdum videmus*: *Ut enim generi Loth apud socerum leguntur habitasse cum sponsis nondum sibi copulatis lege conjugii &c.* Puellæ autem, quas vel parens, vel frater, vel propinquorum alter matrimonio alicui jungere citra ullam conventionem vel suo proposuit animo, vel in testamento constituit, non pactæ, non desponsæ, sed destinatæ dicuntur, quanquam alia nonnunquam subjecta notio fuerit. Destinatæ mulieris ita meminit Svetonius *in Julio*: *Sibique filiam ejus in matrimonium petiit Fausto Syllæ destinatam*; meminit Plinius *in tertia epistola*, ubi ait: *Jam destinata erat egregio juveni, jam electus nuptiarum dies*; meminit Arnobius *adversus gentes* ejusmodi verbis: *Virgines jam destinatas, jam desponsatas rapuit*: meminit Ulpianus *in lege 8. D. de jure dotium, & in fine legis ultimæ D. de divortiis, & repudiis*, & Papinianus meminit *in lege 66. D. de ritu nuptiarum*. Spondere verò, ac despondere, non idem apud veteres fuisse aliqui dictitant: & Brissonius *in tractatu*, quem *de ritu nuptiarum* elaboravit, eum despondere ait, qui mulierem petit: à quo petitur, spondere: Donatus etiam *ad Terentium*: *Despondere*, inquit, *dicitur pater adolescentis, spondere autem pater puellæ*: atque illa citat ipsius Terentii verba: *Ad me venit, gnatam suam filio (meo) uxorem ut daret. Placuit, despondi*. Sed neque Brissonius, neque Donatus hac uti poterunt auctoritate: idem namque Terentius *in heautontimorumeno* mulieris ita patrem sermocinantem inducit: *At ego illi neque do, neque despondeo*: & Cicero ad Atticum scripsit Tulliolam Pisoni filiam suam despondisse: *Tulliolam Pisoni despondimus*: eoque planè sensu verbum *despondere* ab jureconsultis usurpatum reperimus *in lege* 36. *& in lege 66. D. de ritu nuptiarum.*

Quid autem sponsalia sint, J. C. Florentinus *in lege 1. D. de sponsalibus* hisce optimè verbis diffinivit: *Sponsalia sunt mentio, & repromissio futurarum nuptiarum*. Mentionem dixit, quod à græcis μνησιτὸς propinqua dicitur significatione, mentionemque facit, qui aliquam petit, ut sibi desponderatur: Idcircò Plautus *in aulularia* scripsit:

Credo Ædepol, ubi mentionem ego fecero de filia,
Mihi ut despondeat, derideri sese à me creditur.

Sponsalia in ea parte Italiæ, quæ Latium nuncupabatur, hoc jure, atque more solita fieri scripsit Servus Sulpicius apud Aulum Gellium *in quarti noctium*

lium atticarum libri capite quarto: *Qui uxorem ductūrus erat, ab eo, unde ducenda erat, stipulabatur eam in matrimonium ductum iri*: *Qui daturus erat, itidem spondebat*, *Is contractus stipulationum, sponsionumque dicebatur sponsalia*. *Tunc quæ promissa erat, sponsa appellabatur*: *qui spoponderat ductūrum, sponsus*; & Plautus *in trinummo* sponsalium contrahendorum modum disertissimis hisce versibus expositi:

Lys. *Sponden' ergo*
Tuam gnatam uxorem mihi? Char. *Spondeo, & mille auri*
Philippum dotis. Lys. *Dotem nihil moror*. Ca. *Si illa tibi placet,*
Placenda dos quoque est, quam dat tibi. Char. *Postremò quod vis?*
Non duces, nisi illud, quod non vis, feras. Ca. *Jus hìc orat*. Lys. *Impetravit*
Te advocato, atque arbitro. *Isthac lege filiam tuam spondes mihi*
Uxorem dari? Char. *Spondeo*. Ca. *Et ego spondeo idem hoc*.

Sponsalia constituturi jureconsultos
11 quandoque arcessebant, qui adessent, & sollemnia verba conciperent: certis enim statisque dicendi formulis ea inire solebant: & propterea Ovidius inquit:

Te mihi compositis, si quid tamen egimus arte,
Adstrinxit verbis ingeniosus amor.
Dictatis ab eo feci sponsalia verbis,
Consultoque fui juris amore vafer.

Pactiones verò, quæ de sponsalibus,
12 de donatione propter nuptias, deque arrhis sponsalitiis fiebant, in tabulas ut plurimum referebantur: hujusque moris observationisque testis est Juvenalis, qui *in satyra* scripsit:

Si tibi legitimis pactam, junctamque tabellis
Non es amaturus;

testis Tertullianus, qui *in libro de velandis virginibus*: *Hæ sunt*, inquit, *tabellæ priores naturalium sponsaliorum, & nuptiarum*; testis itidem divus Augustinus in *lib. 13. de civitate Dei*: atque illas obsignari consuevisse præter Juvenalem Apulejus ostendit *in apolog. 2.* Raguel quidem, & Tobias, quemadmodum in sacro divinæ legis volumine memoriæ proditum est, *acceptâ chartâ fecerunt conscriptionem conjugii*.

Spondendi autem despondendive mu-
3 nus officiumque ad patrem potissimè pertinet, cui omnino cum filii, tum maximè filiæ, quarum fragile est, & infirmum consilium, & multis captionibus, multorumque insidiis expositum, obsequi, & [illegible] Moyses *in deuteronomii* [illegible] quemque parentum, tan[illegible]mo liorum conjugiorumque a[illegible]nsa- jubet: *Neque sociabis cum*[illegible]*ita Filiam tuam non dabis filio*[illegible]*gi. liam illius accipies filio*[illegible]*fi.* Paullus *in primæ ad Corin*[illegible]*ræ capite septimo* à parentibus[illegible]*filias* oportere non obscurè demo[illegible]*que* pertinentia hominum non[illegible]*ma-* tione amplitudineque pra[illegible]*rum* plurima sunt exempla in [illegible]*quitatibus* exarata: nec reticendus [illegible]*am*, nec Bathuel, nec Isaac, [illegible]*Laban*, nec Judas, nec Caleb, [illegible]*Abesan*, nec Saul, nec Raguel, [illegible]*quorum* nutu atque arbitrio jugalibus [illegible]*devinctam* vinculis prolem sacri codices commemorarunt: nec prætereundus Cyrus, qui, ut est in inclyto illo Xenophontis opere, quod παιδείας Κύρου inscribitur, non nisi patre matreque assentientibus Cyaxaris in matrimonium sibi filiam adsciscere voluit: nec omittenda Hermione, quæ apud Euripidem *in Andromache* ab Oreste in uxorem petita perquam cautè respondit:

Νυμφεύματον μὲν τῶν ἐμῶν πατὴρ ἐμὸς
Μέριμναν ἕξει· κἀκ ἐμοῦ κρίνειν τάδε.
Sponsalium quidem meorum pater meus
Curam subibit: *hoc enim non est meum*.

Leander quoque apud Musæum elegantissimi auctorem carminis *de amoribus Heronis, & Leandri*, sic Heronem sibi nupturam alloquitur:

Non manifesta queunt inter nos fœdera jungi:
Obstat uterque parens.

Quùm Publius Scipio Africanus superior suam despondisset filiam Tiberio Graccho, quem probaverat, elegeratque exploratissimo judicii tempore, dum inimicus erat; ea nihil se firmius, pensiusque habere profitebatur, quàm quod pater instituerat. Venus autem apud Apulejum Cupidinis, & Psyches nuptias absque patris consensu, ceu sceleris societatę conjunctas redarguens: *Impares*, inquit, *nuptiæ, & præterea in villa sine testibus, & patre non consentiente factæ, legitimæ non possunt videri*.

Jure verò patriæ potestatis, quod civium Romanorum proprium fuit, suorum quisque liberorum sponsalia & constituere poterat, & se non adnuente inita constitutaque dissolvere: quod Ulpianus *in lege 10. D. de sponsalibus*, & Imperatores *in lege duodecima*, & vi-

cesima

ceſima C. de nuptiis perſpectum oſtendunt. Propterea, quùm Lesbonicus apud Plautum *in trinummo* Charmida patre abſente ſuam Lyſiteli ſororem deſpondiſſet; id poſt deinde ipſe reverſus pater comprobavit:

Filiam meam tibi deſponſatam eſſe audio. Lys. *Niſi tu ne vis.*

Char. *Immò haud nolo.*

Quin & Summi Pontifices, & ſacris in conciliis Antiſtites pro certo habuerunt, ſponſalia, niſi parentes conſentiant, ritè legitimèque inter liberos conſtitui non poſſe. Evariſtus P. *in prima epiſtolarum* ita Epiſcopis Africæ ſcripſit: *Aliter legitimum non fit conjugium, niſi ab iis, qui ſuper ipſam fœminam dominationem habere videntur, & a quibus cuſtoditur, uxor petatur, & a parentibus, & propinquioribus ſponſetur.* Nicolaus itidem *in 3. c. ad conſulta Bulgarorum*: *Poſt ſponſalia*, inquit, *quæ futurarum ſunt nuptiarum promiſſa, fœdera quoque conſenſu eorum, qui hæc contrahunt, & eorum, in quorum poteſtate ſunt, celebrantur.* In concilii autem Toletani tertii *canone decimo* hæc adnotata reperimus: *Similis conditio & de virginibus habeatur, ne extra voluntatem parentum cogantur maritum accipere*: & in primi Pariſienſis concilii *canone ſexto* hæc legimus præſtituta: *Nullus neque viduam, neque filiam alterius extra voluntatem parentum Regis beneficio æſtimet poſtulandam*: nec aliter declaratum in quarti Aurelianenſis concilii *canone viceſimo*: paternumque de nuptiis judicium ſanctè religioſéque ſpectandum obſervandumque duxerunt Theodoſius, & Honorius *in lege 4. C. de ſponſalibus*, ubi hæc animadvertimus præſcripſiſſe: *Si pater pactum de filiæ nuptiis inierit, & humana ſorte conſumptus ad vota non potuerit pervenire; id inter ſponſum, & ſponſam firmum ratumque permaneat, quod a patre docebitur deſtinatum* (ſeù *definitum*, ut in quibuſdam codicibus purè atque emendatè ſcriptum invenimus). *Periniquum eſt enim, ut contra paternam voluntatem redempti forſitan tutoris admittatur arbitrium, cum plerumque etiam ipſius fœminæ adverſus commoda propria inveniatur laborare conſilium.* Nec ab re eſſe putavimus, quæ divus Ambroſius *in primi de Patriarchis*, ſeu *de Abraham, libri capite ultimo* de Rebecca, deque verecundia, & pudore ab adoleſcentula nuptura ſervandis aptè conſideratéque ſcripſit: *Honorantur parentes Rebeccæ muneribus: conſulitur puella non de ſponſalibus* (*illâ enim judicium expectat parentum: non eſt enim virginalis pudoris eligere maritum*) *ſed jam deſponſata viro de profectionis conſulitur die: Mulier electionem mariti parentibus deferat, ne appetentiæ procacioris exiſtimetur auctor, ſi ipſa de nuptiis ſuis electionem ſibi vindicet: expetita enim magis debet videri, quàm virum ipſa expetiiſſe. Verecundiam præmittat, antequam nubat, quò ipſum conjugium plus commendet verecundia*: nec illa prorſus negligenda, quæ Tertullianus dixit *in libr. 2. ad uxorem*: *Sufficiat ad enarrandam felicitatem ejus matrimonii, quòd eccleſia conciliat, confirmat obligatio, obſignatum Angeli renuntiant, pater ratum habet: nam nec in terris filii ſine conſenſu patrum ritè, & rectè nubunt.* His accedunt Plautini verſus, qui ſunt *in Sticho*:

Pi. *Quid agimus ſoror, ſi affirmavit pater adverſus nos?*

Pa. *Pati*

Nos oportet, quod ille faciat, cujus poteſtas plus poteſt.

Pi. *Gratiam a patre ſi petimus, ſpero ab eo impetraſſere:*

At adverſari ſine dedecore ſummo haud poſſumus,

Terentianos quoque verſus *in Andria* conſcriptos lubet in medium proferre:

Tibi pater me dedo, quid vis oneris impone, impera:

Vis me uxorem ducere? Hanc vis amittere? ut potero, feram.

Sed conſentaneum eſt, ea etiam percenſere, quæ dictu memoratuque digna Gellius literarum monumentis tradidit *in ſecundi noctium atticarum libri capite ſeptimo*, ubi quæri ſolitum inquit in philoſophorum diſceptationibus, an ſemper, inque omnibus juſſis, patri parendum ſit, & variis, atque inter ſe diſſidentibus græcorum, latinorumque opinionibus depromptis, addidit, rerum optimos æſtimatores in ſponſalibus conſtituendis patri parendum cenſuiſſe, obſequendumque, non verò, ſi uxorem ducere imperet infamem, criminoſam, propudioſam. Nunc autem ſponſalia patri non licet infringere, &, quemadmodum Caſſiodorus inquit, *durum eſt libertatem liberam non habere in matrimonio, unde liberi procreantur.*

Quæ verò hactenus in hoc titulo de ſponſalibus ſcripſimus, ea omnia deſumpſimus ex commentariis univerſi juris, quos compoſuit, ac typis edere inſtituit U. J. D. Don Philippus Scialaret vir morum integritate, & doctrina

Digitized by Google

drina perspicuus, omnique laudum genere refertissimus.

Quamvis sponsalia, & matrimonium,
14 pœna adjecta, contrahi nequeant, licèt pœna sit modica, quia per eam matrimonii libertas impeditur; arrharum tamen datio licita est, quia difficilius arrhæ dantur, ut ex aliis probat *Gizzarell. decis.62. num.21.& seq.*

Sponsalibus contractis, non est cogen-
15 da mulier ad contrahendum matrimonium, si justa subsit causa recedendi: talis autem non esset timor exhæredationis à matre comminatæ, sed Judicis arbitrio remittitur, *Cavaler. decis. Rotæ 526.per totam.*

Is, qui matrimonium cum aliqua
16 contrahere promisit, carnali copula subsecuta, etsi in facie ecclesiæ ducat aliam, & agnoscat, ad primam redire vetustiori jure tenebatur, quia ex copula subsecuta matrimonium oritur præsumptum, *cap. veniens, cap. consultationi 28. cap. is, qui fidem de sponsal. & matrimon. cap. per tuas, cap. de illis de condit. appos.*

Hodie tamen post Concilium Triden-
17 tinum id locum non obtinet, ut *Barbosa* inquit *in vot. 71. per tot.* cum etenim in eo Concilio irritum reddatur matrimonium, si absque parochi, testiumque præsentia contrahatur; eò magis irritum fieri videtur matrimonium ex copula subsequuta præsumptum, vel ex alia simili causa: Si verò sponsalia cum duabus inita fuerint, & ea solùm, quæ postea desponsa fuit, virginitatis jacturam patiatur, ex quadam æquitate aliquandò servanda esset posterior obligatio, ut quandò defloratæ grave damnum pateretur, magnamque honoris jacturam, prior verò leviter læderetur: nàm teneretur modicum illud damnum sustinere ad vitandum proximi gravissimum, ut ait *Sanchez in lib. 1. de matrim.disp.49.* ubi allegat *Ludovicum Lopez*, & *Henriquez*, qui ait, posse in hoc casu Judicem damnare, ut secundam ducat: & idem *Henriquez in summa lib.11. de matrimon. cap.13. num.3.* hæc inquit: *Nunc autem post Concilium Tridentinum cessat præsumptio: Quare in utroque foro præferenda est prior sponsa, nisi fortè Judex propter injuriam secundæ virgini deceptæ illatam damnaret, ut secundam constupratam à se potiùs ducat*: & postea subdit: *Potiùs enim præsumit jus hunc violasse fidem primæ sponsæ, quod minus est, quàm copulam fuisse fornicariam, D.Thom. qu.46.3. quodlib. 5. art. 15. Sylvester de matrim. §. 15.* Id ipsum comprobat *Vincentius Filiucius tom.1. part.1. c.8. num.273. de modis, quibus sponsalia dissolvuntur*, ibi: *Aliquando tamen ratione damni illati secundæ sponsæ ex æquitate dissolverentur priora, ut quandò secunda defloratæ grave damnum pateretur, non autem prior, Lopez 2. part. instruct. cap. 38. Henriq. cap.13. num.3.& Sanchez disp.49.* idque maximè procedit, ut probat *Major. 4. dist. 27. quæst. 5.* si posterior esset virgo, insciaque priorum sponsalium, & defloratæ esset sub spe promissi matrimonii: nam teneretur defloratus eam ducere. Nec aliter sensit *Palat. 4. dist. 28. disput.1. fol.628. col.1.* ubi dicit, id forsan in conscientia verum esse. Præterea, ut edocet *Ludovicus Lopez in 2. part.* si quis coràm testibus pollicitus est posteriori, priori verò occultè, & probabiliter timet fore, ut censuris cogatur ducere posteriorem, vel aliud notabile damnum, poterit eam ducere, quia prior rationabiliter hoc velle debet, sicut hic non tenetur ad alias restitutiones cum gravi jactura sua. Inhæret *Bonacina de sponsal. quæst.1. punct.5. num.6. tom.1.* ibi: *Addo tamen cum Sanch. loc. cit. num.6. Coninch. num.6. Reginald. nu.260. Mesio tract.4. cap.5. num.55. Henriquez, & aliis, contra Guttierez cap.27. num.7. ex quadam æquitate servanda esse secunda sponsalia facta cum fœmina, quæ defloratæ fuit, quando fœmina defloratæ grave damnum, aut injuriam subiret, prior verò sponsa pateretur tantummodò leve damnum, si non duceretur: Ratio est, quia quilibet tenetur leve damnum pati, ad impediendum, & evitandum gravissimum proximi detrimentum, quod impediri, & vitari potest, sive pro primo gravi incommodo, ut patet ex dictis de charitate. Imo Azor. Reginaldus*, & *Coninchus loc. cit. existimant, sponsum teneri stare secundis sponsalibus.* Contrariam verò sententiam probare nititur *Guttierez in tract. de matrim. cap.27. num.6.* ubi alios improbat ea innixus ratione, quia prior in tempore potior est in jure, etiamsi posterior gravius damnum patiatur, quàm prior, & quia charitas benè ordinata incipit à se ipso, ut in juribus vulgaribus: neque æquitatis ratio hoc impedit in judicio, cum talis æquitas scripta in jure non inveniatur: unde rigor juris præferendus est juxta tradita in *l. placuit C. de jud.*

Qui matrimonio contrahendo purè, &
18 sine omni conditione fidem dederunt, & juramentum præstiterunt, commonendi sunt, & omnibus modis inducendi, ut

fidem

fidem præſtitam, vel juramentum obſervent. Ita Innocentius III. *in cap. præterea de ſponſal. & matrim. Sperellus deciſ.* 18. *& de Marin. tom.* 1. *cap.* 266. *num.* 3. ubi dicit, id procedere propter graviſſima mala, quæ ex recuſatione ventura ſunt: nam, cum ma-
19 ximum ex parte ſponſæ conſanguineorum dedecus conſideretur, de facili odia, diſſentiones, & ex his homicidia oriri poſſent, ac proindè modis omnibus ſponſum compellendum: Sed ſponſos monēdos potius, quàm cogendos eſſe compertum infra oſtendemus *n.* 25. & juvenes cavere maximè debent, ne
20 amore, aut libidine conciti, quicquam ab honeſtate diſſonum perpetrent, quamvis nil videatur amoris furore vehementius, §. *illud auth. quib. mod. nat. effic. legit. col.* 6. Unde *Virgilius in lib.* 4. *Æneid.* ſic fatur:

Ardet amans Dido, traxitque per oſſa furorem:

& *Ovid. in epiſt. ad Parid.* ſic loquitur:

Qua licet & poſſum luctor celare furorē.

At *Divus Hieronymus adverſus Jovinianum* ſic amorem deſcripſit: *Amor forma rationis oblivio eſt, & inſaniæ proximus, &c.* Hinc *Joan. Fab. in* §. *ſoror inſtit. de inoffic. teſt.* exiſtimavit filiam infamem non dici, nèc vilem eſſe,
21 ſi exceſſivo amore perdita amanti ſui copiam fecerit, unde infert poſſe à genitore in teſtamenti tabulis inſtitui, ſaliis filiis, filiabuſque poſthabitis, & in legitima tantùm inſtitutis. Ad demonſtrandum verò hujus amoris, ſeù inſa-
22 niæ effectum, veteres præ nimio amore eorum annos in amatas refundebant, ut ex *Plauto, Seneca, Tertull. Div. Greg. Nazianzen.* & aliis, tradit *Grat. tom.* 1. *diſcept. cap.* 178. *num.* 24. *& ſeq.* &, ut *Propertius* inquit in *lib.* 2. *ad Cynthiam*,

Libertas nulli jam reſtat amanti:
Nullus liber erit, ſi quis amore valet.

Sponſalia ob juſtam cauſam Judicis
23 competentis arbitrio reſervatam, altero ex ſponſis inſtante, retractari poſſe docuerunt *Abb. in cap. requiſivit num.* 4. *de ſponſal. Alex. conſ.* 212. *num.* 5. *vol.* 2. *Gabriel conſil.* 159. *num.* 3. *& conſ.* 188. *num.* 6. *Menoch. de arbitr. Jud. lib.* 2. *cent.* 5. *caſu* 455. *num.* 2. *Henriq. in ſum. theol. moral. lib.* 11. *de matrim. cap.* 14. §. 7. *Rota deciſ.* 497. *num.* 2. Conſtat autem eccleſiaſticum
24 renitentem eſſe oportere ad ultionem cenſurarum, præſertim verò, quoties cognoſcit pertinaciam alterius ex ſponſis, *Abb.* in *cit. loc. num.* 6. *in fine*, *Jo. Bapt. Ferrer. conſ.* 171. *num.* 6. *Gabriel cit. conſ.* 186. *num.* 3. 5. & 15. quos refert, & ſequitur *Ricc. part.* 1. *prax. reſol. tit. de prax. matrimoniali reſol.* 218. *n.* 2. & 3.

Quo fit ſolere eos, qui juri dicendo
25 præſunt, in hujuſcemodi quæſtionibus monere potiùs, quàm eccleſiaſticis cenſuris coercere tales repromiſſores ad matrimonia contrahenda, proùt enixis verbis præcepit *Summus Pontifex in dict. cap. requiſivit*, ibi: *Monenda eſt potiùs, quàm cogenda, cùm coactiones difficiles, & malos ſoleant frequentèr exitus habere*; quem *tex.* omnes extollunt, inter quos *Ferr. citat. conſ.* 171. *Cened. col.* 161. *Segur. in direct. Jud. cap.* 15. *num.* 6. *p.* 2. *Sot.* 4. *ſent. diſt.* 27. *quæſt.* 2. *art.* 1. *Covar. in epith. de ſponſ. cap.* 4. *num.* 5. *Sarm. lib.* 1. *ſelect. cap.* 5. *Matthien. in rubr. de matrim. gloſ.* 1. *num.* 43. *Pereyr. in l.* 1. *gloſ.* 1. *num.* 43. *Favinac. deciſ.* 69. *num.* 16. *par.* 2. quos refert, & ſequitur *Ricc. loc. cit. num.* 1. & *coll.* 3143. Nec obſtat *text. in cap. ex literis eod. tit.* quia non indiſtinctè loquitur, ſed cauſativè, dum ait: *Compellas, ut ipſam in uxorem accipiat, maritali affectione pertractet*: & ſtatim ſubnectit: *niſi rationabilis cauſa extiterit*: quo fit, ut *Interpretes* omnes concordi ore ſcripſerint,
26 per omnem rationabilem cauſam judicem debere à compulſione deſiſtere, maximè ſi perduret pertinacia ſponſi, & odium, aliudque malum ex compulſione profecturum ſuſpicaretur, proùt omnes citati adnotarunt, præſertim verò *Segur. num.* 6. ubi alios recenſet: & ſolam judicis monitionem ſat eſſe dixerunt *Alex. conſ.* 212. *num.* 5. *vol.* 5. *Gabriel loc. cit. Navar. in manual. cap.* 22. *num.* 27. & 72. *Ledeſ. de matrim. quæſt.* 43. *art.* 1. *Franc. Marc. deciſ.* 521. *num.* 3. & *deciſ.* 744. *par.* 1. *Genuenſ. in prax. Cur. Archiep. cap.* 14. *num.* 2. *Rota deciſ.* 497. *par.* 1. *diverſ. verſ. tertia concluſio*, *Macerat. var. reſolut. lib.* 1. *reſol.* 2. *num.* 2. quo loci enumerat cauſas juſtas, & rationabiles, ex quibus ſponſus cogi nequeat ad matrimonium explendum, ſi periculum mali exitus immineat: & ſat erit, ſi eccleſiæ id veriſimile videatur, licèt naturaliter contingere nequeat, *Gabriel cit. conſ.* 188. *num.* 48. *Ledeſm. loc. cit. Henriq. in ſum. de matrim. lib.* 11. *cap.* 6. & *cap.* 13. §. 4. *Triviſ. de privil. ſponſ. privil.* 7. *num.* 14. idque locum obtinet, etiamſi odium abſque cauſa cauſatum ſit ex parte ſponſi, cum in hujuſmodi materia nihil interſit, nùm odium à ſponſo, vel ſponſa cauſetur, cum odii effectus dumtaxat ſpectandus ſit, *Abb. in d. cap. requiſivit num.* 4. *Ledeſ. loc. cit.* latè *Ricc.* alios cumulans id ipſum atteſtantes, ac pluribus Sacræ Rotæ Auditorii arreſtis id confirmans *in*

Digitized by Google

prax. Eccles. resol. 207. *sub num.* 4. Imò *Reg. de Marin. tom.* 1. *resolut. cap.* 266. edocuit, adhùc nulla subeunte causa non esse cogendum sponsum ad matrimonium contrahendum, *num.* 4. & *seqq.* hisce verbis: *In cæteris autem casibus, hoc excepto, sive fuerit simpliciter data fides, sivè cùm fide intervenerint promissiones in scriptis, ut vulgò capitula matrimonialia, etiam jurata, indubiè teneo, recusantem nec etiam censuris compellendum esse, ut aliquotiès fieri posse putat Campan. ubi supra num.* 4. *sed simpliciter attendendam esse dispositionem dict. cap.* 2. *de sponsal. cum ex indiscreta coactione matrimonia, quæ nulla sunt, consensu deficiente, cum libera esse debeant, c. cū locum, & c. Gēma de sponsalibus, adulteria forent, ut optimè ex Fortun. in c.* 1. *de pact. num.* 3. *explicat Covar. de spons. par.* 1. *cap.* 4. *num.* 5. & 6. *consequentiam ex his deducens, quòd, si sponsus, qui libera sponsalia contraxit, illum conjugalem consensum præstare metu compelleretur, matrimonium esset ipso jure nullum juxta cap. requisivit de spons. Asserendum tamen erit, talem recusantem propter fractam fidem in foro conscientiæ, etiamsi in promissione juramentum non intervenerit, mortaliter peccare, ut ex D. Thoma in* 4. *sent. distinct.* 7. *qu.* 2. *firmat Covar. loco jam dict. cum aliis, quos congerit Campan. ubi sup. & in foro fori condemnandum ad resarciendum omne damnum, interesse, & detrimenta sponsæ fortè illata ob fidei violationem, ut consideravit Maresc. var. resol. lib.* 1. *resol.* 2. *num.* 14. & etiam sequuta copula uterque judex, ecclesiasticus nempè, & secularis, circumspectè procedere debent, nè ex indiscreta ultione matrimonium exinde sequutum nullitatis vitio laboraret, ut inquit idem *Reg. de Marinis n.* 6. ubi in hæc verba concludit: *Illud tamen, quod in casu præcedenti, quando copula fuit sequuta, de præcisa coactione diximus, cupio, ut uterque judex circumspectè agere debeat, ita ut coactio non sit talis, ut gravissimis tormentis intervenientibus, quæ mortem, vel membri mutilationem afferre possent, ad illam evitandam renuens sponsus matrimonium contraheret, nè, ut suprà diximus, mala pejora, quæ circa animæ damnationem versantur, propter matrimonii invaliditatem evenirent, quod non erit tolerandum, sed omne totum per christianos judices ruminari, ut majus bonum, quod nasci possit, oriatur, ad tradita per Genuens. post hæc scripta visum in praxi Cur. Archiep. cap.* 13. *& seq.* & adæquatam rationem à *Reg.* consideratam circa nullitatem matrimonii, & liberi consensus defectum, considerarunt primùm SS. Pontifices *in cap. significavit de eo, qui dux. in matrim. quam poll. per adult. in cit. cap. Gemma de sponsal.* & *in cap. cum veniens* eod. *tit.* quæ commendant *Abb. in dict. cap. cum nullam num.* 6. eod. *tit.* & *Trivis. decis.* 63. *part.* 1. & indistinctè determinasse *Rotam* penès *Farin. decis.* 42. & 56. & in una Nicien. matrimonii 6. Martii 1686. coram *Seraph.* & in eadem sub die 13. Maii 1588. coram *Mant. dec.* 64. similique modo determinasse Curiam Archiepiscopalem *Neapolis* refert *Ricc. par.* 2. *dec.* 15. *num.* 1. & 2. idque sibi locum vindicare, etiamsi ipse sponsus illato metui causam præbuisset, ex *l. nec timore ff. quod met. caus.* aliisque juribus, Doctorumque placitis, subnectit idem *Ricc. loc. cit. num.* 2. idque etiam procedere dicit, etsi carnalis copula subsequuta esset, & hanc conclusionem, uti juri consonam, aliis concordantibus juribus, Doctorum consensu, & Sacræ Rotæ arrestis confirmat, & collaudat. Quinimò, quòd subsquens ratificatio adhùc nullum reddat matrimonium, quoties eadem metus causa superesset, ex multis eleganter subnectit *num.* 6. & *seq.*

Cuncta verò, quæ possunt evenire, sedulò animadvertenda sunt, priusquam nuptiæ promittantur, quæ si difficilem exitum videantur habere, & amor ur-
27 geat, fugiendum: nam diutina absentia amoris malum mederi potest, quippe quæ langueſcere, imò totaliter illud extinguere solet juxta versum *Propertii lib.* 3. *eleg.* 11.

Quantum oculis, animo, tàm procùl ibit amor;

& auctor *ethicor. lib.* 8. *ad Nicomachum cap.* 5. tradit, oblivionem amoris, & amicitiæ ex diuturniori absentia induci.

Cæterùm omnis justa causa sufficiens
28 est ad sponsalia dirimenda, *Franc. Marc. decis.* 521. & 744. *tom.* 2. *Rota decis.* 497. *par.* 1. *divers. Ricc. cit. coll.* 3143.

Constat autem parentum, vel consan-
29 guineorum indignationem præbere justam sponsalium dissolvendorū causam, *Abb.* in sæpius *cit. cap. requisivit num.* 4. *Felin. cons.* 26. *num.* 21. *Navar. in cit. manual. cap.* 16. *num.* 18. tùm maximè si timor exhæredationis, vel aliter amissionis bonorum parentum, vel consanguineorum pertimesceretur: & ita non semel, sed pluribus arrestis censuisse Sacrum Rotæ Auditorium tàm in una Tollen. matrimonii 1596. coràm *Penia*; quàm anteà anno 1595. in una Tolet. matri-

Digitized by Google

trimonii coràm *Orano*; idque ſibi locum vindicare, etiamsi talia ſponſalia eſſent jurisjurandi religione munita, probant *Ruin.conſ.*203.*num.*5.*vol.*1. & *Interpretes* omnes in *dict.cap. requiſivit*, & *Summiſtæ* communiter in *verbo ſponſalia*, & *Seraph. dec.ſ.*1258.*num.*1. & 2. quos refert, & ſequitur idem *Ricc. in dict. prax. matrimoniali par.*1.*reſol.*218.*verſic.*3.*cauſa*, & *in coll.deciſ. coll.*1570. quo in loco alias recenſet *Rotæ* deciſiones.

Prætera, ſi dos, quemadmodum à 30 ſponſa, vel ejus conſanguineis promiſſa fuit, perſolvi nequeat, vel denegetur; ex hoc ſolùm revocationi ſponſalium locum fieri ſcripſerunt tàm *Civiliſtæ*, quàm *Canoniſtæ* communiter, inter quos *Franciſcus Marc. deciſ.*252. *part.*2.& *deciſ.* 522. *Ricc. coll.* 1570. propè finem, & *coll.*2458. *in* 8.*not.* eaque ratione nedùm poſſe ſponſalia retractari, quin etiam à marito uxor ex domo ejici, eique alimenta denegari poſſe probant *Cappell.Tholoſ.deciſ.*87.ubi *additio*, *Achill. de Graſſ. deciſ.* 13. Dos enim, cum fuit cauſa finalis ſponſalium, conditionem importat, qua non adimpleta in forma ſpecifica, licito jure poterit à ſponſalibus recedi argumento *text.* à contrario ſenſu in hiſce terminis *in cap. per tuas de condit. appoſ.* cum omnis actus tàm inter vivos, quàm in ultima voluntate, intrinſecam illam habeat conditionem, rebus in eodem ſtatu manentibus, *l.fin. ff.qui ſatisdar.cog. Dec. conſil.*335.idque procedere, etiamsi actus ille jurisjurandi religione eſſet firmatus, docent *Alex. conſ.* 147. *num.* 3. *Menoch.conſ.*27.*num.*47. & *conſ.*156. *num.* 3. & *Navar. de elect.* & *variat. for. quæſt.* 10. *num.* 16. *ſect.* 2. & etiamſi adimplementum in modico deficeret, id locum obtinere ait *Caballus de evict. num.*34.

Immò ſi negotium in ancipiti eſſet, 31 adhùc pro diſſolutione ſponſalium reſpondendum foret, *Abb. in cap. fraternitatis de ſrig.* & *malef.* & *in cap. adoleſcens de deſpon. impub. Triviſ. deciſ.* 28. quos refert, & ſequitur *Ricc. in deciſ. Curiæ Archiep.*66.propè finem *par.*1.

De ſponſalibus tractant per integros tractatus *Mogius*, *Mayer*, & *Davezanus*, & de eadem materia pertractant *Adrianus VI. pag.*196. *Averſa de matrim. pag.* 375. *Abelly in medull. theol. tom.* 2. *pag.* 257. *Allozza in flor. ſumm. pag.* 714. *Gonet. tom.* 5. *theolog. pag.* 539. *Lab. in exper. theolog. pag.* 720. *Sà in aphoris. confeſſ. pag.* 483. *Rubeus in aphoris. Epiſcop. pag.* 564. *Molfeſ. in ſumm. pag.*201. *Criſpinus in ſumma pag.* 354. *Cotonus in com. pag.* 579. *Lorich. tom.* 2. *theſ. theolog. pag.* 1859. *Macedo de clavib. Petri pag.* 617. *Sylv. in* 3. *part. S. Thom. in ſupplem. pag.*177. *Bonaſpes tom.*6. *pag.* 289.*Sumin. Litterat. pag.* 100. *Rebell. de oblig. pag.* 369. *Summ. Naldi quæſt.*695. *Nicolius tom.*1. *reſolut.pag.*44. *Innocent. V. tom.* 4. *pag.* 297. *Zerola in prax. Epiſcop. pag.* 397. *Medices tom.*3.*theolog.qu.* 135. *Covarr.tom.* 1. *pag.* 115. *Becanus de ſacram. pag.*812. *Baſilius Pontius de matrim. pag.*811. *Villalobos tom.*1. *pag.* 277. *Graff. tom.* 1. *conſ. pag.*258. *Caſpenſ.tom.* 2.*theolog. pag.* 693. *Leand. tom.* 2. *pag.* 203. *Henriqu. in ſumm. pag.* 664. *Rauny tom.* 1. *theolog. moral. pag.* 635. *Barſæus tom.* 1. *pag.* 805. *Vivald. in candel. aur. tom.*1. *pag.*236. *Bonacin. tom.* 1. *pag.*273. *Kelliſonus to.*2.*in* 3.*par.S.Thom.pag.*457. *Baſſæus tom.*2.*p.*816.*Buſſembau pag.*434. *Herinx tom.* 4. *ſumm. theolog. pag.* 511. *Layman tom.* 2. *lib.* 5. *pag.*193. *Coninc. de ſacram. pag.* 575. *Nicolius in floſc.pag.* 686. *Barboſ. in deciſ. Apoſtol. pag.* 615. *Bayus in theatr.theolog. pag.*442. *Caſtropalaus part.* 5. *pag.* 1. *Mallæus tom.* 1. *theolog.moral. pag.*538. *de Luca tom.* 14. *theatr. verit. pag.* 2. *Trullench. de ſacram. pag.* 326. *Tuſcus tom.* 7. *pag.* 254. *Summ. Rodriquez part.* 2. *pag.* 282. *Zecchius de caſibus reſervat. pag.* 691. *Carpzov. de jur. eccleſ. pag.* 341. *Summ.Sylveſtr. par.*2.*pag.*332. *Sannig.tom.*3. *theol. moral. pag.* 213.

CAPUT XLVI.

De matrimonio.

SUMMARIUM.

Conjugii laudes recenſentur nu. 1.

Matrimonium qualiter generatim definiatur 2. *& quomodo ut ſacramentum diffiniendum ſit* 3. *qualiter fuerit inſtitutum à Chriſto Domino* 4. *& qualiter debeat in eo adeſſe*, *& manifeſtari conſenſus* 5.

Conjugium non repugnat legi antiquæ, divinæ nec evangelicæ, *nec juri naturali* 6.

Prophetis, *& Patriarchis veteris legis*, *& etiam in primitiva eccleſia conjugium non erat interdictum* 7.

Matrimonium, *aut ratum eſt*, *aut conſummatum*, *& utrumque explicatur* 8.

Matrimonium ratum qualiter ſit indiſſolubile, *ſed poſſit à Summo Pontifice diſſolvi ex cauſa per ipſum approbata* 9. *Quid, ſi unus ex conjugibus velit profiteri religionem, & qualiter ingredi in religionem debeat infra bimeſtre continuum*

poſt

post contractum matrimonium 10.
Copula præcedens matrimonium, licèt habita intuitu matrimonii, non reddit matrimonium consumatum indissolubile per sequentem professionem 11.
Nupta puella duodecennis si ingrediatur religionem, & non emittat professionem, usque ad 16. annum non completum vir debet expectare 12.
Sequens copula vi, aut metu extorta consumat matrimonium 13.
Sacramenti matrimonii materia, & forma quales sint, enucleatur 14. *ubi qualiter iste contractus perficiatur sola consensu signo sensibili expresso, & an sub præcepto saltem levi sint adhibenda verba à potentibus loqui* 15. *Non baptizati non possunt recipere sacramentum matrimonii* 16. *& inter ipsos sustinetur matrimonium, ut contractus, non ut sacramentum* 17. *Inter baptizatos an possit matrimonium subsistere ut contractus, non ut sacramentum* 18.
Conjuges legitimi conversi ad fidem non tenentur de novo inire matrimonium coram parocho, & testibus 19.
Matrimonium initum inter baptizatum, & non baptizatum, est etiam sacramentum 20.
Ministri hujus sacramenti sunt ipsi contrahentes 21. *& qualem intentionem habere debeant* 22.
An unum sit sacramentum matrimonii, an multiplex 23.
Contrahentes cum lethali peccato qualiter unum committant peccatum indignè recipiendo 24. *quidque dicendum de parocho, aut sacerdote ejus licentia assistente, & benedicente nuptias in mortali, an peccet* 25. *Reviviscit sacramentum sacri legè susceptum remoto obice* 26. *Finis matrimonii enucleatur num.* 27. *ubi agitur de copula conjugali. An peccent non ponentes impedimentum conceptioni, sed nolentes prolem concipere* 28. *& quid de nubentibus ob solam delectationem* 29. *Onera matrimonii recensentur n.* 30. *& bona itē matrimonii enumerantur n.* 31. *Contrahentes an debeant habere fines enumeratos positivè, explicitè, vel implicitè* 32.
Consensus in matrimonio qualiter debeat esse 33. *ubi quanam requirat, & qualiter matrimonium possit esse nullum aut ex defectu consensus, aut ob alia impedimenta dirimentia, & qualiter possit, vel ne reconvalidari* 34. *Cessante impedimento per dispensationem, an necesse sit monere alterum conjugem de nullitate præcedentis matrimonii* 35. *& quomodo sit certioranda ignorans, ut nulla emergat infamia, & nullum possit oriri scandalum* 36.
Matrimonium an, vel ne possit contrahi sub conditione, & explicantur conditiones 37. *Contractum sub conditione de futuro causali non indiget novo consensu purificata conditione* 38.
Matrimonium debet fieri palam, nempè coram proprio contrahentium parocho, & tribus denunciationibus ex præscripto Sacrorum Conciliorum 39. *Improbatur abusus peragendi matrimonia secretò cum maximo familiarum, & substantiarum detrimento* 40. *Adducitur bulla Regnantis Pontificis Benedicti XIV. pro reprobatione hujusmodi matrimoniorum* 41.
Matrimonium contrahi potest in articulo mortis 42.
Matrimonium contractum in articulo mortis filios naturales legitimos facit 43.
Filii naturales legitimati per subsequens matrimonium contractum in articulo mortis subtitutum an excludant 44.
Actus factus in articulo mortis præsumitur gestus in fraudem alterius, & quando 45.
Hæres gravatus sine liberis si ingrediatur religionem tempore mortis, præsumitur in fraudem ingredi 46.
Beneficii permutatio facta in articulo mortis non valet 47.
Tex. in l. si unquam Cod. de revoc. donat. *declaratur* 48.
Beneficii renunciatio in fraudem facta non valet 49.
Locatio in fraudem facta quandonam dicatur 50.
Infirmitas reddit actum fraude suspectum 51.
Locatio rei dotalis facta in fraudem non valet 52.
Renunciatio facta ab infirmo sui beneficii dicitur in fraudem facta, & non valet 53.
Text. in cap. de his de sepultur. *explicatur* 54.
Fraudibus semper est obviandum 55.
Fraus in dubio non præsumitur, sed fallit in casibus, de quibus hìc 56.
Matrimonium contractum in articulo mortis non præsumitur in fraudem, sed fallit posito substituto, & quare 57.
Fraudis præsumptiones quando sint evidentes 58.
Clericus dimittendo habitum, vel laicus illum reassumendo tempore suspecto dicitur in fraudem reassumere, vel dimittere 59.
Clericatus assumptio ad finem fraudandi substitutum ei non nocet 60.
Donatio facta clerico ad finem fraudandi gabellas

bellas est nulla, & invalida 61.
Libertas data in fraudem creditorum ipso jure est nulla 62.
Fraus quomodo probetur 63.
Cognitio clericatus assumpti in fraudem, vel dimissi, per quem cognoscatur remissivè 64.
Consuetudo civitatis Neapolitanæ loquens in ultima voluntate procedit etiam in actu inter vivos, si fiat in fraudem 65.
Clericus committens delictum, si deinde fiat laicus, & e contra quando censeatur in fraudem 66.
Habitus clericalis, vel regularis assumptus in fraudem jurisdictionis, qualitèr, & à quo puniatur 67.
Habilitas succedendi quando requiratur, & quid in fideicommissis, & primogeniturís 68.
Fraus in successione feudi quomodo consideretur 69.
Capacitas, & habilitas quomodo, & qualitèr requiratur 70.
Legatum, vel fideicommissum relictum cognatis, vel consanguineis non extenditur ad futuros 71.
Habilitas procurata in fraudem substituti nulla est, & invalida 72.
Vellejani exceptio pro mulieribus introducta competit masculo, si sit in fraudem 73.
Causæ matrimoniales ad ecclesiasticum Judicem pertinent 74. *Pendente quæstione super validitate, vel invaliditate matrimonii, an ad judicem ecclesiasticum pertineat decernere, an, vel ne debeantur alimenta* 75. *& quid dicendum de articulo emergenti* 76. *Articulus super matrimonio est absorbens* 77. *Cum quæstio est facti, cognitio pertinet ad judicem secularem* 78. *&* 81. *prout si articulus sit spiritualis, sed jam decisus de jure canonico* 79. *& quinam sit articulus juris, & quinam facti* 80.
Matrimonium qualiter possit probari in antiquis 82.

COnjugium humano generi immortalitatem tribuit, & diuturnam me-
1 moriam relinquit, honestumque, & laudabile à juribus judicatur, & consortium vitæ definitur à jureconsulto Modestino *in l.* 1. *ff. de ritu nuptiarum*, & societatem vitæ in ipso conjugio consistere, ait *Cicero in lib.* 1. *officiorum*: quò faciunt, quæ scripsimus *tom.* 2. *cap.* 1. *de secun. nubentibus, illorumque pœnis num.* 3. Vulgò matrimonium definitur maris
2 & fœminæ legitima, spontanea, reciproca conjunctio individuam vitæ consuetudinem continens, sivè consensus legitimus reciprocus, deliberatus, spontaneus maris, & fœminæ ex se obligans indissolubiliter respiciens procreationem prolis *cap.* 1. 27. *qu.* 2. *l. adversum C. de crim. expilatæ hæreditatis*, dicitur-que legitima conjunctio, quia non potest esse legibus reprobata, & spontanea reciproca, ut excludantur indeliberati, & coacti consensus: conjunctio autem est animorum, nam obligat contractus, etiamsi desit conjunctio corporum, *l. nuptias ff. de regul. jur.* additurque: Individuam vitæ consuetudinem retinens; quia speciale est, ut iste contractus nequeat dissolvi consensu contrahentium, aut decreto judicis, si semel teneat, *cap. lator de sententiis, & re judic.* Melius tamen matrimonium ita diffiniri potest: *Legitima conventio, quæ virum inter & mulierem sobolis fit suscipiendæ causa, eoque voto, ut firma, quoadusque alterutrius obitu dirimatur, societate insimul devinciantur*: quam quidem diffinitionem tradidit U.J.D.D. Philippus Scialaret pluries per nos jure merito laudatus in suis commentariis juris universi, eandemque retulimus *in tom.* 6. sub *tit. de nullit. renunciat. pag.* 400. ubi pleraque de conjugii, & virginitatis præstantia, pleraque item de nuptiis procreandorum caussa liberorum ineundis, & pleraque de officiis, quæ inter sese conjuges præstare debent, ex eisdem commentariis desumpta exaravimus à *pag.* 397. usque ad 404. Ut autem sacramentum definitur matri-
3 monium signum sensibile gratiæ sanctificantis conjuges respiciens procreationem, & educationem sobolis ex divina institutione, *D. Tho.* 3. *par. q.* 22. *art.* 1. & 2. ubi *Pesantius disp.* 1. Institutum fuit à Christo Domino, *Matthæi* 19. *Joan.* 2.
4 *Trid. sess.* 24. *cap.* 1. *de refor.* Matrimonium est propriè sacramentum, *Trid. sess.* 7. *can.* 7. Hinc non sufficit solus consensus internus, quia tunc non est signum sensibile, nec sufficiunt signa externa sine interno consensu: nam tunc non esset sacramentum, nec contra-
5 ctus, deficiente reciproco consensu interno. Satis autem est, ut consensus internus manifestetur per signa externa, etiam sine verbis: nam iste contractus non exigit stipulationem, *Covarr. part.* 2. *de matrimon. cap.* 4. *nu.* 4. *Conine. disp.* 24. *num.* 66. & concordant *Pont.* & *Diana*, qui ait nec sub veniali requiri verba, sed satis esse, si consensus exteriùs demonstretur. Sed matrimonium non potest contrahi per nutum, cum debeat adesse voluntas absoluta, & verbis expressa, non signis, & conjecturis, ut docet *Ursill.*

ad

ad Affli. decis 151. *num.* 16. & absolutè debere contrahi, non conditionatè, ut ducam te, si mulier bona eris *Ursill. ad Affliet. loc. cit.*

Conjugium non repugnat legi anti-
6 quæ, divinæ, evangelicæ, & juri naturali. Legi antiquæ divinæ, & evangelicæ non repugnat, quia Deus ipse conjugium tanquam bonam ordinationem sobolis procreandæ, *Genes.* 2. *vers.* 21. & vitandæ scortationis gratia, 1. *ad Cor.* 7. *vers.* 2. in paradiso instituit, & benedixit, prout in *Genes.* 1. *vers.* 28. & *cap.* 2. *vers.* 18. 19. *Matth.* 19. *vers.* 4. undè auctor, custos, & præsul conjugii dicitur *in cap. nemo caus.* 32. *quæst.* 4. cujus sterilitas maledictio est, *Job* 18. *vers.* 19. fœcunditas verò benedictio ab ipso proveniens, *psal.* 119. *vers.* 9. 127. *vers.* 3. & 128. *vers.* 3. & salvabitur mulier per filiorum generationem, si manserit in fide, 1. *ad Tim.* 2. *vers.* 15. & beatum, qui uxorem habet honestam, passim scriptura prædicat, *psal.* 128. *vers.* 1. & *seqq.* & conjugii statum esse licitum, sanctum, & divinum colligitur ex eo, quòd Christus unicus mundi redemptor nuptias in Cana Galilææ divina sua præsentia cohonestaverit, ut habetur ex sacris literis. Quamquam autem Paulus scribat *bonum esse homini mulierem non tangere*, 1. *ad Cor.* 7. *vers.* 1. & virginitas ex illius commendatione bona sit; ob instantem tamen addit necessitate licere uxorem ducere *vers.* 26. *Unusquisque enim proprium habet donum ex Deo: alius quidem sic, alius verò sic, vers.* 7. *nec omnes capiunt verbum hoc: qui capere potest, capiat, Matth.* 19. *vers.* 12. qui verò non potest juxtà mandatum Angeli Tobiæ præscriptum in timore Domini uxorem ducat, *Tob.* 6. *vers.* 21. Melius enim est nubere, quàm uri, 1. *ad Cor.* 7. *vers.* 9. sive melius est ut nubant, quam in ignem deliciis suis cadant, ut est sententia *Cypriani in* 1. *epist. cap.* 11. ex quo ill refert *Græv.* 2. *con lus.* 126. *num.* 31. & melior est conjugatus fidelis, quàm continens infidelis, secundùm *August. lib.* 16. *de civitat. Dei cap.* 36. & melius est conjugium humile virginitate superba, idem Augustinus in *psalm.* 29.

Juri naturali non repugnat, eo quòd ex eo descendit maris, ac fœminæ conjunctio, quam matrimonium appellamus, liberorum procreatio, & educatio, *tit.* 2. *in princ. instit. de jur. nat. gent. & civil.* de quibus *Cic. lib.* 1. *de offic.* ita scribit: *Commune omnium animantium est conjunctionis appetitus procreandi causa, & cura quædam eorum, quæ procreata sunt,* prout ex eo refert *Schaidtvin. num.* 6. *inst. tit. de jur. nat. gen. & civil.* ac prolis procreatio, & educatio, matrimonii principalis finis est, qui communis est omnibus animantibus, atque ita secundùm legem naturæ, ut scribit Author ethicorum *lib.* 8. referente, & sequente *Menoch. de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 4. *casu* 420. *num.* 56. Hinc dici solet, quòd omne animal sibi gaudet procreare simile, & nullum tam ferox sit, quod non habeat naturam sibi procreandi simile. In specie verò mulieres ad hoc natura progenuit, ut partus ederent, & maxima in hoc eis cupiditas est constituta, ut dicitur *in l.* 2. *vers. cum* enim C. *de indic. viduit. tollen. l. quæritur de adilit. edict.* & docent *Mantica lib.* 11. *de conject. ult. volunt. tit.* 22. *num.* 22. *Arnold. Regger in thesauro juris l. fin. num.* 57. & 60. ideoque, si forsan puella, sive mulier inveniatur, quæ contra fervorem naturæ resistere non possit, ei jugum virginitatis imponi non debet: periculosa namque ejus possessio, & difficulter custodiri potest, quando coactis imperatur: undè nec ei juris communis auxilium denegatur, ut dicitur *in §. optimum in auth. de non eligend. secund. nub.* sed si nubat, dicitur castè vivere, & honestè, per *l. mulier §. cum proponebatur ff. ad Trebell. Bart. in l. fin. Cod. de indic. vid. toll.* Nam nihil est furore amoris vehementius per ea, quæ tradit *Gayl.* 2. *obs.* 11. *nu.* 33. quem quidem cohibere perfectæ est philosophiæ, ut profitetur Justinianus *in §. illud vers. novimus in authen. quibus modis natural. effic. legit.* & sequitur *Mantica lib.* 11. *de conject. ult. volunt. tit.* 19. *n.* 14. & 15. Profectò hac in re fœminæ tanto minùs possunt resistere, quanto magis viris sunt procaciores, testante *Ovid. de arte amandi*, ubi inquit:

Parcior in nobis, nec tam furiosa libido est:
Legitimum finem flamma virilis habet.
Omnia fœminea sunt ista libidine nota,
Acrior est nostra, plusque furoris habet.

Prophetis, & Patriarchis veteris legis
7 conjugium non erat interdictum, prout legitur de Raguele, qui Jethro vocatur, *Exod. cap.* 3. *vers.* 1. & *c.* 18. *vers.* 1. & Rex, fuit & sacerdos regionis Madian, *Exod. cap.* 2. *vers.* 16. & *seqq.* & de Mose, qui Sephoram filiam Raguelis, sive Jethri in uxorem accepit, & cum ea filios genuit, *Exod.* 2. *vers.* 21. & *Exod.* 18. *vers.* 2. & de Aaron, quòd acceperit in uxorem Elisabeth filiam Amina-

Digitized by Google

madab, fororem Nahaſon, ac cum ea filios genuerit, *Exod. 6. verſ.* 23. Habuerunt item uxores, & liberos Levitæ reliqui, *Lev. 12. verſ. 4. Samuel. 1. verſ.* 8. Æli ſacerdos, 1. *Sam. 2. verſ. 12.* & ſimiliter Prophetæ omnes, ſicut Iſaias. *Iſa.* 7. Ezechiel, *Ezech.* 24. Jeremia excepto, *Jer. 16. verſ. 2.* uxores, & domos habuere, ut teſtatur *Chryſ. hom. 56. in Matth.* & nihil tamen virtuti eorum fuit impedimento. Sic etiam Div. Petrum domum, & uxorem habuiſſe legimus, *Matth. 9. verſ. 14. Marc. 1. verſ.* 29. *Luc. 4. verſ.* 38. & Evangeliſta Philippus. *Act. 21. verſ.* 8. 9. & cæteri Apoſtoli, exceptis Johanne, & Paulo, teſte *Ambr. ſuper 11. cap. 2. ad Corinth. nuptiis fuerunt ſociati, & non libidinis cauſa, ſed poſteritatis ſubrogandæ gratia conjuges habuerunt*, ut ſcribit *Ignatius epiſt. 6. ad Philad.* ſicuti etiam Princeps Synagogæ domum, uxorem, & liberos habuit, *Matth. 9. verſ.* 18. prout, etiam plures eccleſiæ Doctores: undè clericis volentibus matrimonium non eſſe interdicendum ſentit *Abb.* ſivè *Panorm. in c. 1. & c. cum olim de cleric. conjug.* & refert *Grev. 2. concluſ. 141. conſil. 1. num. 16.* Hinc eſt, quòd etiam nunc Orientalis eccleſiæ ſacerdotes uxores ducunt, ut eſt in *c. quoniam diſtinct. 31. Abb. in cap. ut clericorum num. 5. de vit. & hon. cler.* cum ſacerdotes non impediantur à jure divino, ſed canonico tantùm contrahere matrimonium. Unde eſt, quòd Pontifex Summus poſſit diſpenſare cum conſtituto in ſacris, quòd matrimonium contrahat, ut concludit *Alex. conſil. 22. num. 22. vol. 1.* idque latè defendit *Jaſon. conſ. 11. vol. 3. ex d. c. cum olim de cler. conjug.* referente *Cacherano dec. ſ. 119. num. 6.*

8 Habemus matrimonium ratum, & conſumatum. Matrimonium conſumatum omni lege eſt indiſſolubile, *Trid. ſeſſ. 24. can. 5. & 7. & 1. ad Corinth. cap. 7.* ita ut nec Pontifex poſſit diſpenſare, ut matrimonium conſumatum non teneat, nec quoad vinculum, *Trid. l. c. Matth. 10.*

9 Matrimonium ratum ex ſe eſt indiſſolubile, ſed poteſt diſſolvi ex cauſa à Summo Pontifice approbata. Primò igitur diſſolvitur authoritate Summi Pontificis, qui debet conſiderare cauſas rationabiles, *c. debitum de bigam.* & de facto pluries diſpenſarunt Gregor. XIII. S. Pius V. Paul. III. & alii: Secundò tollitur matrimonium ratum, ſi unus ex conjugibus

10 velit profiteri religionem: nam ſequuta profeſſione in religione approbata, matrimonium ratum antea contractum diſſolvitur, *Trid. ſeſſ. 24. de refor. cap. 6.* Tempus autem ad ingrediendam religionem poſt contractum matrimonium ratum eſt bimeſtre continuum incipiens de momento ad momentum, & menſis conſtat triginta dierum ſpatio, *l. cum bimeſtre ff. de verborum ſign. auth. ei quæ C. de temporibus appellationum, l. non tantum C. de legatis.* Intra tale bimeſtre unus poteſt altero invito ingredi religionem *c. ex publica, c. ex par. de converſ. conjugat.* Si poſt bimeſtre matrimonium adhuc non ſit conſumatum, adhuc poteſt alter religionem ingredi, & matrimonium diſſolvere, *Ant. à Spirit. Sancto tract. 11. num. 64.* & intra tale bimeſtre poteſt debitum negari, *Boſſius de effectibus matrim. c. 1. num. 107.* & copula præcedens

11 matrimonium, licèt habita intuitu matrimonii, non reddit matrimonium conſumatum indiſſolubile per ſequentem profeſſionem, *Sanch. lib. 2. de matrim. diſp. 21. num. 3. Covarruv. de ſponſalib. c. 4. §. 3. par. 1. num. 15. Guttierez de matrim. c. 54. num. 25. Barboſa rubrica 2. ff. ſoluto matrim. par. 2. num. 107. Menochius 3. præſumpt. 1. num. 44. Acoſta in l. cum tale §. ſi arbitratu ampliat. fin. num. 19. ff. de condit. & demonſtrat. Soccinus conſ. 28. num. 6. Villalob. t. 1. tract. 13. difficul. 13. num. 2. Conine. diſp. 26. num. 53. Leander de matrim. diſp. 5. quæſt. 31. Excobar t. 3. part. 3. lib. 25. ſect. 2. dubio 45. num. 285.* dicens oppoſitum parùm, vel nihil probabile, *Perez. de matrim. diſp. 20. ſect. 6. num. 2. Ant. à Spirit. S. tract. 11. reſol. 68. Torricel. tract. 1. de matrim. conſult. 2. concluſ. 1. n. 2. & conſult. 3. num. 1.* contrà *Baldum in cap. licèt de tranſlat. epiſc. 1.* Patet, quia matrimonium non exiſtens nullum habet effectum, & nequit conſumari, ac matrimonium ſequens non exiſtit tempore copulæ, quia nequit conſumari. Præterea copula conſumans matrimonium eſt conjugalis licita, ſed præcedens matrimonium non eſt conjugalis, nec licita, ſed eſt fornicaria, quia non conſumat matrimonium, & copula illa præcedens illicita nequit repræſentare indiſſolubilitatem hypoſtaticæ unionis, *Cap. debitum 5. de bigamis.* quia nequit conſumare matrimonium indigitans indiſſolubilitatem hypoſtaticam *dict. cap. debitum. 4.* & ſequeretur, matrimonium conſumatum eſſe ante ratum, & etiam ſequeretur, affinitatem ex illa copula ſe extendere ad 4. gradum, ſi eſſet conſumativa matrimonii: atque id ipſum videtur firmari ex *cap. his qui fidem de ſponſalibus*, & ubi copula ſequens matrimonium conſumat, & quando ſponſalia

de futuro per copulam subsequentem transibant in matrimonium, tunc copula consumabat matrimonium *cap. veniens de sponsalib.* At hodie per copulam non transeunt in matrimonium sponsalia de futuro, nec copula præcedenti matrimonium consumatur. Professione igitur tale matrimonium dissolvitur, & copula illa antecedens non fit conjugalis, sequente matrimonio, sicuti ex illicita non evadit licita: & licèt filius ex ea natus legitimetur, *cap. tanta qui filii sint legitimi*; hoc tamen non officit libertati ingrediendi religionem, dissolvendique matrimonium; sed illud favorabile est filio, qui legitimatur, *dict.* 12 *cap. tanta*. Nupta autem puella duodecendis si ingrediatur religionem, & non emittat professionem, usque ad 16. annum completum vir debet expectare. Sacra Congregatio apud *Farinacium ad Trid. sess.25.cap.17. Excobar. t.3. par.3.lib.25.sect.2.dub.36.* Sequens autem 13 copula vi, vel metu extorta consumat matrimonium. *Sanchez.dict. loc. n.4.* ubi plures allegat, *Pontius lib. 9. de matrim. cap.10.num.2. Layman tract.10.par. 3.cap.6.num.3. Perez.de matrim. disp.20. sect.6. num.8. Gabriel à S. Vinc.disp.2. de matrim. quæst.6. num.45. Basseus de effect. matrimonii c.1. num.78.* contrà *Archidiacon. in cap. si evangelista dist. 55. Joann. Andreas in c.2.n.2.de convers.conjugator.* ajentes tale matrimonium solvi professione, quia copula vi extorta non significat spontaneam conjunctionem Christi Domini cum ecclesia: & conclusionis est ratio, quia copula vi, metu extorta à viro non est fornicaria, sed conjugalis consumans matrimonium, & quamvis non repræsentet spontaneam conjunctionem Christi Domini cum ecclesia; repræsentat tamen quoad substantiam conjunctionem Christi Domini cum ecclesia, & hypostaticam, *cap.debitum 7.de bigamis.* Consumatione itaque vi & metu sequuta, mulier, quæ matrimonio juncta legitimè fuerat, redditur inhabilitata ad dissolvendum matrimonium per professionem, *Pontius loc.cit. num. 4. Gabriel à S. Vinc. dict.loc. n.52. Leand.dict.loc.qu.35.* contrà *Sanchez lib.2. de matrim.disp.22.num.17.*

Diximus supra sacramentum matri- 14 monii esse signum sensibile deliberatum, & patet, quia continet rationem contractus, & rationem sacramenti: Ut continens rationem contractus, debet continere essentialiter reciprocum deliberatum consensum: ut habens rationem sacramenti, debet esse signum sensibile. Hinc solus mutuus internus consensus non est sacramentum, quia caret ratione signi sensibilis, *Valdensis de sacramentis c.132. Argentin. in 4.dist.27. quæst.1.art. 2.concl.2.* Secundò sola signa externa sine mutuo interno deliberato consensu de præsenti nec sunt sacramenta, quia deficit essentia contractus elevati à Christo Domino ad constituendum sacramentum. Accedit, contractum humanum constitui non solùm consensu reciproco interno, sed per signa humana necessaria in societate hominum sensibili. Utrumque ergo requiritur, ut constitutivum sacramenti, & deliberatus consensus internus de præsenti, & signum sensibile, *cap. sufficiat 27. qu. 2. cap. licet* ibi: *Mutuo consensu verbis expressè recipiat; de sponsa duorum.* Ex dictis fit, signa sensibilia non esse conditionem, sine qua non, sed esse partem constitutivam sacramenti, *Coninc. t.2. disp. 24.dubio 8. num.63. Reginald.lib.31.num. 19. Bonac. qu. 2. puncto 1. num.3.* Satis ergo est signum sensibile consensus reciproci, sive nutu, sive verbis, nec requiruntur essentialiter verba articulata, *Covar. quæst.2. de matrimonio cap.4. num.4. Imola in cap. tuæ fraternitati de sponsalib. Gattierez de matrim.c.46. num. 10. Argent.num.4. dist.27. quæst. 1. art.2. Sanch.3. de matrim. disp.31. num.2.* contrà *Ceval. communium opinionum qu.750. num. 17. Tiraquel.ad leges connubiales cap. 7. num. 17.* exigentes verba in volentibus loqui, in impotentibus alia signa sensibilia. Patet, quia contractus iste perficitur consensu, non stipulatione. Secundò, quia una est materia omnibus mutis, & non mutis. Tertiò, quia signis sensibilibus, sive verbis matrimonium constituit, ut in *c.15. qui fidem de sponsalibus* ibi: *Copula maritali constituebatur matrimonium*; & *cap. ex par. de rest. spoliator.* ubi pensitatur traditio sollemnis sponsæ ad domum sponsi, *cap. tenet de sententia, & re jud. cap. fin. de desponsat. impuber.* ubi ponderatur traditio anuli: verbis ergo, vel factis exprimentibus consensum internum habetur signum sensibile constitutivum, *cap. 2. dist.41. l.de quib.* ibi: *Nihil interest, an suffragio populi voluntatem suam declaret, an rebus ipsis, & factis; ff. de legib.* Nec oppositum suadent text. in *cap. tuæ fraternitati de sponsalib.* ubi requiruntur verba nec, *c. si vitet de sponsalib. & c. licèt de sponsa duorum.* ubi verba etiam requiruntur: nam dicas verba necessaria, quando

Digitized by Google

de de sint alia signa necessaria, cum quo stat sufficere quodlibet signum sensibile expressivum consensus interni, &
15 quòd nec sub præcepto saltèm levi sint adhibenda verba à potentibus loqui, docent *Coninc. disp. 24. num. 66. Filiucius t.1. tract. 10. num.82. Pontius lib. 2. c.7. num.14. Dian. par.3. tract. 4. resol. 248.* contra *Petrum Ledesmam de matrim. qu. 45.art.2.dubio 2.concl.2.& Basseum de matrim. cap.3. num.* 48. ajentes esse culpam levem. Patet,quia nullum adest præceptum loquendi,cum jura non præcipiant, sed denuncient fieri solitum, *cap. si inter de sponsalib. cap. licèt de sponsa. duorum*. Deficiente autem præcepto, deest transgressio etiam levis:& si mutus potest certis signis suum consensum exprimere, *cap. an apud de sponsalib.* multo fortiùs id poterit loquens.

Materia hujus sacramenti est duplex, una remota;altera proxima. Remota est res ipsa,seu corpus:nam hæc est materia contractus, & hanc aliqui dicunt materiam, circa quam versatur contractus, *Sanchez 2.de matrim.disp.5. nu. 6. Reginaldus lib. 3. num. 42. Bonac. quæst. 2. punct.4.n.3.* Materia proxima sunt corpora promissa signo sensibili deliberato humano: nam res promissa est adhuc indifferens, ut sit, vel non sit matrimonium meritò determinabilis ab acceptatione. Forma est mutua deliberata sensibilis acceptatio corporum promissorum: nam hæc perficit, determinat, consumat contractum, &, ipsa posita, habetur matrimonium,*D.Th 3.par.quæst. 45. art.5.* in corpore, *& art. 4. Suar. t. 3. in 3. parte disp.2.sect.1. num. 1. Caramuel fundamen.num.3704. Ant.à Spir.S. tract.11. num.25. Vivaldus in candelabro de matrimonio n 17. Bussembaus 6. medullæ tract.6. cap.2.dubio 1. Perez de matrim. disp.17. sect. 7. num. 6. Gabriel à S. Vinc. de sacramento matrimonii disp. 2. qu. 1. num. 13.* Hinc displicet sententia *Excobar t.3. par. 3. lib. 25.sect.2. dubio 12. n.186.& 187.& Moranc.t.3. theologiæ chatechist.fol.* 489. dicentium materiam proximam esse traditionem corporum, seu esse signa voluntariæ traditionis. Displicet: nam hic contractus non perficitur re, hoc est traditione,sed consensu, *l. nuptias ff.de regulis juris.*

Non baptizatus non potest recipere
16 sacramentum matrimonii: nam baptismus, & character baptismatis est essentialiter prærequisitus ad recipienda valide alia sacramenta. Hinc non baptizati bona fide credentes se baptizatos nuptias ineuntes sacramentum matrimonii non recipiunt. An autem inter il-
17 los matrimonium teneat, ut contractus, cum non teneat, ut sacramentum, sintque conjuges legitimi, quæstio est, & nobis videtur manuteneri matrimonium, ut legitimum, quia nihil deest, & ut non baptizati validè contrahunt matrimonium legitimum, & actus valet, quantum valere potest, si non valet, ut fit: nec officit Christum Dominum elevasse contractum ad rationem sacramenti:nam id verum est inter baptizatos potentes sacramentum recipere. Major est
18 difficultas, an inter baptizatos possit matrimonium subsistere, ut contractus, non ut sacramentum, qua in re negativè respondent, *Sanchez 2. de matrimonio disp.10. num.6.Suarez.de sacramentis t. 3. in 3. parte disp. 13. sect.2., Layman lib.5. tract.10. par.2. cap.2. num. 2. Velascus resol.232. Coninc.disp.24. de matrimonio dubio 2. num 22.Leander de matrimonio disp.4. quæst. 7. Caram. fundam. 3717. Excobar t. 3. par. 3 lib 25. sect. 2. dubio 10. num. 979.* & alii contra *Vasq. t. 2. in 3. parte disp. 138. c. 5. Pontium lib.1. c.9. num.9. Dianam par. 3. tract. 4. resol.25.& 250. Cotonium in summa verb. matrimonium num.2. Ortadum disp.3. diff. 19. Ant.à Spirit.tract. 11. directorii num. 2. Amic. de matrimonio disp. 2. num. 17. Dicastil. disp.2. de matrimonio num. 191. Perez. de matrimonio disp.9. sect.10.num. 6.* & asserunt ita esse, si baptizatus nollet conficere sacramentum, sed vellet conficere contractum, ut accidit inter hæreticos negantes matrimonium esse sacramentum,ideoque volentes conficere contractum, non sacramentum, *Basseus de matrimonio c.7. n.323. Palaus* utrumque ait probabile *disp.2. puncto 2.num. 5.* & etiam *Leander par. 2. tract. 1. disp. 4. quæst. 7.* Probatur primò, quia Christus Dominus elevans contractum ad rationem sacramenti dedit rationem sacramenti, & abstulit rationem contractus profani, adeoque, si non remanet sacer, nec remanet contractus. Secundò, si posset ratio contractus separari à ratione sacramenti; potestas laica posset statuere impedimenta matrimonii, ut contractus, non ut sacramenti. Tertiò concubinatus non esset fornicarius, contractu, non sacramento inito. Quartò, quia ratio,qua dicunt non esse licitam, convincit, nec esse validam separationem contractus à sacramento. Quintò, quia baptizati volunt inire contractum legitimum, & contractus legitimus matrimonii inter baptizatos est contractus legibus probatus,quia est contractus

factus secundùm leges : semper autem ac est factus secundùm leges, nihil deest ad rationem sacramenti : & quod deest ad valorem sacramenti, deest ad valorem contractus. Defectus ergo intentionis conficiendi sacramentum, est defectus conficiendi contractum legitimum, adeoque validum.

Conjuges legitimi conversi ad fidem non tenentur de novo inire matrimonium coram Parocho, & testi-
19 bus, quia *Trid.* loquitur de christianis nubentibus, non de nuptis ante baptismum, *sess.* 24. *cap.* 1. *de ref. Basseus de matrimonio c.* 1. *num.* 83. & tale matrimonium legitimum fit sacramentum, & redditur indissolubile post baptismum: nam posito baptismo matrimonium illud legitimum repræsentat conjunctionem Christi cum ecclesia, *Bellarm.* & alii contra *Argent. Vasq.* & alios : & patet ex *cap. gaudemus de divortiis*. Matri-
20 monium initum inter baptizatum, & non baptizatum est etiam sacramentum, *Sotus*, *Chaterinus*, & alii contra *Perez*, *Vasq.* & alios. Patet ex 1. *ad Chorintios* 7. & est sacramentum ex parte baptizati, non verò ex parte non baptizati : nec mirum contractum oneroſum claudicare, quando cætera non sunt paria, ut patet in pupillo contrahente sine auctoritate tutoris, in quo contractu alter pupillo, non pupillus alteri obligatur.

Ministri hujus sacramenti sunt legiti-
21 mi contrahentes, non Deus, ut voluit *Chaterin. de matrimonio quæst.* 1. §. *nos ergò*; nec Sacerdos, ut voluerunt *Canus lib.* 6. *de locis cap.* 5. *Parisiensis de sacramentis tract. de matrimonio c.* 9. *quæst.* 2. & *Sylvius*, ajentes ministrum esse Sacerdotem, dicendo: Ego vos conjungo &c. Mi-
22 nistri contrahentes matrimonium conficiunt contractum, & sacramentum, ideo debent habere intentionem, quæ intentio est districta à consensu : nam contrahunt propter aliquem finem consequendum, & volunt illum finem consequi, & hæc dicitur intentio contrahentium. Debent habere intentionem humanam,
23 saltèm virtualem conficiendi sacramentum, quam habent, semper ac volunt contrahere, ut fideles catholici debent, vel ut Christus instituit, vel ut ecclesia jubet. Secundò debent habere intentionem contrahendi nuptias: &, deficiente intentione saltem unius, contractus matrimonii est nullus, & sacramentum est nullum, licet unus non teneatur credere alteri asserenti se non habuisse animum, & intentionem faciendi sacramentum, nisi aliunde talis defectus elucescat, *c. per tuas de prob.* *Bo-*
nac. de matrim. qu. 4. *n.* 3. Unum sacramentum matrimonii probant *Excobar. t.* 3. *part.* 3. *lib.* 25. *sect.* 2. *dubio* 11. *n.* 183. 184. & *Sanch. lib.* 2. *disp.* 10. *n.* 5. quia
24 unica est materia, unica forma. Et non dicimus in specie esse unum, sed multiplicari numero, multiplicatis recipientibus; nam quilibet sacramenti recipit, & unus ponit materiam, & formam, sicuti alter, & sunt duæ promissiones, duę acceptationes, & contractus reciprocus dicitur contractus duplex, & ita aliqui apud *Petrum Ledesmam q.* 42. *art.* 1. *dub.* 3. *ad* 3. Contra-
25 hentes in lethali unum committunt peccatum, non in conficiendo, sed indignè recipiendo : non peccant conficiendo, quia quàvis sint necessarii, non tamen sunt ministri consecratione deputati, adeoque dispositi ad ritè, & sanctè conficiendum sacramentum, *Cajet.* 3. *part. qu.* 74. *art.* 6. *ad* 3. *Sylvest. verb. bap.* 3. *num.* 5. *Sotus in* 4. *dist.* 1. *qu.* 5. *art.* 6. *Henriq. lib.* 1. *cap.* 29. *Coninc. de sacram. qu.* 64. *art.* 6. *Diana part.* 3. *tract.* 4. *resol.* 199. *Disantius* 3. *part. qu.* 74. *art.* 6. *Bonac. disp.* 4. *part.* 2. *quæst.* 3. *n.* 2. *Sanchez lib.* 2. *de matrim. disp.* 6. *n.* 4. dicens id verius, *Tangred. to.* 1. *de matrim. lib.* 2. *disp.* 6. *Leand. qu.* 11. *Aversa de matrim. quæst.* 2. *sect.* 2. §. 9. *Excobar to.* 3. *part.* 3. *lib.* 25. *sect.* 2. *dubio* 14. *n.* 192. & 193. contra *Vasq.* 3. *part. disp.* 136. *cap.* 2. & 3. *Ponius lib.* 1. *de matrim. cap.* 8. *n.* 11. *Palaus disp.* 2. *punct.* 4. *num.* 3. & *Perez. disp.* 19. *sect.* 8. 2. 3. & 5. ajentes committere duplex lethale, unum conficiendo, alterum recipiendo in lethali. Peccant indignè recipiendo, quia ponunt obicem voluntariè gratiæ à sacramento conferendæ, *Trid. sess.* 7. *cap.* 7. & 8. Ut ergò non peccent, debent saltem contritione se disponere, antequam sacramentum conficiant, *D. Th.* 3. *part. qu.* 64. *art.* 6. *in corp.* Parochus verò, aut sacerdos ejus licentia assistens, benedicensve nuptias in mortali, non peccat, quia nec conficit, nec recipit sacramentum, *Sanch.* 7. *decalog. cap.* 3. *dub.* 6. *n.* 4. *Perez dict. loc. num.* 7. contra *Canum*, & *Sylvium*. Revivi-
26 scit autem sacramentum sacrilegè susceptum, remoto obice, *Suarez t.* 3. *in* 3. *part. disp.* 28. *sect.* 6. *Coninc. quæst.* 62. *art.* 1. *dubio* 5. *num.* 74. *Perez. loc. cit. sect.* 4. *nu.* 4. contra *Vasq. disp.* 159. & *Meratium bap. disp.* 12. *sect.* 7. nam omnia sacramenta invalidè recepta remoto obice revivi-
scunt. Finis matrimonii est proles ge-
27 neranda, & educanda, ad multiplicandum genus humanum pro ampliando divino cultu, *Magister in* 4. *dist.* 31. ubi *D. Th. quæst.* 2. *art.* 2. *cap. sufficiat* 27. *qu.* 2. 1. *ad Corint.* 7. & *in ordine* ad pro-
lem

sim vir est sub potestate uxoris, & uxor sub potestate viri, 1. *ad Corint.* 7. ibi: *Mulier sui corporis potestatem non habet, sed vir, & è contrà.* Contrahentes matrimonium possunt plures fines intende-
28 re: primò prolem, ejusque educationem: secundò successorem: tertiò divitias, dotem: quartò evitare incontinentiam, fornicationem: quintò habere, qui gerat curam domus: sextò oblectamentum &c. pro quibus modò videndum est, quinam sint matrimonii essentiales, ita ut illis exclusis sit nullum. Copula maritalis, quæ matrimonii prolificandi potest esse finis, triplicitèr consideratur: primò remotè, & consistit in reciproco jure, matrimonio quæsito ad usum conjugalem corporum, quod jus duo continet: primùm non admittendi alterum; secundùm cognoscendi suam: & hoc jus remotum est de essentia matrimonii. Secundum jus est proximum, & expeditum mutuo petendi, & reddendi debitum, & hoc jus proximum potest amitti lege, vi, proprio consensu: lege impeditur per bimestre in matrimonio rato, quo tempore jus exigendi debitum in actum secundum prodire nequit, *cap. ex public. de convers. conjugat.* Rursùs post consumatum matrimonium profitentes non possunt petere, licèt remaneat vinculum matrimonii: nec quis tenetur reddere fidem non servanti adultero, *cap. significasti cap. gaudemus de divortio.* Vi impeditur potentia proxima petendi, si per vim conjux removeatur, detineatur carcere, abscondatur, vel ad longinqua deportetur, tunc non habet jus in actu proximo impeditum: nam impeditur carcere, absentia, violentia, & propria voluntate, si mutuo voveant castitatem: tunc enim in actu primo proximo non habent jus expeditum petendi, *cap. unico de voto in 6. cap. nuptiarum 27. quæst. 1.* Et hoc jus mutuum expeditum petendi, reddendi debitum, non est matrimonio essentiale: Respectus remotus ad commixtionem prolificam conjugalem est finis matrimonio essentialis, *Vasq. to. 2. in 3. part. disp. 125. cap. 7. num. 78. Rebellius lib. 2. sect. 4. num. 4. Perez de matrim. disp. 13. sect. 5. num. 5.* Patet, quia volens matrimonium vult id, quod matrimonium essentialiter respicit, matrimonium autem essentialiter respicit prolificationem saltem in actu primo. Unde impotentes ad prolificandum nullitèr nubunt, quia tunc cessat finis matrimonii, *cap. 1. & cap. laudabilem de frigidis, & malef.* Habens autem, & intendens quod ecclesia vult, & fines, qui intendi licitè possunt, validè, & licitè nubit: non potest tamen excludere fines per se à matrimonio intentos, qui sunt principales bonum prolis, & fidei. Ponens alios fines, si sint boni, non peccat, si mali graviter, peccat lethaliter, si mali leviter, peccat leviter, *Sanch. tom. 3. de matr. m. lib. 9. disp. 8. num. 8. & 9.* Hinc resolvitur, an peccent non ponentes impedimentum conceptioni, si non intendant prolem. Esse peccatum veniale ait *Sanch. loc. cit. num. 10.* quia non videtur graviter malus finis velle carere filiis, imò subdit, nec esse veniale, si non desideret filios ob multitudinem aliorum, quos competenter substentare nequiret, cum *Paludano in 4. dist. 31. quæst. 3. art. 2. num. 15. D. Antonin. 3. part. tit. 1. n. 20. §. 6. Rosell. verb. debitum num. 11. & Navar. cap. 16. num. 33.* contra *Propositum rubrica de sponsalibus num. 12. in fin.* Ex dictis fit, nubentem ad habendum hæredem, ad habendam hæreditatem, ad habendam pinguem aut dotem, donationem, non peccare mortaliter, si non excludat fines matrimonii principales, *Sotus in 4. dist. 31. quæst. unic. art. 4.* nam bonum fidei, & prolis rectificant intentionem, & cæteri non sunt fines mali, *Petrus Ledesma de matrim. quæst. 49. art. 5. dubio 1. Sanch. dict. loc. num. 15* qui *disp. 9. num. 4.* ait non peccare cognoscentem uxorem ad evitandam fornicationem, si careat aliis remediis, *ex 1. ad Corint. 7.* ibi: *Nè tentet vos Satanas*: ob solam autem delectationem esset peccatum veniale secun-
29 dùm *Sanch. disp. 11. num. 4.* ubi plures allegat DD. & *D. August. lib. 6. de bono conjugali capite 6.* nam esset deordinatè agere, cum delectatio sit propter prolem, non prolificatio propter delectationem: sed quòd matrimonium possit etiam contrahi causa explendæ libidinis, *Ursill. ad Afflict. dec. 151. num. 16. in fin. & decis. 336. n. 9. in fin.* ubi inquit, quòd contrahens matrimonium causa explendæ libidinis, non ex intentione, ut sit matrimonium, ligatur quoad forum externum, non quoad Deum. Onera matrimonii sunt tria; primò
30 servitus, nam vigore matrimonii vir uxori, & uxor viro, durante vita, obligantur, & unus alterum deserere nequit, 1. *ad Corint. 7.* ibi: *Alligatus*; & ibi: *Noli quærere solutionem*: secundum est mentis absorbitio immoderato oblectamento: tertium gravamen est

im-

immodica sollicitudo placendi conjugi, edendi, & educandi prolem, eique thesaurizandi, *Cajetus adversus hæreses nupt. hæresi* 11. ex quibus gravaminibus hæretici aliqui nuptias damnarunt: & matrimonii onera, quanta, & qualia sint, tractat *Afflict. con. jur. cap.* 2. *num.* 40. *& seq.* Bona autem ma-
31 trimonii pariter tria sunt, quæ purgant prædicta mala, primum bonum sacramenti, secundum prolis, tertium fidei. Bonum sacramenti, conferentis gratiam ad sustinendum, & resistendum malis, & ut invicem se diligant, ut Christus ecclesiam, quo lenitur malum servitutis, *Glos. in cap. omne* 27. *quæst.* 2. *Ricciardus in* 4. *dist.* 26. *quæst.* 2. *tit.* 6. Secundum est bonum prolis edendæ, educandæ ad Dei cultum ampliandum, & ad relinquendum similem sui in vita physica, & in morali successorem, *cap. omnis* 4. 27. *quæst.* 2. *l. nupt.* 30. *ff. de regulis juris*: & proles est veluti nuptiarum præmium, *cap. pudor* 32. *quæst.* 2. *cap. Deus* 31. *quæst.* 1. est enim quasi non mortuus similem sibi post se relinquens filium, *Eccl.* 30. *num.* 4. ibi: *Mortuus est pater, & quasi non esset mortuus, similem enim sibi reliquit post se*: quo bono prolis frænatur immodica concupiscentia, & voluptatis excessus, *D. Aug. lib.* 4. *de civit. Dei c.* 10. Bonum fidei consistit in pacto, nè se deserant, nè alteri se commisceant, & ut unus alteri fideliter assistat, & in necessitatibus adjuvet, *cap. fin.* 27. *quæst.* 1. *cap. de sponsalibus cap. conjuges* 27. *quæst.* 2. quo bono tollitur excessus sollicitudinis vivendi, conversandi, procurandi necessaria ad vitam. In radice contractus omnia dicta bona sunt intendenda per contrahentes, ita ut non sint excludenda, in quantum licitè ex matrimonio resultant: nam matrimonium istos fines habet, & dicuntur fines operis, sive contractus, & qui vult illos fines omnes excludere, non vult contrahere, *cap. fin. de condit. appositis.* An autem ipsimet con-
32 trahentes debeant habere illos fines positivè, explicitè, vel implicitè? Negant *Leander tom.* 2. *tract.* 11. *disp.* 6. *quæst.* 12. *Pontius lib.* 1. *de matrim. cap.* 20. *Sanch. lib.* 2. *disp.* 29. *Coninc. disp.* 24. *dub.* 4. *num* 35. *Gabriel à S. Vinc. de matrim. disp.* 3. *quæst.* 2. *num.* 2. quia illa bona, scilicet bonum sacramenti, fidei, & prolis, sunt fines contractus, non contrahentium: quod displicet *Perez*: & nos dicimus debere habere intentionem primò faciendi sacramentum, secundò contrahendi, in quo est consensus circa necessaria ad matrimonium, in radice, hoc est in ipso contractu, etiamsi non veniant tunc in voluntate, & cognitione contrahentis fides, proles, &c. Ineuntes
33 nuptias confici unt contractum, & sacramentum, qui nequit existere absque intentione, & consensu contrahentium, *l. nuptias ff. de regulis juris, cap. sufficiat* 27. *quæst.* 2. *cap. tua de sponsalib. cap. tuas de sponsa duorum, cap. majores de bap.* consensus debet esse verus de præsenti, sensibiliter expressus, spontaneus, reciprocus contrahentium. Primò verus, alias matrimonium deesset, *l. simulatæ nuptiæ nullius momenti sunt ff. de ritu nuptiarum, l. nuptias ff. de regulis juris, cap. sufficiet, cap. sic quippè, cap. beata Maria* 27. *quæst.* 2. De præsenti sensibiliter expressus ad differentiam sponsalium de futuro, *cap. penultimo de sponsalibus, cap. licet de sponsa duorum.* Sensibiliter expressus, quia est contractus, & sacramentum societatis humanæ sensibilis, *Tholosanus par.* 1. *syntagmatum lib.* 9. *c.* 5. *n.* 3. Spontaneus, quia à matrimonio debet abesse omnis pœna, vis, timor, metus injustus, à quovis inferatur, *cap. requisivit, cap. in locum, cap. Gemma de sponsalib. c.* 2. *de his, qu. vi l. si patre* 22. *l. invitum* 20. *ff. de ritu nuptiarum, l. nec filium* 12 *ff. de nuptiis, l. Titia* 134. *ff. de verborum obl. Tholosanus par.* 1. *syntagmatum lib.* 9. *c.* 3. Respuit ergo omnem metum, vim omnem, sive metus sit impressionis, scilicet mali jam inflicti, sive sit metus violentæ suspicionis mali, qui solet dici metus compulsivus, sivè metus ex inimicitia, cū de inimico omne malum timendum, *Sanchez lib.* 1. *de matrim. disp.* 1. *n.* 8. Quartò debet esse reciprocus, *cap. tuæ, c. fin. de sponsalibus, Trid. sess.* 24. *c.* 9. Nam matrimonium ultro citroq. onerosum obligans, meritò exigit, ultro citroque reciprocum consensum, idque magis spontaneè, quàm in aliis contractibus ob indissolubilitatem nuptiarum, *cap. fin. de sponsalibus, D. Th. in* 4. *dist.* 29. *quæst. unica, Borrell. dec.* 86. *num.* 34. *Tangred. t.* 1. *de matrimonio lib.* 2. *disp.* 25. *exc. Gemma de sponsalibus*, & debet esse contrahentium: nam non requiritur ad valorem matrimonii consensus patris, matris, vel aliorum, *cap. sufficiat* 27. *qu.* 2. *Trid. sess.* 24. *de ref. c.* 9. pro qua re alibi latior sermo fuit. Duplici autem ex
34 capite matrimonium potest esse nullum. Primò defectu consensus. Secundò, si adsit consensus, sed sit nullum ob alia impedimenta dirimentia, putà criminis, affinitatis &c. Si matrimonium sit nullum ex defectu consensus, ab initio

non positi, tunc convalidatur positione consensus, signis maritalibus, vel aliter expressis, *D.Th. in 4.dist.29. quæst. 2. art. 3. Sanchez t. 1. de matrimonio lib. 2. disp.32.quæst.3. n.9.& 13.* ajens non esse necessarium tunc iterum contrahi coram Parocho, & testibus, & *num. 17.* ait id non esse correctum per *Trid. sess. 24. c.1. de matrimonio* contrà *Felinum in cap. ex par. num.11. de rescriptis*, & alios apud *Amicum de matrimonio disp. 4. sect. 5. num. 51.* exigentes etiam consensum alterius de novo expressum signo sensibili. Patet, quia eo ipso ac suppletur consensus deficiens, perseverante consensu alterius, habetur utriusque conjugis consensus, adeoque habetur matrimonium, nec necesse est patefacere alteri defectum consensus, quia non requiritur hæc patefactio, ut de novo eliciatur, ab alio conjuge perseverante jam consensu præstito, & tollatur defectus consensus unius: imo signa externa coram Parocho, & testibus, jam posita perseveran, & ideò satis est, solum ponere consensum internum, qui facit unum cum illis signis externis jam positis perseverantibus moraliter, ut docent *Riccardus, D. Antonin. Angelus, Sylvester, Turrecremata, Sotus* apud *Sanchez loc. cit. num.11.* & utroque nullitatis distribuitivè conscio, adhuc reconvalidatur, si quilibet ponat consensum de novo, etiam altero ignorante, qui consensus de novo ponitur exercitè copula maritali affectu, non fornicario inita, *Dicastil. de matrimonio disp. 2 num. 101.* nec requiritur de novo præsentia Parochi, & testium, nisi impedimentum fuerit publicum. Contra *Navar. Guttierez*. Si matrimonium fuerit nullum ob aliud impedimentum dirimens, puta ob consanguinitatem, affinitatem; tunc impetrata dispensatione, & ablato impedimento, matrimonium reconvalidatur, absque eo quòd ponatur novus consensus utriusque, *Dicastil. de matrimonio disp. 1. dub. 8. num. 67.* contra *Sanc. t. 1. de matrimonio lib.2. disp.35. num. 2.* dicentem omninò matrimonium non convalescere, nisi novus ponatur consensus contrahentium. *Ant. à Spirit.S. tract.11. num.99.* Patet primò, quia ad contractum validum requiritur utriusque consensus, si materia sit habilis, sed posita dispensatione habetur utriusque consensus, & materia habilis; ergo habetur contractus matrimonii, absque eo quòd de novo eliciatur, ac patefat consensus. Patet secundò, quia aliud est contractum matrimonii fuisse nullum ob defectum impedimenti dirimentis; aliud est consensum fuisse nullum. In casu prædicto consensus non habuit effectum, quia contractus non fuit validus, sed habuit esse, quod esse non fuit revocatum, & consequenter perseverat: ad quid ergo novus consensus? Probatur tertiò, quia maritali affectu viventes non solùm moraliter, sed physicè, exercitè, continuò consentiunt, & consensum ostendunt etiam sensibiliter maritali societate in victu, habitatione &c. Probatur quartò, quia existentia veri consensus non pendet, nec conservatur ex materia, nec ex non existentia alterius impeditur; sed pendet à voluntate contrahentis: accedente ergo remotione impedimenti per dispensationem Summi Pontificis, habentur omnia convalidantia matrimonium.

Ex dictis, fit quòd, cessante impedimen-
35 to per dispensationem, non est necesse monere aliam partem idest personam conjugis de nullitate præcedentis matrimonii, nec de obtenta dispensatione, sed satis est, si consensu maritali vivant: nam illico matrimonium validatur, *cap. is, qui de sponsalibus*, ubi copula maritali sponsalia transeunt in matrimonium, *Sanch.t.1.de matrimonio lib.2.disp.36.* ponit tres sententias. Prima asserit conscium nullitatis, & dispensationis obtentæ, non teneri alteri conjugi id aperire, cum *Soto in 4. dist.24. quæst.2.art.1. dubio ult.* & aliis. Secunda sententia asserit teneri conjugem certiorare alterum ignorantem, *glos. in cap. non debet vers. de cætero de consanguinitate.* Tertia sententia distinquit, ut non certioretur, si adsit periculum scandali, infamiæ: quia fortè cognosceretur causa impedimenti criminis, aut alter revocaret consensum, & nollet amplius in virum, vel in uxorem. Sed quid dicendum, si in formula dispensationis obtentæ adsit clausula, muliere de nullitate prioris consensus certiorata, sed ita cautè, ut latoris delictum nusquam detegatur? Tunc certioranda est de invaliditate consensus, ad hoc ut novus eliciatur consensus, remotò errore, quo errore impediretur consensus, *leg. si per errorem 15. ff. de jurisdictione omnium judicum, l.in consensu 117. ff de regulis juris.*

36 Sed quomodo sit certioranda ignorans, ut nulla emergat infamia, nullum possit oriri scandalum docet *Novar.t.1.cap. 22. tit. de impedimento criminis num. 47.* asserens posse dici alteri se suspicari matrimonium fuisse nullum, ideoque pro majori pace conscientiæ rogare, ut de novo consentiant, & nuptias ineant.

Sed

Sed iste modus non placet *Leoni par. 1. prax. ad literas majoris pœnitentiarii fol. 251.* quia hic talis non tollit ignorantiam alterius, dicendo se dubitare de nullitate matrimonii, cum dubium in hoc æquiparetur ignorantiæ, *l. fin. C. de conditione indebiti*, ubi *glos. ver. pro dubietate*, & quia alter debet certiorare de nullitate prioris consensus, nec dicitur certior, si res ut dubia proponatur; nam certitudo tollit dubietatem, *cap. si beneficia 12. de præbendis, & dignitatibus in 6. cap. de cætero quæst. 1. & Sotus in 4. dist. 28. quæst. 1. art. 2. concl. 3. casu 1.* ubi asserit posse à conscio dici insciæ uxori, quòd, si honesto, & vero amore illum prosequitur, tametsi non esset maritus, de facto acceptet in maritum, qua consentiente, habetur novus consensus. Quod displicet *Leoni dict. loc.* quia perseverat ignorantia antiqua, & putat ab initio illum esse virum, cui non liceat contradicere, ne se ostendat malè affectum; adeoque ipse *Leo fol. 252. vers. melius* asserit, quòd maritus debeat dicere uxori, vel uxor marito, ab initio invalidè dedisse consensum, ideoque rogare, ut invicem de novo consentiant, & matrimonium contrahant; & si velit scire alter causam invalidationis, potest uti verbis æquivocis. Sed adhuc durat ignorantia impedimenti: & quid, si illa nolit amplius consentire, quid, si id propalet parentibus, qui honoris, & famæ amore fortasse trucidarent delinquentem, tanquam voluisset eam habere non in uxorem, sed in concubinam? Quid, si suspicio de complicis delicto, & infamia, & jurgia, & contentiones insurgant, quæ cautela est adhibenda ad conservandam famam, ad removenda flagitiosa facinora? Nos dicimus, quòd, si consensus fuit revera positus, nec revocatus, sed continuò perdurans, operatur effectum quoad inducendam mutuam obligationem, etiam in conscientia, perseverando, & consensum demonstrando verbis, & signis sufficientibus, *cap. consultationem de sponsalibus, cap. fin. de conjugio servor. cap. unico §. fin. de desponsatione impuber. in 6.* Unde sufficit quodlibet signum sensibile, reciprocum consensum demonstrans maritali cohabitatione, *cap. duo 12. de desponsatione impuber.* ibi: *Copula maritali affectu; cap. is, qui fidem 30. de sponsalib.* & ex frequentibus signis reciproci affectus maritalis verbis, & factis, de novo exhibitis, non solùm deducitur antiquus consensus, qui esset habitualis, non retractatus, durans & in dormiente, & clerico, sed habetur renovatus, & novus actualis consensus: nam isti actus reciproci mariti talis affectus, sunt deliberati cogniti voliti ex quibus habetur novus consensus actualis, semper ac post dispensationem ista deliberata societate conjugali vivunt: nec tenetur quis explicare impedimentum, ex cujus explicatione pullularent, & recrudescerent separationes conjugiorum, si fortè conjuges essent malè affecti, & implacabiles fortè inimicitiæ, & odia orirentur.

37 Quandoque matrimonium contrahitur sub conditione, quæ, si sit de præsenti, vel præterito, vel futuro, necessariò non suspendit matrimonium. Nam non habet vim conditionis: adeoque, si conditio de præsenti, vel de præterito, jam sit verificata, matrimonium non existit. Si verò conditio de futuro sit *impossibilis*, tunc si tollit consensum, tollit matrimonium, quod nequit esse sine consensu. Si verò conditio impossibilis non apponatur seriò, sed joco, tunc contractus tenet: nam non tollitur consensus. In hoc debet ex *cap. fin. de conditionibus appositis* considerari, conditionem impossibilem posse esse primò contrà essentiam, secundò contra *bona matrimonii*, tertiò posse esse extraneam. Contra essentiam, & bona matrimonii, est, si quis dicat: Ducam te, si sis spiritus: ducam post mortem meam: contraho, si debitum non reddas, si non prolificaveris, si fidem non servaveris, si matrimonium sit ex se solubile. Contra circumstantias est, si cœlum digito tangas, si fureris. Affinis contrahens cum affine sub conditione, si cœlum digito tangas, est excommunicatus *in clement. prim. de consang. & affin.* & talis conditio est rejecta de jure, & matrimonium tenet, nisi revera nolit consentire. Conditio contra essentiam matrimonii impossibilis reddit nullum matrimonium; non verò impossibilis contra alia, quæ rejicitur, *cap. fin. de conditionibus appositis.*

38 Matrimonium sub conditione de futuro causali non indiget novo consensu purificata conditione, si consensus præstitus tempore initi contractus non sit revocatus tempore purificatæ conditionis, *Paludanus, Conin. Urtadus* contra *Pontium, Leandrum*, & alios, primò, quia alii contractus purificata conditione non indigent novo consensu, *l. 7. ff. de contrahenda emptione*; ergo idem dicendum de contractu matrimonii. Secundò votum conditionale tenet sine novo

novo consensu, purificata conditione, ergo etiam matrimonium conditionale. Sed quid dicendum de consanguineis, affinibus, &c. nuptias ineuntibus sub conditione, si Papa dispensaverit, an interim obligentur non contrahere cum aliis? Distinguas, vel Papa solet, vel non solet dispensare. Si Papa soleat dispensare, affirma nasci obligationem, & interim cum aliis contrahi non posse, *Sanchez 5. de matrimonio disput. 7. num. 12. Leander*, & alii. Patet, quia tunc actus respicit tempus habile, & sic est, ita ac si fuerit in tempore habili, *l. in tempus ff. de hæredibus instituendis*: Secundò, quia, quando conditio de futuro est honesta, contractus tenet, & obligat, *l. conditiones 54. ff. de verb. sign. l. is qui 42. ff. de obligationib. & actionib. cap. super eo de conditionibus appositis*. In re autem nostra conditio est honesta, ergo nascitur obligatio, sed est suspensa, conditione pendente, *l. cedere diem ff. de verborum obligationibus*. Si Papa nequeat, vel non soleat dispensare, ex talibus promissionibus obligatio non nascitur: unde quis cum alia licitè, & validè contrahit, quia hujusmodi promissiones sunt de re saltem moraliter impossibili, & ideo sunt nullæ, *l. apud Julianum §. constat ff. de legatis 2. pr. l. si stipuler, l. generaliter ff. de verborum obligationibus, c. fin. de conditionib. appositis*. Matrimonium initum sub conditione, si Papa dispensaverit, purificata conditione, non exigit novum consensum juxta *Clarum, Decium, Boerium, Covarr. Sanchez Rebell. Bonac. Coninc. Zipeum, Comitolum, Amicum, & Rotam*, contra plures, quos sequitur *Episcop. Rocc. t. 1. cap. 62. nu.* 35. & 36. Patet, quia essentia contractus conditionalis est, ut verificetur conditio: ergo non exigitur novus consensus, ut contractus purificetur, verificata conditione: nam, si requireretur novus consensus purus, nunquã haberet effectum consensus ille conditionalis: Unde sic concluditur: Consensus conditionalis non retractatus perseverans vel purificatur, vel non purificatur, purificata conditione. Si nõ purificatur, remanet adhuc consensus conditionalis, ut prius: Si consensus conditionalis purificatur, iste consensus conditionalis evadit purus, & alius novus consensus est supervacaneus, & in hoc initium contractus trahitur ad tempus purificatæ conditionis, quod est tempus habile: unde in sacramento matrimonii initium trahitur ad finem habilem, non finis ad principium inhabile: nec in jure est novum, actum factum in tempore inhabili sustineri pro tempore habili, *l. in tempus ff. de hæredib. instituend.* & talis contractus sub illa conditione est de re licita validus, sed suspensus, usquequo Papa in effectu dispenset, & purificetur conditio.

Nec valet dici cum *Rocca d. loco n.* 37. quòd obligatio super re extra commercium humanum posita, ob impedimentum est nulla, nec reviviscit, cessante impedimento, *l. inter stipulantem 82. §. sacram. l. continuus 137. §. cum quis ff. de verbor. obligationibus*, ubi *gloss.* nec nullus est contractus initus sub conditione, si Papa dispensaverit, etiamsi Papa deinde dispenset, nec secuta dispensatione contractus debet de novo iniri novo consensu: nam declarant textus esse nullam obligationem, nec reviviscere, cessante impedimento, quando talis conventio, pactum, obligatio continet pravum affectum in ipsa cessatione impedimenti, puta, ut res sacra profanetur, ut homo liber redigatur in servitutem: tunc enim non tenet venditio rei sacræ, si erit profana, nec hominis liberi, si erit servus: nam vult venditor, ut profanetur, vult, ut sit servus, & aliàs contractus evanescat: & quia affectus est pravus; meritò ab initio, & semper, etiam conditione purificata, reprobatur, quæ turpitudo affectus cessat in contrahente, si Papa dispensaverit: nam velle, ut Papa dispenset, non est velle, ut res bona fiat mala, sed ut res reddatur licita medio licito.

Sacramentum matrimonii palam ini-
39 ri debet, nempe coram proprio contrahentium Parocho, & tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum sollemnia publicè denunciari debet, deindeque nullo legitimo concurrente impedimento ad illius celebrationem deveniendum est in faciem ecclesiæ, ut præscripsit Conc. Trid. cum quo alia jura concordant: temporum autem progressu hujusmodi providæ leges prolabi visæ sunt etiam nostris temporibus: & quamplurima scimus matrimonia tam secretè contracta, quòd nulla potuerit de eis legitima probatio deduci cum maxi-
40 mo familiarum detrimento, eluforias sic reddendo testatorum dispositiones: quod pluribus in causis nobis contigit observare. Horum malorum congeriei occurrit Summus Pontifex ad præsens in sancta ecclesia regnans in bulla ab eo expedita hujusmodi verbis: Satis
41 vobis compertum esse non dubitamus, venerabiles fratres, eam semper fuisse

piæ matris ecclesiæ vigilem curam, ut sacramentum matrimonii magnum ab Apostolo nuncupatum publicè, & palam a fidelibus celebretur. Quod quidem ut diligentiùs, quàm antea factum fuerat, in posterum ab omnibus observaretur, Sancta Tridentina Synodus Lateranensis Concilii sub Innocentio III. celebrati vestigiis inhærendo præcepit, ut in posterum, antequam matrimonium contrahatur, ter à proprio contrahentium Parocho tribus continuis diebus festivis in ecclesia inter missarum solemnia publicè denuntietur deindeque, nullo legitimo concurrente impedimento, ad illius celebrationem in faciem ecclesiæ coram Parocho, vel alio Sacerdote de ipsius Parochi, seù Ordinarii licentia, & duobus, vel tribus testibus præsentibus, ritè procedatur. Voluit etiam Sancta Synodus, apud Parochum diligenter librum custodiri, in quo conjugium, & testium nomina, diesque, & locus matrimonii describantur. Provida tamen hujusmodi leges, tanta authoritate saluberrimè institutæ, prava horum temporum conditione sensim paolabi visæ sunt, & enerves propemodum reddi ob matrimonia usu nimis recepta, quæ occultè adeo celebrantur, ut illorum notitia, quantum fieri potest, obliteretur, & in tenebris ignorantiæ perpetuò jaceat consepulta; in more etenim positum est, illa celebrari nullis præviis factis denunciationibus coram solo Parocho, vel alio sacerdote de ejus licentia, adhibita præsentia tantùm duorum testium appositè à contrahentibus advocatorum, quorum fides nemini illorum est suspecta, remque peragi sæpe extra ecclesiam, quandoque etiam intra illam, januis tamen occlusis, vel eo temporis momento, quo, semota alterius cujusvis præsentia, scientia initi matrimonii, præter Parochi, contrahentium, testiumque personas, alios penitus effugiat. Quantum à sacramenti dignitate, & ab ecclesiasticarum legum præscripto occulta hæc matrimonia, conscientiæ vulgò nuncupata, ut plurimum abhorreant, satis superque conjicere quis poterit, qui mentis aciem ad exitiosos illorum effectus convertat. Hinc enim gravia ortum habent peccata, præsertim verò eorum, qui, divini judicii interminatione posthabita, priore uxore, cum qua clam contraxerunt, relicta, cum alia spe futuri matrimonii decepta, & in turpem secum vivendi licentiam abducta, palam contrahere promittunt.

Quorundam verò mentes [illegible] cupiditates excæcant, [illegible] trahere secretum matrimo[illegible] post alterum secretò itide[illegible] & nondum prioris conjug[illegible] tum, seseque magno scel[illegible] reddant. Alii etiam eò i[illegible] venere, ut in hujus ma[illegible] contemptum, post prim[illegible] tas, alteras aut publicè, [illegible] nuptias contrahendo, se[illegible] lygamia pariter innodare [illegible] scant. Age verò quid [illegible] nullo pacto ferenda [illegible] niis mala oriantur. [illegible] quamcumque matrimonii [illegible] submovendam virum [illegible] vivere contingat, [illegible] dividua vitæ consuetudo, [illegible] ptum est verbum Dom[illegible] homo uxori suæ, & er[illegible] una: sin hæc vitæ consu[illegible] nemo est, qui illam [illegible] arguat, &, utpotè detestabilem, in scandali materiam non tradat; atque illata per scandalum dispensa rependit subsecuta celebratio occulti matrimonii, quod in tenebris delitescit, & ab omnibus ignoratur. Leviora quoque damna non sunt, quæ suscepte proli irrogantur: sepè enim contigit, illam à parentibus, & à matre præsertim amotam, nec pie, nec liberaliter institui, sed incertæ fortunæ casibus objectam relinqui, nisi etiam parentes ipsi contra naturæ leges ausu nefario illius vitæ insidientur. Ubi verò tam immane facinus parentes detereat, illoque ad sobolem alendam, instituendamque humanitas ipsa compellat; alia imminet liberis susceptis ex occulto matrimonio lugenda avitarum facultatum, & bonorum jactura, pro quorum possessione assequenda quamvis clament jura sanguinis; illis tamen careant necesse est propter occulta parentum matrimonia, & ademptam legitimationis, & filiationis probationem. Huic etiam malorum origini sunt referenda ipsa quoque secreta matrimonia contracta à filiis familias contra patris justè dissentientis voluntatem, quibus quàm gravia incommoda exoriri soleant, nominem latet. Quid plura? Adeò invaluit malitia, ut quandoque in minoribus ordinibus constituti pensiones, & beneficia ad divinum cultum, & ecclesiastica munia instituta, etiam post initum clam matrimonia retinuerint, sibique de mammona iniquitatis loculos miserrimè comparaverint. Deflenda hæc igitur potiùs uberibus lacrymis, quàm

Digitized by Google

quàm latiore calamo explicanda malorum congeries cum ex hac Apoſtolicæ ſedis ſpecula omnes ſibi vindicet noſtræ vigilantiæ curas; temperare non poſſumus, quin vos ipſos, Ven. Fratres, in partem noſtræ ſolicitudinis evocantes veſtram pietatem, & zelum excitemus ad cuſtodiendas vigilias noctis ſuper grege vobis credito, quem luctuoſa horum temporum conditio in diſcrimen adducit. Primùm itaque periculi non infrequens occaſio vos reddat difficiliores ad remittendum publicationes, à quibus contracturi matrimonium ſæpè per malitioſam ſuggeſtionem petunt diſpenſari. Quàm cautè, ſolerterque oporteat ea in re Epiſcopos verſari, non obſcura vobis à Concilio Tridentino exhibentur argumenta. Si enim (ait eadem Sancta Synodus) probabilis fuerit ſuſpicio matrimonium malitioſè impediri poſſe, ſi præceſſerint denuntiationes; tunc vel una tantùm denuntiatio fiat, vel ſaltem, Parocho, & duobus teſtibus præſentibus, matrimonium celebretur, & deinde ante illius conſumationem denuntiationes in eccleſia fiant, ut ſi aliqua ſubſunt impedimenta, facilius detegantur. Præterea licèt Epiſcopo relictum ſit omnimodè ſuper denunciationibus diſpenſare; hæc tamen facultas, non a ſola diſpenſantis voluntate pendet, ſed à Tridentino coercetur arctis prudentiæ, diſcretiq; arbitrii legibus: quod idem eſt, ac legitimam cauſam diſpenſationis requirere. Parem quoque, immò fortaſſe majorem vigilantiam neceſſe eſt à vobis adhiberi, ne poſt remiſſas denuntiationes celebretur matrimonium coram Parocho, vel à vobis deputato, præſentib; duob; vel trib; teſtib; confidentib; nè ulla celebrationis notitia, vel rumor oriatur. Id enim ut ad præſcriptum ſacrorum canonum licitè fieri poſſit, non ſatis eſt obvia quævis, & vulgaris cauſa, ſed gravis, urgens, & urgentiſſima requiritur. A ſacro noſtræ Pœnitentiariç Tribunali eo potiſſimùm caſu fit poteſtas ità celebrandi matrimonium, quo vir, & fœmina in figura matrimonii publicè de gentes, & de quibus nulla viget criminis ſuſpicio; in occulto tamen concubinatu perſeverent: facilè enim quiſque conjiciet, quàm abſonum eſſet, eos à ſtatu damnationis per gratiam ſacramenti revocandos ad publicè contrahendum matrimonium prævíis denuntiationibus compelli. Hanc verò praxim vobis duximus proponendam, non quia diſpenſatio præmiſſo caſui ſolùm congrua, cum aliis ſimiles, & fortaſſe urgentiores eſſe poſſint, in quibus diſpenſari expediat: ſed quia veſtri paſtoralis officii partes verſari debent in ſedulò inveſtiganda legitima, & urgenti cauſa diſpenſationis, ne matrimonia occultè celebrata luctuoſos habeant exitus, quos intimo cordis mærore recenſuimus. Hunc porrò in ſcopum vos hortamur, & impensè admonemus, ut perſonarum matrimonium ſecretò contrahere petentium diligens fiat a vobis inquiſitio, anſcilicet ejus qualitatis, gradus, & conditionis ſint, quæ id probè expoſcant; an ſint ſui, vel alieni juris; an filii familias, quorum nuptiæ patri juſtè diſſentienti ſint inviſæ (ab Epiſcopali etenim, quod geritis, munere nimium eſſet alienum, facilem præberi filio inobedientiæ occaſionem) an res ſit de perſonis Eccleſiaſticis, licèt in minoribus ordinibus conſtitutis, penſiones, & beneficia eccleſiaſtica obtinentibus, ut deteſtabilis illorum retentio in ſtatu uxorato congruis remediis poſtea compeſcatur. Potiſſimùm verò curet veſtra ſollicitudo, antequam ſecreti matrimonii licentia concedatur, quòd contrahentes clara, & indubia, & à quavis fraude immunia exhibeant documenta ſtatus liberi, ad avertendum ab iis, qui improbi ſunt ingenii, polygamiæ periculum. Quod attinet ad miniſtrum ſecreti matrimonii, volumus ad id munus deputari parochum alterius ex contrahentibus, quem notitia perſonarum, experientia, & diuturnus rerum uſus quovis ſacerdote extraneo peritiorem effeciſſe præſumuntur. Si quæ tamen vobis occurrant circumſtantiæ, quæ alium ſacerdotem loco parochi expoſcere videantur; gravi impellente cauſa, is ſacerdos à vobis eligatur, qui probitate, & doctrina, & obeundi muneris peritia commendetur: uni tamen, aut alteri ſacramenti miniſtro à vobis deputando diſtrictè præcipiatur, ne matrimonio interſit, niſi prius paterna charitate conjuges in Dño monuerit, ſobolē procreandam regenerari quamprimum oportere ſacro baptiſmatis lavacro, ac Chriſto Judici diſtrictam reddituros eſſe rationem, niſi filios, ut legitimos agnoverint, eoſq; pietate, boniſq; moribus imbuerint, & frui patientur bonis temporalibus à majorib; in ſupremis tabulis relictis, vel provida legum auctoritate delatis. Celebrato autem matrimonio, indilatè à Parocho, vel alio Sacerdote, coram quo initum eſt, exhibeatur Epiſcopo illius ſcriptum documentum cum

nota loci, & temporis, testiumque, qui celebrationi interfuerunt. Vestrum erit posteà diligenter incumbere, quòd ad perennem gestæ rei memoriam præfatum documentum fideliter transcribatur in libro prorsus distincto ab altero, in quo matrimonia publicè contracta de more adnotantur. Hujusmodi liber pro matrimoniis secretis appositè compactus clausus, & sigillis obsignatus, in vestra Episcopali Cancellaria cautè erit custodiendus, & eo tantùm casu resignari, & aperiri vestra accedente licentia patiemini, quo alia id genus matrimonia describi oporteat, vel id sibi vindicet justitiæ administrandæ necessitas, vel demum aliquod documentum ab eo exposcant verum interesse habentes, quibus probationum aliunde petendarum non suppetit copia. Sedulò tamen animadvertentes, quòd, re absoluta, denuó claudatur, & sigillis, ut antea, obsignetur. Fides, seu attestationes clam celebrati matrimonii à parocho, vel sacerdote, qui vices parochi gessit, exarandæ, vobisque exhibendæ, transcribantur in dicto libro, prout jacent, de verbo ad verbum à persona à vobis deputanda, quæ apud omnes integritatis, probatique nominis luculentum habeat testimonium: fides verò, & attestationes ipsæ in secretiori loco sartæ, tectæque à vobis serventur. Quòd si ex occulto hujusmodi matrimonio prolem nasci contingat, eadem mundetur salutari aqua baptismi in ecclesia, in qua aliis infantibus hoc sacramentum indistinctè confertur. Et quia ad operiendum clam initum matrimonium, facilè est in libro baptizatorum nullam fieri mentionem parentum, & eòrum nomina consultò reticeri; volumus, ac expressè mandamus, quòd à patre baptizati, eoque defuncto, ab illius matre suscepta proles vobis denuncietur; dictaque denunciatio fiat, vel immediatè per parentes ipsos, vel per literas eorum charactere exaratas, vel per fide dignam personam ab ipsis parentibus designatam, ut certò, & clarè vobis constet, quòd proles tali loco, & tempore, vel reticitis, vel falsò expressis nominibus parentum baptizata, est legitima, licèt occulti matrimonii fœdere procreata. Quæ sanè omnia cum vobis innotuerint, ne illorum excidat memoria, in libro fideliter describentur ab eo, cui facta à vobis est potestas adnotandi matrimonia occultè celebrata. Liber, in quem baptizatorum, ac utriusque parentis nomina referentur, quamv[illegible] debeat ab altero matrimoni[illegible] tamen diligentia iisdem ca[illegible] cancellaria Episcopali claus[illegible] lis obsignatus, erit custodi[illegible] librum matrimoniorum [illegible] teque custodiri supra-m[illegible] Quia verò nonnulli de[illegible] sunt, qui propriæ consci[illegible] obsurdescant, & nostris in[illegible] parere negligant, debit[illegible] strictione pro modo cul[illegible] niantur. Quinimmo [illegible] experientia compertu[illegible] di negotiis homines [illegible] declinantes ob hum[illegible] diores effici, & à re[illegible] revocari; mandamu[illegible] monia occulta à vobis [illegible] ta fieri, si certò vob[illegible] aliquo matrimonio oc[illegible] fuisse sobolem, & bap[illegible] parentũ nominibus, n[illegible] notitia, ut par erat, a[illegible] intra triginta dies à na[illegible] dos. Nè autem contu[illegible] tes violatæ fidei, pro[illegible] stores suos insimulen[illegible] curandum est, ut [illegible] sacerdote pro secre[illegible] trimonii à vobis dep[illegible] rè, & apertè mo[illegible] pacto illis permitti [illegible] celebrationem, ut s[illegible] da non solùm rege[illegible] mate, sed post ba[illegible] Episcopo cum not[illegible] administrati sacram[illegible] dicatione parentu[illegible] habuit, quemadmo[illegible] sum est, alioquin n[illegible] contractum, data p[illegible] ti fide, in lucem pr[illegible] filiorum, & ad pr[illegible] gravem, nulloque p[illegible] cturam. Volumus den[illegible] mus, fides, seu atte[illegible] nii clam initi, & sobol[illegible] tæ excerptas ex dictis [illegible] dictum est, apud vos ta[illegible] tantam promereri fidem, o[illegible] alii libri Parochiales ba[illegible] matrimonii vindicare [illegible] Hæc à vobis, Ven. F[illegible] temporum calamitate obser[illegible] præcipimus, ad communem [illegible] salutem, & ad præsidium ecc[illegible] disciplinæ propter invalesce[illegible] minum malitiam nova sempe[illegible] menta vel patientis, vel refor[illegible] tis. Cæterùm nostris hisce litteris ob-

fata

lata nolumus ea validiora remedia, quæ huic malo in diem ingruenti consona dignoscet prudentia vestra ad pastorale officium cumulatè obeundum. Vobis interea paternæ charitatis, & benevolentiæ testem Apostolicam benedictionem impertimur.

Matrimonium posse contrahi in articulo mortis, eoque casu filios naturales legitimari, non tamen substitutum excludere, si apparuerit fuisse in fraudem contractum pro eodem substituto excludendo, ex pluribus in quadam facti contingentia respondimus, ponderando conjecturas fraudis: & censuimus idem decidi debere, si clericus exclusus à testatore à fideicommisso, majoratu, vel primogenitura, per medium tempus ante mortem hæredis gravati clericatum dimiserit. Supponebatur in facto, quoddam fideicommissum, & majoratum conceptum fuisse hoc modo, quòd si aliquis ex filiis suis ingressus fuerit in aliquam religionem tam fratrum, quàm clericorum, vel in quocunque loco, in quo profiteri solet, vel si fieret clericus secularis, & ordines sacros susciperet, & non esset laicus; tunc, & eo casu non intelligeretur admissus ad fideicommissum, & majoratum, sed intelligeretur in totum, & penitùs exclusus: & si aliquis ex suis successisset, & deinde assumeret ordinem prædictum, vel profiteretur, tunc etiam voluit, ut excluderetur, & bona prædicta darentur illis, qui essent in gradu subsequenti ad illum ecclesiasticum exclusum jam per talem assumptum statum, & ei substituit subsequentem in gradu per vulgarem, pupillarem, & fideicommissum, & hoc voluit testator, & id declaravit non fecisse in odium status ecclesiastici, quem venerabatur, & observabat, sed quia ipsemet testator voluit, ut sua bona subjecta essent fideicommisso, & conservarentur pro suis descendentibus, ut supra, qui essent laici, & supposìti laicali jurisdictioni, & personæ laicali, ut essent habiles, & capaces ad succedendum in tali fideicommisso, & alii, qui non haberent tales qualitates, essent semper exclusi, & etiam monasteria, ubi ingrederentur, nunquam possent prætendere successionem dicti fideicommissi, etiam dum viveret monachus in monasterio, quia hæc erat ejus intentio. Post mortem ultimi morientis concurrebant ad fideicommissum duo, scilicet natu major ad se dicens spectare fideicommissum tanquam frater major ultimi possessoris, & alter frater natu minor dicens non posse natu majorem admitti, quia tempore testamenti erat clericus subjectus jurisdictioni ecclesiasticæ, unde non poterat, nec debebat succedere, utpotè non vocatus à testatore ad fideicommissum. Replicabat natu major, quòd per unam horam ante mortem ultimi morientis erat factus secularis ad hunc finem succedendi, quia testator prohibuerat ecclesiasticis personis ad fideicommissum succedere: Sed eo ipso, quòd major primam clericalem tonsuram accepit, & subjectus fuit jurisdictioni ecclesiasticæ; videbatur testatorem illum exclusisse, & non potuisse succedere, neque sufficere esse factum secularem ante mortem ultimi morientis, quia vocatio differt à successione, & talis succedere posse videbatur, sed non ad fideicommissum, quia testator non dixit, ut qui fit clericus, non succedat, sed dixit, ut non censeatur vocatus ad fideicommissum: plura ergo videnda putavimus. Primò, an, exclusis ecclesiasticis, ille, qui ante mortem hæredis gravati factus est secularis clericatui renuntiando succedat in hoc fideicommisso. Secundò videndum, an successor inhabilis in fraudem alterius habilis possit renuntiare clericatui ad excludendum substitutum. Tertiò videndum an habilitas requiratur in fideicommissis tempore etiam successionis, & vocationis ad fideicommissum prædictum. Quartò videndum, an hæc habilitas possit prætendi, & haberi in fraudem alterius substituti succedentis. Quæritur primùm, an, exclusis personis ecclesiasticis à testatore, ille, qui ante mortem hæredis gravati erat clericus, & renuntiat clericatu, succedat in fideicommisso. Articulus hic non aliis terminis decidi potest, quàm illis, quos Doctores applicant illi quæstioni, an, si quis instituat aliquem hæredem, & dicat: Et, si hæres decedat sine filiis legitimis, & naturalibus ex legitimo matrimonio natis, succedat talis; & hæres gravatus non habeat filios legitimos, & naturales, sed naturalem tantùm; ad excludendum tamen substitutum contrahat matrimonium in articulo mortis, ut legitimet prolem, & substitutum excludat: ad hos enim terminos articulus, de quo agitur, reduci debet, pro cujus articuli decisione supponendum
42 est primò, quòd matrimonium in articulo mortis contractum validum, & de jure firmum est, ut latè *Sanchez lib. 7. de matrimonio disput. 105. num. 2. & 3.*

Go-

Gomez in l. 9. Thaur. num. 57. Ludovicus Molina de primogenitur. lib. 2. cap. 5. num. 23. Sarmient. lib. 1. selectar. cap. 6. num. 5. & 6. Peregrin. de fideicom. art. 24. num. 59. Fachin. lib. 4. controvers. cap. 55. Pater Molina tom. 2. de justitia disputat. 272. Polidor. Ripa de actis in articulo mortis cap. 2. Casanat. cons. 21. num. 4. Angelus Mattheacius de legat. lib. 3. cap. 21. à num. 18. Joseph Ruscicus in l. cum avus lib. 2. cap. 16. a num. 42. & lib. 5. cap. 3. num. 57. Valenzuola cons. 66. num. 3. Supponendum
43 est insuper, quòd matrimonium contractum in articulo mortis filios naturales antea natos legitimos facit, prout quando in bona valetudine contrahitur, ut post alios dixerunt *Gomez* ubi supra *n.* 57. & 58. *Molin. dict. c.* 5. *num.* 25. *Sarmient. lib.* 1. *c.* 6. *num.* 1. *Sanchez dict. disput.* 105. *num.* 4. & 5. *Surd. cons.* 384. *num.* 60. *lib.* 4. *Joseph de Rusticis ubi sup. num.* 56. & 64.

In illa quæstione, an filii legitimati
44 per subsequens matrimonium contractum in articulo mortis substitutum excludant, duæ fuerunt opiniones: omnes tamen concordant in casu, de quo agimus, substitutum non excludi, ut infra probabimus. Opinantur aliqui substitutum excludi, & præsertim *Sarmient. Pe-*
45 *regrin.* & alii citati, qui reducunt articulum ad hoc dubium, an scilicet ex solo matrimonio contracto in articulo mortis præsumatur fraus, & dicunt non præsumi *Mattheacius lib.* 3. *de legat. c.* 21. *num.* 18. *Menoch. lib.* 4. *præsumpt.* 81. *num.* 28. & *sequent. Fachin. lib.* 4. *c.* 55. *Mantic. lib.* 11. *de conjectur. tit.* 13. *num.* 5. *Trentacinquius par.* 4. *de substitut. c.* 7. *num.* 43. *Michael Crass. in* §. *fideicommissum quæst.* 38. *num.* 6. *Molin. tom.* 1. *de justitia disput.* 172. qui dicunt matrimonium in articulo mortis valere, etiam in præjudicium substituti, & fraudulentum non præsumi ex aliis, de quibus *Casanat. cons.* 21. *num.* 5. & *cons.* 22. *num.* 6. & *Joan. de Monte-allegro in praxi civili lib.* 2. *cap.* 1. §. 4. *num.* 48. *Prosper Pated. cons.* 98. *num.* 15. & *cons.* 100. *num.* 2. *Rustic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 58. & *lib.* 5. *c.* 3. *num.* 56. & *sequent.* Secunda tamen, & probabilior est, quòd non excludant substitutum taliter legitimati per matrimonium contractum in articulo mortis. Ità plures apud *Sanchez* ubi supra *num.* 7. *Rusticus c.* 16. *num.* 41. & *lib.* 5. *c.* 3. *à num.* 57. *Burgos de Paz cons.* 6. *num.* 11. *Cannetius in extravaganti volentes* §. *sed an constitutio pag.* 178. *Cardin. Tusc. tom.* 4. *litter. L. conclus.* 483. *num.* 4. & 6. *Surd. consil.* 384. *num.* 60. Probatur hæc sententia,

quia, quoties actus, per quem
cluditur, celebratur in arti
præsumitur gestus in ejus
tex. in *l. filiæ meæ emanci*
lut. matrim. ex quo dic
virum in fraudem m
uxori mortis tempore
tere potuit: & idcirco
fraude dissolutum non
nocet patri in dotis re
Menoch. lib. 6. *præsumpt.* 8.
sump. 83. *num.* 76. qui plur
mò scilicet, quòd ille, qui
tempore mortis, cum
tuisset, fraude præsumi
dò, quòd legitimatus
matrimonium in artic
46 tractum non excludat in
tiò, quòd hæres institutus
restituere, si decesserit sine
extremis laborans ingre
nem, præsumitur fraudu
47 ut substitutū excludat. Q
neficii permutatio facta in
tis præsumitur fraudulen
quòd emancipatio filiæ,
patre in extremis laborante
tur facta in fraudem, ut
48 illam excluderet. Sextò, qu
tio per supervenientiam fil
cetur ex *l. si unquam C. de rev.*
non revocatur, quando fil
quens matrimonium in frau
49 mantur. Septimò benefi
in fraudem facta non prod
cujus commodum facta
50 locatio in quinquennium in fraudem
hæredum uxoris à marito facta, convalet, nec locatio facta à Pr
dem ecclesiæ, ut latè *Menoch. præ-*
sumpt. 83. *a num.* 66. *usq.* 83. &
lib. 6. *præs.* 8. qui tamen
num. 83. singulariter explicat, & computat id, quod dici solet de hærede gravato, qui ingressus est monasterium, ut substitutum excludat. Quamobrem, cum natu major renunciaverit clericatui in articulo mortis in fraudem substituti secundo loco vocati; dicendum est non fuisse admittendum ad majoratum, de quo agebatur. Secundò probatur ex
51 *Surd. cons.* 384. *a num.* 66. qui ad propositum ponderat tex. in *dict. l. filiæ meæ emancipatæ*, eoque probat, quòd semper fraudis suspecta est alienatio, quæ fit ab infirmo, & quòd infirmus reddit actum fraudis suspectum, & quòd regulariter actus factus in morte non nocet illis, quibus aliàs noceret, quia præsumitur fraudulentus, & refert *Ajut. in decis.* 165. & *Menoch. cons.* 39. *num.* 34.

cum

Digitized by Google

cum multis sequentibus. Hinc est, quòd
52 locatio rei dotalis facta à viro, dum uxor gravi morbo laborat, in præjudicium hæredum uxoris, si resolvatur matrimonium, non valet: & matrimonium contractum in extremo vitæ non operatur effectum quoad præjudicium substituti, licèt quoad cætera operetur, præsertim quando nulla adest necessitas actum faciendi tempore mortis: & licèt ex sola infirmitate fraus non insurgat; tamen insurgit, si concurrant aliæ fraudis conjecturæ: &
53 actus in fraudem factus quòd non sustineatur, dicitur in *l. Titius ff. ad Trebell.* & in *a. beneficium si de feudo fuerit controversia*: & hinc est, quòd vasallus, qui potest subinfeudare, non infeudat in fraudem, & fraus vitiat actum, qui sine fraude fieri potest, & licentia alienandi concessa intelligenda est, dummodo bona fide, & sine fraude fiat alienatio, aliàs, si fraus interveniat, non valet. Sic confir-
54 matio superioris non validat actum in fraudem factum, & lex fraudem non comitatur, sed illi repugnat, prout hæc omnia fundat *Surd.* ubi supra usque ad *num.* 66. & colliguntur ex *dict. l. filiæ meæ emancipatæ*, de qua *Rustic. lib.* 2. *cap.* 16. *num.* 42. Probatur tertiò ex *cap.* 2. *de renunciat. in* 6. ubi renunciatio facta ab infirmo laborante gravi morbo non attenditur, unde facta est regula Cancellariæ de infirmis resignantibus, quæ fundata est super fraudis suspicione, ut benè *Surd. dict. cons.* 483. *num.* 65. in principio: eumque tex. explicant *Menochius* ubi supra, & *Sanchez dict. disp.* 105. *num.* 9. unde cum natu major renunciaverit per horam ante mortem hæredis gravati, evidenter apparet id non valere tanquam factum in fraudem substituti. Probatur quartò *ex text. in c. de his de sepulturis*, quem expendit *Cephal. cons.* 276. *num.* 35. *lib.* 2. ubi actus factus in morte non præjudicat alteri, de cujus præjudicio tractatur, secùs si factus sit in sanitate: & illum ponderant *Sarmient. lib.* 1. *select. cap.* 6. *num.* 10. *Surd. dict. cons.* 383. *num.* 60. *Fachin. lib.* 4. *controvers. cap.* 55. & *Menoch. dict. cons.* 39. *num.* 48. *vol.* 1. Habetur autem ibi, quòd quidam in infirmitate constitutus, ingressus fuit religionem, & omnia bona secum transtulit, ex qua infirmitate decessit. Ait text. ecclesiam parochialem jus suum, & canonicam portionem non amisisse, quam in bonis defuncti habebat, quod jus amisisset, si ille in bona valetudine existens religionem fuisset ingressus: & quamvis alia conjectura posset esse, v. g. quòd salutis æternæ memor & ut in majori perfectione, meliorique statu in hoc seculo migraret, religionem ingressus fuerit; tamen ingressus factus tempore infirmitatis tantum operatur, ut omnes alias conjecturas vincat, & faciat fraudem præsumi commissam contra Ecclesiam parochialem, cujus intuitu canonica portio ei reservatur, tanquam si infirmus ille Religionis habitum nunquam suscepisset. Proba-
55 tur quintò, quia, ut benè *P. Sanchez dict. disp.* 105. *num.* 9. fraudibus non est indulgendum, sed potius curandum, ne jura aliorum dolo, & fraude subvertantur, ut *in l. si cum mulier ff. de act. rer. amotar. l. Sulpicius ff. de donat. inter vir. l. cum ratio* §. *fraudis autem ff. de jur. fisci, l. cum quis*, & *l. nuper C. de natural. liber.* quæ jura ponderat *Rusticus dict. cap.* 16. *num.* 47. & *lib.* 5. *cap.* 3. *à num.* 56. Nulla enim via fraudibus aperienda est, *l. in fundo ff. de rei vindicat. l. cum hi* §. *cum lis ff. de transact. l. qui sub prætextu C. de sacros. eccles. cap. porrò de divort. clem.* 1. §. *fin. de concess. præbend.* *Lapus allegat.* 55. & ut fraudibus occurratur, facienda est lata interpretatio, *Cravet cons.* 764. *num.* 6. *Geminian. cons.* 42. *num.* 11. ubi ait, quòd argumentum, & dispositio interpretativa reiicitur, ubicunque aperiretur via fraudibus, & dolo in præjudicium tertii, *Ancheran. cons.* 99. Semper verò diceretur fraus, quoties constitutio, vel lex per indirectum redderetur elusoria: & in dubiis opinionibus illa est admittenda, per quam fraudibus obviatur, & non est via aperienda fraudibus, sed occurrendum ne fiant fraudes, *Gratian. tom.* 3. *cap.* 851. *num.* 12. & *c.* 875. *num.* 5. *Naval. lib.* 1. *quæst. forens. quæst.* 129. *num.* 5. *Salgad. de retent. bullar. par.* 1. *cap.* 10. *n.* 16. *Barbos. in axiomat. jur. axiom.* 102. *per tot.* Neque dicatur, quòd in dubio non præ-
56 sumitur fraus ex *l. dolum* cum sequentibus *C. de dolo*, & quòd, si pater contrahat matrimonium, filii fiunt legitimi, & præsumitur contraxisse, non ut alteri præjudicium inferatur, sed ut filiis suis prosit, cum præsumptio sit patrem sumere bonum consilium pro filiis suis, *l. nec in ea* §. 1. *ff. ad l. Jul. de adulter.* & legitimatio consurgens ex matrimonio contracto in articulo mortis dicitur bonum prolis, cui bona plura resultant, & ideò non videtur facta in fraudem substituti, sed ut pater filiis suis consuleret principaliter, & etiam animæ suæ, licèt in substituti præjudicium emergat, nec videtur posse argui dolum,

dolum, vel fraudem, cum quælibet causa à dolo excuset, & doli præsumptionem faciat cessare, *l. igitur §. potest ff. de liberali causa*; & attendi debet id, quod principaliter agitur, non id, quod in consequentiam resultat, *l. si quis nec causam ff. si certum petatur, l. 1. ff. de auctoritat. tutor.* & quando aliquis aliquid agit, ex quo alteri præjudicium infertur, non ob eam causam videtur facere, ut alteri fraudet, sed ut sibi prosit, *l. fluminum §. ult. ff. de damno infect.* unde non videtur juridicè fraus præsumi, ex eo quòd in articulo mortis matrimonium contractum sit ab eo, qui substitutum habebat, quia tale matrimonium in articulo mortis contractum prodest contrahenti, & filiis. Respondetur enim, quòd licèt ea regula sit, de qua supra; tamen solùm concludit, quòd ex actu matrimonii sine alio, fraus non præsumatur. Cæterùm, ut benè ait *Molin. in addit. ad cap. 5. lib. 2. n. 8. in vers. sed quamvis hæc* ingeniosè ponderando *text. in dict. l. filiæ meæ emancipatæ ff. sol. matrim. & in dict. cap. 2. de renunciat. in 6.* & alia jura, fraudibus indulgendum eutiquam est, nec etiam in iis, quæ jure quis facere potest: & eadem quoque fundamenta recenset in illis terminis, quando aliundè ex actu matrimonii de fraude apparet: quod etiam ponderant *Fachin. lib. 4. cap. 55. & Joseph Rustic. dict. cap. 16. num. 41.* Unde *Cascil. lib. 5. controvers. cap. 111. num. 36.* dicit legitimatos per subsequens matrimonium in articulo mortis contractum substitutum excludere, si duo concurrant, nempè fuerit contractum matrimonium in articulo mortis, & probetur conjectura doli, & fraudis; quod dixerant *Octavius Bammacarius in cap. naturales si de feud. defunct. fuerit controvers. num. 70. & 76. & Ludovic. Casanat. consil. 21. num. 6. & consil. 22. num. 12.* Totum hoc in facti specie considerabile esse
37 dicebatur, quia, licèt in eo, qui contrahit matrimonium in articulo mortis, ut filios legitimet ad excludendum substitutum, considerari possit aliqua utilitas, & etiam utilitas filii, juxta notata per DD. apud *Cascill. dict. cap. 111. num. 39.* tamen in casu, cum natu major per horam ante mortem ultimi gravati clericatui renunciaverit; evidenter apparebat, ad nullum alium finem id fecisse, nisi ad excludendum substitutum, quia nullam sibi parabat utilitatem: unde idem *Cascil. num. 76. & 77. in addit.* dicit, quòd si aliunde constet de fraude excludendi substitutum, non [illegible] quòd verò in casu constaret de fraude renunciationis clericatus, [illegible] tebat, quia idem natu major proc[illegible] nem fecit in judicio tempore, [illegible] horam ante mortem alterius [illegible]
58 coram testibus se declaravit, [illegible] nolebat amplius esse clericus: [illegible] stea comparendo in judicio occasione diversarum litium comparuit, ut clericus, dicendo: Comparet Rev. N. N. &c. & sic etiam citare fecit suos debitores cum titulo Rev. imò eadem die, qua mortuus fuit gravatus, incedebat *in* habitu clericali.

Quoad secundum, an successor inhabilis in fraudem alterius habilis possit clericatui renunciare ad excludendum
59 substitutum; dicebamus resonsionem hujus articuli dependere ab ea quæstione, an clericus possit in fraudem renunciare clericatui, vel illum assumere: in qua dicebamus, non posse, ad exemplum ejus clerici, qui assumit clericatum, vel illum dimittit in fraudem alterius, quem non juvat nec assumptio, nec dimissio, per illam regulam supra allegatam, quia fraus, & dolus nemini debent patrocinari, *l. eum qui 21. ff. de inofficios. testam. l. ita demum 36.* in principio *ff. de recept. arbitr. cap. fraus de reg. jur. in 6.* ubi *Azo* dicit, quòd hæc regula est rationabilis, & vix patitur exceptionem DD. per illum *text. in l. hos accusare 12. in fine* principii *ff. de accusat. & in l. si marītus 15. §. legis Juliæ ff. ad l. Jul. de adulter.* quod late explicat *Judex M. C. V. Franciscus Uria in ritu 235. num. 126.* cum sequentibus, & sicuti reassumptio habitus, & tonsuræ, in fraudem facta non facit recuperare privilegium fori ad notata per *Uriam in dict. rit. 235. part. 2. num. 333.* ita ne-
60 que ejusdem clericatus dimissio ad finem fraudandi substitutum facere debet eidem substituto damnum, argumento sumpto ex correlativis *in rubric. ff. de acquir. possess.* sicut in simili, si dona-
61 tio fiat alicui clerico, nè solvatur gabella, tali casu solvenda est, quia fit in fraudem. DD. apud *Carolum de Grassis de effect. cleric. effectu 3. num. 188.* ubi ponit, quando isto casu donatio præsumatur facta in fraudem; & sicut regula est, quòd fraus non præsumatur, & nemini debeat esse utilis, vel patrocinari; ita regula etiam est, quòd donatio facta in fraudem non prodest donanti, vel donatario, & est nulla, DD. *in l. post contractum ff. de donat.* ubi *Bald. in fraudem ff. de jur. fisci, l. si aliquis ff. de donat.*

Digitized by Google

donat. cauſ. mort. Boſſius in tract. de bonor. publicat. num. 44. *Mozzius de contract. in tit. de donat. num.* 27. *Duenn. in regula* 226. *limitat.* 1. ſicuti libertas
62 in fraudem creditorum eſt ipſo jure nulla, ut *in tit. inſtit. quibus ex cauſ. manumitt. non licet, Alciat. in dict. l. poſt contractum n.* 14. & in eo caſu fraus, & dolus præſumuntur, attenta cauſa, propter quam fit donatio, & attenta, & conſiderata conditione, & qualitate perſonæ donantis, & donatarii: & licèt regulariter fraus non præſumatur,
63 *Maſcard. concluſ.* 814. *Menoch. lib.* 6. *præſumpt.* 78. & *lib.* 4. *præſumpt.* 82. *num.* 10. & *præſumpt* 81. *num.* 29. tamen ſecùs eſt in eo, qui poſt delictum clericatum aſſumpſit, *de Graſſis dict. effect.* 1. *num.* 1127. quando enim in continenti aſſumpſit, vel dimiſit clericatum, tunc præſumitur in fraudem feciſſe, ut poſt alios docet *de Graſſis* ubi ſupra *nu.* 1143.
64 *cum ſequent.* Scimus tamen diſputari inter DD. an cognitio hujus donationis, quòd ſit facta clerico in fraudem, vel quòd clericatus ſit aſſumptus in fraudem commiſſi delicti, ſpectet ad eccleſiaſticum judicem, vel ad ſæcularem: de qua re videatur, quod dixit Sacra Congregat. apud *Barboſ. in collect an. bullar.*
65 *collect.* 178. *in fine*. Quod etiam corroboratur ex eo, quia licèt conſuetudo civitatis Neapolitanæ incipiens & *ſi teſtator* ſolùm locum habeat in ultima voluntate, & non in actu inter vivos, *Rovit. conſ.* 27. *num.* 1. *Molſeſ. part.* 3. *ad conſuetudines quæſt.* 1. *Reg. de Marin. lib.* 1. *cap.* 70. *num.* 31. *Amat. conſ.* 94. *Coſcia diſſert. juris cap.* 19. *num.* 32. *lib.* 2. *Montan. controverſ.* 5. *num.* 9. *Reg. de Pont. de poteſtat. Proregis tit.* 9. *num.* 19. ubi *Thor. in addit.* & id nos latè tractavimus *tom.* 4. *cap. ultim.* tamen, ſi actus inter vivos fiat in fraudem agnatorum, nullus erit, *Conſ. Roccus reſponſ.* 70. & 74. *tom.* 2. cujus fraudis conjecturas ponderant idem *Roccus dict. reſponſ.* 70. & *Rodoer. ad Reg. de Marin. tom.* 1. *cap.* 24. & remiſſivè *Altimar. in addit. ad Rovit. conſ.* 28. *tom.* 2. Unde evidenter apparet, actum licitum factum ſine ulla cauſa præſumi ad excluſionem tantùm ſubſtituti factum eſſe ob evidentiam conjecturæ fraudis. Hinc cle-
66 ricus ſi committat delictum tempore clericatus, & poſtea fiat laicus, remitti debet ad Judicem eccleſiaſticum, ut multis deciſionibus probant *Gramm. dec.* 10. *Bajard. ad Clar. in §. fin. quæſt.* 36. *num.* 46. & *Franch. deciſ.* 417. *num.* 5. & 6. eo modo, quo explicat *Vries ad ritum*

235. *num.* 11. quia attenditur tempus delicti, *Vermigliol. conſ.* 317. *Cabal. caſ.* 147. *num.* 9. & *ſequenti*, ubi ait, quòd, ſi quis conveniri debuit coram certo Judice ratione alicujus officii, ſi deſinat exercere tale officium, adhuc coram eodem Judice conveniendus eſt pro geſtis tempore illius officii. Sic clericus, qui fuit Notarius in Curia Epiſcopi, ſi poſtea efficiatur bigamus, & conveniatur de geſtis tempore notariatus, debet coram Epiſcopo conveniri, etiamſi deſinat ſuum officium exercere, *Jul. Clar. in §. fin. quæſt.* 36. *Cancer. variar. reſolut. lib.* 2. *cap.* 3. *num.* 153. qui ait hoc procedere, etiamſi adſit conſuetudo immemorabilis in contrarium, quia per illam non poteſt tolli privilegium clericale, ut probat *Gratian. cap.* 226. *num.* 1. & *ſequent.* qui è contra dicit, quòd, ſi laicus poſt delictum efficiatur clericus, quia eximitur cauſa, & perſona, cognoſci debet ab eccleſiaſtico.

Quod ulteriùs probatur, quia, ſi quis
67 habitum clericalem, vel regularem aſſumat in fraudem judicis ſæcularis, licèt non poſſit à judice ſæculari puniri corporaliter; poteſt tamen plecti pœna pecuniaria, vel confiſcationis bonorum ſecundùm communem opinionem, de qua *Imola conſ.* 119. *Covar. practicar. quæſt. quæſt.* 32. *Jul. Clar.* ubi ſuprà. *Boſſius de pœnis num.* 38. *Bart. in l.* 1. *num.* 3 *ff. de pœnis*, & DD. alii apud *Antonellum de temp. legal. lib.* 1. *cap.* 73. *num.* 8. ubi ait, quòd, quando delinquens erat accuſatus, vel diffamatus, præſumitur hoc facere in fraudem, *Ricc. in prax. part.* 2. *reſolut.* 59. ubi ait, quòd fraus præſumitur, ſi laicus in cõtinenti, & immediatè poſt delictum commiſſum clericatum aſſumpſit, etiamſi non præceſſerit criminis accuſatio, vel delatio; quanquam alii dixerint, quòd nec etiam quoad bona cognoſci poſſit à judice ſæculari ob omnimodam incapacitatem, *Dian. par.* 1. *tract.* 2. *reſol.* 27. & *par.* 3. *tract.* 1. *reſolut.* 33. *Gratian. dict. cap.* 226. *num.* 32. & 40. *Antonel. dict. lib.* 1. *cap.* 73. *num.* 8.

Quoad alterum, quandonam habili-
68 tas ſuccedendi requiratur in fideicommiſſis, dicimus concluſionem huius articuli dependere *ex l. ſi alienum* §. *in extraneis ff. de hæred. inſtit.* ubi habetur, quòd extraneus debet eſſe habilis tempore teſtamenti, tempore mortis, & tempore aditæ hæreditatis (pro extraneo verò intelligitur, qui non eſt in poteſtate teſtatoris) unde non ſufficit, niſi etiam fuerit habilis tempore teſta-

Digitized by Google

menti, & tempore additionis hæreditatis: qui text. licet non procedat in primogenituris Hispanicis ad notata per *Molin. lib. 3. de primogenitur. cap. 2. num. 17. & lib. 1. cap. 6. num. 49.* per legem Tauri particularem, de qua ibi; tamen procedit in hæreditate testamentaria: quòd si dicamus non procedere in fideicommissis, quia eo tempore nullus ex his, qui post primò nominatos ad majoratus successionem vocantur, inveniri solet, ut advertit *Frideric. de Senis consil. 26. col. 3.* censendo forsitan, quòd in majoratibus procedatur secundùm ordinem successionis ab intestato ex *l. fin.* cum similibus *C. de verb. significat.* negari tamen non potest, quòd inhabi-
69 litas nocet de tempore majoratus institutionis, dummodo successor tempore delatæ successionis ad succedendum sit habilis: unde tempore delatæ successionis capacitatem habere debet, *Molin. lib. 1. cap. 6. num. 49. & lib. 3. cap. 2. nu. 19.* Dicitur tempus delatæ successionis requiri, ideſt mortis ultimi possessoris, *Fusar.* post alios *quæst. 318. & 388. Castill. tom. 5. cap. 91. num. 3. & cap. 144. num. 7. & 8. additio ad Molin. lib. 1. cap. 6. num 48. & in addit. lib. 3. cap. 2. num. 14. cum sequenti*: unde requiritur habilitas, & capacitas tum tempore testamenti, tum tempore delatæ successionis. Quòd si tempore delatæ successionis consideretur aliqua fraus, non defertur successio, ut videmus in feudis, in quibus dupliciter potest committi fraus, primò respectu domini, secundò respectu successoris. Respectu domini, puta, si quis sub specie unius contractus faciat alium, ut si sub specie refutationis realiter venderet, *cap. si beneficium*, ubi *Isern. si de feudo defuncti militis controversia fuerit, cap. 1. §. commercium de prohibita feud. alien. per Frider.* Secundò respectu successoris, si alienet: nam præsumitur in fraudem successoris alienasse, *Rovit. cons. 39. à num. 30. & 31.*

Addimus etiam, quòd si tempore mor-
70 otis primogeniti ad majoratus successionem non est quis habilis, per consequens non est successibilis: unde *Frideric. de Senis cons. 26.* dicit, quòd si tempore delatæ successionis monachus reperiatur in monasterio incapaci, non potest succedere, etiamsi ex post facto ad monasterium capax transferatur: secus tamen, si tempore delatæ successionis jam ad monasterium capax translatus sit, ut post alios *Port. cons. 23. n. 39. & 40. Tiraquel. de retract. lignagier §. 1. glos. 9. num. 103.* Tandem videmus, quòd
71 legatum, vel fideicommissum relictum cognatis, vel consanguineis, debetur illis, qui sunt cognati, vel consanguinei tempore testamenti, vel mortis testatoris, & sic eo tempore, quo legatum defertur, non illis, qui postea veniunt capaces, *l. si cognatis*, ubi *Bart. ff. de reb. dubiis*, nisi aliud appareat de voluntate testatoris, ut post alios *Antonell. de tempore legal. lib. 1. cap. 8.* Etenim oratio indefinita refertur ad tempus præsens, *Bart. in l. medico ff. de auro, & argento legato, Cardin. Mantica de tacit. lib. 7. tit. 16 n. 46.* idque notat *Antonell.* ubi supra *cap. 9.* Sic attenditur tempus delatæ successionis in successionibus, DD. *in l. sed & si conditioni §. solemus ff. de hæred. inst.* Unde hæres institutus quamvis reddatur incapax hæreditatis; tamen, si restituatur ante mortem testatoris, ad hæreditatem admittitur, cum satis sit, si tempore mortis testatoris sit capax ex dict. *cap. solemus*, ubi habetur, quòd media tempora non nocent. Sic in bonis quæsitis ante clericatum pater habet usumfructum, etiamsi posteà efficiatur clericus: sufficit enim, quòd non fuerit clericus, quando bona fuerunt delata, *Dec. in cap. in præsentia num. 251. de probat. Covar. in cap. quia nos de testament. Gratian. cap. 164.* unde filius de talibus bonis testari non potest, nec etiam post clericatum, ut post alios docet *Antonell. lib. 1. cap. 59.*

An autem habilitas succedendi possit prætendi, & haberi in fraudem alterius successoris substituti? Respondemus ne-
72 gativè, quia licèt semper sit potentior præsumptio fraudis exclusiva, quam ejus inductiva, *Cravetta cons. 8. num. 9.* quia quando actus potest fieri modo licito, & sine fraude, non præsumitur factus modo illicito, & cum fraude, *Protus cons. 41. n. 15. & cons. 47. n. 16. Soccin. cons. 83. n. 4. vol. 2.* tamen cessat præsumptio fraudis, quando urget necessitas, ut si contingat alienationem fieri ab eo, qui prohibitus fuit alienare in fraudem, tunc si fiat ex necessitate talis alienatio, cessat fraudis præsumptio ad notata per *Decian. cons. 97. n. 21. vol. 2. & Giurb. dec. 62. num. 18. & 19.* Semper enim quòd concurrit necessitas, cessat fraudis præsumptio, *Surd. decis. 214. num. 8. & ibi Cons. Hodiern. In addit. Olea de cession. jur. tit. 1. quæst. 4. num. 42.* Sed ad probandam fraudem sufficiunt conjecturæ, *glos. in l. apud Cels.* in principio *ff. de doli except.* & etiam leviores, quæ faciunt plenam probationem, si probabiles saltem

sint

ent: & fraus testibus probari potest etiam singularibus, *Giurb. ad consuetud. Messan. glos. 3. cap. 9. a num. 12.* in fine, ubi enumerat conjecturas: idque probant idem *Giurb. ubi sup. §. 2. glos. 5. num. 113.* & post alios *Emanuel Alvarez Pegas var. resolut. c. 5. a num. 125. usque ad num.* 142. Conjectura maxima erat in casu, quia renunciatio clericatus non fuit facta coram Ordinario, ut fieri debebat, & natu major post assertam renunciationem comparuit in judicio sub titulo clericatus: ex quibus probatur non alium habuisse finem, nisi solam fraudem exclusionis substituti. Confirmatur hoc
73 ipsum, quia licèt velliani exceptio solis mulieribus competat; tamen, si mulier mandet alicui, ut suo nomine pro filio suo fidejubeat, competit exceptio taliter fidejubenti, quia videtur in fraudem S. C. vellejani id factum fuisse per tex. in *l. si fidejussores* cum *l.* sequenti *ff. ad S. C. Vellejan.* de quo *Bottiglier. dissertat. 16. a num. 45.* quia in fraudem creditoris videtur facere pro negotio ad se pertinente, ut in *l. fœminæ*, & *l. bona fide ff. ad Vellejan. Anton. Faber in tit. C. ad Vellejan. in definit. 7.* & dici solet, quòd exceptio Vellejani datur etiam mulieri principaliter se obliganti, quando adest color quæsitus, & fraus Vellejani: quem colorem quæsitum explicat *Bottiglier.* ubi supra *à num.* 49. ex tex. in *l. quidam 29. ff. ad S. C. Vell.* & *Paul. de Castro in l. 1. num. 5. ff. ad Vellejan.* declarat exemplum coloris quæsiti: unde talis habilitas præsuppositа, utpotè procurata ad exclusionem substituti, nulla alia existente causa, dicenda est in fraudem procurata, quæ ipsius authori patrocinari non potest juxta supra tradita.

Causę matrimoniales ad ecclesiasticum
74 judicem pertinent ex dispositis per *Conc. Trident. sess. 24. de reformat. c. 20. Glos. in cap. ex tenore verb. ecclesiasticum de for. competent. Scacc. de judic. lib. 1. cap. 11. num. 50. & 51. Joan. Petr. Gambacurt. de immunitat. eccles. lib. 7. cap. 6. num. 4. Augustin. Barbos. de potestat. Episcop. par. 2. allegat. 1. num. 7. Ferdinand. Matut. de Azevedo disquisit. 5. num. 8. Sbroz. de offic. Vicar. lib. 2. quæst. 43. Staiban. tom. 1. resol. 37. n. 15.* & judex secularis nec etiam summariè de illis cognoscere valet, *Joan. Andr. ad Speculat. tit. qui fil. sint legitim. §. 1. vers. competit, Dec. in cap. 2. de judic. num. 24. vers. tertiò fallit*: & ideo quæstiones super nullitate matrimonii remittuntur ad ecclesiasticum, *Carol. Ant. de Luc. ad Franch. par. 1. observat. 36. num. 1.* qui bene allegat *Anton. Diana part. 1. tract. 2. de jur. eccles. resolut. 35.* & *Episcop. Sperell. in decis. 9.* ex eo quia laici sunt prorsus incapaces ad cognoscendum de illis, etiam quòd tractaretur super legitimitate matrimonii, quia de ea cognosci non potest, nisi dijudicetur, an sit matrimonium, *Barbos. loc. indicat. allegat. 84. num. 17.* Imo, pen-
75 dente quæstione super validitate, vel invaliditate matrimonii, judicem ecclesiasticum decernere posse præstationem alimentorum docent *Marc. Ant. Genuens. in prax. Cur. Archiep. Neap. cap. 27. n. 2. in novis. Franc. Censal. ad Peregrin. de fideicom. art. 24. vers. & quia & vers. sed rursus, Gherard. singular. 88. Palat. in cap. per vestras de donat. int. vir. & uxor. notab. 2. num. 1. Molin. de justit. disput. 443. tom. 2. Azeved. l. 10. num. 44. & lib. 4. recompt. 1. Suarez de Paz in pract. tom. 2. prælud. 2. num. 2. Bald. Novell. in tract. de dot. part. 9. privileg. 16. Petr. Barbos. in l. 1. ff. solut. matrim. part. 1. num. 46.* & probatur ex *cap. de prudentia, cap. nuper & cit. c. per vestras de donat. int. vir. & ux.* & sicut causa matrimonialis ad judicem
76 ecclesiasticum pertinet; sic quicumq; articulus emergens, & alea dependens. Ita communiter scribentes in *cap. tuam de ordin. cognit. & in cap. lator qui fil. sint legit. Surd. in cit. tract. de aliment. tit. 8. privileg. 10. num. 4. & 5. Ant. Fab. in suo Codic. tit. de jurisdict. omn. judic. definit. 10. sub num. 3.* & judicare eum posse super restitutione dotis in consequentiam, probant *Gomez ad l. 10. Taur. num. 53. Joan. Bapt. Thor. in compend. decis. part. 3. verb. fructus dotis, Molin. de primogenit. lib. 2. cap. 15. num. 76.* & ita posse etiam cognoscere de alimentis, quæ ad dotem accessoria sunt, docet *Gratian. tom. 2. discept. cap. 634. num. 6.* & lite prædicta pendente coram ecclesiastico judice, super successione à laico expostulata, donec ea terminata fuerit, nil esse decidendum probant *Anton. Capyc. in dec. 7. Episcop. Genuens. in cit. prax. cap. 95. pagin. mihi 381. & Petr. Barbos. in cit. l. 1. part. 1. num. 22.* Articulus namque super
77 matrimonio est absorbens, & successio est sequela matrimonii, *cap. tantæ qui fil. sint legitim.* & declarato nullo matrimonio ob illegitimitatem, supervacaneum est tractare de successione, *Covar. de sponsalib. par. 2. c. 6. n. 12. Tell. Fernand. in l. 6. Taur. num. 13.*

Quo posito, *Bartoli* distinctio non obstare videtur *in l. Titia n. 3. ff. solut. matrim.* (de qua meminit *Vincent. de Franch. in cit. decis. 36. n. 2.*) inter quæstionem de

jure, & de facto, super matrimonio, ut puta, quando est dubium, si fuerit, vel non contractum, vel si fuerit, aut non legitimum, quemadmodum expeditum est eandem distinctionem a nonnullis DD. fuisse improbatam, teste *Alex. in cit. l. Titia n. 6.* ubi subdit vix sibi persuadere posse, *Bartol.* ita scripsisse, eo quòd *in cap. Iator qui fil. sint legitim.* agitur de successione avita inter filium, & nepotem, & ideo non principaliter de matrimonio, cujus validitas non veniebat per modum causæ, & tandem *tex.* concludit pro remissione causæ ad ecclesiasticum, prout considerat *Augustin. Barbos. in cit. allegat. 84. num. 20.* & alios congerit *Petr. Barbos. loc.* nuper *allegat. num. 22.*

Verùm cum quæstio est facti, tunc
78 cognitio pertinet ad judicem secularem, *Bart. in l. quoties C. de judic. Paul. de Castr. cons. 2. in 1. dub. Cardin. Tusc. tom. 4. lit. I. conclus. 455.*, & signanter *n. 22. Rebuf. de decim. qu. 10. n. 3. de Franch. dec. 36. n. 3. & dec. 189. n. 7. circa finem*, ibi: *Dicebant Domini de S. C. posse dici prædictum articulum juris tantùm debere remitti, optimè Barbosa loc. cit. num. 23. & seq. & melius in vers. 2. principalis.* Inhæret *Carleval. t. 1. disp. 2. qu. 2. sect. 3. n. 866. circa finem* adducens exemplum his verbis: *Sed potius necessaria sit quasi possessio clericatus consistens in gestatione habitus Clericalis, & tonsuræ, ex servitio, exercitatione que ordinum, per certum, & determinatum tempus ante delictum, quæ in facto consistunt: & de facto poterit judex secularis cognoscere, & super eo pronunciare, quamvis quæstio juris clericatus, & veritatis tituli propria sit tribunalis ecclesiastici.* Nec aliter sentiunt *Marta de succes. part. 4. quæst. 16. art. 1. a num. 48. usque ad 53. & Covar. in 2. tom. secundæ partis cap. 8. §. 12. num. 3.* ubi ait: *Tunc enim nulla juris canonici peritia necessaria est, & causa ipsa merè temporalis censetur.*

Alter casus est, cum articulus est spi-
79 ritualis, sed jam reperitur decisus de jure canonico: nam hoc casu judici seculari permittitur plena cognitio, ut docet *Barbos. in dict. l. Titia num. 52.* ubi post disputatum articulum hæc inquit: *Aptior igitur concordia est inter prædictas opiniones, quòd quamvis communis, quam defendimus, regulariter verior sit; limitatur tamen, si illa quæstio juris inveniatur decisa per jus canonicum: tunc enim de ea secularis cognoscere, & pronunciare potest, quia quamvis apud indoctos ea quæstio juris possit dubia videri; non tamen apud doctos, qui sciunt eam quæstionem per jus canonicum decisam, arg. l. ancilla C. de furtis, & quia, quod jure determinatum est, & indubitatum esse dicitur, l. ornamentorum, ubi Bart. ff. de auro, & argent. legat. ita ut eo casu seculares magis debeant dici exequutores juris canonici, ut in simili tradit Castr. de hæres. lib. 1. cap. 5. pag. 21. & in specie Guttierez de juramento confirmatorio 1. par. cap. 2. num. 23. & quia tunc, si benè advertas, secularis nihil determinat, sed determinatum, & declaratum per jus canonicum detegit, l. adeò 7. §. videtur infrà de acqu. rer. domin. quod non invenitur prohibitum secularibus, ut in specie advertit Belluga in spec. Princ. rub. 11. §. de usuris num. 19. pag. 54. & latè probat Ludov. Peguera dec. crim. 30. num. 23. vers. neque refragari, & decisum refert, & ex pluribus comprobando sequitur idem Barbosa, ut penes eum videre est.* Erit autem quæstio facti, si partes
80 circa jus concordent, & solùm dubitent, an factum aliquid fuerit, ex Bart. & Paul. idem *Barbosa loco citato sub n. 24. vers. per contrarium autem.*

Et quòd, quando quæstio matrimonii
81 versatur in facto, judex secularis cognoscat, testatur *Barbosa in dict. l. Titia num. 24.* ubi ait: *Per contrarium autem dicetur quæstio facti, quando partes sunt concordes circa jus, & tamen dubitant circa factum, Bart. hic num. 3. Paul. cons. 109. num. 2. lib. 2. & de hoc poterit secularis cognoscere, quia cum non disputetur de validitate matrimonii, quia ea decisa est per partium confessionem, valebit pronunciatio super matrimonio, quantumcumque de eius legitimitate fiat mentio per modum causæ, ut dictum est, Belluga in spec. Princ. rub. 11. § de usurariis a num. 10. Albertin. in assertionibus catholicis quæst. 25. num. 35.* Hodie autem hoc in Regno viget concordia inter summum Pontificem, Regemque nostrum, inita, qua declaratum comperimus matrimoniales, & sponsaliorum causas ad ecclesiasticos judices pertinere, si ea valida, vel irrita esse judicio discernere oporteat, deque crimine polygamiæ ipsos judices ecclesiasticos cognoscere, & polygamos congruis, meritisque pœnis adficere posse: idque in sexto prænominatæ concordiæ capite ita scriptum invenimus: *La cognizione, e punizione del delitto di poligamia parimente apparterrà alla sola podestà ecclesiastica. Spetteranno parimente à soli giudici ecclesiastici privativamente le cause matrimoniali, nelle quali si tratti sopra la validità, o invalidità sì del matrimonio, come degli sponsali.* Ma-

Matrimonium in antiquis non recte 12 probatur per teſtes, cum teſtimonia ſint fallacia, nec ſufficit ſola fama, niſi quoque concurrat confeſſio conjugum, *Reg. Capyc. latr. conſult.* 50. *num.* 38. & *ſeq. tom.* 1. ſed de hac re latior ſermo fuit *tom.* 6. *tit. de Carboniano edicto*, & alibi.

De matrimoniis tractant per integros tractatus *Perez*, *Sanchez*, *Vrtadus*, *Pontius*, *Ledeſma*, *Tancredus*, & de eadem materia pertractant *Amicus tom.* 9. *curſ. theol. Archiepiſc. Bonon. par.* 2. *pag.* 155. *Adrianus VI. p.* 188. *Albertus Pius pag.* 172. *S. Antoninus tom.* 3. *ſum. pag.* 1. *Acta Eccleſ. Mediol. pag.* 285. *Vaſquez tom.* 4. *in* 3. *p. S. Thomæ pag.* 293. *Bellarminus de doctrina Concilii Trid. pag.* 405. *Basl. de theol. effect. pag.* 380. *Iſambutus de ſacram. pag.* 518. *Bonaſpes tom.* 5. *pag.* 301. *Covarruvias tom.* 1. *pag.* 128. *Faber in ſumma pag.* 687. *Buſembau pag.* 440. *Medices tom.* 3. *theol. q.* 133. *Tuſcus tom.* 5. *pag.* 347. *Filiucius tom.* 1. *pag.* 281. *Hoſius pag.* 85. *Vega in ſumm. tom.* 2. *col.* 311. *Villalobos tom.* 1. *pag.* 291. *Summa Sylveſtri part.* 2. *pag.* 133. *Summa Ledeſmæ pag.* 706. *Summa Rodriquez part.* 1. *p.* 475. *Barboſa de poteſt. Epiſc. tom.* 1. *pag.* 366. *de Luca in theatr. verit. tom.* 11. *par.* 2. *Heideggerus tom.* 2. *in Concil. Trid. pag.* 976. *Nicolius tom.* 1. *reſol. pag.* 39. *Vivaldus in candel. aureo tom.* 1. *pag.* 245. *Apparatus Concionat. pag.* 492. *Arcudius in concordia pag.* 477. *Aranxius in deciſ. mor. pag.* 479. *S. Antoninus tom.* 3. *ſum. pag.* 221. *Abelly in medulla theol. tom.* 2. *pag.* 249. *Aldozza in flor ſum. pag.* 491. *Gonet. tom.* 5. *pag.* 514. *Gobat. in exper. theol. pag.* 600. *Valentia to.* 4. *col.* 2036. *Sà in aphoriſ. confeſſ. pag.* 342. *Rubeus in aphoriſ. Epiſ. pag.* 381. *Riccardus tom.* 4. *ſent. pag.* 399. *S. Bonaventura tom.* 2. *ſumm. pag.* 867. *Andreas à Matre Dei tom.* 2. *theol. pag.* 69. *Zerola in prax. Epiſc. pag.* 245. & *tom.* 2. *pag.* 78. *de Lugo in reſponſ. mor. pag.* 55. *Camerota de ſacramentis pag.* 595. *Diana ordinatus t.* 2. *pag.* 333. *Caſpenſis to.* 2. *theol. pag.* 707. *Barboſa in trad. var. p.* 252. & *in repert. jur. pag.* 137. & *in dec. Apoſt. pag.* 433. *ſumma Quarantæ pag.* 394. *Bonacina to.* 1. *pag.* 292. *Riccius in prax. tom.* 1. *pag.* 124. *Theatrum vit. hum. tom.* 5. *pag.* 310. *Vulpius in reſol. moral pag.* 320. *Baſſæus tom.* 1. *pag.* 358. & *tom.* 2. *pag.* 318. *Simancha in cathol. inſtit. pag.* 295. *Pieſecius in prax. Epiſ. pag.* 273. *Gerſon. in ſumm. pag.* 291. *Bonagratia in quæſt. regul. pag.* 357. *Rodericus in quæſt. mor. pag.* 670. *Navarra tom* 2. *pag.* 121. *Innocentius V. tom.* 4. *pag.* 182. *Nevizanus in ſylva nuptiali*, *Kellison. tom.* 2. *in* 3. *par. S. Thom. pag.* 431. *Cajetanus in opuſc. pag.* 87. & 121. *Cotonus in controv. pag.* 675. *Petricca de eccl. milit. pag.* 428. *Creſpetius in ſumma pag.* 589. *Leander tom.* 2. *pag.* 226. *Nicolius tom.* 2. *reſol. pag.* 202. *Mallatus in theol. mor. tom.* 1. *pag.* 551. *Caniſius in cathec. pag.* 324. *Labat. in theol. tom.* 7. *pag.* 484. *Raynaudus tom.* 16. *pag.* 174. *Mend. in ſtatera opin. benig. pag.* 281. *Sum. Naldi pag.* 474. *Bayus in theatr. theol. pag.* 439. *Sylvius in* 3. *p. S. Thom. in ſupplem. p.* 164. *Carrieri in digeſto fidei pag.* 788. *Novarius in lucer. regul. p.* 133. *Caſtropalaus p.* 5. *pag.* 71. *Pax Jordanus in elucub. tom.* 1. *pag.* 831. *Coninck de ſacrament. pag.* 607. *Trullench. de ſacram. pag.* 225. *Layman tom.* 2. *lib.* 5. *pag.* 204. *Barboſa de offic. Parochi pag.* 175. *Summa Rodriquez part.* 4. *pag.* 9. *Sannig. tom.* 3. *theol. moral. pag.* 217. *Portelius in dub. regul. p.* 275. *Nicolius in floſc. pag.* 431. *Macedo de clav. Petri pag.* 580. *Gavantes in manual. Epiſc. pag.* 167. *Abelly de verit. Princip. pag.* 480. *Marcant. tom.* 3. *trib. anim. pag.* 342. *Raynerius tom.* 2. *pantheol. pag.* 920. *Henrinx. tom.* 4. *ſum. theol. pag.* 525. *Henriquez in ſumm. pag.* 634. *Summa Litterati pag.* 105. *Molfeſius in ſum. pag.* 198. & 205. *Rebellius de oblig. pag.* 241. *Labata tom.* 2. *theſ. mor. pag.* 78. *Petit. part.* 3. *theol. pag.* 438. *Banes tom.* 1. *theol. moral. pag.* 635. *Averſa*, *Alphonſus à Caſtro de hæreſ. pag.* 396. *Becanus de ſacram. pag.* 885. *Summa Toleti pag.* 583. *Summa Lezanæ tom.* 4. *pag.* 129. *Caramuel in curſu mor. pag.* 706. *Verricellus de Apoſt. miſſionibus pag.* 759. *Candidus tom.* 2. *pag.* 361. *Galanus in promptuar. theol. pag.* 712. *Dicaſtillus tom.* 3. *Carpzou. de jur. eccleſiaſtico pag.* 395. *Reiferus in vind. evang. pag.* 569. *Venerus in exam. Epiſcop. pag.* 47. *Velaſcus in ſum. tom.* 1. *pag.* 291. & *tom.* 2. *pag.* 438. *Davezacus*, *Vidal. in arca ſalut. pag.* 119. & *in arca vitali p.* 371. De matrimonio clandeſtino agunt *Beltrandus in reſol. theol. pag.* 71. & *Eſpencæus pag.* 633. De matrimonio per metum contracto *Genuenſis in prax. Archiepiſcopali pag.* 657. & *Ventriglia in prax. tom.* 1. *pag.* 63. De matrimonio inter raptorem & raptam, *Riccius in praxi Archiepiſcopali pag.* 554. De matrimonio catholici cum hæretica *Pontius de matrim.* & *Sayrus*. De matrimonio non contrahendo *Malletus to.* 2. *theol. pag.* 596. De matrimoniis vagorum *Riccius t.* 4. *prax. pag.* 253. De matrimonio cum ſorore defunctæ *Bucol.* De matrimonio Principum *Myler.* & *Salmut.* De matrimonio contracto in gradu prohibito *Barboſa de poteſt. Epiſ.*

tom. 3. pag. 70. De matrimonio castrensi *Zipæus in consultat. can. pag.* 407. De ecclesiæ in matrimoniis potestate *Gallesius*. De matrimonii impedimentis *Ventriglia tom.* 1. *prax. pag.* 156. *Bertrandus in theol. pag.* 41. *Pontius*, & *Casalius de rit. christ. p.* 125. & 126. De libertate matrimonii agit *Ricc. t.* 5. *prax. p.* 12. De assistentia parochi in matrimonio idem *Ricc. t.* 3. *prax. pag.* 332. De matrimoniis eunuchorum *Verde de probib. opin. p.* 202. De temporibus vetitis ad contrahendum matrimonium *Riccius tom.* 4. *prax. pagin.* 385. De coactione sponsorum ad contrahendum matrimonium *Riccius tom.* 4. *prax. pag.* 287. De judice causarum matrimonialium *Riccius tom.* 4. *prax. p.* 199. *Barbosa de potestate Episcopi tom.* 3. *pag.* 355. De matrimonio inter beatam Virginem, & S. Josephum, *Turrianus in disput. select. pag.* 279. De testibus in causa matrimoniali *Ventriglia in prax. tom.* 1. *pag.* 49. De soluto matrimonio *Barbosa*. De dignitate matrimonii *Campanus in histor.* De matrimonio in articulo mortis *Pasqualigus in prax. de articulo mortis qu.* 446. *& seq.*

CAPUT XLVII.

De impedimentis matrimonii in genere, & præsertim de impedimento erroris.

SUMMARIUM.

Contractus matrimonii est exemptus à jurisdictione laicali n. 1.

Impedimenta matrimonii qualia sint, explicatur n. 2.

Impedimentum erroris enucleatur nu. 3. *ubi qualis error considerandus sit. Enucleatur defectus sensus* 4. *Defectus ætatis exponitur* 5. *& defectus potestatis præsertim ob vinculum matrimonii* 6. *Olim an absentia tribueret facultatem alteri conjugi secundas contrahendi nuptias* 7. *Quid ad præsens jure canonico sit præscriptum* 8. *Certitudo mortis non debet esse physica, sed sufficit moralis* 9. *Diuturnus absentia non est sufficiens probatio mortis* 10. *nec etiam concurrente fama mortis conjugis* 11. *rectè tamen probatur mors absentis famâ certi authoris cum aliis adminiculis, & conjecturis* 12. *Attestatio unius fide digni non est probatio sufficiens* 13. *Est talis, aliis coadjuvantibus indiciis* 14. *Testis de visu proprio, & duo de publica voce, & fama mortis, probant* 15. *Sufficienter probatur, probato incendio, vel naufragio navis, qua quis vehebatur* 16. *& conflictu* 17. *Valide contrahit nuptias sciens certò suum periisse conjugem, licèt id probare nequeat* 18. *& qualiter conjecturæ sufficiant* 19.

In contrahendo matrimonio standum est probationi efficaciori mortis alterius 20. *quidque agendum sit, si, factis secundis nuptiis, compareat primus vir nunc.* 21. *& matrimonio inito cum impedimento dirimente, qualiter possint conjuges petere debitum* 22.

Si dubium valoris matrimonii nascatur ex impotentia, potest etiam, stante dubio, peti, & reddi debitum ad experiendum, an adsit impotentia 23.

COntractus matrimonii est exemptus
1 à potestate laica, quando est matrimonium ratum, ut in præcedenti capite disseruimus. Nam ratio sacramentalis trahit ad se rationem contractus ex regula: Magis dignum trahit ad se minus dignum; *cap. quod in dubiis de consecratione ecclesiæ, vel altaris*: adeoque summus Pontifex potest constituere impedimenta, non potestas laica, *Trid. sess.* 24. *de ref. can.* 21. Episcopus non potest ea constituere: nam id est reservatum Summo Pontifici. Impedimenta
2 matrimonii alia sunt juris naturalis, in quibus nec Papa dispensare valet, alia sunt juris humani, in quibus Papa dispensare valet: aliqua sunt dirimentia, quæ matrimonium reddunt nullum, alia non dirimentia, quæ reddunt illicitum. Pro dirimentibus sunt statuta certi versus, quibus ea percensentur à *D. Bonav. in* 4. *dist.* 34. *qu.* 2.

Error, conditio, votum, cognatio, crimen.
Cultus disparitas, vis, ordo, ligamen, honestas,
Si sis affinis, si fortè coire nequibis,
Si parochi, & duplicis desit præsentia testis.
Hæc socianda vetant, connubia juncta retractant.

Primum impedimentum est erroris;
3 error autem, qui tollit consensum, tollit contractum matrimonii requirentem essentialiter consensum, ut inquit *ethicorum author in lib.* 3. *cap.* 3. idque patet ex *l. non videtur ff. de regulis juris*. Unde amentes, stolidi, dormientes, &c. nequeunt inire matrimonium, *cap. dilectus de sponsalibus, cap. neque furiosus* 32. *qu.* 3. Error duplex est, unus substantiæ, alter circumstantiæ rei volitæ. Error substantiæ, puta error personæ, tollit consensum, & matrimonium, *cap.* 26. *de sponsalib.* Error circumstantiæ, ut si

quispiam

quiſpiam matrimonio ſibi adſciſcat extraneam pro cive, pauperem pro divite, non tollit conſenſum circa perſonam, & ſic non tollit matrimonium. Sic etiam non eſt error circa ſubſtantiam, ſi detur non virgo pro virgine, quia eſt circumſtantia perſonæ, *l. ſi exempto* 11. §. *ſi quis virginem ff. de actionibus empti*: idque verum eſt, niſi circumſtantia ſit objectum adæquatum voluntatis: nam tunc, deficiente tali circumſtantia, deficit objectum, & conſenſus voluntatis. Quatuor errores aliqui numerant, primò errorem perſonæ, ſecundò conditionis, ſcilicet ſervitutis, tertiò formæ, quartò qualitatis. *Scotus* tamen in 4. *diſt.* 30. *qu.* 1. §. *ad iſtum* dat tres errores, primum perſonæ, ſecundum conditionis, ſcilicèt ſervitutis, tertium doli, ſcilicet deceptionis. Error ſervitutis eſt, ſi quis putet eſſe liberam, quæ eſt ſerva, & reddit nullum matrimonium, *c. propoſuit, cap. ad noſtram de conjugio ſervorum*. At non annullat error, ſi quis putet eſſe ſervam, quæ eſt libera, *Argentin. in* 4. *diſt.* 30. *qu.* 1. *art.* 3. *concl.* 2. quia iſte error non præjudicat uſui nuptiali, ut præjudicatur per primum errorem, *Scotus in* 4. *diſt.* 30. *qu.* 1. §. *ad iſtam verò* ibi: *Error conditionis melioris non impedit*; *D. Bonav. in* 4. *diſt.* 36. *qu.* 2. §. *reſpondeo* ibi: *Aut melioris, ut ſervus cum libera*.

Defectus ſenſus tollit matrimonium,
4 ſi tollat conſenſum ſenſibilem, non verò, ſi non tollat conſenſum ſenſibilem, ut ex dictis patet. Hinc ſurdus, cæcus, mutus à nativitate, poteſt contrahere matrimonium, ſi poſſit conſenſum internum ſenſibili ſigno oſtendere, *Covar. par.* 2. *de ſponſalibus cap.* 2. *in fin. Layman* & alii: nihil enim tunc deeſt ad valorem hujus ſacramenti.

Impuberes ex defectu ætatis nequeunt
5 valide contrahere nuptias, *cap.* 1. *de deſponſatione impuberum*, *l.* 4. *ff. de ritu nuptiarum*: & fœminæ citò pubeſcunt, quia citò ſterileſcunt, ut *Ariſtoteles* inquit in 7. *de hiſtoria animalium cap.* 3. Ætas debet eſſe completa: unde maſculus ante annum 15. fœmina ante annum 13. nequeunt inire nuptias ſine diſpenſatione Summi Pontificis, niſi malitia vincat ætatem, puta niſi antè iſtam ætatem fuerit completa pubertas, *cap. puberes*, *cap. de illis de deſponſatione impuberum*.

Impedimento poteſtatis, ſivè ſubjectionis continetur ſubjectio conjugii,
6 patriæ, ac dominicæ poteſtatis, & profeſſionis religioſæ.

Uxoratus nulliter ducit aliam, jure divino prohibente polygamiam, *Trid. ſeſſ.* 24. *de matrimonio can.* 2. ibi: *Divina lege prohibitum*; *Matthæi* 19. *num.* 9. *novel.* 18. *cap.* 5. *l.* 1. *Cod. de concubinis*, ita ut nec concubina permittatur habenti uxorem.

Sæpe mors alicujus contingit in remotis, vel in occultis: & frequenter abſentes, peregrini, navigantes, mercatores, milites, profugi decedunt in mari, in naufragio, in conflictu, in fyrtibus, in ſaltu, & quandoque occultè uxor occidit virum: & tunc probationes ordinariæ haberi valent per atteſtationes Ordinariorum, ubi quis deceſſit. Vetuſtiori quidem ævo in probanda
7 morte abſentis conjugis ſatis erat quinquennalis abſentia ejus, de cujus deceſſu, & morte dubitabatur, ad hoc ut alter liberè tranſiret ad alia vota, *l. uxoris ff. de divortiis*, immò illud temporis interſtitium coarctatum fuit ad quadriennium, *l. uxor C. de nuptiis*: poſtea verò receſſum fuit à ſpatio cujuſcumque temporis, & abſentia non ſufficiebat, ut ſuperſtes tranſiret ad ſecundas nuptias, niſi adito duce belli exercitus, qui per ſe, vel per alium noviſſet virum mortuum, ut deinde, expectato anno, conjux ſuperſtes nubere valeret,
8 *authen. hodiè C. de nuptiis*. Jure autem canonico ſtatutum fuit, nunquam licere alias inire nuptias, niſi certus de morte viri nuncius habeatur, *cap. in præſentia de ſponſalibus*, ubi *Innocentius*, & *Joannes Andreas num.* 4. quo habito nuncio, etiam anno non expectato, poteſt tranſire ad nuptias: & correcta fuit in hac parte *dict. auth. hodie*, *Tangred. de matrim. tom.* 1. *lib.* 2. *diſput.* 46. *num.* 1. & jus canonicum hodie ſervatur, ex cujus præſcripto, antequam ſit certificata mors, nequit ſuperſtes ſecundas petere nuptias.

Certitudo mortis non debet eſſe phy-
9 ſica: nam non ſemper haberi poteſt per inſpectionem oculorum videntium mori; unde ſatis eſt veriſimilis, *cap. quoniam* §. *porro verſ. ſi autem* ibi: *Si autem de carnali conjugio ſit agendum, tandiu alteruter conjugem expectet, donec de ipſius obitu veriſimiliter præſumatur*; *cap. cum per bellicam* 34. *quæſt.* 2. & ſatis eſt certitudo moralis mortis, *Ant. à Spirit. S. tom.* 1. *directorii tract.* 11. *diſp.* 7. *ſect.* 17. *nu.* 516. *Maſcardus de probationib. concl.* 1074. *num.* 4. idque patet ex *cap. in præſentia in fin. de ſponſalib.* ubi *Abbas*: tollitur namque tali certitudine morali dubium nullitatis, & periculum peccandi: Diu-

tur-

turna verò absentiæ non est probatio suf-
10 ficiens mortis conjugis, *Leander tom.2. tract.9. disp.17. quæst.12. Candidus disp. 28. art.10.dubio 7.Ant. à Spirit.S.tom.1. directorii tract. 11. disp.7. sect. 17.* idque constat ex *cap.in præsentia de sponsalib.*& ratio est, quia matrimonium certò possidens manutenendum est in dubio mortis probandæ, cum vivere quis præsumatur etiam usque ad centum annos, *l.fin.C.de sacrosanctis Eccl.* ibi: *Unum tantummodò terminum humanæ vitæ imponimus, ideſt centum metam annorum.* Præterea qui se abstinet à nuptiis, non incidit in periculum ducendi alienam, quod non cessat, si nubat, & plures post longam absentiam comparuere: nec cum absentia sufficit sola fama mortis viri,
11 *Sanch.tom.1.de matrim. lib.2. disput.46. num.15.Leander tom.2.tract.9.disp.17.qu.* 13. ea namque oriri potest ex partibus, aliisque inde commodum captantibus: ideò non attendenda, *cap.qualiter de accusatorib.* ubi *glos. vers. ad inquirendum*: &, ut diximus, requiritur certus nuncius mortis, *cap. in præsentia de sponsalibus.* Per famam autem non habemus certum nuncium, *Mascard.de probation. concl.*1075.*num.6.* & *concl.*748.*num.*8. &
12 9. At verò probatur mors absentis fama certi authoris cum aliis adminiculis, & conjecturis, *Sanch.loc.cit. Tangred.to. 1.de matrim.lib.2.disp.46.num.4. Anton.à Spirit.S.tom.1. directorii tract.11. disp.7. sect.17.num.*516. *Palagus disp.4.punct.13. §.1.num.*8. *Leander dict.loc. Bonac. de impedimentis matrimonii quæst.3. punct.* 10. *num.*14. *Perez de matrim. disp.* 35. *num.*5. *Menochius de adipiscenda possessione remedio* 4. *num.* 672. & *lib.*1. *conf.*60.*num.*21 ubi conjecturas exprimit, quæ coadjuvant famam, ut si absens vir erat, senex, vel aciem, aut conflictum ingressus, si navis, qua ducebatur, naufragium passa fuit, si consocii scribant propriis consanguineis, vel si litteras recipiat uxor à fide dignis, quia tunc habetur gravis certitudo moralis ex verisimilibus, quæ sufficit, ne quis dicatur se exponere periculo nullitatis, & ne peccet. Attestatio verò unius fide digni non est probatio sufficiens mortis
13 absentis, *Perez.de matrim.disp.37.num.* 4. *Tangred.loc.cit.num.*16. *Bon.dict.loc.nu.* 16. *Leander tom.* 2. *tract.* 9. *disput.* 14. *quæst.* 14. contra *Anton.à Spirit.S.tom.*1. *directorii tract.*11. *disp.*7. *sect.*17. *nu.*517. ajentem unum testem fide dignum verisimilia deponentem sufficere pro probanda morte. Nuncius quidem mortis debet esse certus, *dict. cap.in præsentia de sponsalibus*: & de jure unus testis non est nuncius certus mortis, quia in istis præjudicialibus unus est, ita ac si non esset ad inducendam probationem, *l.* juris jurandi *versſimili modo C.de testib.cap.* veniens *in fin. de testib.* adeoque debent esse duo omni exceptione majores, *cap. in omni, cap. licèt de testibus, Bart.in l.*2. *§.si dubitetur num.*1. *ff.quemadmodum testamenta aperiantur, Sanch. dict.loc.quæst.*2.*num.*11. Sed *Tangred.de matrim.tom.*1.*lib.*2. *disp.*46. *num.*3. dicit esse credendum uni verisimilia dicenti de morte alicujus in loco distanti, si nequeat alia probatio haberi, ex *l. non omnes §. à barbaris ff. de re militari*: &
14 unus testis, aliis coadjuvantibus indiciis, probat mortem, *Leander quæst.*14. *Sanch.loc.cit.num.*12. *Bonac.* & alii: nam, si singula non prosunt, unita juvant, & unus auget probationem alterius, redditque verisimiliorem: & testis de visu
15 proprio, & duo de publica voce, & fama mortis, probant, *Butrius in cap.in præsentia num.*7. ibi: *Nisi cum ea* (scilicet fama) *habeat unum testem; de sponsalibus, Riccius par.*1.*prax.matrimonialis resol.*242.*num.*3. dicens ita practicari in Curia Archiepiscopali Neapolis, cum *Genuensi in prax. cap.*26. *Farinac.in practica crimin.part.*1 *sect.*38.*num.*25. & patet, quia tunc, probata voce, & fama, per duos testes, habentur duo semiplenæ probationes, quæ efficiunt unam plenam probationem. Non tamen sufficienter credimus probari mortem publica voce, & fama, contra *Riccium par.*1.*praxis matrimonialis resol.* 242. *num.* 1. post *Boerium decis.* 288. *Franciscum Marcum par.*2. *dec.*183. & *Puteum lib.*2. *dec.* 520. Nam, ut ex dictis patet, publica vox, & fama est nuncius incertus: Sed sufficienter probatur mors alicujus, probato in-
16 cendio, aut naufragio navis, qua vehebatur, ut diximus: idque itidem probat *Butrius in c.in præsentia de sponsal. ver.tertius modus probandi*, ibi: *Si probet, quòd navis, in qua maritus erat, est passa ruinam:* &
17 probatur mors conflictu, si ingressus aciem periculosam, deindè amplius non compareat, *Butrius* post *Cinum in dict. cap. in præsentia n.*7. *vers. quartus modus* ibi: *Sufficit, si commilitones referant, quòd fuit in acie periculosa, in qua multi mortui sunt*; & ibi *Buich. num.*6. post *Bartolum in l.* 2. *§. si dubitetur ff. quemadmodum testamenta aperiantur*. Præterea validè contrahit nuptias sciens certò
18 suum periisse conjugem, quamvis id nequeat probare, quia occultè fuit occisus, & sepultus, *Bonacina dicto loc.*

Lean-

Digitized by Google

Leander quæst. 14. *Villalob. quæst* 1. *tract.* 1. *difficult.* 25. *Ant. à Spirit. Sanct. tom.* 1. *tract.* 11. *disput.* 7. *sect.* 17. *num.* 517. *Gabriel à S. Vinc. de matrim. disp.* 6. *quæst.* 12. *num.* 125. *Covarr. part.* 2. *de matrim. cap.* 3. *num.* 6. contra *Navar. cap.* 22. *num.* 46. nam non est impedimentum dirimens, ut probetur certo nuncio: & finis *dict. cap. in præsentia* est, ut solutus, solutave nubat: unde mulier nubens sine certo nuncio validè nubit habens intentionem nubendi, si vir revera fuerit mortuus, licèt id ea ignoret, ut probant DD. citati. Quidam ajunt idem esse probari mortem per nuncium, & per famam publicam, si mors non fuerit recentior, ex *l.* 1. §. *apud ff. de aqua pluvia arcenda*, §. *quod auth. ut liceat matri, & aviæ collat.* 8. Insuper, ut ait *Buich. in dicto capit. in præsentia num.* 7. *in fine* mors legitimè probatur, si mittatur nuncius à magistro militiæ, vel à socio commilitone boni nominis juramento asserente se vidisse mortuum. *Burius in cap. in præsentia. num.* 7. *verb.* & *credo de sponsalib.* ait nuncium mittendum à muliere, quæ vult contrahere nuptias, vel ex officio à judice ad locum, ubi dicitur vir mortuus, & ad propinqua, ut diligenter inquirat veritatem, nec satis est ibi eum non invenire, sed debet cognoscere ibi esse mortuum, aliàs non esset nuncius certus mortis. Quamobrem, ut contrahatur matrimonium, sufficienter debet probari mors alterius conjecturis, indiciis, vel præsumptionibus facti, & juris, *Burius in cap. in præsent.* 19. *nu.* 7. *de sponsalib.* dicens, in conscientia sufficere quamlibet verisimilem præsumptionem mortis viri, *Buich. in dict. cap. in præsentia num.* 7. *in fin.* ibi: *Non requiritur plena probatio, sed sufficit verisimilis præsumptio; Layman tom.* 2. *lib.* 5. *tract.* 16. *punct.* 3. *cap.* 3. *num.* 2. §. *igitur, Sanch. tom.* 1. *de matrimonio lib.* 2. *disp.* 46. *num.* 5. *Dian. part.* 3. *tract.* 4. *de sacramentis resol.* 214. *vers. sed his* dicens se consuluisse non esse separandam uxorem à viro ita contrahentem, nisi certò constet primum virum superesse, *Torricel. tract. de matrimonio consult.* 1. *num.* 1. Deest autem adulterium, deficiente dolo, *l. penult. ff de adulteriis*: non est enim adultera, quæ rationabiliter nubit, & inhæret præsumptionibus juris, & facti, quòd vir non vivat: & probatio integerrima requiritur, si haberi possit, aliàs sufficit probatio subsidiaria per conjecturas, indicia, & præsumptiones, *l. non omnis* §. *à barbaris ff. de re militari.* Tunc enim præsumptio pro veritate habetur, & æquiparatur testibus, & scripturis, *l. quicunq. C. de apochis banchal.* idque itidem constat ex *cap. quoniam frequenter* §. *porrò* ibi: *Si autem de carnali conjugio fit agendum, tandiu alteruter conjugum expectetur, donec de ipsius obitu verisimilius præsumatur; ut lite non contestata*, ubi *glos. in ver. præsumatur*: & post eas præsumptiones si expectetur annus juxta *auth. hodie C. de repudiis*, vel quinquennium juxta *legem uxoris*, concurrentibus urgentissimis præsumptionibus ætatis, terremotus, naufragii, conflictus, & aliis hujuscemodi, si conjux non appareat, præsumitur recessisse à vita, excusaturque superstes secundo nubens, *cap. cum post bellicam* 34. *quæst.* 2. & concurrentibus inter se contrariis indiciis, aut præsumptionibus, statur vehementioribus, & urgentioribus. Quisque sanè usque ad centum annos vivere præsumitur, nisi contrarium probetur, *l. fin. C. de Episcop. & cleric.* sed cum pro morte sunt plures, & graviores præsumptiones, quæ inducunt moralem mortis certitudinem, hæ debent prævalere: & vita ipsa est obnoxia casibus: absens subjicitur multis miseriis, ærumnis, laboribus, periculis, inimicis, & iniquis domesticis, quorum suspicandum est, si non perquirant delinquentem. Prælialis conflictus, morbus comitialis, vel pestilentialis, naufragium, incendium, terremotus & alia hujuscemodi, nullo cursu deinde temporis vagante notitia, nullo accepto nuncio, cum superviventes, tanquam redivivi, statim soleant suę superviventię notitiam ad alios transmittere, & proprii status eventum narrare, ex frequenter accidentibus generant indubitatum nuncium mortis. Ad evitandum verò peccatum sufficit tanta probabilitas, quæ etiam sufficeret ad judicandum sine temeritate prudenti, docto, & probo viro: & quamvis in *auth. hodie C. de repudiis* requiratur fides Capitanei; illo tamen textus corrigitur à *cap. quoniam ut lite non contestata*, *Ancharanus in cap. in præsentia de sponsalib. Rolandus vol.* 3. *cons.* 95. *num.* 12. Nec id est contra propositionem damnatam ab Innocentio II. ex qua judex, & minister sacramentorum debent sequi tutiorem partem in judicando, & ministrando: nam est magis tutum, imò realiter certum, illum decessisse, positis tot indiciis, & præsumptionibus simul, *cap. quoniam frequenter ut lite non contestata*, *cap. per bellicam* 34. *quæst.* 2.

Cæterùm in contrahendo matrimonio, standum est probationi efficaciori mortis alterius, *Butrius in cap. in præsentia 19. num. 7.* ubi *Buich. num. 6. & Abbas num. 6.* & ubi majus est periculum, ibi cautiùs est agendum, *cap. ubi maius est periculum 3. de elect. in 6. cap. literas 19. §. final.* ubi *Abbas num. 3. de præsumpt.* & major etiam probatio requiritur, ubi majus est præjudicium, & major quidem, si agatur de puniendo occisore, quàm si agatur de acquirenda hæreditate occisi: & probationes pro puniendo occisore debent esse evidentiores luce, *l. videndum ff. ad l. aquiliam, l. fin. C. de accusationib.* sed adeò evidentes non requiruntur, ut quis declaretur hæres occisi, *l. 2. § si dubitetur ff. quomodo testam.* Præsumptiones verò de morte, quarum supra meminimus, sunt gravissimæ, quæ arctant judicem ad judicandum.

21 Si autem, factis secundis nuptiis, compareat primus vir, tenetur uxor recedere à secundo viro, qui non est suus, & non abstinens erit punienda, ut adultera, *cap. cum per bellicam 34. quæst. 2. Ant. à Spirit. S. tom. 1. directorii tract. 11. disp. 8. num. 518.* At si dubitet, an vir supervivat alibi, tunc non tenetur recedere à secundo viro, & debet petenti reddere debitum, licèt ipsa non possit petere, *Butrius in cap. in præsentia 19. num. 7.* ubi *Buich. num. 6. de sponsalib. Ant. à Spirit. S. loc. cit sect. 17. num. 519. Abbas in cap. dominus 2. de secund. nuptiis*: idque locum obtinet, si alter petens sit in bona fide: nam, si sit etiam in dubia fide, non potest debitum reddere, nec potest petere, ut modò explicabimus, *Perez de matrim. disp. 53. num. 4.* Patet ex *cap. dominus 2. de secund. nupt.*

Matrimonium ab initio potest esse 22 certò nullum, & tunc certum est non posse peti debitum, nec reddi, si certitudo sit ex parte utriusque contrahentis, quia jus petendi, & reddendi nascitur ex titulo matrimonii, qui deest: si verò unus sciat matrimonium esse nullum, alter sit in bona fide; tunc nec est reddendum debitum possessori bonæ fidei petenti, *Dicast. de matrim. disp. 6. n. 172. Perez de matrim. disp. 53. num. 5. & 6.* idque constat ex *cap. inquisition. 44. de sentent. excomm.* Esset enim cooperari fornicationi, & ille revera caret jure petendi, *cap. literas de rest. spoliat. Gabriel à S. Vinc. de matrim. disp. 7. quæst. 7. num. 61.* Imo, si judex, sivè Episcopus secundùm allegata, & probata præcipiat nolenti, ut reddat debitum sub pœna excommunicationis, sciens impedimentum dirimens non posse reddere, & non reddens non peccat, nec contrahit excommunicationem, *Perez dict. loc.* & fere omnes, contra *Magistrum in 4. dist. 38.* in fin. & *Hugonem à S. Victore de sacram. part. 11. cap. 6.* idque patet ex *dict. cap. inquisition. 44. de sententia excom.* At si opinio probabilis concurrat, quòd matrimonium sit validum, ut accidit, cum sit cum dispensatione, de qua DD. disputant, an potuerit à Papa concedi; tunc debitum potest peti, & reddi, sequendo opinionem probabilem pro valore matrimonii, *Sanch. lib. 2. de matrim. disp. 44. num. 4. Tangred. tom. 1. de matrim. lib. 2. disp. 44. num. 3. Gabriel à S. Vinc. de matrim. disp. 7. qu. 7. num. 6. Ant. à Spir. S. de matrim. to. 1. directorii tract. 11. disp. 19. num 633. Perez de matrim. disp. 53. sect. 4. num. 3.* post *D. Th. in 4. disp. 41. quæst. 1. art. 5. ad 3.* & ratio est, quia prudenter agens, & rationabiliter, non peccat sequens opinionem probabilem valoris matrimonii: at si sequatur in dubio opinionem, quòd matrimonium sit nullum, tunc potest reddere, non petere, *cap. inquisition. de sententia excom.* non enim tunc potest agere contra propriam conscientiam, nec debet præjudicare alteri bona fide petenti. Dubius verò practicè, idest non factis diligentiis, de impedimento dirimente, contrahens nuptias non potest petere, nec reddere, *Sanch. tom. 1. de matrim. lib. 2. disput. 42. num. 9. Henriq. lib. 3. de matrim. cap. 11. num. 5. Tangred. tom. 1. de matrim. lib. 2. disp. 41. nu. 1.* dicens peccatum operantis in dubio ejusdem speciei esse, ac peccatum, de quo dubitat: Sic est sacrilegus, qui operat dubius, an committat sacrilegium, *Perez de matrim. disp. 53 sect. 2. n. 2. Anton. à Spirit. S. tract. 11. disp. 9. num. 634.* Patet ex *cap. dominus de secund. nuptiis*. Præterea peccat se exponens periculo peccandi, *Eccl. cap. 2.* & in dubio practico impedimenti dirimentis quis se exponit periculo peccandi, accedendi scilicet ad non suam: si verò, bona fide contracto matrimonio, superveniat certitudo illius nullitatis, non potest peti, nec reddi debitum, *Butrius in cap. in præsentia 19.* ubi *Buich. num. 6. de sponsalib.* idque patet ex *cap. dominus 2. de 2. nuptiis*, & ex *cap. inquisition. 44. de sententia excom.* Nam scienter accedere ad certò non suam est lethale, nec matrimonium contractum relevat: nam, cum sit nullum, nihil operatur. Nemo autem ex conjugibus, superveniente dubio valoris matrimonii ante bona fide contracti, potest debitum

bitum petere, & reddere, si non adhibuit diligentias pro cognoscenda veritate, quia se exponeret periculo peccandi, *Eccl.*3. Jus verò petendi debitum nascitur ex validis certisque nuptiis, *Ant. à Spir. S. t.*1. *directorii tract.* 11. *disp.* 9. *num.*634. nec ex possessione dubius relevari valet, sicuti peccat accipiens rem, quam dubitat practicè esse suam: potest tamen reddere debitum bona fide petenti, *Dicastil. de matrimonio disp.* 9. *num.* 837. *Ant. à Spir. S. in director. tract.* 11. *disp.* 9. *num.* 134. *ver. hinc*, *Tangred. t.*1. *de matrimonio lib.* 2. *disp.* 41. *qu.* 4. *num.*17. *Sanch. t.* 1. *de matrimonio lib.* 2. *disp.*41.*n.*47. *Butr. in cap. in præsentia* 19. *num.*7. ubi *Buich.num.*7. *de sponsalib.* idque patet ex *cap. dominus* 2. *de* 2. *nuptiis*, & ex *cap. inquisition.* 44. *de sententia excommunicationis*. Ratio est, quia unius dubium, non tollit alterius bonam fidem, & negando læderet jus petentis, cùm in dubio melior sit conditio possessoris bonæ fidei: nec quis debet privari jure, & commodo possessionis bonæ fidei ob dubium alterius: unde licitè tunc reddit debitum conjugale, licèt sit dubius de valore nuptiarum. Sic uxor reddens debitum viro bona fide petenti non peccat, quamvis materialiter non sit certa, matrimonium non esse nullum, *d. cap. inquisition.*44. *de sententia excommunicationis*, & *cap. dominus de* 2. *nuptiis*. Ita judex condemnans reum convictum, & confessum, est certus se non peccare: at non est certus se non condemnare innoxium: Nam non est certus, probationes, & testes non esse falsos, & confessionem non esse timore emanatam: & subditus est certus se non peccare obediendo superiori: at non est certus, rem à superiore præceptam potuisse præcipi, *Terill. par.*1. *regulæ morum qu.* 42. At si uterque conjux dubitet de valore matrimonii, nemini licet petere debitum, & nemini reddere, *Perez de matrimonio disp.*53. *num.* 4. *Tangred. lib.* 2. *disp.*42. *Leander qu.* 82. post *Pontium*, & *Montesinum*, cessatque tunc bona fides possessoris, in qua fundatur jus petendi, cui juri alter nequit præjudicare. Adhibita verò sufficienti diligentia pro indaganda validitate, potest quisque conjugum petere, & reddere debitum, etsi non potuerit veritatem invenire, *Sanch. t.*1. *lib.* 2. *de matrimonio disp.* 41. *num.*46. *Suarez t.*2. *de relig. lib.* 4. *cap.*5. *num.*16. *Ant.à Spir.S. t.*1.*directorii tract.* 11. *disp.*9. *num.*634, *Gabriel à S.Vinc. de matrimonio disp.*7. *quæst.*7.*num.*67. *Dian. par.*4. *tract.* 3. *resol.* 15. *Perez de matrimonio disp.* 53. *sect.* 3. *de Lugo par.* 1. *de principiis morum quæst.* 31. & probabilissimum id ait *Leander t.* 2. *tract.* 9. *disp.* 25. *quæst.* 81. licèt ipse, aliique velint æquè esse probabile posse reddi, & non posse peti debitum. Et quidem, facta diligentia sufficienti, etsi veritas nequeat inveniri, dubium evacuatur practicè, remanetque solum speculativum non officiens animæ. Præterea, facta diligentia, dubium invincibile æquiparatur ignorantiæ invincibili, & operans cum ignorantia invincibili non peccat, *c. si virgo* 32. *qu.*2. & ex possessione bona fide capta, titulo saltèm præsumpto, consurgit jus certum, ne possessor jure spolietur, quousque aliquid plus certi consurgat, & eluceſcat pro parte opposita ex regula illa: In pari causa melior est conditio possessoris; & qui jugale thorum eo in casu desereret, se exponeret periculo auferendi rem à vero domino, quod est contrà justitiam, *Terill. p.*2. *regulæ morum qu.* 57. *num.*5. Nec officit textus in *cap. dominus* 2. *de* 2. *nuptiis*, & *in cap. inquisitioni* 44. *de sententia excommunicationis*. Nam dicta jura currunt, stante dubio practico, non factis diligentiis. Si verò dubium valoris matrimonii nascatur ex impo-
23 tentia, potest etiam stante dubio peti, & reddi debitum ad experiendum, an adsit impotentia, *Vrtadus de matrimonio disp.*10. *difficult.* 9. *Guttierez de matrimonio cap.*49. *num.* 28. *Leander t.*2. *tract.* 9. *disp.*25. *qu.*81. *in fin. Pontius lib.*1. *de matrimonio cap.*15. *num.*6. *Perez de matrimonio disp.*53. *num.*10. *Terillus par.*2. *regulæ morum quæst.*57. *num.*7. idque patet ex *cap. laudabilem de frigidis*, & *maleficiatis*, ubi conceditur experientia triennalis: & tale dubium tollitur indagando eodem tempore triennali, si non constet ab initio impedimentum non posse usu tolli. Quòd si unus testis fide dignus post initum matrimonium asserat, alicui ex conjugibus obesse impedimentum dirimens, non potest is petere, sed potest reddere debitum ante factam diligentiam, *Sanch. lib.*2. *de matrimonio disp.* 25. *num.*25. *Ant. à Spir. S. t.*1. *directorii tract.* 11. *disp.* 9. *sect.* 8. *num.* 837. idque patet ex *cap. dominus* 2. *de* 2. *nuptiis*, & ex *c. inquisitioni* 44. *de sententia excommunicationis*. Si faciat diligentiam sufficientem, & deindè remaneat dubius; tunc dubium æquiparatur ignorantiæ invincibili, quia tolli nequit, adeoque potest petere, & reddere, ut ex dictis liquet. At contrahens mala fide cum dubio impedimenti dirimentis, si faciat

sufficientem diligentiam pro removendo dubio, & veritatem invenire nequeat, potest petere, & reddere debitum, *Gabriel à S. Vinc.* dicens communem hanc esse opinionem *in tract. de matrimonio disp. 7. qu. 7. n. 67.* & per diligentiam sufficientem sequentem purgatur mala fides, ideoque petere, & reddere potest instar illius, qui bona fide ab initio contraxit: & dubium remanens est speculativum, non practicum, hoc est, non dirigit actionem, ut ignorantia invincibilis actionem non dirigit. Alii verò dicunt non prodesse possessionem, durante dubio, nisi dubium practicè etiam deponatur, *Ant. à Spir. S. t. 1. directorii tract. 11. disp. 9. num. 635.* in qua depositione dubii, antequàm quis operetur, conveniunt omnes: Nam, stante dubio practico, debet quis eligere partem tutiorem, & sic cessare ab operando, si operando sit dubius peccati, *Teril. par. 1. regul. morum.* Si autem quis dubius contrahat sub conditione, si non adsit impedimentum, & sub conditione petendi dispensationem, si adsit; non peccat contrahendo, sicuti non peccat, si contrahat cum conditione, si pater consenserit, & post ita initum matrimonium poterit facere diligentiam sufficientem. Et quòd, si vir per longum tempus à muliere abfuerit, nec de ejus morte mulier nuncium certum acceperit, non possit aliud matrimonium contrahere, quinimò, si contraxerit, accepto deinde nuncio de vita viri, debeat à secundis, tanquam ab adulterinis nuptiis, se abstinere, docet *Jacob Philippus Portius cons. 26. tom. 1.*

CAPUT XLVIII.

De impedimento voti.

SUMMARIUM.

Professio religiosa sollemnis in religione approbata dirimit matrimonium ratum antea factum, & contrahendum 1. Votum verò ordinis sacri non dirimit ratum antea factum, sed tollit contrahendum 2. Si quis metu injusto gravi ordinetur in sacris, non inhabilitatur ad nuptias; & quando 3.

Votum simplex emissum in societate Jesu post biennium non tollit ratum, sed dirimit contrahendum 4.

Professus, aut constitutus in sacris, si contrahat matrimonium, est excommunicatus ipso jure, & damnatur ad triremes Pontificias 5.

Qualitas clericatus, & beneficii non reddit matrimonium nullum, & quare 6.

PRofessio religiosa sollemnis in religione approbata dirimit matrimonium
1 ratum antea factum, & contrahendum, *Trid. sess. 24. de refor. cap. 9. Aversa de matrimonio disp. 11. sess. 2.* idque solo jure humano constitutum est, *cap. unico de voto, Sanchez disp. 27. num. 4.* Votum
2 verò ordinis sacri non *dirimit ratum* antea factum, sed *tollit contrahendum*,
3 *Trid. sess. 24. cap. 9.* Si autem quis *metu* injusto gravi ordinetur in sacris, *non* inhabilitatur ad nuptias, nisi cessante metu ratificaverit: nam metus injustus gravis reddit nullam professionem, *Perez de matrimonio disp. 27. sect. 5. num. 3. & 8.* dicens nec teneri recitare horas,
4 si nolit permanere in ordine, sed *velit* nubere. Votum simplex emissum in societate Jesus post biennium non tollit ratum, sed dirimit contrahendum ex *constitut. ascendente Domino, Aversa de matrimonio quæst. 15. sect. 1. Suarez de religione lib. 4. cap. 2.* Si professus, aut
5 constitutus in sacris, contrahat matrimonium, est excommunicatus ipso jure, *clem. unic. de consanguin. & affinitate*: & praxis est, quòd damnetur ad triremes Pontificias. Qualitas clericatus, & beneficii non reddit matrimonium in-
6 validum, cum per matrimonium ei censeatur renunciatum, & filii ex eo matrimonio nati sunt successibiles, *Federicus de Rubeis consil. 14. num. 100. & seq.*

CAPUT XLIX.

De impedimento cognationis.

SUMMARIUM.

Cognatio quid sit, explicatur num. 1. Quotuplex sit num. 2. Quid sit consanguinitas num. 3. & qualiter habeat duas lineas, rectam, & obliquam, quæ explicantur num. 4. Transversalis linea quotupliciter dividatur 5. & qualiter distet à communi stipite 6. In linea recta qualiter tot sint gradus, quot personæ 7. quidque procedat in linea transversali 8.

Consanguinitas an dirimat matrimonium in infinitum in linea recta 9. quidque procedat in linea transversali 10.

Jure naturæ, saltem in primo gradu lineæ rectæ, est irritum matrimonium 11. non ob motivum reverentiæ, quod improbatur 12. sed ob aliam causam, quæ

Digitized by Google

quæ enucleatur num. 13.
Affinitas quid sit, explicatur num. 14. *Contrahitur ex copula naturali licita, & illicita* 15. *Non nascitur ex copula cum mortua* 16. *nec ex improlifica eviratorum, & non consumata* 17.
Affinitas quotuplex sit, explicatur 18. *Qualis dirimat matrimonium, & usque ad quem gradum* 19. *& qualiter cognoscantur gradus affinitatis* 20.
Pœna affinis ducentis affinem scienter quæ sit 21.
Vidua rectè nubere potest filio sororis consanguineæ, sive uterinæ, mariti defuncti 22.
Matrimonium cum uxore fratris præmortui nequit contrahi 23.
Matrimonium cum vidua olim uxore fratris patruelis, soceri, sivè patris primæ uxoris, licet contrahere 24.
Copula præcedens habita cum affine est impedimentum dirimens matrimonium usque ad secundum gradum 25.
Probatio copulæ prædictæ difficilis redditur 26. *& propterea deducitur ex præsumptionibus, indiciis, & conjecturis* 27.
Pro ea inducenda testes singulares haud respuuntur 28. *Unius testimonio fides habenda est, si conjecturæ itidem urgeant* 29. *nec testes omni exceptione majores requiruntur* 30. *&* 38. *Conjecturæ, & indicia, quæ segregatim parvi momenti existimantur, conjunctim reputari debent efficacissimæ* 31. *Depositio ejus, qui fuit particeps, & socius in copula illicita, qualiter probet* 32. *Si adsit depositio testium de congressu viri cum muliere, copula dicitur probata* 33. *& dispunguntur aliæ conjecturæ accessus in domum* 34. *præstationis donorum* 35. *& zelotypiæ* 36. *An hæc conjecturæ probent, si unitim concurrant,* 37.
Probationes exactæ requiruntur, cum agitur de probatione impedimenti legitimæ affinitatis, & consanguinitatis 39. *ubi, quòd regula prædicta non procedat, cum agitur de infringendo matrimonio ex copula illicita, præsertim si non agatur absolutè de solutione matrimonii, sed de ejus effectu, & successione* 40.
Probatio præcisi actus copulæ consumatæ in casu prædicto qualiter sufficiat 41.
Cognatio spiritualis qualis sit 42. *ubi qualiter contrahatur. Dirimit matrimonium* 43. *Inter quas personas dirimat* 44. *ubi quænam personæ cognationem prædictam non contrahant.*
Patrinus in baptismo olim erat unus vir, vel femina, quidque hodie, & quid in sacramento confirmationis 45. *Debet designari à patre, vel matre, aliàs non contrahit cognationem* 46. *Mandans, aut mandatarius non contrahunt cognationem spiritualem* 47.
Suscipiens in baptismo privato non solenne non contrahit hanc cognationem, & quare 48.
Non tangens, aut physicè non tenens baptizandum, vel confirmandum adultum, vel infantem, non contrahit cognationem spiritualem 49. *& tangens sine intentione faciendi officium patrini, & non tangens, ut patrinus, non contrahit cognationem spiritualem* 50. *Non requiritur intentio contrahendi cognationem spiritualem, ut ea reapse contrahatur* 51.
Baptizans filium an possit petere debitum ab uxore 52. *cum distinctione casuum.*
Cognatio spiritualis ex ordinatione Sacri Conc. Trid. non egreditur personas suscipientis, & susceptí 53.
Cognatio legalis proveniens ex adoptione perfecta enucleatur num. 54. *& qualiter sit impedimentum inter adoptatum, & adoptantem, enucleatur* 55. *Non datur cognatio legalis inter adoptatum, & ascendentem adoptantis* 56. *Qualiter hoc impedimentum locum habeat in linea transversali* 57. *& quid dicendum sit de linea quasi affinitatis* 58.
Contrahentes nuptias cum tali impedimento cognationis legalis, & spiritualis, non sunt excommunicati 59.

COgnatio est vinculum inter certas lineas, & personas, constitutum jure
1 communi, naturali, & positivo, & nascitur ex jure naturali, & quandoque ex
2 jure positivo: Est autem ejusmodi vinculum quincuplex, consanguinitatis, affinitatis, cognationis spiritualis, cognationis legalis, & publicæ honestatis.

Consanguinitas est vinculum personarum proveniens ex carnali naturali pro-
3 pagatione, *l. vel si* 12. *ff. de manumissis vindicta*, *l.* 1. *§. consanguineos ff. de suis, & legitimis*, *D. Th. Layman*, & alii. Sufficit naturalis propagatio, ad hoc ut adsit consanguinitas, *l. penult. ff. de gradib.* & comprehenditur legitima, & illegitima, & simul ostenditur, Evam non esse consanguineam Adami, quia licèt ex costa Adami formata fuerit; non tamen ex naturali propagatione ortum habuit. Consanguinitas habet duas lineas, re-
4 ctam, & obliquam. Rectam constituunt generantes, & geniti, ut avus, pater, filius, eaque dicitur ascendentium, ut nominantur generantes, & descendentium, ut nominantur geniti, *l.* 1. *ff. de gradibus.*

dibus. Transversalis, sive lateralis linea componitur ex illis personis, quæ emanant ab eodem principio, sed inter se nec sunt geniti, nec generantes. Hæc 5 autem linea transversalis dicitur ascendentium, descendentium, & lateralium, *l. stemmata ff. de gradib.* Patruus est ascendens respectu nepotis, nepos est descendens respectu patrui, frater respectu 6 fratris est lateralis. Linea lateralis distat duplici modo à communi stipite, æqualiter, & inæqualiter: æqualiter, ut duo fratres, patrueles, vel consobrini. Patrueles sunt filii duorum fratrum; consobrini sunt filii duarum sororum: si verò sint duo nepotes, filii scilicet fratris, & sororis, dicuntur amitini, §. 4. *gradu institutionib. de gradib.* Inæqualiter distant à communi stipite nepos, & patruus: Nam patruus in primo, nepos in secundo gradu distat à communi stipite. In linea recta tot sunt gradus, quot 7 sunt personæ subordinatæ, una dempta. Pater, & filius sunt in primo gradu conjuncti, quia sunt duæ personæ, ex quibus demitur una. Alii dicunt, quòd tot sunt gradus, quot sunt subordinatæ generationes. Ita inter patruum, & nepotem sunt duæ generationes: Unde nepos avo est conjunctus in secundo gradu, filius patri in primo, quia pater à filio distat per unam; à nepote per duas generationes, *l. 1. §. 4. ff. de gradibus.* In li- 8 nea transversali æquali in illo gradu distant inter se personæ, in quo distant à communi stipite. In transversali inæquali in illo gradu distant inter se, in quo remotior distat à communi stipite, *ca. fin. de consanguinitate, & aff.* Sic nepos remotior distat in secundo gradu ab avo, & in secundo à patruo, *cap. fin. de consang. & aff.* Hæc de jure canonico in ordine ad contrahedum matrimonium.

Consanguinitas dirimit matrimonium 9 in infinitum in linea recta, ut habetur in *l. nuptiæ 53. ff. de ritu nuptiarum*, licèt aliqui voluerint eam dirimere usque ad secundum gradum jure naturæ cum *Pesantio*; alii usque ad primum gradum cum *Cajetano*, & *Argentin.* & jure canonico voluerunt nonnulli, matrimonium inhiberi usque ad quartum gradum lineæ rectæ, & transversalis, ex *cap. non debet de consang. & aff.* cum *Perez de matrimonio disp. 28. sect. 7. num. 6.* In 10 linea transversali olim erat irritum matrimonium usque ad septimum gradum, hodie usque ad quartum, *cap. non debet 8. de consang. & aff.*

Jure naturæ saltèm in primo gradu li- 11 neæ rectæ est irritum matrimonium; *D. Th. 2. 2. qu. 154. art. 9. ad tertium*, ubi *Cajetanus*, & in *supplem. ad tertiam partem qu. 54. art. 5. Argentin. in 4. dist. 40. qu. 1. art. 4. concl. 1. Sanchez 7. de matrimonio disp. 51. num. 8. Perez de matrimonio disp. 33. sect. 3. num. 2.* dicens nec Deum posse dispensare, *Tangred. t. 2. de matrimonio lib. 7. disp. 51. num. 1. & 2.* ajens Deum posse in primo gradu dispensare, quia potest derogare juri reverentiæ debitæ superiori ab inferiori: & *num. 3.* ait, Papam posse in omnibus aliis gradibus dispensare, *Trullenc. lib. 7. cap. 9. dubio 7. Ant. à Spir. S. t. 1. directorii tract. 11. disp. 5. sect. 8. num. 375. Tamburrin. lib. 8. de matrimonio tract. 1. cap. 5. num. 26. Baun. qu. 2. assert. 3. Leander par. 2. tract. 14. disp. 22. quæst. 5. Rosignolus de matrim. 2. concl. 15. punct. 10. sect. 2. num. 3.* dicens id probabilius, *Joannes Joachim Zengrarius de origine, veritate, & oblig. jur. gentium art. 1. §. 17.* Moventur, quia reverentia debita ab inferiori superiori, putà à filia patri, à filio matri, quæ est juris naturalis, tolleretur à matrimonio, in quo duo sunt una caro: quæ ratio nobis non arridet, quia matrimonium non tollit re- 12 verentiam, & subjectionem uxoris erga virum, *Genesis c. 2.* ibi: *Ipse dominabitur tui*; unde potest stare reverentia debita à filia patri etiam ei nubenti. Præterea matrimonium non tollit relationem inter uxorem, & virum, nec tollit distinctionem inter relativa, poteruntque esse unum, & multiplex: unum in carne una; multiplex ratione plurium personarum, poteritque in diversa ratione dari reverentia, & unitas. Ita, si filius sit electus Imperator, pater tenetur ei obedire, ut Imperatori, non autè ut filio. Qua ratione de tali impedimento dubitant *Sanchez 7. de matrim. disp. 51. num. 13. Pontius lib. 5. de matrimonio cap. 31. num. 5. Caramuel lib. 2. moralis num. 545. & fundamental. num. 3755.* ajens se non intelligere, cur matrimonia in primo gradu jure naturæ sint irrita: licèt enim philosophicè, ac moraliter indecens id sit, nec prudens ejusmodi matrimonium auderet sine pudore inire, *l. adoptivus 14. ff. de ritu nuptiarum*, indecenterque inierint tales nuptias Persæ, aliæque plurimæ gentes relatæ à *Philone de leg. Mosaicis*, *ab Arnobio in lib. 8. adversus gentes*, & *à D. Hieronymo in lib. 2. adversùs Jovinianum*; inde tamen inferri nequit necessariò theologica indecentia ex divina prohibitione promanans, cum Deus matrimonium instituens illud præceperit generi humano: multaque naturali-

ter

ter indecentia cruſu, & ſtatu perſonarum licita fiunt. Ità ars purgandi cloacas nobili indecens eſt, ſed non peccatum. Monſtrum autem eſt eandem numero perſonam reſpectu ejusdem ſimul eſſe patrem, & avum, ut eſſet, ſi duceret filiam: Nam filio filiæ ſimul eſſet pater, & avus, & eadem perſona eſſet nepos, & filius, hicque filius eſſet frater matris ſuæ, & mater eſſet mater, & ſoror. Hæc ſunt monſtra naturæ inviſa, pro quibus arcendis inſita eſt naturalis verecundia, & pudor: eaque monſtra exhorruit *Seneca in thebaide num.* 134. ibi:

Avi gener, patriſque rivalis ſui,
Frater ſuorum liberorum, & fratrum parens.
Uno avia partu liberos peperit viro,
Ac ſibi nepotes. Monſtra quis tanta explicet?

Ad tollendam itaque tantam monſtrorum confuſionem pudoris deſtructivam id prohibuit Deus in *Levit. cap.* 20. *num.* 12. & *cap.* 27. *num.* 7. ibi: *Mater tua ipſa eſt, ne reveles.* Pudor autem naturalis hujuſmodi conjunctionem audire verecundatur, ac ſtupet. Neceſſaria erat hujuſmodi prohibitio ad arcenda etiam mala incontinentiæ, quæ vehementiùs pullularent familiaritate, & ſpe nuptiarum. Si enim inter conſanguineos illicitæ conjunctiones non ſemel hodie audiuntur, licèt non poſſit, vel cum diſpendio obtineatur diſpenſatio; pejora contingerent, ſi nuptiæ obtineri validè poſſent, ut docuerunt *D. Auguſt. lib.* 2. *de civitate Dei cap.* 4. & *lib.* 11. *cap.* 16. & *D. Ambroſius in epiſt.* 66. ibi: *Interdictum naturæ jure*: & in *novell.* 12. *cap.* 1. hujuſmodi nuptiæ dicuntur inceſtæ, & nefariæ, prout etiam in *l. fin. ff. de ritu nuptiarum*. Inceſtæ dicuntur, hoc eſt non caſtæ: nefariæ, hoc eſt contra fas, contra leges, quamvis alii nefarias in recta, inceſtas in tranſverſali linea velint dici, cum *Accurſio in rubrica Codicis de inceſtis nuptiis*. Sed in linea recta dici inceſtas, & nefarias nuptias, habetur in *l. fin. ff. de ritu nuptiarum*, adeoque confunduntur in §. *ergo non omnes inſtitution. de nuptiis*: & quamvis Adam videatur Evam duxiſſe ex ejus latere ſumptam, ipſius veluti filiam; inquit tamen Epiphanius, Deum diſpenſaſſe, ne periret genus humanum: & Deus poteſt diſpenſare, ut pater ducat filiam: & nos dicimus, Evam non fuiſſe conſanguineam, & filiam Adami, quia ortum ex eo non habuit naturali propagatione.

Affinitas eſt vinculum cognationis proveniens ex conſumata commixtione copulæ naturalis prolificæ, *l. non facile* §. 3. *ff. de gradibus affinitatis*, *Trid. ſeſſ.* 24. *de ref. cap.* 4. & copula naturalis intelligitur de licita, & illicita, 1. *ad Corinthios* 6. *cap. non debet de conſang.* & *aff.* & etiam cum inſana, dormiente, & cum diſſentiente contrahi poteſt hujuſmodi affinitas, *cap. diſcretionem de eo, qui cognovit conſanguineam*. Sed ea non naſcitur ex copula cum mortua, nec naſcitur ex copula innaturali, vel à dæmone habita, *Pontius*, *Leander*, & *Gonzalez*: Impedimenta autem reſtringenda ſunt ad modos ſolitos, non ad infrequentiores lege non comprehenſos. Præterea non naſcitur affinitas ex copula improlifica eviratorum, *Bonac. Urtadus*, & *Perez*: & niſi fuerit commixtione conſumata, non inducit affinitatem, *D. Th. Narb. Caram.* & *Gonzalez*. Nec officit textus in *cap. fraternitati de eo*, *qui cognovit conſanguineam*: Nam ibi non dicitur contractum impedimentum affinitatis, quia copula non fuit conſumata, ſed agitur de impedimento publicæ honeſtatis, quod oritur ex ſponſalibus validis.

Principium affinitatis eſt ipſa commixtio naturalis prolifica conſumata ſive licitè, ſive illicitè, *cap.* 5. & 8 *de conſangu.* & *aff.* Unde vir, & uxor non ſunt affines, ſed ſunt principium affinitatis: affines autem ſunt conſanguinei viri, & conſanguinei uxoris.

Affinitas eſt duplex, quarum una provenit ex copula licita, altera ex copula illicita, *cap. diſcretionem de eo*, *qui cognovit conſangu.* Subdividitur in affinitatem per ſe, & per accidens. Per ſe eſt inter virum, & conſanguineos uxoris, & inter uxorem, & conſanguineos viri. Per accidens eſt inter conſanguineos viri, & conſanguineos uxoris, *Encel. in manuali parochor. par.* 3. *cap.* 5. §. 4. *ſect.* 11. *num.* 5.

Affinitas per ſe, non affinitas per accidens matrimonium dirimit, *cap.* 5. 6. 7. 8. & 9. *de eo*, *qui cogn. conſang.* Unde plures fratres poſſunt ducere plures ſorores alterius cognationis: & filia uxoris ex alio viro genita poteſt ducere filium ſui mariti ex alia femina ſuſceptum, *c. ſanè* 35. *qu.* 3. Sunt enim affines per accidens, *Chartarius dec.* 59. *num.* 12. Affinitas per ſe ex copula licita dirimit matrimonium uſque ad quartum gradum, & ex illicita uſque ad ſecundum, *cap. non debet de conſangu.* & *aff. Trid. ſeſſ.* 24. *can.* 3. & in quolibet gradu dirimit matrimonium jure humano, non naturali,

cap. 1.

cap. 1. de consang. & aff. D. Th. 2. 2. quæst. 154. art. 9. Sanch. 2. de matrimonio lib. 7. disp. 66. idque patet *ex 3. Regum cap. 2. & ex cap. de incestis 35. qu. 3.*

Cognoscuntur gradus affinitatis, cognitis gradibus consanguinitatis, *c. porrò 3. ver. quocirca 35. quæst. 5.* & in illo gradu, in quo quis est consanguineus uni ex conjugibus, est etiam affinis alteri conjugi, *l. 4. §. quoniam ff. de gradib. consanguinitatis, & affin.*

Pœna affinis ducentis affinem scienter
21 est excõmunicatio non reservata *clem. 1. de consang. & aff.* Affinitas initum matrimonium non dissolvit, sed operatur, ut vir, qui eam contraxit, non possit petere debitum à sua uxore, *c. 1. cap. transmissè de eo, qui cognovit consangu.* debet tamen reddere debitum petenti innocenti, *cap. discretionem 6. cap. 10. & 11. de eo, qui cognovit consang.* & cum sit pœna, illam non contrahit ignorans se committere incestum, vel ignorans talem pœnam esse statutam, *cap. 6. & cap. 8. de eo, qui cognovit consang.* & Episcopus potest dispensare in dicta pœna, *Gonzalez in cap. fin. num. 5. de eo, qui cognovit consang.*

Vidua autem rectè nubere potest filio
22 sororis consanguineæ, sive uterinæ mariti defuncti, nullo jure refragante, & matrimonium inter eos factum ratum est, *Frideric. Prukman cons. 11. tom. 2. per*
23 *totum.* Matrimonium verò cum uxore fratris præmortui non licet contrahi, &, si contrahatur, nullum est, *Laurentius de Pinù cons. 2. Parisius cons. 68. vol. 4. Gozzadin. consil. 51.* incipien. *dominus, meus, Soccin. jun. cons. 140. vol. 2.* Sed
24 matrimonium cum vidua olim uxore fratris patruelis, soceri, sive patris primæ uxoris, licet contrahere, quia non omnes affines sunt in eodem gradu affinitatis marito, quo sunt conjuncti uxori, *Borgognin. Cavalcan. de contract. lib. dec. 12. part. 2.* sivè *dec. 58.* ubi differit in causa propria, & latè affinitatis materiam in primo, & secundo gradu discutit.

Certum autem de jure est, & notum rigore dispositionis *Sacri Concilii Tridentini sess. 24. de matrimonio cap. 4.* esse impedimentum dirimens matrimonium copulam præcedentem habitam cum affine in secundo gradu. Imo hoc perpetuum esse impedimentum præscribunt jura in *capitul. 1. & capit. transmissa de eo, qui cognovit consanguineam, canon. quis 34. qu. 2. & canon si quis cum duab. quæst. 2. & cap. si quis viduam 32. qu.* & etiam id præscriptum fuit per Concilium Maguntinum ibi: *Si quis cum duabus sororibus, aut si quæ cum duobus fratribus &c. eos disjungi, & ulterius nunquam in conjugio copulari præcipimus:* idque docuerunt Canonistæ, *Navarra in summa legal. cap. 22. num. 74. Antonius Cucus lib. 5. summæ cap. 12. num. 4. Petrus de Ledesma de matrim. quæst. 58. adnot. 4. dub. 2. §. 3. arguitur, Vega 2. tom. summæ cap. 5. casu 4. Paludanus 4. dist. 34. quæst. 1. adnotat. 2. num. 13. concluf. 2. Abulens. c. 5. Matthæi quæst. 200. Rebuffus in praxi benefic. regul. de dispensationibus in gradibus prohibitis gloss 5. num. 26. Cajeta in repetit. cap. ad limina 30. quæst. 1. §. 4. num. 295.* cum quibus concordant *S. Antoninus in 3. part. to. 1. c. 11. col. 3. vers. nota etiam, Sotus 4. distinct. 37. quæst. unic. adnotat. 2. Guttierez lib. 1. quæst. canonicarum ca. 23. num. 15.*

Explorati etiam juris est, carnalem
26 copulam, & venereos quoslibet actus inter ea numerari, quæ difficilè probari possunt, *Felin. & Ancheran. de testib. cap. literis de præsumpt. l. consensu Cod. de repud. Bartol. in l. 2. §. ult. de adulter. Riminald. jun. cons. 247. nu. 5. Soccin. jun. cons. 32. num. 12. lib. 2. Honded. cons. 15. num. 30. Menoch. lib. 2. de arbitr. cent. 2. cap. 116. & præs. 41. num. 1. Mascard. de probat. concluf. 57. num. 3. Mynsing. resp. 1. num. 20. Farinac. de test. quæst. 55. de delict. carn. §. probatio à num. 130. Rot. decis. 147 part. 1. recent. & decis. 10. part. 19. & decis. 618. part. 18.* & passim. Nihil profectò est, quod magis in occulto fieri soleat, nihil quod à luce magis abhorreat, quàm Veneris impudica certamina, ut luculenter inquit *Tibullus*:

Celari vult sua furta Venus.

Nec ulla inter mulierculas inveniri potest usque eo impudens, propudiosa, & nefaria, ut palàm prostitui ab aliquo patiatur, & meritò Lesbiam increpans *Martialis* hæc protulit:

At meretrix abigit testem, &c.

Et meritò ei, qui virum simul, & mulierem coeuntes inspexisse affirmat, nullam fidem tribuendam putarunt *Marsil. consil. 28. num. 20. & Mascard. de prob. concl. 57.* Quemquam autem obscœna se mulieri consuetudine addixisse, præ-
27 sumptionibus, indiciis, & conjecturis assequi jure posse compertum est. Quod enim liquidò probari nequit, argumentis probatur, *leg. non omnis §. à barbaris de re milit. l. indicia Cod. de rei vind. leg. 2. quor. appell. non recip. Glos. in c. præterea de testib. & in c. literis de præsumpt. in verb. credebant, Bertaz. consil. criminal. 20. n. 7. Menoch. de arbitr. consil. 116. num. 11. & de præsumpt. lib. 5. quæst. 41. Monticell.*

cell.in prax.criminal.regul.2.num.3.Farinac.de delict. carnis quæst. 147. *num.*131. *Bocer.de adulter.c.5. Christoph.Crusius de indiciis delictorum, Matthæi de re criminali controv.*10. *à num.*16. *& controv.*11. *num.*17. *Card.de Luca de matrim. disc.*13. *num.*3.*Raynald. observat. criminal. lib.*2. *c.* 25.*§.*5.*num.*55.*&* 171. *Basilic. decis.criminal.*15.*num.*37.*& seq.Chartar.decis.crimin.*49.*num.*44.*& seqq.Rot. decis.*337. *nu.* 2.*part.*2. *recentior.Gonzal. ad c. literis de præsumpt.* ex *textu in l. consensum §. servis Cod. de repud.Menoch. lib.*2.*de arbitr. cent.*2.*cas.*115.*& lib.*5. *præsumpt.*41. *Mascard. de probat.conclus.* 57. *num.*6. atque horum opinio locum potissimè obtinet, quùm nullo matrimonii vinculo obstrictum aliquem fuisse declarandum proponitur, & ne quidem agitur de irroganda pœna,qua corpus turpiter delinquentis afficiatur, *leg.consensu §.servus C. de repudiis*, & communiter *Canonistæ in c. præterea de testib. Jo.de Amicis cons.*127. *Giurb.cons.criminal.*37.*num.*42. *&* Clarus *in practic.criminal.qu.*54. *vers.dixi etiam* Carpz.*in practic.criminal. quæst.*60. *num.* 31.*part.*2.ibi: *Proinde quod de indiciis, & de præsumptionibus antea dictum est, id locum habere potest, quando ad separationem matrimonii civiliter, vel etiam de irroganda pœna pecuniaria agitur, secus verò quoad criminalem adulterii, vel alterius delicti condemnationem.* Imo testes etiam singulares haudquaquam re-
28 spuendos esse affirmarunt *Card. de Luca de matrimon.discur.*13.*Cost.de fact.iscient. & ignor.disc.*12. *observat.*2. *num.*85. *Mascard.de probat.concl.*59. *n.*14. *Gabriel de test.conclus.*2. *num.*51. *Marad. in tract.de pœn.delict.sub.tit.de crimine adulterii nu.* 161. idque ad probandam copulam ad effectum diremptionis fœderis matrimonii animadvertunt *Soccin. jun. cons.* 99. *dub.*1.*per totum à num.*7.*ad* 72.*vol.*2.*Ferrett.cons.*289.*num.*23.*&* 24. *& cons.* 390. *per totum*, *Panimoll.dec.*93.*num.*35. *Rota coram Arguel.dec.*8.*nu.*38.*&* 39. *& coram Pamphilio dec.* 145.*num.*9. *& seq.* atque id ipsum vel maximè spectari oportet, si testium singularitas non sit obstativa, sed adminiculativa, aut cumulativa, *Ferrett. cons.*168. *num.* 14. *& seqq.& dict. consil.*390.*per totum*, *Panimollus decis.*93.*num.*29.*Rota coram Pamphilio dict.decis.*145.*n.*4.*&* 5. Quin unius testimonio fides utique habenda esset,
29 si conjecturæ itidem urgerent, *Rota coram Arguel.dict.decis.*8.*num.*35.*& duob. seqq.coram Ottobon.decis.*262.*num.*9.*& in Colonienſi nullitatis matrimonii §. copula in fin.coram Rever.Molines.* Nec opus est,
30 ut testes omni exceptione majores adhibeantur. Hi siquidem tum adhibendi essent, cum affinitas legitima, & legitima probanda esset consanguinitas,quæ pluribus innotescit, *cap.*1. *de consanguinit. & affinit.* Cæterùm ad probandam eam affinitatem, quæ ex illicita copula oritur, promanatque, unusquisque, sive familiaris, sive domesticus, sive pauper, sive impubes, sive infamis, & non integræ admodum,& probatæ fidei, existimatur idoneus, ut rem optimè discriminantes docuere *Gigas cons.* 29. *num.*20.28.*&* 34.*Ferrettus cons.*389. *nu.* 14.*&* 15.*& consil.*290.*nu.*9.*Panimoll.dict. decis.*93.*adn.*1.*nu.*20.*Rota coram Arguell. dec.*8.*n.* 22. *&* 23. *coram Ottobon. d. dec.* 262.*n.*9.*&* 10. *coram Emerix dec.*494.*n.*4. *& in dicta Colonien. nullit.matrimonii §. parùm relevantibus coram Rev.Molines*: idque vel maximè pro certo habendum putavit eadem S. Rota, si vel plures, tametsi amici, & sanguine conjuncti, non honestæ, non inculpatæ, non irreprehensibilis vitæ testimonium dixerint, vel indicia concurrant,*glos. in leg.*2. *§. eundem ff. de testib. Rot.dict.dec.* 19.*part.*10.*num.*12.

Conjecturæ verò, & indicia, quæ se-
31 gregatim parvi momenti existimantur, conjunctim reputari debent efficacissimæ,& singula quę non prosunt,unita juvant,*gl. in l.*3. *versic. legitimis de excus. tutor.& in l.*3.*§.eundem ff.de testibus*,*Fabius Quintilianus instit. Orator. cap.*9. & conjecturas, atque indicia simul juncta esse animadvertenda, eaque sat esse, ut perspectum fiat impedimentum, quod oritur ex illicita copula, apprimè affirmarunt canonistæ in *cit. cap. literis*, *in cap.* 3.*de præsumption.& in cap. præterea de testibus*,ubi *Jo.Andreas*, *& Abbas n.* 5.addentes, non esse parvi ducendos textus prædictos, qui eam statuere conclusionem in subjecta materia dirimendi matrimonium, quique aliàs deservirent de vento: idque etiam expendunt *Ferrett.cons.*389.*num.*6.*& seq.Gigas cons.*28. *num.*21.*Panimoll. decis.*93.*adnot.*1.*nu.*15. & egregiè *Rota coram Arguell. decis.*8.*n.* 29. *&* 56.*per totam*, *coram Pamphilio decis.*145. præsertim *num.*9.*coram Ottobon. decis.*262. *num.*3. *& per totam*, *coram Emerix decis.* 1292. *& in Colonienſi nullitatis matrimonii* 1.*Julii* 1693.*§. ex quibus coram Reverendiss. Molines.* Hisce quidem decisionibus declaratum est,nullo matrimonii fœdere obstringi eos potuisse, quibus refragabatur impedimentum, quod ex illicita copula promanabat: fidemque habuit S. Rota sin-

gularibus testibus, quorum fides vacillare videbatur, quia non erant omni exceptione majores, imo illorum unus tantùm de visu testatus fuerat: & valida existimavit indicia, tametsi non admodum essent perspicua.

Depositio ejus, qui fuit particeps, & so-
32 cius in copula illicita, probat, cum in similibus actibus, qui clam fiunt, rectè possit socius interrogari, ejusque depositioni omnimoda fides per Judicem est adhibenda ad tradita per eandem *Rot. decis.818.num.9.part.18.*ibi: *Quia in his, aliisque similibus criminibus, quæ non palàm, & publicè, sed inter latebras, & occultè committi consuescunt, socius particeps criminis benè potest interrogari de socio, ejusque depositioni omnimoda fides per judicem est adhibenda*; & *decis. 147.nu.15.part.1.& decis.139.num.10. Aymon cons.178. post num. 3. Alex.de Nev. cons.37.nu.2.* inter *cons.matrim.Caputaq. decis 177. num. 8. & seq.part.3.* præsertim si hujusmodi depositio urgentibus adminiculis suffulta remaneat, ut prosequitur eadem *Rot.in citat.decis.818.n. 9.*ibi: *Præsertim quando urgentibus adminiculis, & violentis præsumptionibus saffulta remaneat, ut in præcisis terminis de meretrice loquuntur Bellett. disqu. cler.part.1.§.4. num.95.Castr.cons.348.lib. 1. Bursat.cons.318.num.7. vers.3.concludunt*, & quamplures alii DD. per eandem *Rot.* pro hac re firmanda adducuntur: & ad probandum adulterium sufficiens reputata fuit confessio adulteræ, ut habetur *in dict.decis.818. num. 4.* Id autem maximè locum sibi vindicat, si hujusmodi confessio urgentibus adminiculis, & violentis præsumptionibus suffulta sit, & præsertim si adsint testes deponentes de congressu viri cum muliere, & confitentes quòd simul jacuerunt in eodem lecto: ita enim copula dicenda est apertissimè probata ad tradita per *Menochium de præsumption.lib.5.præsump. 86.num.75.* & est adeò urgens ea proba-
33 tio, ut faciat cessare omnem dubitationem, ut notarunt *Rota part. 9. dec. 163.num.16.* per *textum in cap. literis de præsum.& Surd.consil.364.num.5.*ibi: *Et quòd cohabitaverint: qui congressus non potest ad aliud referri, Lap.in allegat 53. num. 3. versic. ita in casu proposito:* & inde subdit: *Idem est dicere: Talis jacuit cum tali muliere; quantum est dicere: Adulteravit eam; Alex.consil.77.nu. 2.lib.7.Hostiens.in cit.cap.literis a num.1.* & rationem affert *Sperell.decis.136.num-25. quia vir non præsumitur venisse causa faciendi pœnitentiam, vel delendi peccata*; & citat *Joannem Andream num.6. versic. in gloss. 2. Ancharan. sub. num.2. versic.vel. forte, Anton.de Butr. num. 2. in fin.& num.4.in 5. notab.Abb.sub nu.1. versic. & nota, Mascard.de probat.conclus. 59.num.1.& seq. Farinac. de delict. carn. quæst.136.num.137.*qui *num.174.*juxta relata per *cit. Sperel.* inquit, talem præsumptionem, si non per necesse, saltem præsumptivè perspectam reddere copulam: & illam probari ex dicto unius testis, docuerunt *Cyriac. controv. 605. nu. 20.Menoch.de præsumption.lib.1.quæst.89. num.5. Farinac.qu.37.num. 14. Conciol.in versic. indicium ad tort. præsumpt.4.num. 1. Rot.decis.818.num.20.part.18.* & quòd hæc sit major probatio, quæ fieri possit ad effectum dirimendi matrimonium, habetur ex *cit.text. in cap.literis de præsumptionibus* juxta ea, quæ tradunt *Rimin.jun.cons.274.nu.48.& 61. Matthæi in d.controvers.10. num.18.*& concordant *Glossa in cap.si quis acceperit 33. quæst.1. vers. tempore, & Panimoll.decis.93.nu.* 31. ubi inquit, hac probatione posse etiam deveniri ad executionem pœnæ a lege præscriptæ: & *Decius cons.577. nu.* 12. inquit, hoc solùm sufficere, nec aliam requiri probationem, aut indicia: & id ipsum probat *Rot.Rom.cor.Odobon. dec.262. nu.8.* in cujus specie unus dumtaxat aderat testis de visu, & coram *Emerix decis.194.num.2.*

Inter conjecturas verò, & adminicu-
34 la, recensetur accessus in domum mulieris, *Rota dict. decis. 818. num.6. & in Barchinonens. divortii 14. Aprilis 1679. §. insuper, & 15. Martii 1680. §.adulteria coram Viceconite, & in Colonien. nullitatis matrimon.1693.§. copula coram Merlin. Ang. de delict.par.1.cap.4. nu.24. Sanch. de matrim. lib.4. disp.12. Menoch. præsumpt.41. num.11. Farinac. cit.loc. de delict. carn. quæst.136. Cravet. cons.205. num.24. Bald. in l. neque naturales Cod. de probat. Gonz. in commentariis cit. cap. literis, & c.præterea.*Conjectura itidem elicitur ex donis mulieri exhibitis, atque impertitis, *Hostiens.* & alii *in cap. præterea de testib. &* ibi *Jo. Andr. num. 4. Abb.num.7. Butr.num.9.Gigas cons.29. num.13.Rimin.ald.iun. cons. 264. num.39. lib.2. Chartar. dec.crimin.49.num.24. Me-*
35 *noch.lib.6.præs.41. in fin. Farinac.cit.qu. 136.num.127. Mascard.de probat. conclus. 64.n.10. Rosa in prax.crim.c.2. n.22.*& ex confessione extrajudiciali, ut deducitur ex *Glossa in cap. præterea de test.in verbo conscios* ibi: *Quia forte ab eo audierunt*; & ex eodem *Farinac. quæst.69. n. 200. & decis.72.num.1.lib.2. consil.& Cyriac. con-*

troversi

troverſ.171. num. 14. & hæc confeſſio extrajudicialis valde efficax reputatur, ut docet eaiam *Bart.in l.1.ff.de quæſt.* Ex zelotypia etiam oritur præſumptio carna-
36 lis commercii ad tradita per *Ferret.conſ.* 168. *num.*19.*verſic.penult.*& *Rot.* in paulò ante citata *deciſ.*19. *num.* 46. *part.* 10. *recent.* Circumſtantiæ ſanè quandoque inducunt plenam probationem ad tradita per *Rot.dec.*19.*n.*48. & *Rim. jun. conſ.* 139. *nu.*28. & præſertim attentis unitim probationibus, ut pro vero habuit *Rota* in citata *deciſ.*175. *num.*17. *part.* 12. ibi:
37 *Ex his enim, præſertim omnibus simul junctis, antecedentis copulæ pleniſſima oritur probatio, ut in his terminis reſpondit Rot. in dict. deciſ.*95. *num.* 17.*part.*2. *diverſ.in dict. Romana nullitatis matrimonii coram b. m. Arguell.*§.*ex quibus omnibus*, & *in dicta alia Romana nullitatis matrimonii coram Eminentiſſimo Domino Cardinali Octobono* §. & *ulterius verſic. ex quibus*: *His ergo indiciis* (inquit *Gonzalez in comment.ad cap. præterea de probat.*) *fama comitante, teſtibus de viſu, aut auditu, probatur copula*: & *Bald.in l. non ignorat num.*5. *Cod. qui accuſare non poſſunt* deducit probationem commercii ex circumſtantiis, & ſic etiam *Menoch. præſ.* 1. *num.*83.*lib.*3.& *conſ.*199.*num.*50. *lib.*2. *Alciat præſumpt.* 28. *num.*1. *Rot. deciſ.*163. *num.*13. *part.*9. & ita per *text. in cap.veniens verſ.ex diuturna converſatione de eo, qui cognovit conſanguineam*, docuerunt *Cardin.de Luca de matrim. diſcurſ.*13. *num.*6. *Raynald.obſerv.crim. lib.* 2. *cap.* 23.*num.*174. *Rota coram Arguelles deciſ.*8.*num.*52. *coram Octobon. deciſ.* 262. *num.* 11.*coram Emerix deciſ.*1194.*num.*2. & *in Barchinonenſi divortii* 4. *Aprilis* 1679. §.*inſuper coram Vicecomite*, *Gigas eit. conſil.*19.*nu.*15.

Imò nec teſtes debent eſſe omni ex-
38 ceptione majores, cum agitur de nullitate matrimonii ratione impedimenti affinitatis exorti ex copula illicita, quæ regulariter committitur clam, & procul a conſpectu hominum: qua re attenta admittuntur ad id probandum impuberes, viles, infames, meretrices etiam, conſanguinei, & domeſtici, *R ta par.* 1.*recentior. num.*4.*deciſ.*147.& *deciſ.*155. *part.*6. & apud *Gregor. deciſ.*351. *num.*6. & 7. *Purp.conſ.*579.*num.*1.*in fin. Honded. conſ.*29.*num.*24. *lib.*1.& quamplures alii adducti in *dict. deciſ.* 147. &, cum agitur de probatione rei occultæ, quælibet probatio, etiam levis, admittitur, ut ſupra oſtenſum fuit, & comprobat *Bald.in cap.cauſa num.*4. *in fin. de officio delegati*, *Beltran.conſ.*35. *num.*8. *in fin. lib.*3.*part.*2. *Monter.in reſponſ. pro uxor. part.*3. *num.* 209. impreſſo poſt *deciſ.*45. *Alexand. conſ.*24. *num.*42. *lib.*2. *Granat. theorem.*23. *num.*15. *Menoch. de arbitrar. cap.*275.*num.* 18. *Gomeſ. var. reſol.tom.*3. *cap.* 12. *rubr.de probat. delictor.num.* 21. *Farinac.de teſtibus quæſt.*62. *limit.*1. *nu.* 18. *Rota apud Rubeum deciſ.*191. *num.*9. & *deciſ.* 147. *num.*4. *part.* 1. & *deciſ.*87. *part.*6. *recent. Sperell.in cit.deciſ.*75.*nu.* 25. ibi: *In hac autem materia domeſticitas, imo conſanguinitas non eſt legitima exceptio, ac propterea conſanguinei, & domeſtici, niſi alium patiantur defectum, dicuntur in matrimonialibus cauſis teſtes omni exceptione majores, etiam ubi agitur de infringendo matrimonio, eo quòd plus cæteris præſumuntur informati. Ita non obſcurè probat text.in cap.videtur extra qui matrimonium accuſare poſſunt, per quem, ſive agatur de diſſolvendo matrimonio ex conſanguinitatis impedimento, ſive ex quocumque alio capite, hanc ſententiam firmat Alber.de Roſat.de teſtibus titul. quand. teſtes repellant. rat. domeſtic. num.* 21. *Maſcard. Farinac.* & alii apud eundem *Sperel. Rot.cit. deciſ.*174.*num.*4. quibus addendus eſt *Dominicus Urſaja tom.* 7. *part.* 2. *diſceptat.* 22. & doctrinæ, quæ allegari poſſunt in contrarium, ſunt in terminis probatio-
39 nis impedimentorum legitimæ affinitatis, aut conſanguinitatis, quæ impedimenta de eorum natura poſſunt plurib us perſonis eſſe nota juxta terminos textus in *cap.*1. *de conſanguinitat.* & *affinitat.* quo in caſu rectè dicitur probationes debere eſſe exactas, ac convincentes, & teſtes omni exceptione majores, ut diſtinguendo unum caſum ab altero docuit *cit.Urſ.loc.cit.n.*37. dicens: *Receptum deinde eſt inter Doctores, ut ad copulam probandam, etiam ad effectum dirimendi matrimonium ſervatis ſervandis factum, ſufficiant præſumptiones, & conjecturæ, ut in noſtris præciſis terminis notat Ferret. conſ.* 389. *num.* 12. *ubi egregiè diſtinguit, quòd ad probandum impedimentum habens clandeſtinum, & pernicioſum principium, ſufficiunt quinque teſtes, præſumptiones, & conjecturæ: ad probandam verò conſanguinitatem, vel aliud legale impedimentum, teſtes debent eſſe omni exceptione majores*: & *concordant Farinac: de delictis carnis quæſt.*136. *num.* 12. *Maſcard. de probation. concluſ.* 57.*num.*7.& 8. & *Panimoll.deciſ.*93. *adnotation.*1.*num.*15. *ſuntque in hac parte magiſtrales deciſ.* 145. *coram Pamphilio*, 262. *per totam coram Octobono*, & *deciſ.* 8. *num.*30.*coram Arguelles*, & *in Colonienſi*

nienſi nullitatis matrimonii 1. Julii 1693. §. ex quibus coram Molin. & in eadem cauſa coram Emerix in impreſſis inter alias ejuſdem 1194. num. 3. Quæ præſumptiones, & teſtium depoſitiones ad noſtrum effectum conjungi debent juxta vulgatū illud: Singula quæ non proſunt, unita juvant; de quo generaliter Rota coram Cerro deciſ. 515. num. 14. apud Buratt. deciſ. 79. nu. 10. dec. 143. n. 12. & ibi addentes lit. D. & dec. 349 num. 5. Gregor. deciſ. 340. nu. 6. & 7. & 471. num. 11. Poſthius poſt tractatum de manutention. dec. 529. num. 11. & part. 5. recent. deciſ. 136. num. 7. tom. 5. & part. 6. deciſ. 277. num. 19. & 20. & part. 7. deciſ. 182. num. 13. & deciſ 212. num. 30. Bart. in leg. excuſantur col. 2. de excuſ. tutor. Alex. conſ. 47. num. ... lib. 2. Dec. conſ. 163. nu. 14. Natt. conſ. 161. qui ultimi loquuntur in terminis cauſæ matrimonialis, *Rot.* apud *de Fraſſ. dec. 5. n. 8. de ſponſ. & in Valent. profeſſionis cor. Blanchetto,* in qua deciſione fuit dictum, id eò magis procedere, quando negotium eſt difficilis probationis, *Rot. cit. deciſ. 147. num. 3. par. 1 recentior. Sperell. dicta deciſ. 75. nu. 28.* ubi allegat plures Doctores eandem regulam firmantes, *Rot. deciſ. 175. nu. 19. par. 12.* præter alios ſupra relatos: & quamvis nonnulli præfatam regulam impugnaverint, cum teſtes deponerent contrà matrimonium, cujus ſententiæ fuerunt *Decius conſ. 134. col. pen. Cravet. conſ. 26. col. fin. Zaſ. conſ. 3. col. 7. vol. 2.* & alii relati per *Gabr. concluſ. 6. num. 6. de teſt.* attamen Rota illam ſemper pro vera habuit abſque limitatione in quacumque cauſa matrimoniali, etiamſi ageretur de infringendo matrimonio, dummodo teſtes excedant numerum trium, cum talis numerus ſuppleat defectum, ut habetur ex *citata deciſ. 5. ſeu 175. & in dict. deciſ. 147. num. 3.* ibi: *Eſt regula generalis, & trita gloſſ. in leg. 3. in verſic. numerus ff. de teſt. quæ procedit etiam, ubi omnes patiuntur aliquas exceptiones, ſi teſtes ſint ultra numerum trium;* & apud *Gregor. deciſ. 351. num. 5. & Sperell. in d. dec. 75. nu. 29.* Quod eò magis procedit, ſi non agatur abſolutè de ſolutione matrimonii, ſed de ejus effectu, & ſucceſsione: quo in caſu ſufficit, quòd concurrant conjecturæ, & leves præſumptiones, pro decernenda nullitate, ut pro vero habuit *Rota Romana deciſ. 175. num. 13. part. 1.* ibi identicè tractatur de nullitate matrimonii in eiſdem terminis affinitatis exortæ ex copula illicita: & ſic etiam locuit eadem *Rot. part. 10. recentiorum dec. 214. num. 15. 16. & 17.* ibi: *Pariter non obſtat, quòd ad impugnandam validitatem matrimonii jam contracti in faciem Eccleſiæ requiruntur teſtes omni exceptione majores, quia hìc agitur de nullitate matrimonii nō ad finem illud diſſolvendi, ex quo poſt mortem jam fuit diſſolutum, ſed ad effectum ſucceſſionis, quo caſu non intrat ſupradicta concluſio, quòd requiratur probatio per teſtes omni exceptione majores, cum ſufficiat probatio ordinaria, etiamſi talis probatio in conſequentiam tendat ad oſtendendam matrimonii nullitatem, Soccin. ſeu. conſ. 31. num. 16. & 17. lib. 13. Rota in Toletana matrimonii 26. Junii 1619. coram Cardinal. Sacrato, & coram bonæ memoriæ Buratt. deciſ. 530. num. 16.*

Quo verò ad probationem, quam nonnulli DD. in hac re requirunt, præciſi actus copulæ conſumatæ; volumus, modeſtiæ ut ſerviamus, adnotare, quæ ad rem ſcripſit *Urſaja in citata diſceptatione 22. tom. 7. part. 2 num. 42.* hujuſcemodi verbis: *Quibus non adverſatur reflexio (* ſic ipſe ait *) quòd conjecturæ, & præſumptiones ex hac parte adductæ reſpiciunt præparatoria, concomitantia, & ſubſequentia, non autem præciſum actum copulæ, quodque illæ probentur ex atteſtationibus famulorum, alicrumque teſtium minus habilium: objecto enim, pluribus adductis concordantibus, præciſè occurrit Rot. dec. 145. num. 11. p. 17. rec. ibi: Non obſtante, quòd teſtes actum copulæ præciſum non feriant, quia ſpeciale eſt in hac materia difficilis probationis, ut admittantur conjecturæ, & præſumptiones: qua etiam ratione non repelluntur teſtes inhabilitatis nota laborantes: quod firmavit etiam in Viennenſi matrimonii 25. Jun. 1703. §. accedit coram Card. Scott. Non obſtat exceptio famulatus, quia ad probanda hujuſcemodi facta ſequuta admittuntur etiam teſtes domeſtici, qui magis idonei reputantur:* & inde idem *Urſaja tom. 4. part. 2. diſceptatione 24.* in conſimili cauſa ſcribens, hæc habet: *Quibus non obſtat, quòd, ad hoc ut affinitas in noſtris terminis matrimonium dirimat, probanda ſit copula perfecta, & conſumata, hoc eſt cum ſeminis effuſione intra vas ad prolis generationem ex animadverſis per Sanchez de matrimonio lib. 7. diſput. 6. nu. 7. & ſeq. Engel. in jus canon. lib. 4. tit. 14. de conſanguinit. & affinit. num. 7. ubi ad rem obſervat non obſtare textus in cap. juvenis de ſponſal. & in capit. fraternitati de eo qui cognovit conſanguin. uxoris ſuæ, quia loquuntur de impedimento ratione publicæ honeſtatis, quod nedum ex copula imperfecta, & ſemina-*

tione

dicitur extra vas, sed ex solo contractu sponsalitio nascitur, Coninch. de sacram. tit. 32. de matrim. disput. 31. sect. 1. per totam, & Jorius eodem tract. part. 8. quæst. 25. num. 7. Quidquid enim sit in foro conscientiæ juxta terminos, in quibus loquuntur dicti auctores; certum videtur, quòd in foro fori, probata copula, nihil aliud desideratur ad effectum dirimendi matrimonium ex illa vehementi præsumptione, quæ viget contra virum, & mulierem rem carnalem habentes, ut egregiè objecto respondendo observat Rot. cor. Arguel. decis. 8. num. 19. & 21. ubi illam congruam assignat rationem, quia hujusmodi probatio est impossibilis: & in effectu ex hac consideratione in dictis magistralibus decis. 262. coram Octobon. & in Colonien. nullitatis matrimonii de annis 1693. & 1694. cor. Molines, & Emerix junior. etiam excitata fuit similis objectio, imo in illis firmata conclusio, quæ est in terminis longè durioribus, quòd nimirum ex sola condormitione in eodem lecto, quod certè longè minus est, probata dicatur copula sufficiens ad dirimendum matrimonium, ut videre est in illa coram Molines §. copula, & coram Emerix §. affinitas: quod prius probaverant citati a Panimol. dec. 93. adnot. 1. num. 90. ubi, quòd, licèt condormitio in eodem lecto non concludat per necesse copulam; est tamen probatio sufficiens tam ad dirimendum matrimonium, quàm ad pœnam: quod generaliter considerant etiam Zacch. qu. medic. legal. lib. 5. tit. 1. quæst. 3. num. 14. Ciardin. controv. 174. num. 14. & firmavit Rota in dec. 162. num. 7. qu. 9. recent. in Monasterien. matrim. 27. Jun. 1696. §. testibus coram Card. Caprar. Incertus est exitus.

Remanet nunc, ut disseramus de iis, quæ pertinent ad materiam vinculi cognationis spiritualis. Definitur hæc cognatio vinculum personarum proveniens ex valida collatione baptismi, & confirmationis, *cap. fin. de cognatione spirituali.* Si autem nullum sit sacramentum, non nascitur cognatio spiritualis, nec ea nascitur ex solis sollemnitatibus. quæ in Ecclesia supplentur, *Perez de matrim. disput. 29. sect. 3. num. 1.* Ex collatione verò baptismi, vel confirmationis, non ex aliis sacramentis nascitur cognatio spiritualis imitativa matrimonii, *c. fin. de cognatione spirituali in 6.* Cognatio spiritualis dirimit matrimo-
43 nium, *cap. fin. de cognatione spirituali in 6. cap. veniens de sponsalibus, Synodus Nicæna cap. 21.* Nascitur tale impedimentum dirimens inter certas personas, scilicet inter baptizantem, & confir-
44 mantem, & inter baptizatum, seu confirmatum, & ejus patrem, seu matrem, & uxorem, *Trid. sess. 24. de ref. cap. 2.*

Non contrahit hanc cognationem baptizans non baptizatus, *Gonzalez in c. final. num. 9. de cognat. spirit.* Si pater illius, qui baptizatur, non sit baptizatus, non contrahitur talis cognatio spiritualis à non baptizato: & si quis non est baptizatus, non contrahit hanc cognationem respectu baptizati, nec baptizatus illam contrahit respectu non baptizati, quia sunt relativa, *Pontius lib. 7. de matrim. cap. 40. num. 2.* Hodie sublata est hujuscemodi cognatio inter filios confirmantis, aut suscipientis, & baptizatum, aut confirmatum, *Trid. sess. 24. de ref. c. 2.* Præterea est sublatum vinculum, quo alter ex conjugibus baptizantis, aut confirmantis, vel suscipientis, non poterat ducere baptizatum, aut confirmatum, *Trid. d. loc.* Est etiam sublata commaternitas, & commater erat uxor compatris: nam erat una caro cum compatre: adeoque confirmatus cum ea non poterat inire matrimonium, nec postquam fuerat facta vidua, *c. Martinus 4. de cognat spir.* eaque commaternitas hodiè sublata est à *Trid. sess. 24. de ref. c. 2.* Non confirmatus suscipiens in confirmatione non contrahit cognationem spiritualem, *cap. in baptismate 102. de consecrat. dist. 4.*

In baptismo olim unus vir, vel una
45 fœmina, poterat aliquem suscipere, *cap. plures de consecrat. dist. 4.* Hodiè verò unus, & una simul suscipere valent, *Trid. dict. loc.* non tamen plures: nec Episcopus in hoc dispensare valet, *Amicus disp. 38. n. 33.* At in confirmatione unus tantùm debet esse patrinus, *cap. non plures de consecrat. dist. 4.* quod jus jure humano non invenitur correctum, *Gaspar Urtadus disp. 18. diff 4. num. 12.* Debet autem
46 patrinus designari, ita ut non designatus non contrahat cognationem, *Trid. sess. 24. de ref. c. 1.* & designatio est facienda à patre, vel matre baptizandi, aut confirmandi, vel ab illis, qui sunt loco parentum, &, istis deficientibus, fit à parocho designatio, *Trid. dict. loc.*

Mandans autem, & mandatarius,
47 non contrahunt cognationem spiritualem, *Rosignolus, Joannes Andreas, Baldus, Bart. Albericus, D. Antonin. Sotus, Lopez,* & alii. Mandans non contrahit, quia revera non baptizat, non tenet: nec procurator, nam non tangit nomine proprio, nec habet voluntatem nomine proprio se gerendi, *Gonzalez in cap.*

Digitized by Google

cap. final. num. 9. in fin. de cognat. spirit. & sicuti quis nequit fieri pater naturalis, nec adoptivus per procuratorem; ita nec potest fieri pater spiritualis: lex enim naturam imitatur, *Sanchez* contra *Pontium*. Imò si procurator tangat nomine proprio, nec contrahit hanc cognationem, quia tunc deest designatio faciendа à parentibus in baptismo, & confirmatione, *Trid. sess. 24. de ref. cap. 2. Tangred. to. 2. de matrim. lib. 7. disp. 56. num. 5. §. imò*. Suscipiens in baptismo privato
48 non sollemni non contrahit hanc cognationem, *Sanch. tom. 2. disp. 62. num. 14.* nam ista susceptio privata non est ex instituto ecclesiæ, nec habet effectus provenientes ex dispositione ipsius ecclesiæ, *Perez*, *Suarez*, & alii contra *Pontium*. Non tangens physicè, non tenens baptizandum, vel confirmandum adultum, vel infantem, non contrahit cognationem spiritualem, *Joannes Andreas in c. 1. de cognat. spiritual. in 6. Covar. 2. part. de matrim. c. 6. §. 4. num. 4. Henriq. lib. 12. c. 11. num. 3. Sanch. tom. 2. lib. 7. de matrim. disp. 56. num. 5.* dicens non sufficere solam assistentiam, *Dian. 3. part. tract. 4. resol. 2. §. notandum*, *Marcus Paulus Leo in praxi ad literas majoris pœnitentiarii part. 2. de forma dispensationis matrimonii fol. 278. §. 2. requiritur*, dicens eam esse ferè omnium sententiam, *Trullenc. lib. 2. c. 1. dubio 9. num. 6. Ant. à Spirit. Sanct. par. 1. directorii tract. 11. disp. 5. sect. 9. num. 385. Leander tom. 1. tract. 2. disp. 7. qu. 23. Urtadus de matrim. disp. 29 sect. 4. n. 1.* dicens id esse certum, *Tangred. to. 2. de matrim. lib. 7. disp. 16. n. 1.* dicens requiri contactum physicum saltèm mediatum, scilicèt tenendo aliquem in linteo, in cista, vel alio instrumento, vel tangendo vestes baptizandi, aut confirmandi, *Bonac. de matrim. quæst. 3. punct. 5. §. 2. n. 12. Amicus loc. cit. num. 17. Sotus in 4. dist. 42. qu.*
49 *1. tract. 2.* Et sanè quidem ad contrahendam hanc cognationem jura exigunt verè tactum, qui tactus non expletur digito: nam jura volunt teneri, levari, suscipi, nec digito tangens dicitur suscipere, levare, tenere, *c. omnes 3. part. 1. c. 1. & 2. 3. qu. 3. c. 2. c. Martinus 4. c. si vir, c. veniens 6. c. 5. de cognat. spirit. c. final. de cognat. spir. in 6. Trid. sess. 14. c. 2. de refor.* & lex præsumit, quod regulariter succedit. Tangens verò sine intentione faciendi officium patrini, & non tangens, ut patrinus, non contrahit cognationem spiritualem, *Sanch.* & *Perez loc. cit. Tangred. de matrimonio lib. 7. disp. 58. num. 8. Leon d. loc. 5. quod demum, Armilla ver. matrimonium num. 12. Sylvest. ver. matrimonium num. 7. Tabiena ver. matrimonium 5. num. 4. Ledesma de matrimonio disp. 46. notabili 3. concl. 1. Arriag. t. 7. tract. de bapt. disp. 26. num. 31.* ibi: *Ad contrahendum hoc impedimentum requiritur voluntas exercendi id, quod patrini solent, alioquin non esset formalis, sed naturalis susceptio*. Non autem requiritur intentio contrahendi cognationem spi-
51 ritualem, sed satis est, si tangens velit se gerere, ut patrinus, *Sanch. tom. 2. lib. 7. disp. 58. num. 4. Tangred. tom. 2. de matrimonio lib. 7. disp. 58. num. 1. Arriaga tom. 7. disp. 26. num. 31. in fine.* Nam posito, quòd quis tangat volens se gerere, ut patrinus, est patrinus, & illicò pullulat ex dispositione canonica spiritualis cognatio, licèt ignota patrino, & cum ea nascitur impedimentum matrimonii, etiam ipso invito: jura enim non exigunt notitiam impedimenti. Hic autem lubet exponere casum, pro cujus resolutione interrogati fuimus. Habebat quis rem cum nupta, quæ ad tollendam talem suspicionem petiit ab amasio, ut teneret filium ad sacramentum confirmationis. Amasius promisit, duxitque filium ad ecclesiam, nolens revera illum tenere, sed rogans alium amicum, ut teneret. Amicus maturè venit. Ipse amasius, quando confirmabatur puer, noluit tenere, nec tenuit, aliquantisper, capta occasione, recedendo. Deinde, mortuo viro, volebat viduam ducere amasius, & scripsit usque ad urbem Romæ, an impedimento aliquo detineretur. Nos autem consulti scire voluimus, an superstes procurasset mortem, & si procuravit, quo fine, cujusque consilio, & an præcesserint sponsalia, vivente viro, idque expostulavimus ad indaganda impedimenta criminis: Sed impedimentum cognationis spiritualis respondimus non adesse ob defectum contactus physici, & ob defectum voluntatis: & ubi deest utrumque, vel alterum ex istis, ibi deest cognatio spiritualis, & impedimentum dirimens, *Sanch. loc. cit. Tangred. loc. cit. Leand. loc. cit. Arriag. Trullenc. loc. cit. Bonac. d. loc. Amicus loc. cit.*

Baptizans in necessitate filium potest
52 liberè debitum petere ab uxore, *cap. ad limina 30. qu. 1.* Præterea baptizans sine necessitate ignorans se baptizare suum filium, potest etiam petere debitum, *cap. si vir 2. de cognatione spirituali*. Imò etiam scienter sine necessitate baptizans suum filium, etiam potest petere debitum. Ita docent *Durandus*, *Præpositus*, *Cardin. Archid. gl. Cajet. Turrecrem. Suarez*, *Urtad. Coninc.* & *Perez* dicens id esse

verius in *tract. de matrimonio disp. 29. sect.6. num.7.* idque patet ex *cap.de eo 37. qu. 1. & cap. dictum est 30. qu. 1.* ubi decernitur non esse ob eam causam separandos conjuges, explosis antiquis juribus, in quibus erat separatio præstituta. Hinc autem conjici potest licere conjugibus debitum petere: aliàs lex exponeret periculo peccati conjuges eodem torò utentes. Cognatio spiritua-
53 lis ex ordinatione Sacri Conc.Trid.non egreditur personas suscipientis, & susceptì, & proindè inter eorum liberos, parentesque matrimonia non sunt prohibita, *Reg.Sanfelic. dec. 83. num. 3.*

Cognatio legalis est vinculum persona-
54 rum proveniens ex adoptione perfecta, *cap. 1. de cognatione legali*: eaque adoptio perfecta appellatur adrogatio: Nam ex imperfecta, scilicèt ex simplici adoptione non nascitur, *Perez, Ant.à Spir.S. Henriq. Sanch.* & alii, contra *Toletum*, & alios volentes nasci etiam ex simplici adoptione. Porrò impedimentum, tanquam odiosum, debet restringi, ideoque hoc in casu adoptio debet intelligi de perfecta adrogatione, quæ magis imitatur filiationem legitimam, & naturalem, ad cujus exemplum est introducta. In linea autem recta est impedimentum inter adoptantem, & adoptatum: & ali-
55 qui volunt, eo matrimonium dirimi usque ad secundum gradum inclusivè, cum *Henriq.* alii dirimi volunt usque ad quartum gradum inclusivè, cum *Leandro*: & alii volunt, hoc impedimentum se extendere in linea recta descendentium in infinitum, cum *Sanchez.* Nos dicimus, tantùm se extendere ad illos, qui sunt in potestate adoptantis, & adoptati, tempore, quo adoptatur, *l.si pater 15. l.si arrogator 22. & l. quem 26.ff. de adoptionib.* ubi dicitur non oriri hanc cognationem cum emancipatis. Non
56 datur cognatio legalis inter adoptatum, & ascendentes adoptantis, *Perez de matrimonio disp.30. sect.3. num. 5.* In
57 linea verò transversali hoc impedimentum datur inter filios adrogatos ex una parte, & legitimos, & naturales existentes in potestate adoptantis ex alia parte, *cap. unic. de cognatione legali*: & cessat hoc impedimentum, soluta patria potestate, *cap.si qua de cognatione legali*, ubi *Gonzalez num.3.* In linea quasi affi-
58 nitatis nascitur impedimentum inter uxorem adoptantis ex una parte, & adoptatum, ejusque uxorem ex altera parte, *l. adoptivus 14. ff. de ritu nuptiarum*: & durat etiam soluta adoptione, *l.55.ff.de ritu nuptiarum.*

Contrahentes nuptias cum tali impe-
59 dimento cognationis legalis, & spiritualis, non sunt excommunicati, quia *clem.unic. de consang. & affi.* non loquitur de ista cognatione.

CAPUT L.

De impedimento publicæ honestatis.

SUMMARIUM.

Impedimentum publicæ honestatis quale sit, explicatur num.1. ubi, quòd nascitur ex sponsalibus de futuro, vel de præsenti, idque explicatur num.2. Usque ad quem gradum protrahatur 3. Ex sponsalibus nullis ex defectu consensus non nascitur hoc impedimentum 4. Dissolutis sponsalibus, an remaneat hoc impedimentum, enucleatur num. 5. cum distinctione casuum. Ex sponsalibus invalidis non nascitur impedimentum. 6. Si quis faciat sponsalia cum una sorore, & deinde faciat matrimonium etiam consumatum cum secunda, nullum est, & quare n.7.

IMpedimentum publicæ honestatis est vinculum personarum, quod nascitur
1 ex sponsalibus de futuro, vel de præsenti, *Trid. sess. 24. de ref. cap. 3. cap. litera de desp. impuber.*

Nascitur quidem ex sponsalibus de
2 præsenti, *cap. si quis 27.quæst.2.*& extenditur usque ad quartum gradum, ut declaravit S. Pius V. in bulla incipiente
3 *ad Dominum*. Ex sponsalibus de futuro usque ad primum gradum tantùm protelatur, *Trid. sess.24.de ref. c.3.* Ex spon-
4 salibus verò nullis ex defectu consensus non nascitur hoc impedimentum, *Trid. dict. loc.*

Dissolutis sponsalibus morte unius
5 ex conjugibus, remanet impedimentum, *cap.unico de sponsalibus in 6.* Si verò dissolvantur mutuo consensu, non remanet impedimentum publicæ honestatis, *cap. unico de sponsalibus in 6.* & si sponsalia dissolvantur ex aliis causis, nec remanet hoc impedimentum juxta *Trid. sess.24.cap.3.de ref.* Ex sponsalibus inva-
6 lidis non nascitur impedimentum, quia impedimenta sunt restringenda, *Aversa, Layman*, & alii. Si quis faciat sponsa-
7 lia cum una sorore, & deinde faciat matrimonium etiam consumatum cum secunda, nullum est matrimonium, *cap. litera de desponsatione impuberum*, quia ex sponsalibus non dissolutis pullulat impedimentum, *Argent. in 4. dist. 23. qu.1.art.4.§.quartus casus.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT LI.

De impedimento criminis.

SUMMARIUM.

Homicidium conjugis consumatum cum intentione ducendi aliam determinatam personam, cum qua commissum fuit consumatum cognitum adulterium, dirimit matrimonium inter homicidam, & adulteram 1. prout si vir occidat uxorem, machinante, vel consentiente illa, cum qua vult contrahere 2. Impedimentum criminis quale sit 3. Occidens animo contrahendi cum alia, quàm cum conspirante, & adultera, non contrahit impedimentum 4. ubi enucleantur alii casus ad rem pertinentes.

Occidens, ne occidatur, vel in rixa, vel alio fine, non contrahit hoc impedimentum 5.

Sponsalium crimen quale sit, explicatur num. 9. & quæ requirantur, ad hoc ut locum habeat impedimentum prædictum 7. Sola promissio facta, vivente uxore, sine adulterio consumato non sufficit ad inducendum hoc impedimentum 8.

Crimen injusti metus dirimens matrimonium quale sit, & quænam requirantur, ad hoc ut illud inducatur 9. ubi enucleantur casus.

Nullum est matrimonium, si metus incutiatur alteri consanguineo, domestico, vel affini, ad hoc ut matrimonium ineatur 10. Sequenti copula, an validetur matrimonium nulliter metu initum 11. cum distinctione casuum.

Metus qualiter in casu prædicto probari debeat 12. & qualiter admittantur testes domestici, servi, consanguinei, & amici, tanquam melius informati 13. & magis affirmantibus, quàm negantibus creditur 14. & creditur testibus singularibus, indiciis, & qualitatibus concomitantibus 15.

Pœna incutientis metum injustum ad ineundas nuptias quæ sit 16. & quinam illam contrahant n. 17.

CRimen dirimens matrimonium est homicidium conjugis consumatum
1 cum intentione ducendi aliam determinatam personam, cum qua commissum fuit consumatum cognitum adulterium: & hujuscemodi crimen dirimit matrimonium inter homicidam, & adulteram, etsi adultera non conspiraverit ad necem, *c. proposuit, cap. significasti de eo, qui duxit in matrimonium, cap. si quis vivente 31. quæst. 1.* Altertum crimen est, si quis occidat conjugem, machinante, vel consentiente illa, cum
2 qua vult contrahere: tunc enim matrimonium nulliter contraheretur etiam nullo commisso adulterio, *c. 1. de convers. infidelium, cap. si quis vivente 31. quæst. 1.* Utrumque impedimentum introductum est ad tollendam mortem alterius. Ex his duobus unum conflatur impedimen-
3 tum criminis: estque actus intentionis externæ ducendi personam, cum qua præcessit adulterium *mutuò cognitum*, vel quæ sine adulterio cooperata est ad mortem, morte secuta, & dirimit matrimonium cum illa, non cum alia, *Gabbas. Sanch. Caramuel*, & alii. Undè, deficiente mutua conspiratione, vel deficiente adulterio cognito, non nascitur hoc impedimentum, licèt deinde sequatur ratihabitio, quia ratihabitio non est conspiratio, nec machinatio, cum homicidium jam fuerit commissum.

Occidens animo contrahendi cum alia,
4 quàm cum conspirante, & adultera, non contrahit impedimentum, ita ut deinde possit contrahere cum ipsa adultera, & conspirante: Nam tunc deest unum ex requisitis ad constituendum impedimentum, scilicet animus externè demonstratus contrahendi cum adultera, vel conspirante, *cap. 1. de convers. infidelium*. Occidens verò animo ducendi unam ex tribus, cum quibus commisit adulterium, nullam potest ducere, *Ant. à Sp. S.* & alii. At si adulterium commiserit cum una ex pluribus, & occidat uxorem, ut ducat unam ex illis, tunc validè ducit quamlibet ex illis, etiàm adulteram: nam occidens non intendebat determinatè illam ducere, & ad inducendum hoc impedimentum requiritur animus determinatus ducendi adulteram, *Tangred. t. 2. de matrimonio lib. 7. disp. 79. num. 6.*

Præterea occidens, nè occidatur, vel
5 in rixa, vel alio fine, non verò animo ducendi adulteram, non contrahit hoc impedimentum, *Villalob. Covarr. Tangred.* & alii. Adest etiam crimen spon-
6 salium, estque, si quis, vivente propria uxore, faciat sponsalia de præsenti, vel de futuro cum alia, cum qua præcessit mutuò cognitum consumatum adulterium: Is profectò, mortua etiam propria uxore, non potest illam ducere, *c. 1. c. significavit 2. c. super 3. c. 5. & 7. de eo qui duxit uxorem, cap. si quis vivente 31. quæst. 1.* Requiritur ad hoc impedimentum inducendum, ut vivente propria

uxore

7 uxore fiant sponsalia, atque adulterium committatur cognitum utrique sponsanti, *c. super 3. c. veniam 7. de eo, qui duxit in matrimonium*: Unde, si committatur adulterium, & non intercedant sponsalia, vel si intercedant sponsalia, & non committatur adulterium, vivente eadem conjuge, nullum nascitur impedimentum, licèt forte deinde, vivente secunda conjuge, superveniat adulterium, *c. fin. de eo, qui duxit, Tangred. dict. loc. num. 13.* Sola itaque promissio fa-
8 cta vivente uxore sine adulterio consumato non sufficit ad inducendum hoc impedimentum, *cap. si quis uxorem* ibi: *Si nec ante, nec post cognovit eandem*; *Suarez de matrim. tom. 2. lib. 7. disput. 79. num. 2. Tangred. de matrim. tom. 2. lib. 7. disput. 79. num. 1. & 13.* idque patet *ex c. relatum 31. quæst. 1.*

Adest etiam crimen injusti metus di-
9 rimens matrimonium, si cadat in virum constantè, & incutiatur ad finem extorquendi nuptias, & irritat matrimonium, sive sit metus concussionis, sive metus impressionis, sive metus compulsivus, aut violentiæ, *Trid. sess. 24. c. 9. c. requisivit, c. cum locum, c. veniens de sponsalib.* Si metus incutiatur ad alium finem, puta ad vindicandam injuriam, vel nè quis occidatur ab inimico, tunc matrimonium est validum, nec tunc metus est injuriosus nuptiis, *Sanchez 4. de matrimon. disp. 12. n. 3. Amicus, Perez, Leander*, & alii. Similiter nubens, ut se liberet ab inimico, vel ab obsidione, validè nubit, quia tunc metus non incutitur ad extorquendum matrimonium. Validè etiam nubit ducens à se stupratam, nè occidatur à consanguineis stupratæ, si illi non incutiant timorem ad finem extorquendi nuptias, *Alexander*, & alii. Nullum est autem matrimonium initum ex præcepto superioris, si nuptiæ jure naturæ non sint faciendæ. Similiter nullum est matrimonium factum precibus importunis inculcatis ordinatis ad extorquendum matrimonium, *Mascard. consil. 193.* & fortiùs, si cum precibus adsint minæ illius, qui solet minas exequi, *Anna alleg. 114. n. 2.* Nullum etiam
10 est matrimonium, si metus incutiatur alteri consanguineo, domestico, vel affini, ad hoc ut matrimonium ineatur, *l. isti quidam §. §. eo quoq. ff. de metus causa, Tuscus, Garzia, Mascard.* & alii. Adeò verò est nullum matrimonium metu injusto initum, ut nec juramento firmetur, *c. cum dilectus de his, quæ &c. auth. sacramenta puberum C. si adversus venditionem.* Juramentum enim sequitur naturam actus: sequenti autem
11 copula validatur matrimonium, nulliter metu initum, si copula sequatur affectu maritali, & spontaneo: nam novo illo consensu sine metu elicito purgatur metus, *c. is qui fuden. de sponsal. c. significavit 2. de eo qui duxit, Seraph. dec. 875.* Si verò copula sequens sit coacta durante metu extorta, matrimonium non validatur: nam tunc geminatur injuria metus, nec ponitur novus consensus liber à metu, *Seraph. dec. 859.*

Allegans matrimonium nullum ob in-
12 justum metum debet probare metum esse illatum ad finem extorquendi nuptias. Cum autem metus clam soleat incuti, est difficilis probationis, adeoque probationes exigit leviores, & sufficiunt præsumptiones, & conjecturæ, *l. filium ff. de his, qui sunt sui, vel alieni jur. l. si vicinus C. de nuptiis*: & præsumitur metu contrahere, qui lacrymans contrahit, & qui facto matrimonio illicò fugit, vel fugit, ubi primùm potest fugere, vel si protestatus fuit se metu contrahere, vel matrimonio inito confestim protestatur, se metu contraxisse, *Cæpoll. consil. 2. num. 5.* Ad pro-
13 bandum metum admittuntur testes domestici, servi, consanguinei, & amici, tanquam meliùs informati, *de Marinis lib. 2. cap. 9. num. 8. Rota part. 1 recentiorum dec. 242. num. 1.* apud *Farinac.* nisi sint malæ opinionis, *Rota dec. 40. num. 1.* apud *Farinac. in consiliis criminal.* & magis creditur duobus de metu deponenti-
14 bus, quàm pluribus deponentibus de carentia metus, quia carentia metus, & interior spontanea voluntas est sensui imperceptibilis, *Mascard. de probationib. concl. 157. num. 1. Boerius dec. 100.* nisi deponant super negativa coarctata, *Sanch. 4. de matrim. disput. 27. num. 1.* Præterea te-
15 stes singulares probant metum, *Buratt. dec. 205. num. 17.* & metus plenè probatur, si unus deponat de visu, & alii de auditu, vel probata sit fama publica per plures testes, *Caucer. 1. var. tit. de testibus n. 14.* Probatur etiam metus indiciis, & qualitatibus præcedentibus, concomitantibus, & subsequentibus, conquestu, aversione, & indignatione, *Buratt. dec. 205. num. 14.*

Pœna incutientis metum injustum ad
16 ineundas nuptias est excommunicatio latæ sententiæ non reservata, *Trid. sess. 24. de refor. c. 9.* illamque contrahunt domini temporales, & magistratus cujuslibet dignitatis, gradus, & conditionis, *Trid. loc. cit.* Sed illam non contra-
17 hunt Reges, nam in Tridentino non

sunt expressi: nec illam contrahunt cogentes ad matrimonium non ineundum: nam Tridentinus loquitur de metu incusso ad ineundum matrimonium: neque in eam incidunt personæ particulares carentes jurisdictione temporali, *Trident. dict. loc. Sanchez, Vrtadus, Bassæus.*

CAPUT LII.

De impedimento raptus.

SUMMARIUM.

Impedimentum raptus quale sit, explicatur num. 1. Durat, durante rapta in potestate raptoris 2. Si præcessit tractatus matrimonii, validè contrahitur inter raptam, & raptorem 3. Matrimonium factum cum sponte abducta etiam invitis parentibus tenet 4. Si quis mulierem rapiat, non ut secum, sed cum alio rapta matrimonium contrahat, validè fit ipsum matrimonium, præciso tamen metu 5.

Fœmina si rapiat virum, non includitur decreto Tridentini 6.

Pœna raptoris qualis sit 7.

RAptus dicitur violenta abductio personæ de loco ad locum, causa libidinis
1 exercendæ, vel matrimonii ineundi, *l. unic. C. de raptu virginum.* Violentia est, sive fiat invita puella, sive invitis illis, quorum potestate regitur, puta parentibus, tutore, *S. Th. 2. 2. quæst. 154. art. 7.* nec sine violentia, nec sine motu de loco ad locum moraliter distinctum, dicitur raptus, *c. lex 36. qu. 1. Bossius de matrim. c. 13. num. 27.* & requiritur animus abducendi, non verò animus commodiùs peccandi, ut si ex loco publico ad locum occultum ducatur. Ita *Bossius* contra *Rebuffum*: & qui non abducit causa libidinis exercendæ, vel matrimonii ineundi, non est raptor, *D. Th. 2. 2. quæst. 154. art. 7.* Raptus dirimens matrimonium inter
2 virginem, vel non virginem raptam, & raptorem, est raptus ordinatus ad ineundas nuptias, & dirimit matrimonium, durante rapta in potestate raptoris, *Trid. sess. 24. de ref. cap. 6.* Decretum enim Trid. loquitur de raptu ad contrahendum matrimonium: nam est sub titulo *de ref. matrimonii*, cujus libertati Tridentinum consuluit, *Barbosa, Sanch. Coninc. Amicus, Corrad. Perez, & Caram.* contra *Bonac. Bos. Riccium Tangredum, &*
3 *Genuensem.* Hinc si præcessit tractatus matrimonii, tunc validè contrahitur matrimonium inter raptam, & raptorem:
4 Nam revera non est raptus, cum deest violentia, *cap. cum causa de raptorib.* & matrimonium factum cum sponte abducta, etiam invitis parentibus, tenet, *cap. cum causa de raptorib.* Nam habetur finis Tridentini, ut scilicet matrimonium non fiat coactè: & vis illata parentibus constituit raptum, non autem dirimit nuptias sponte contractas, *Sanchez, Marta,*
5 & *Caramuel* contra *Camerotam*. Præterea si quis mulierem rapiat, non ut secum, sed cum alio contrahat matrimonium, validè cum illo alio rapta contrahit, præciso tamen metu, quia Tridentinum irritat nuptias inter raptam,
6 & raptorem, *Sanchez, Perez, & Tamburin.* Si verò fœmina rapiat virum, tunc non includitur decreto Tridentini loquentis de raptore in *sess. 24. c. 6.* & casus fœminæ rapientis virum non includitur in lege, cum sit de casibus rarò accidentibus, *l. nam adeò ff. de legib. Farinac. Sanchez, Riccius, Menoch. Malletus, Navar.* contra *Henriquez*, & *Aversam.* Pœna rapientis ad finem contrahendi
7 nuptias hodiè est excommunicatio latæ sententiæ non reservata, eaque locum obtinet etiam contra auxiliantes, & consulentes, & est etiam pœna infamiæ, *Trid. sess. 24. de refor. cap. 7.* Quid autem procedat de jure civili, docuimus *tom. 9. praxis criminalis titulo de crimine raptus.*

CAPUT LIII.

De impedimento disparilitatis cultus.

SUMMARIUM.

Matrimonium nequit validè contrahi inter baptizatum, & non baptizatum de jure humano ecclesiastico num. 1.

A muliere latina cum viro græco debet contrahi in præsentia parochi 2.

DIsparilitas cultus est inter baptizatum, & non baptizatum, inter quos
1 nequit validè contrahi matrimonium, *c. quanto de divortiis, cap. cave 28. quæst. 1.* idque solum de jure humano ecclesiastico, *1. ad Corinthios 7.* & *2. ad Corinthios 6.*

Matrimonium à muliere latina cum
2 viro græco debet contrahi in præsentia parochi secundùm ritum Sacri Concilii Tridentini, *Franc. Monaldus conf. 15. num. 3.*

CA-

Digitized by Google

CAPUT LIV.

De impedimento impotentiæ.

SUMMARIUM.

Matrimonium qualiter requirat potentiam prolificativam organis instructam 1. *Qualiter possit esse impotentia ex parte viri, & ex parte uxoris* 2.
Quænam impotentia dirimat matrimonium 3.
Matrimonium an sit nullum, si impedimentum impotentiæ possit incisione tolli 4.
Impotentia perpetua ex maleficio quando reddat nullum matrimonium: 5. *quidque dicendum de impotentia subsequenti* 6.
Eunuchi qualiter matrimonium contrahere non possint 7. *Quid dicendum de decrepitis.* 8. *Quid de sterilibus* 9. *Quid de moribundo* 10. *& quid de hermaphroditis* 11.
Tempus præfixum ad experiendam impotentiam quale sit 12. *ubi quando incipiat currere, & qualiter elapso tempore requiratur judicium septem propinquorum ex parte viri, & septem ex parte mulieris* 13.
Sententia in causa prædicta declarans matrimonium nullum ex quibus non transeat in rem judicatam 14. *& ex quibus non dirimatur matrimonium, si impotentia coeundi sit accidentalis* 15.

MAtrimonium tendit ad prolificandum, *cap.* 1. *de frigid. & malef. l.* 1. *ff. solut. matrimonio*. Hinc exigit per se potentiam prolificativam organis à natura instructis: & impotentia perpetua est impedimentum dirimens de jure naturæ. Impotentia autem potest esse ex 2 parte viri, ex parte uxoris, & ex parte utriusque, ab intrinseco, ab extrinseco, perpetua, temporalis, absoluta, respectiva, antecedens, concomitans, & subsequens nuptias, *cap.* 2. 4. & 6. *de frig. & malef. c. requisivisti* 33. *q.* 1. Ab intrinseco est, si proveniat ex causa naturali, puta ex obseratione, frigiditate, vel ex defectu instrumenti, *cap. fraternitatis* 6. *de frig. & malef.* Ab extrinseco verò est, si proveniat a maleficio, vel castratione, *l. spadonum ff. de verborum signif.* Perpetua nequit tolli tempore, nec arte, nec ecclesiæ exorcismis. Temporalis autem tolli valet lapsu temporis, mediis naturalibus, vel ordinariis, aut ecclesiæ exorcismis, absque periculo vitæ, & animæ. Absoluta est respectu omnium: respectiva est respectu certæ personæ, non alterius, puta respectu maleficiatæ, non respectu alterius, *cap. fraternitatis cap. fin. de frig.* Antecedens est, quæ matrimonium antecedit: concomitans cum matrimonio pullulat: subsequens venit post matrimonium, puta, si casu organa absumantur.

Impotentia antecedens, concomi- 3 tans, absoluta, respectiva, & perpetua quoad naturalem commistionem prolificativam reddit matrimonium nullum, quia tunc esset de re impossibili, cujus nulla obligatio, *l. impossibilium ff. de regulis juris*. Sed impeditus respectivè, puta respectu unius, non respectu alterius, cum alia, cum qua non est impedimentum, matrimonium contrahere valet, *cap. confraternit. de frig. & malef.* Nullum est matrimonium ab im- 4 pedito initum, & si impedimentum possit incisione tolli, *Durandus*, & *Perez* contra *Tancredum*, & alios, quia talis incisio non est medium naturale ordinarium, seu consuetum, quo medio consueto se conjuges obligant nuptiis, nec vir habet jus ad usum, nisi naturali potens medio, *cap.* 1. *de frig. & malefic.*

Sed si medium sit artificiale, & consuetum; tunc consuetudine redditur ordinarium, & in contractu includitur: nam quis ad contractum implendum se obligat mediis naturalibus, *cap. consultationi* 4. *de frig. & malef.*

Impotentia perpetua, quæ præcedit, 5 vel concomitatur, non quæ sequitur, matrimonium reddit irritum, & nullum: & censetur perpetuum impedimentum, si nequeat tolli mediis ecclesiæ consuetis, licèt possit tolli alio maleficio, *cap. laudabilem de frig. & malef. Tancred. tom.* 2. *lib.* 7. *de matrimonio disp.* 94. *num.* 6. contra *Innocentium in cap. laudabilem* 5. *de frig. & malefic.*

Impotentia subsequens non dirimit 6 matrimonium, sive sit ratum, sive consumatum, *Abbas in cap. ex literis nu.* 3. *de frig. & malef.* 1. *ad Corinthios* 7. *ad Romanos* 7. *cap. is qui* 32. *qu.* 7.

Eunuchi validè nuptias non contra- 7 hunt, si generare nequeant, ut si sint perfectè eunuchi, quia sunt impotentes ad prolificam commistionem, §. 9. *institutionib. de adoptionib. l.* 39. §. 1. *ff. de jure dotium*: idque patet ex constitutione Sixti V. ubi declarantur inhabiles ad ineundas nuptias. Decrepiti etiam 8 nequeunt nubere validè, si sint impotentes ad copulam naturalem: emortui enim sunt in eis spiritus, & ab intrinseco deest potentia prolificativa, *Aristoteles de generatione cap.* 4. *Narbona de ætate anno* 50. *qu.* 6. Sed si possint habere

copulam prolificativam naturalem, possunt valide nuptias inire, *cap. nuptiarum 27. qu. 1. & l. 12. C. de ritu nuptiarum*, ubi Justinianus abrogavit lege Juliam, & legem Pompejam, quibus statutum erat senes sexagenarios, & quinquagenarios non posse nubere. Senes verò, qui sunt potentes ad copulam exercendam, valide matrimonium contrahunt, *Armis. de jure conjug. c. 2. §. 4.* Sterilis autem, si habeat potentiam generativam, 9 sed deinde non generet ex aliqua infirmitate, pinguedine, vel humiditate, potest nubere valide, maximè quia hæc sterilitas potest remediis tolli, vel mutatione ætatis, vel mutatione complexionis, *cap. accepisti de frig. & malef. Gonzal. Guttier.* & alii. Moribundus etiam potest 10 nubere. Hermaphroditus potest inire 11 matrimonium juxta sexum prævalentem.

Si impotentia sit certò temporalis, 12 matrimonium ab initio tenet: si verò potentia sit certò perpetua, tunc nullum ab initio est matrimonium, & nullum datur experiendi tempus, *cap. laudabilem de frig. cap. contingat de officio delegati*: nam in claris non expectamus probationes.

Si impotentia sit dubia, tunc vel provenit dubium ab ætate, vel aliunde. Si dubium sit ex defectu ætatis, puta ex ætate minori; tunc ad experiendum conceditur triennium continuum, *c. fin. de frig. & malef.* & prius biennium concessum erat *in l. in causis C. de repudiis*, *Baron. de corpore tit. 17. nu. 61. Gabbassut. lib. 3 juris can. cap. 24. §. 5.* Triennium incipit in masculo ab anno decimo octavo, in fœmina ab anno quartodecimo, *Narbon. Sanch.* & alii contra *Urtadum*, & *Perez*, ajentes incipere in masculo a quartodecimo, in fœmina ab ann. duodecimo completo ætatis. In masculo ante ann. decimum octavum, in fœmina ante annum quartumdecimum non datur plena pubertas, *l. arrogato 40. §. non tantum de adopt.* ubi *Corasius num. 4. l. Mela §. 1. ff. de alimentis*, & *cibariis legatis*, *l. quidam consulebant ff. de re jud. §. minorem institutionib. de adoption. Narbona de ætate anno 18. qu. 1. num. 18.* & intra eam ætatem alii citiùs, alii tardiùs pubescunt, & dicuntur pueri. Nec officit textus *in l. cum filio 50. ff. de legatis 3.* ubi pubes dicitur, qui ætatem habet annorum vigintiquinque: nam textus ibi non taxat pubertatem, sed vult dari legatum puberi annorum vigintiquinque, quo tempore est plenissimè pubes, *l. si furioso 16. ff. de curatore furiosi*. Si verò impotentia non nascatur ex dubia pubertate, tunc triennium incipit currere à die conatus ad copulam, *Perez de matrimonio disp. 37. sect. 11. num. 10.* Si uterque fateatur impotentiam, adhuc est expectandum triennium, nisi impotentia Judici certò innotuerit: nam possunt contrahentes decipi.

Probatur autem impotentia juramento conjugum, & aliis probationibus, & depositione peritorum non suspectorum, & consanguineorum, asserentium se putare conjuges impotentes, *cap. laudabilem de frig. & malef. Pont. lib. 7. de matrimonio cap. 6. num. 2.* Si post triennium, 13 nequeat constare, matrimonium esse consumatum, tunc requiritur judicium septem propinquorum ex parte viri, & septem ex parte fœminæ, qui jurent adesse impedimentum, jurantibus prius ipsis conjugibus, *cap. laudabilem de frig. & cap. fin.* ibi: *Cum septima propinquorum manu; de frig. & malef.*

Sententia declarans matrimonium 14 nullum non transit in rem judicatam *c. lator de senten. & re jud.* Hinc post sententiam etiã remanet processus apertus. Quamvis autem matrimonium dirimatur per naturalem impotentiam coeun- 15 di; secus tamen est, si impotentia sit accidentalis, *Vivius dec. 262. lib. 2. per totam*.

CAPUT LV.

De impedimentis non dirimentibus, accusatione matrimonii, & nuptiarum benedictione.

SUMMARIUM.

Impedimenta non dirimentia matrimonium qualia sint, enucleatur num. 1. Quis dicatur accusare matrimonium nu. 2. In quo differat accusatio à denunciatione impedimenti 3. Ipsi contrahentes audiendi sunt, si proponant impedimentum dirimens 4. quidque dicendum de consanguineis nubendis 5. Interesse in hac re qualiter sufficiat, quòd sit secundarius, & quale quale 6.

Quid dicendum, si quis sponte compareat instando, quòd vult audiri 7. Repellendi sunt, qui nullum habent interesse 8. Extranei possunt matrimonium accusare, si habeant interesse, vel agatur de crimine publice 9. & 10.

Benedictio nuptialis supponit existentiam nuptiarum 11. Nuptiæ primæ, non secundæ sunt benedicendæ, & quare 12. Parochus, si benedicat secundas nuptias, an puniatur arbitrariè 13. Non est mortale

tale peccatum omittere benedictionem in primis nuptiis 14. *ubi quòd nec etiam sit veniale. An peccatum sit consumare matrimonium ante benedictionem, præciso scandalo, & contemptu* 15. *Sunt benedicendæ nuptiæ à parocho, vel ab alio sacerdote cum licentia parochi* 16. *& ubi, & quando ministranda sit benedictio* 17. *Sacerdos regularis assistens matrimonio, vel benedicens sine licentia parochi, quas pœnas incurrat* 18. *Altero absente contumace, potest à præsente proponi impedimentum dirimens matrimonium, ad hoc ut declaretur nullum* 19.

PLeraque sunt, quæ impediunt, non dirimunt matrimonium. Impedit ve-
1 titum ecclesiæ, hoc est prohibitio Episcopi, vel parochi, *c. fin. §. sanè de clandestina desponsatione*. Tempus autem feriarum, hoc est tempus adventus usque ad Epiphaniam, & tempus quadragesimæ usque ad octavam Paschatis impedit, quominus nuptiæ sollemniter celebrentur, *Trid. sess. 24. c. 10. de ref.* Cognatio spiritualis ex chatechismo illius, qui respondebat pro baptizando Sacerdoti, olim erat impedimentum, *c. contractu de cognat. spirituali*, quod hodiè sublatum est à *Trid. sess. 24. c. 2.* ibi: *Omnino sublatis*; *Diana par. 3. tract. de sacramentis resol. 26.* Impediunt etiam sponsalia de futuro, *cap. ex literis de sponsalib.* Alterum impedimentum est votum simplex castitatis, religionis, matrimonii non contrahendi, &c. *c. rursus qui clerici, vel voventes*.

Accusatio matrimonii, de qua agitur
2 sub *tit.* decretalium *qui matrimonium accusare poss.* in hac materia non sumitur proprie, ut sumitur, quando accusatio respicit pœnam rei, sed sumitur impropriè pro actu, quo quis instat, & probat, matrimonium non posse contrahi, vel contractum declarari nullum debere, non solùm denunciando, sed probando impedimentum dirimens, *Innoc. in c. à nobis* ibi: *Propriùs dicitur denunciatio, quàm accusatio; qui matrimonium accusare possunt*, ubi *Butrius num. 5.* Differt à denunciatione impedimenti: Nam denuncians
3 defert judici impedimentum, nec in se assumit onus probandi, sed judex deinde debet indagare existentiam impedimenti, *Decian. lib. 3. criminal. c. 1. & 2.* Impedimentū verò matrimonii deferre, & probare valent, præter alios, ipsi contrahentes, qui audiendi sunt, si proponant impe-
4 dimentum dirimens, *c. insuper qui matrimonium accusare possunt, Bonac. in 4. dist. 34. art. 2. qu. 2. num. 18. Boic. in rubrica qui matrimonium accusare, & Abbas* in eadem *rubrica*. Consanguinei etiam nubentium, quorum interest declarari nullum,
5 vel validum matrimonium, debent admitti ad proponenda, & probanda impedimenta, etiam quando cæteri repelluntur: & regulariter admittuntur ad accusandum omnes, quorum interest, etiam in delictis privatis, *l. de crimine C. qui accusare non possunt, l. fin. C. de furtis, l. qui accusare ff. de accusat.* & omnes possunt accusare, quibus non invenitur expressè prohibitum, *l. qui accusare ff. de accusat. Clarus § fin. qu. 17. ver. sed quid si pro alio*: & in quolibet judicio debet audiri ille, cujus interest, & debet citari, *c. non solent 2. quæst. 6. c. inter de elect.* sicque edocet *Sanchez*, qui concludit, virum impotentem posse instare, ut declaretur nullum matrimonium, quia sua interest, ne compellatur sustinere onera dandi alimenta. Interesse autem, ut quis ad accusandum admittatur, satis
6 est, si sit secundarium, puta ratione substitutionis, si decesserit institutus sine liberis, *Baron. de cit. quæst. 28.* concludens *num. 23.* eum esse citandum de necessitate, & sufficere quale quale interesse, ut audiatur, *Chartarius dec. 52. num. 6. & num. 28. & 29.* ubi asserit, satis esse docere de interesse semiplenè: & si quis
7 spontè compareat, instando, quòd vult audiri, tunc, docto de suo interesse, est audiendus: & judex contrarium faciens gravaret, & tunc appellari posset, *Giurba dec. 1. n. 13.* solumq; repellendi sunt, qui
8 nullum habent interesse, dummodo non agatur de publico delicto, ut paulò infra dicemus, puta, quòd matrimonium sit nullum ex defectu consensus: Nam tunc consensus potest poni ab ipsis contrahentibus. Extranei quoque possunt matri-
9 monium accusare, si habeant interesse, *Baron. t. 2. de cit. singulari 38. num. 3.* Præterea cum agitur de crimine publi-
10 co, puta incestus, tunc quivis de populo accusare potest, nisi sit inimicus, qui etiam tunc repellitur, *Abbas in c. tenor 10. num. 7. de sententia, & re jud.*

Benedictio nuptialis supponit existen-
11 tiam nuptiarum, *Trid. sess. 24. de ref. c. 1. & c. 9.* Primæ verò, non secundæ nu-
12 ptiæ sunt benedicendæ, quia moraliter durat benedictio primarum nuptiarum, non iteranda, vivente persona benedicta, & communicatur benedictio alteri, sive vir, sive mulier secundò nubat, *D. Th. in 4. dist. 42. qu. 3. art. 2.* Alii volunt, non esse benedicendas secundas nuptias ob bigamiam, ex qua irregularitas oritur. Si verò parochus benedicat secundas

13 nu-

3 nuptias, punitur arbitrariè, *Menochius de arbitrariis casu 417. num. 9. Cævallos communium qu. 604.* Nam pœna, de qua agitur in *c. 1. de secundis nuptiis*, hodie non viget juxta ea, quæ tradit *Henriq.* vel fuit revocata à Joanne XXII. aut contraria consuetudine abrogata.

Non est mortale peccatum omittere 4 benedictionem in primis nuptiis, *Sotus*, & *Sanch.* contra *Henriq.* & esse tantùm veniale affirmat *Dicastil.* At nec esse veniale ait *Bossius*, ubi ex consuetudine primæ nuptiæ non benedicuntur: nec est peccatum consumare matrimonium ante 5 benedictionem, præciso scandalo, & contemptu, *Navar. Guttier. Sanch.* & *Pontius* contra *Riccardum* ajentem esse mortale petere debitum, & contra alios asserentes esse veniale: & non esse mortale peccatum, patet ex *Trid. sess. 24. de ref. c. 1.* ubi hortatur, & consilium præbet, non præceptum. Imo *Sanch.* & *Villalob.* contra *Perez*, & *Boss.* volunt nec Episcopum posse præcipere sub pœna excommunicationis, ne nuptiæ consumantur ante benedictionem: licitus enim usus matrimonii prohiberi non potest sub pœna excommunicationis sine culpa lethali in contumaciam. Sunt autem be- 16 nedicendæ nuptiæ à parocho, vel ab alio sacerdote ex licentia parochi, *Trid. sess. 24. c. 1. de ref.* & proprius dicitur parochus, qui est in loco, ubi contrahentes habitant, *Barbosa*, *Sanch. Bonac.* & *Filiuc.* contra *Fuscum*, & *Cævallos* ajentes eos esse benedicendos à parocho ejus loci, ubi habitat uxor. Benedictio sanè ministranda est in ecclesia, *Trid. loc. cit.* nec potest fieri eo tempore, quo non po- 17 test fieri matrimonium, *Trid. d. loc. c. 10.* Parochus verò benedicens in aliena parochia sine licentia proprii parochi, incidit in suspensionem, & suspensus remanet ab officio sacerdotali ipso jure, quandiù placuerit Ordinario parochi, à quo erant nuptiæ benedicendæ, *Sanch. 3. de matrim. disp. 51.* At si sacerdos regularis assistat matrimonio vel benedicat sine licentia proprii parochi, non solùm est 18 suspensus ex dispositione *Trid. d. loc.* sed etiam excommunicatus in *clem. 1. de privileg.* nisi excusetur ignorantia saltèm crassa, *Cæval. communium quæst. 604. num. 135.* contra *Bonac.* ajentem à *Trid.* sublatam esse pœnam excommunicationis.

Altero absente contumace, potest à 19 præsente proponi impedimentum dirimens matrimonium, ad hoc ut declaretur nullum, etiam lite non contestata, *Boic. in c. in præsentia 19. num. 4. de sponsalibus* dicens judicem posse ferre sententiam nullitatis matrimonii contra contumacem absentem, etiam lite non contestata, *Joannes Andreas in clem. dispendiosam ver. matrimonium de judiciis*: idque patet ex *c. quoniam frequenter §. portio ut lite non contestata.*

CAPUT LVI.

De dispensatione.

SUMMARIUM.

Impedimentum matrimonii vel publicum, vel occultum qualiter deleatur, obtenta legitima dispensatione 1.

Publicum quid, & quotuplex sit 2. Ad hoc ut publicum dicatur, quæ requirantur 3.

Notorium quid sit num. 4. Quæ requirantur ad notorium conficiendum 5.

In quo differat notorium ab evidenti 6. Quotuplex sit notorium 7.

Notorium facti quotuplex sit 8.

Notorium potest reddi non notorium, & occultum 9.

Notorium in una universitate potest esse, & dici occultum in alia 10.

Delictum factum in deserto à multitudine, delinquente dicitur notorium, licèt desint testes propter ipsos delinquentes 11.

Sola evidentia facti non inducit notorium 12. prout nec factum in loco publico 13. Notorium facti dicitur res indubitata, non admittens probationes, & defensiones in contrarium 14.

Probatio per notorium facti, & per inspectionem oculorum, & per famam publicam, in quo conveniant, & in quo differant 15.

Notorium facti non est probandum 16.

In notoriis facti non est servandus ordo juris 17.

Quot testibus probetur rem esse notoriam 18.

Quot hominum notitia requiratur, ut res dicatur notoria 19. An sit notorium, quod in villa septem, vel octo homines fecerunt 20.

Manifestum in quo differat à notorio 21.

Famosum quid sit 22.

Rumor publicus quid sit 23.

Occultum quid sit 24. Quotuplex sit 25. De quo occulto judicet solus Deus 26. Deductum ad forum contentiosum, si deinde, instantia perempta ob lapsum anni, non fuerit probatum delictum, adhuc remanet occultum 27.

Dispen-

Digitized by Google

Dispensatio quid sit, explicatur 28. *Quænam requirantur ad validam, & licitam dispensationem* 29. *Peccat dispensans sine causa* 30. *Subsistit dispensatio, si allegetur duplex causa, & una tantùm subsistat* 31. *Qualis causa requiratur ad dispensandum, enucleatur* 32. *Quando debeat existere causa finalis verificanda* 33. *Cessante causa finali dispensationis purè jam obtentæ, non cessat dispensatio* 34.

Causa ad dispensandum impedimentis matrimonii qualis sit, enucleatur 35.

Dispensatio in forma pauperum fit sine compositione, vel pauca pecuniarum quantitas persolvitur, probata paupertate 36.

Dispensatio, quæ habet causam, sustinetur, causa probata, quæque causam non habet, corruit 37.

Dispensatio quoad forum conscientiæ quibus committatur 38.

Delegatus an aliquid possit accipere pro informatione 39.

Clausulæ solitæ apponi à sacra Pœnitentiaria pro dispensatione in impedimentis quæ sint 40. *& seq. & qualiter verificari debeant. ibid. Clausula* discreto viro *enucleatur ibid. Clausula* doctori 41. *Clausula* magistro theologiæ 42. *Clausula, quòd confessarius sit approbatus ab Ordinario* 43. *Clausula* si ita est, si ita reperies 44. *Clausula*, ut lacerentur, ne illas restituat alteri 45. *Clausula* dummodo impedimentum sit occultum 46. *Clausula* à quibuscumque excommunicationibus, & suspensionibus &c. 47.

Expressio copulæ inter consanguineos, & affines, an, & quando sit facienda 48. *quidque dicendum, si dispensatio concedatur cum clausula*, dummodo copula non intercesserit 49.

Petens dispensationem tenetur exprimere copulam intercessisse spe futuræ dispensationis, si copulæ innitatur dispensatio 50.

Interior spes facilioris dispensationis non vitiat dispensationem concessam, si copula non fuerit habita spe facilioris dispensationis 51.

Copula habita post datam commissionem, antequam Ordinarius dispenset, an vitiet dispensationem 52. *An eadem in supplicatione exprimenda sint plura impedimenta matrimonii ineundi cum aliqua muliere* 53. *Error gradus an vitiet dispensationem* 54.

Dispensatio quot modis expiret 55.

Ignorantia impedimenti, contracto matrimonio inter personas prohibitas, qualiter præsumatur 56.

Matrimonium an ex defectu solo denunciationum sit nullum 57.

Judicium institutum in causa matrimoniali super validitate matrimonii non impedit exercitium matrimoniale, neque causat malam fidem, etiam post factas probationes, vel latam sententiam, si ab ea pendeat appellatio 58. *Jure canonico attento, hodie qualiter matrimonium per nullam pœnam dissolvatur.* 59.

IMpedimentum matrimonii vel est publicum, vel occultum, & semper de-
1 letur, obtenta dispensatione legitima. Si sit occultum, dispensatio debet obtineri à majori Pœnitentiario Papæ, non expressis nominibus: & tunc dispensatio deservit pro foro conscientiæ tantùm. Si verò sit publicum, adeunda est Dataria Papæ. Antequam dispensationis vires attingamus, explicandos putavimus aliquos terminos injure frequentes, & non rarò quibusdam ignotos.

Publicum analogicè sumptum sine
2 culpa omnibus valet propalari: occultum autem non semper licet propalare ignorantibus. Publica persona, dicitur, quæ fuit constituta ab habente jurisdictionem ad exercendum officium publicum nulli sine causa denegabile. Talis est tabellio, qui est persona publica, *l. 2. ff. rem pupilli salvam fore*, & ejus scripturæ ex officio extractæ sunt publicæ, *cap. scripta 2. ibi: Per manum publicam*; *de fide instrumentorum*. Res etiam constituta ad usum hominum in communi dicitur publica, quemadmodum constituta speciatim pro particulari usu quorundam dicitur privata. Ita domus ad habitandum est ædificium privatum: via consularis est publica, pro usu publico hominum, *l. 1. ff. de publicis judiciis*, *l. 2. ff. ne quid in loc. publico*. Publicum item est officium respiciens commune bonum, ut tutela, *l. pupillus 239. §. munus publicum ff. de verborum significat.* Quod publicum est per se, populi commodum, aut usum respicit, idemque est publicum, ac populare, ut notat *Accursius in rub. de publicis judiciis*. Præterea publicum dicitur, quod est notum populo, atque ita dicitur ob publicationem, & notitiam pervulgatam, *c. 1. de postulat. prælat.* ubi publicum dicitur, quod factum fuit coram multis, sive factum coram populo, ita ut populus habuerit notitiam rei: *& si res* sit nota populo, dicitur publica, *& publicus* delinquens dicitur, qui *populo* cognoscente deliquit. Si *verò quis* deliquit infra multitudinem, *sed non* inote-

noteſcit multitudini, tunc non dicitur publicus delinquens, *clem.1.de ſepulturis, l.coram Titio 209 ff.de verbor.ſignificat.* ubi qui non cognoſcit, non dicitur adeſſe quoad reddendam rem publicam. Ut itaque publicum quicquam dici poſſit, requiritur, ut fiat coram multis, & ut cognoſcatur à multis, *dict. l. coram Titio 209 ff.de verborum ſignificat. gloſs. in cap.ad probandum 24.verſ.caſſata de ſententia, & re judicata*: & publicum etiam dicitur, quod cognitum eſt à pluribus per evidentiam facti, *cap.1.de poſtulat.prælatorum*, vel per confeſſionem ſpontaneam coram pluribus factam, *Decius in cap. at ſi clerici 4. num.141.de judiciis.* Publicum quod eſt hoc modo ſumptum, dividitur in notorium, manifeſtum, & famoſum: nam ſemper tunc res eſt nota populo ſaltem quoad majorem partem, *gloſſa in cap. manifeſta 2. quæſt. 1.*

Notorium dicitur, quod eſt notum
4 immediatè ſaltem majori parti communitatis populi, nulla indigens diſcuſſione, ex ſe patens omnium oculis ſine alio medio, *Speculator in tract. de notoriis criminibus §.jam in notorio nu.5. Navar. cap.27. de irregularitate num. 255.* idque habetur *in l. 1. ff.de in integrum reſtitut.* & populus eſt teſtis rei notoriæ ſe inſpiciente factæ, *cap. veſtra, cap. final.de cohabit.clericor.& mulier. cap. ſacerdotale diſt.69.* atque notorium dicitur nulla indigere diſcuſſione, quia pro veritate habetur indubitata, *cap. ſuper eo 3. de teſtibus cogendis*, ubi *Felin.n.7. Rota in noviſſimis dec.327.* incipien. *ſi contra.* Non eſt idem notum, ac notorium: nam cognitum uni, duobus, vel tribus dicitur notum, non notorium. Duo itaque, ut quicquam dici poſſit notorium, requiruntur, ſcilicet ut exiſtat, & innoteſcat majori parti, ita ut ſaltem major
5 pars populi poſſit deponere de exiſtentia rei ſibi notæ: unde ſolet dici, notorium eſſe id, cujus teſtis eſt populus, *cap. veſtra de cohabit.clericorum, & mulier. Menoch. lib.2.de arbitrar. centur. 2. cap.ſuus 11. quæſt.1. cap. manifeſta 2. qu.*
6 *1. c. cum dilectus de purgatione canonica.* Hinc patet non eſſe idem notorium, & evidens evidentia facti: nã evidens evidentia facti dicitur etiam homicidium, quod innotuit videnti occiſorem, & occiſum abſconditum, ſepultum, combuſtum, *Maſcard.de prob. concl.1106.n.*
7 *16.& concl.1110.num.5.* Aliud quidem eſt notorium juris, aliud facti, *Maſcard.de probat. concl. 1106. Ant. Butrius tract. de matrim. art. 1. num. 15.* Notorium juris eſt, cujus notitia juris diſpoſitione in populũ ſe diffundit: & quia jus poteſt diſponere aliquid in judicio, & extra; ideò datur notorium judiciale, & extrajudiciale. Judiciale naſcitur ex actis publicatis, concluſis, & re judicata terminatis, eaque acta dicuntur publicata, & publica, & reddunt rem notoriam, ac publicam fidem faciunt, *cap. teſtimonium 54.de teſtibus, l. geſta 6.C.de re judicata*, & res judicata pro veritate notoria habetur, *l.1.ff.de re judicat. l.ingenuum 25. l.final.ff.de ſtatu hominum, l.res judicata, l.208.ff.de regul.jur.* & ſententia veritatem antea latentem notoriam reddit, *leg. & ex diverſo 26. §. 1. ff.de re judic.* Notorium juris extrajudiciale pullulat ex præſumptione juris: jus enim præſumit rem ita eſſe: & talis præſumptio innoteſcens populo reddit notorium juris præſumptum. Ita præſumit verum, quod quis ſponteneè cum aliquibus veris circumſtantiis confitetur publice, *cap. fin. de temporib. ordinat.* Talis autem præſumptio non dicitur levis, & ſine cauſa, *c. oves 6. quæſt.11. c. inquiſitioni 44. de ſententia excom. cap. illud 11. de præſumpt.* Juris quidem præſumptio admittit probationem in contrarium: ſed ſi ſit juris, & de jure, non admittit probationem in contrarium, *cap. commiſſum 16. §. is, qui 30. de ſponſalib.* qua de re latior ſermo fuit *tom.4.& tom. 8. tit. de præſumpt.* Notorium facti tri-
8 plex eſt, permanens, tranſiens, & interruptum, *Maſcard. de probationibus concl.1106. gloſ.in c.manifeſto 2. quæſt.1.* Permanens eſt, quod continuò permanet, ut forum magnum, *c. dilectis filiis 55. de appellationib. c. ſignificaſti de divortiis, l ſi vicinus C.de nuptiis*, ubi concubinatus notorius durans dicitur notorium facti permanentis. Notorium verò tranſiens eſt, quod ſemel contingit coram multitudine, & deinde deſinit, ut aſſedium Viennæ, tranſitus Imperatoris Caroli V. per hanc urbem omnibus notus. Ita ictum ignei globi explodens, incendium excitans, januas eccleſiæ comburens, populo inſpiciente, factum notorium tranſiens dicitur, *c. pervenit de teſtib.cogendis, c.aut facta de pœnitentia diſt. 1.* Notorium autem interruptum eſt, quod ſæpiùs replicatur coram populo inſpiciente: & notorius uſurarius dicitur, qui uſuram publicè exercet, *c.cum tu 5. de uſuris.*

Notorium poteſt reddi non notorium,
9 & occultum, *Speculator de notoriis criminibus §. notorium num. 11. Leon par.2. praxis ad literas majoris pœnitentiarii*

fol.

Digitized by Google

fol. 180. *§. notandum.* Quæque etenim notitia potest adesse, & abesse: & in facto permanenti notitia, quæ ab initio decerat, potest supervenire, & reddere factum notorium, & e converso factum ab initio notorium potest desinere esse notorium: unde, si qui aderant, & notitiam habebant, decesserint, vel penitus obliviscantur; tunc res ante notoria evadit occulta: quod diligenter advertendum est, ut comprehendi possit, ad quem recurrere oporteat pro dispensatione, vel absolutione.

Notorium in una universitate potest 10 esse, & dici occultum in alia, si sit res ignota, *Mascardus de probat. concl.* 1100. *num.* 27. *Aretinus concl.* 115. *col.* 6. *Hostiens. ver. cohabit, cleric. num.* 6. *Barbosa ad Trid. sess.* 24. *c.* 6. *num.* 31. *de ref. Durandus in bulla cœnæ lib.* 3. §. 2. *quæst.* 11. *num.* 10. *Leon d. loc. fol.* 178. §. *nota* 3. Delictum 11 factum in deserto à multitudine delinquente dicitur notorium, licèt desint alii testes præter delinquentes: Quamobrem si incendium à mille fiat, aliis ignorantibus, per depositionem illorum, qui fuerunt complices, valet indubiè probari, & reddi notorium, licèt alii præ timore nolint deponere delictum. Nam non per hoc desinit esse notorium. Sola autem evidentia facti non inducitur notorium, *Baldus in l. & quidem* 7. *col.* 12 5. *de accusationib. Mascard. de probationib. concl.* 1106. *num.* 16. *& concl.* 1110. *num.* 5. quia res uni evidens, potest esse aliis ignota, nec factum in loco publico dici- 13 tur notorium: nam ex loco non habetur notitia, si desit, vel non advertat populus rem gestam, *l. coram Titio* 209. *ff. de verborum signif.*

Notorium facti dicitur res indubitata, 14 non admittens defensiones, & probationes in contrarium, *Mascardus de probat. concl.* 1106. *Archid. in c. Romana* 3. *de appellat. in* 6. idque patet ex *c. cum dilectis de purgat. can. ex c. fin. de cohab. cleric. & ex c. de manifesta* 2. *qu.* 1. & notorium nulla indiget causæ discussione, nulloque ordine judiciario: est enim notorium facti evidens in se notum populo, nulla ratione tergiversabile, *l. si vicinis C. de nuptiis*: & includit evidentiam facti, additque notitiam communitatis populi, *c. evidentia de accusat. c. qua fronte de appellat. c. cum sit remota de appellat. in* 6. & dicitur probatio indubitata, *cap. nullus* 3. *quæst.* 2.

Probatio per notorium facti differt à probatione per evidentiam facti, & per inspectionem oculorum, & per famam 15 publicam, quia probatio in vim notorii exigit, ut diximus indubitatam rei existentiam, & notitiam majoris partis populi: sed notorium per evidentiam facti non exigit notitiam plurium: & de ea agitur in *cap. evidentia de accusat.* Probatio autem per inspectionem oculorum potest fieri, solo judice inspiciente, & duobus testibus.

Probatio per publicam famam potest 16 esse sine notitia facti: potest esse bona opinio, vel mala multorum à certo authore promanans, absque eo quòd habentes bonam opinionem alicujus illum cognoverint, *c. super eo de eo qui cognovit consang. c. veniens de regularib.* & potest ei subesse falsum, *Butrius in tract. de notorio t.* 10. *tractatuum num.* 9. Notorium itaque facti, non fama, non rumor, est indubitata probatio, nec alia indiget probatione, *glos. in l. cives C. de appellat. & in l.* 1. *C. qui, & adversus quos*, *Abbas in c. cum olim de verborum signif. Mascard. tom.* 2. *de probat. concl.* 1108. *num.* 2. *Cephalus lib.* 2. *cons.* 82. *num.* 52. *Menochius de recuperanda possessione remedio* 15. *num.* 224. imo superat probationem juris, & de jure, *Innocentius in c. fraternitatis de frig. & malef. Ripa in l.* 4. §. *condemnatum num.* 16. *ff. de re jud. Felinus in c. quanto num.* 4. *ver. fallit* 5. *de rescriptis*, *Romanus cons.* 150. *num.* 19. In notoriis facti non est servandus ordo juris, 17 *Hippolytus in practica criminali* §. 2. *num.* 38. *Ancheranus cons.* 147. *num.* 4. *Natta vol.* 3. *cons.* 540. *num.* 7. *Menoch. de recuperanda possessione remedio* 15. *num.* 260. sufficitque, si judex se informet domi, etiam parte non audita, nec monita, *Vivius commun. ver. notorium*, *Cephalus lib.* 1. *cons.* 108. *num.* 27. idque etiam habetur ex *c. ad nostram de jurejurando*, ubi *Baldus*.

Verùm in articulis etiam fisci proce- 18 dentis in vim notorii debet articulari, & probari rem esse notoriam: Probatur autem saltèm duobus testibus contestibus reddentibus causam dicti etiam non interrogati, ut pateat, si concludant, rem esse notoriam, *Clarus in praxi criminali* §. *fin. quæst.* 9. *ver. quæro nunc, glos. in cap. Deus omnipotens* §. *quando autem ver. judicis* 2. *qu.* 1. *Mascard. de prob. tom.* 2. *concl.* 1110. *n.* 1. 2. & 3. idque patet ex *l. ubi numerum de testib.* & ex *cap. cum dilecto de purg. canon. Innocent. in c. vestra de cohab. clericorum*: & in ore duorum, vel trium stat omne verbum. Causam autem scientiæ testis ita reddere debet: Scio, quia fui præsens, & vidi totum populum, vel ejus majorem partem præsentem videntem, vel scio, quia vidi fieri in con-

spectu totius plateæ, majoris partis communitatis, & civium, vel scio, quia vidi fieri, concurrente toto populo ad videndum: atque ita testis deponit non de fama, sed de propria præsentia, & scientia sui, & populi.

Quot hominum notitia requiratur, ut res dicatur notoria notorietate facti, incertum adhuc est: nam aliqui requirunt, ut innotescat numero viginti hominum præsentium, *Bart. in l. scriptus num. 2. ff. de relig. & sumptib. funer.*; alii volunt requiri notitiam totius vicinatus, *Speculator de notoriis criminibus §. notorium num. 3.* ex *cap. cum dilecti de purgat. can. Joannes Andreas in c. vestra de cohab. cleric.* ubi requirit scientiam totius populi: alii volunt requiri notitiam saltem majoris partis vicinatus, *Gabriel à S. Vinc. de censuris disp. 1. num.* 304. alii volunt esse publicum factum, quod ab omnibus cognoscitur, & videtur, *Bart. in d. l. scriptus num. 2.* ex *l. 1. C. de his, qui in Eccl. manumittuntur*: alii dicunt notorium, quod notum est decem, vel quindecim, *glos. in c. 1. de elect.* ex *l. Prator 2. §. 4. ff. de vi bonor. raptorum*; alii notorium esse affirmant, quod est notum decem tantùm hominibus, *Abbas in c. vestra de cohab. clericor. Felin. in cap. cum oportet de accusat. Bald. in l. si ver. 5. §. qui pro rei qualitate ff. qui satisdare cogantur, Cinus in l. & quidem C. de accusat.* qui ea ratione innituntur, quia decem personæ constituunt populum, *l. sed etsi plures ff. de injuriis, cap. unico 10. quæst. 3.* & testimonium totius parochiæ reddit notorium, *cap. cum dilectus 11. de purg. canon.* alii docent notorium esse notum tribus, quia notum tribus est notum collegio, quod tribus personis completur, *l. Neratius 85. ff. de verb. sign.* alii volunt factum coram septem esse notorium, *Bursat. cons. 85. num. 46.* Nam res gesta coram septem dicitur, ut testamentum, palam fieri, *l. hæredes palam ff. de testamentis*: alii tandem asserunt notorium esse, quod non est occultum, *Henriq. lib. 4. cap. 20. Barbos. de potestate Episcopi alleg. 39. Baunius tract. 2. disp. 3. de absolut. quæst. 22.* Nos autem credimus rem esse remittendam in arbitrio prudentis judicis juxta ea, quæ tradunt *Bart. in l. scriptus num. 2. ff. de relig. & sumpt. Butrius in tract. de notorio art. 2. num. 4. Menochius de arbitrariis centuria 2. casu 166. num. 7. Bursatus cons. 43. num. 26. Marcus Paulus Leon in prax. ad literas majoris Pœnitentiarii par. 2. fol. 177. ver. aliqui demum*: idque patet, quia quod jure determinatum non est, judicis rationabili arbitrio relinquitur, *l. consinuus 137. ff. de verbor. obl.* & in magna civitate quod notum est decem, ita habetur, ac si non esset notum, nec dicitur ibi notorium. Inspicienda itaque est qualitas locorum, & numerus personarum, ut res notoria dicatur nota majori parti civitatis, oppidi, vel universitatis. Quod verò fit in villa coram septem, vel octo hominibus, notorium non posse dici existimarunt *Bartol. in l. scriptus §. quod ff. de religiosis, & sumpt. & Menoch. loc. cit. num. 9.* quia septem, vel octo non constituunt multitudinem: & notorium debet esse notum multitudini, *cap. penult. in fin. de purgat. can. cap. fin. de cohabit. clericor.* Aliis verò id videtur esse notorium respective ad villam: Nam quod non est notorium respectu civitatis, potest esse notorium respectu oppidi. Quandoque verò confunditur manifestum cum notorio, *cap. eorum qu. 3. c. manifesta 2. qu. 1. cap. quod suspecti 3. qu. 5.* Hic autem sumitur, ut quid differens à notorio: Nam notorium patet toti, vel majori parti communitatis: manifestum verò patet multis, & minori numero, *Bart. in l. scriptus ff. de relig. & sumpt.* ubi patens sex hominibus dicitur manifestum. Alii volunt, quòd si pro notorio requiruntur viginti, pro manifesto requiruntur decem, & si pro notorio decem, pro manifesto quinque, *Butrius de notorio art. 2. n. 19.* dicens manifestum esse factum coram septem: tunc enim dicitur, ut testamentum, palam factum, *l. hæredes palam 21. ff. qui testamenta facere*: & idem est palam, ac manifestè fieri, *cap. eorum 11. qu. 3.* Sed id arbitrio judicis remittendum putarunt *Mascard. de probat. concl. 1017. & Menoch. 2. de arbitr. cent. 2. casu 166.* & cum notitia plurium, ut manifestum aliquid dici possit, requiritur rumor, & fama per aliquos universitatis excurrens, *Mascard. d. loc. num. 12.*

Famosum, ut distinctum à notorio, & manifesto, est notitia publica rei propagatæ, & propalatæ per famam, sive à pluribus fama oboriatur, sive à singulari, vel incerto auctore, *cap. cum in juventute de præsumpt. Salycet. in l. eos quidem 7. column. 3. C. de accusat. Navar. in summa tit. de irreg. c. 27. num. 255.* Ex se autem fama plenè non probat, *cap. si testis §. sæpe 4. qu. 3.* & pluries nascitur ex indiciis, suspicione, & conjecturis, *cap. sanctum est de cons. dist. 4.* & ut probet saltem semiplenè deponens de fama publica, debet etiam assignare auctorem famæ, & testificari debet, an oborta fuerit

rit ex indiciis verisimilibus, aut præsumptionibus, & an sit aliquis homo certus, qui eam divulgaverit, ut cognoscatur, quantas ea vires habeat ex qualitate causæ disseminantis rumorem: Nam inspici debet, an ad suum commodum is diffamaverit: & eo in casu fama nihil probat, *cap. de cætero* 14. *de testibus*, *cap. iterum* 4. *qu.* 3. *l. omnibus* 10. *C. de testib.* & famæ potest subesse falsum, *Butrius tract. de notorio num.* 9. *t.* 10. *tract.* Sed manifesto, & notorio, nequit 23 subesse falsum. Rumor autem publicus supponit famam publicam, & habet incertum auctorem, *Butrius loc. cit.*

Occultum dicitur, quod non est publi- 24 cum, *Henriq. lib.* 4. *cap.* 20. *Leon par.* 2. *praxis ad literas majoris pœnitentiarii fol.* 189. ex *D. Th.* 2. 2. *qu.* 70. *art.* 2. *ad* 2. & *Scoto c.* 4. *dist.* 21. & occultum sanè est, quod nulli, vel paucis innotuit. Omne 25 autem, quod cognoscitur, debet cognosci immediatè in se, vel per medium. Si nec in se, nec per medium cognosci ab homine valeat, tunc est res omninò 26 occulta, soli Deo nota, ut actus animæ interni, *cap. erubescant dist.* 33. & de tali occulto tantùm judicat Deus, *cap. Deus omnipotens*, *c. unum ex duob.* 11. *qu.* 1. *c. ex tenore de temporib. ordinationum.* Deus namque nullis indiget mediis ad cognoscendum, *c. Dominus* 22. *qu.* 3. *cap. unum ex nobis* 2. *qu.* 1. *c. in civitate de usuris*. Quædam verò ignota sunt, & dicuntur per accidens, & sunt externa, sed sine testibus, indiciis, & conjecturis, & hæc dicuntur omninò occulta, ut si quis in deserto aliquem neci tradat. Alia sunt aliqualiter occulta, puta, quòd concurrant aliqui testes, aliqua indicia, sed adhuc incognita, & testes nolint veritatem dicere, & tunc etiam dicuntur occulta, quamvis nota sint quinque, aut pluribus, *Gabriel à S. Vinc. de censuris disp.* 1. *num.* 304.

Deductum ad forum contentiosum, 27 sed ibi non probatum, reo tantùm intimato, dicitur occultum, *de Marinis t.* 1. *c.* 105. *num.* 5. & delictum deductum ad forum contentiosum, instantia perempta ob lapsum anni, eoque non probato, adhuc remanet occultum: Nam tunc juris præsumptione præsumitur accusatus, qui revera non deliquit, *cap. omnipotens* 4. *ver. denunciantur de accusat. l. reus* 7. *ff. de munerib. & honoribus*, cujus vigore accusatus de homicidio promoveri valet, si nihil fuerit probatum, & annus fuerit elapsus.

Ut autem redeamus ad materiam dis- 28 pensationis, dicimus, quòd dispensatio est actus legitimus ex causa rationabili eximens aliquem a lege, *glos. in c. requiritis* §. *nisi* 1. *qu.* 7. & quidem lex nequit sine causa poni, aut tolli, *c. erit dist.* 4. Ad validam, & licitam dispensationem, 29 duo requiruntur, causa legitima, & auctoritas superioris: & ejusdem est condere, & tollere legem, & per causas, per quas fit res, dissolvitur: & lex, quæ non potest fieri sine causa, non potest tolli sine causa rationabili: esset enim dissipatio, non dispensatio, *Innocent. in cap. cum ad Monasterium de statu Monachorum*: & sufficit causa probabilis ad dispensandum, *Dian. par.* 8. *tract.* 3. *resol.* 29. *Sanchez lib.* 4. *decal. c.* 45. *num.* 10. Causa adeò exigitur ad dispensandum, ut sine ea nulla sit dispensatio, *Vasq.* & *Bonac.* contrà plures: Nam potestas superioris rationabiliter est exercenda, *cap. erit dist.* 9. idque patet ex *Trid. sess.* 22. 30 *c.* 5. & 18. *de refor.* & peccat dispensans sine causa lædendo graviter bonum publicum ob abusum potestatis contrà justitiam legalem, *Suarez*, *Cajet. Granad. Bonac.* & *Brancac.* Si allegetur duplex 31 causa, quarum una subsistat, tunc tenet dispensatio, si quæ subsistit, sit adæquata, & sufficiens ad movendum superiorem: tunc enim actus valet, quia omne agens operatur, quantum potest in materia dispositâ, *Arriag. t.* 4. *disp.* 30. *num.* 30. *in fin.* Unde si ad obtinendam dispensationem quis alleget copulam, & infamiam, valet dispensatio, licèt vera sit sola infamia, *Sanch. Dian.* & alii.

Datur duplex causa, una impulsiva, 32 altera finalis. Finalis est, quæ per dispensationem habet esse, juxtà illud: Agens propter finem, habito fine, quiescit. Impulsiva existit ante, & impellit superiorem ad faciliùs concedendam dispensationem. Si deficiat causa impulsiva, tenet dispensatio: si deficiat causa finalis, dispensatio est nulla, *Sanch. in tract. de matrim. disp.* 21. *num.* 17. Nec quis tenetur exprimere impulsivam, si superior inde non concederet dispensationem. Sic non tenetur pauper dicere se esse malè moratum, quando petit eleemosynam, etiamsi ei non daretur, si ad notitiam improbi ejus mores devenirent. 33 Existere autem potest causa finalis, vel quando supplicatio offertur Romæ, vel quando obtinetur rescriptum, vel quando Episcopus causa cognita decernit locum esse dispensationi, vel quando initur matrimonium: & certum est causam debere præexistere, quando effectus producitur: nam sine causa effectus non potest habere esse. Sed causa non debet

existere, quando mittitur Romæ, quia tunc non habetur effectus, nec tunc obtinetur dispensatio: & si Papa ipse dispenset, tunc debet existere causa, quando Papa dispensat: si verò Papa committat alteri, ut dispenset, tunc tempore commissionis non debet causa existere: nam tunc non ponitur dispensatio, sed tantùm mandatum de dispensando, *Corradus* contrà *Leandrum*: Certè causa debet existere, quando dispensat ille, cui committitur à Papa, ut dispenset, *Trid. sess.* 14. *c.* 7. *de ref. Trullenc.* contra *Mascardum* ajentem satis esse causam verificari tempore commissionis. Obtenta autem dispensatione à delegato, & tunc existente causa, remanet valida dispensatio, quamvis deinde causa cesset, antequam contrahatur matrimonium, puta quòd quis ex paupere fiat dives: Nam dispensatio non habuit effectum consumatum, & fuit purè concessa, *Palag. Suar. Corrad. & Guttier.* contra *Sanch. Bon. Coninch. & Perez.*

Cessante causa finali dispensationis
4 purè jam obtentæ, non cessat dispensatio, quia quando dispensatio plenum est sortita purè effectum consumatum, non amplius pendet à causa finali, & de privatione ad habitum non datur regressus, nisi denuò ponatur causa effectiva. Hinc non evanescit ordo, nec beneficium impetratum, nec matrimonium jam initum ex dispensatione, licèt deinde cesset causa dispensationis, *Decius, Pontius, Granad. Leand. & Sà* contra *Amicum*, *Coninch. & Arriag.* Causa ad
35 dispensandum est angustia loci, si ob eam quispiam non possit nubere alteri pari in nobilitate, divitiis, moribus, ætate, *Navar. c.* 22: *num. ult.* nec tenetur perquirere, licèt possit æqualem invenire in loco propinquo extra proprium oppidum: & maximè mulier non debet privari consocietate parentum, nec tenetur impari nubere in proprio oppido: esset enim res dura. Præterea justam dispensandi causam præbet tum extinctio magnæ litis, ratione cujus recrudescerent scandala, *Calleg. de cognat. spirit. cap.* 22. *num.* 7. tum obviatio gravis mali, culpæ, vel pœnæ, *D. Th.* 2. 2. *qu.* 97. *art.* 4. & dispensatio etiam impetrari potest, si vel dos consanguineæ puellæ incompetens augenda sit à viro consanguineo usque ad congruitatem, quæ soluto matrimonio eidem puellæ remaneat, *Ric. par.* 4. *praxis ref.* 537. vel si consanguineus ducat indotatam, dotetque congrua dote, vel si vir suscipiat in se onus magnæ litis, magnæ successionis consanguineæ, seu amittendæ, vel si dos sit litigiosa, & matrimonio sedentur lites: Nam interest Reip. lites finiri, *l. properandum C. de judiciis*, prout etiam Reipublicæ interest mulieres non esse indotatas. Dispensatio itidem concedenda est, ut confirmetur pax de recenti facta inter inimicos capitales, *D. Th.* 2. 2. *qu.* 97. *art.* 4. & ut bona conserventur in familia, *Henriq. lib.* 22. *cap.* 3. *num.* 9. & ne illustris familia pereat. Similiter concedenda est ad evitandam infamiam, quæ nasceretur, nisi matrimonium fieret, ob suspicionem copulæ, vel, consumato matrimonio bona fide, cognoscatur impedimentum: & quævis alia rationabilis causa sufficit ad dispensandum arbitrio Sūmi Pontificis, & si ex pluribus deductis causis singula non sufficiant, possunt simul unita sufficere, *cap. unic. de tregua, & pace.*

Dispensatio in forma pauperum fit si-
36 ne compositione, vel tenui persoluta pecuniarum quantitate, probata paupertate duobus testibus, & fide parochi: & pauper censetur non habens in ære quinquaginta aureos, quærens victum labore, & industria manuum, quamvis id judici arbitrarium esse voluerit *Bart. in l. si constante num.* 14. *ff. soluto matrim.*

Dispensatio, quæ habet causam, fusti-
37 netur, causa probata: quæ verò non habet causam, corruit, *Trid. sess.* 22. *de ref. cap.* 5. & dicitur subreptitia dispensatio, si celetur verum exprimendum, & obreptitia, si exprimatur falsum, *l.* 1. *l.* 2. *C. si nuptiæ ex rescripto petantur, cap. quia sæpe de elect. clem.* 3. *de præbendis.* Dispensatio pro foro contentioso committitur Ordinario, *Trid. sess.* 22. *cap.* 5.
38 *de ref.* & delegatio facta cuidam Vicario, remoto illo, transit ad successorem, *Bossius lib.* 2. *dec.* 484. Si oratores sint duarum diœcesum, committitur dispensatio uni ex Ordinariis illorum: & dispensatio locum habet pro utroque contrahente, *Perez de matrim. disp.* 48. *sect.* 2. *num.* 1. Delegatus verò nihil potest accipere pro informatione capienda de existentia causæ sub pœna excommunicationis ipso facto incurrendæ, ut patet ex
39 verbis ipsius dispensationis, rejecta consuetudine in contrarium accipiendi aliquid pro labore, *Sanch.* 8. *de matrim. disp.* 3. *num.* 11. *Perez de matrim. disp.* 48. *sect.* 2. *num.* 7. & solùm actuarius potest accipere mercedem laboris, *Grat. forens. cap.* 57. *num.* 20. Vide *Genuensem in praxi cap.* 25.

Sacra Pœnitentiaria delegat dispensa-
40 tionem, cum agitur de impedimentis occul-

occultis, aut notis, adjectis pluribus clausulis, quæ ad conditionem, qualitatemve delegati pertinent, vel aliquid explendum respiciunt: & eas hic explicare non ab re esse putavimus. Delegatur dispensatio discreto viro, quia debet habere virtutem discretionis, distinguendo unum ab alio sine venia, austeritate, aut suavitate: & discretio est mater virtutum, *clem. pastoralis de sententia, & re jud. cap. 1. de officio custodis, cap. præsentium 1. quæst. 5.* eaque discretio in confessario debet esse præcipua, *cap. omnis de pœnit. & remiss.* Delegatur item doctori, qui debet esse doctor in publica universitate, nec officit, si sit indoctus, *Tangred. de matrim. t. 2. lib. 8 disp. 34. n. 1. Petrus Ledesma de pœnit. concl. 1. dubio fin.* Delegatur etiam magistro theologiæ, & non sufficit, si is sit lector publicus, aut magister in sua religione, sed requiritur gradus doctoratus, *Tangred. loc. cit.* nec sufficit, si sit licentiatus, *Baldus in l. 1. ff soluto matrimonio*: & licèt licentiatus habeatur pro doctore; tamen requiritur dignitas doctoratus, quæ est personalis, nec est in licentiato: & concessa doctori ratione officii, sunt concessa licentiato, non verò concessa doctori ratione dignitatis, *Ripa in l. Centurio num. 18. ff. de vulgari, Romanus cons. 333. n. 8. & 10. Leon in praxi ad litera majoris pœnit. par. 1. f. 19.* Excipiuntur autem confessarii societatis Jesu deputati à Generali, vel ab alio superiore de licentia Generalis ex privilegio Gregorii XIII. quod incipit *dilecti filii*. Doctor verò, cui dispensatio committitur, debet aperire literas, in quibus ea dispensatio delegatur: sed si aperiantur à non doctore, non evanescit dispensatio, dummodò doctor delegationem sibi commissam exequatur, & si pœnitens eas præsentet uni, qui nolit, vel nesciat exequi delegationem, vel dicat esse subreptitiam, vel obreptitiam; tunc pœnitens potest adire alium: nam ea delegatio sequitur naturam fori conscientiæ, in quo pœnitens potest adire alium confessarium; *Corrad. de dispens. apostolic. cap. 4. num. 73. Sanch. Perez, & Tangr.* dicens contrarium esse errorem vulgi: atque id est contra *Leonem in praxi part. 1. f. 22. §. respondeo non variari*. Si adjiciatur clausula: *Confessarius sit approbatus ab ordinario*; sufficit, si simpliciter delegationem exequatur confessarius approbatus ab Ordinario, licèt pro uno non pro alio sexu, & approbatus pro viris potest exequi dispensationem pro fœminis, & è converso, si dispensatio non sit exequenda, audita confessione sacramentali, *Sanch. Perez, Portel. Tangred. & Diana* contra *Rodriq. Suarez, & Leonem*. Additur quandoque clausula: *In foro conscientiæ tantùm*; ut dispensatio non prosit pro foro contentioso. Clausula: *Si ita est: si ita reperies*; reddit concessionem conditionalem, *l. si quis 24. ff. si certum petatur, l. 2. ff. de condit. & demonstrat.* unde confessarius, cui dispensatio committitur, debet cognoscere de veritate causæ, ut injungat pœnitentiam expedientem: & ea clausula reddit confessarium non merum executorem, sed mixtum, & judicem, ut procedat cognita veritate causæ exposita, *cap. constitutus de rescript.* & ita debet procedere, ut se contineat intra fines mandati, *cap. super quæstionem §. fin. de off. deleg.* Si adjiciatur clausula in calce literarum, in quibus dispensatio committitur, ut lacerentur, nec restituantur alteri; ideò adjecta dici debet, ne illis quispiam uti possit pro foro contentioso, *Sanchez lib. 8. de matrim. disp. 34. n. 42. & Tangred.* asserens validam esse dispensationem pro foro interno, si literæ remaneant apud partem, & solùm operari, ut pro externo non relevent. Laceratio autem facienda est, ita ut illæ non probent: & scriptura lacerata in substantialibus non probat, *§ si verò moneantur auth. de fidejussoribus*: & laceratum sigillum fidem amittit, *cap. licèt de crimine falsi*. Alia clausula: *Audita sacramentali confessione*; conditionem facit, & delegatus prius debet audire confessionem, & deinde literas exequi, ne excedat fines mandati: & *Leon.* vult, quoad hoc sufficere confessionem etiam sacrilegam, existimans executionem brevis non pendere à valida confessione: sed ejus opinio nobis minimè arridet. Alia clausula: *Dummodo impedimentum occultum sit*; explicari facilè poterit, si animadvertantur ea, quæ supra scripsimus de occultis, quæque tradidit *Navar. c. 27. n. 254.* Altera clausula: *A quibuscumque excommunicationibus, & suspensionibus &c.* operatur, ut tollatur omnis censura, *Ludovicus Romanus cons. 307. Joannes Andreas in clem. 1. de consanguinitate, & affinitate*.

Exprimendum sanè est impedimentum, & gradus, & exprimere etiam oportet copulam, & matrimonium nulliter initum scienter spe futuræ dispensationis, ut patet ex *Trid. sess. 24. c. 50.* ex constitutione Clementis VII. quæ incipit *quia plerumque*, & ex alia constitu-

litutione **Pauli IV.** quæ incipit *ab ea ipsa*. Si verò exprimatur copula, & celeceatur ſpes obtinendi faciliùs dipenſationem, ac exprimatur alia cauſa ſufficiens ad ipſam obtinendam dipenſationem, non eſt ſubreptitia dipenſatio, quia *Trid. loc.cit.* requirit, ut exprimatur copula, quando quis ea ſe inquinat pro obtinenda diſpenſatione. Hinc copula non eſt exprimenda in petenda diſpenſatione inter conſanguineos, & affines, ſi diſpenſatio non innitatur copulæ, ut animadvertit *Henriq.* dicens ita conſuluiſſe Romæ doctiſſimos viros, *lib* 12.*c*.2. *num*.4. & probabiliſſimum id ipſum dicunt *Pontius lib*.8.*c*.17.§.6.*num*.32. *Villalobos*, *Dian.Urtad.Leander*, & *Averſa* contra *Corrad. Sanch. Guttier. Menoch.* & *Riccium*: & quidem nullo jure id præcipitur, & ſtylus curiæ, ac declarationes Congregationis, quæ adverſari videntur, pertinent ad forum externum, quando agitur de inceſtu publico, ut obſervant *Dian. Villalob.* & alii. Cæterùm nemo poteſt cogi, ut ſe ipſum diffamet, aut ſe exponat periculo gravi, nec ut occultam copulam propalet, qua ſe ipſum infamaret, & ſe exponeret periculo alterius damni, puta carceris, & pœnæ impoſitæ à legibus, & pragmaticis, aliiſque pœnis pecuniariis. Imò *Perez*, & *Gabriel à S. Vinc.* inquiunt non eſſe exprimendum inceſtum Ordinario interroganti. At ſi diſpenſatio conce-
9 datur cum clauſula: *Dummodo copula non intercesſerit*; & commiſſio facta ſit pro foro externo judiciali, tunc valet diſpenſatio, ſi in judicio plenè copula non probetur, ita ut nec ſufficiat ſemiplena probatio, puta per infamiam, aut per unum teſtem: & ratio eſt, quia talis expreſſio copulæ jure communi non requiritur: & clauſula illa limitans jus commune eſt ſtrictè interpretanda, & reſtringenda ad caſum, quo minus jus commune lædatur, *Sà verb.diſpenſatio n*. 18. *Dian.Henriq.Rodriq.Perez*, *Villalob. Urtad.* & *Leand.* contra *Guttier.* & *Ricc.* Si verò committatur diſpenſatio pro foro conſcientiæ, tunc nulla eſt diſpenſatio: nam pro illo foro interno eſt conditionaliter conceſſa, ſi copula non interceſſerit, ut inquit *Palagus*, licèt *Henriq.* voluerit eſſe modalem, non conditionalem.

Ideo verò petens diſpenſationem tene-
9 tur exprimere, copulam interceſſiſſe ſpe futuræ diſpenſationis, ſi copulæ innitatur diſpenſatio, quia gratia ſunt indigni, qui delinquunt in legem data opera, & ex delicto non debet quis commodum reportare, *cap. fin.* §. *cum in eo de immunitate eccleſiarum*: & leges non debent dare anſam ad delinquendum, *l.* 6. *C.de patiis*. Ita *Sanch.* & *Riccius* contra *Henriq. Pont.* & *Leandrum*: & interior ſpes facilioris diſpenſationis non vitiat diſpenſationem conceſſam, ſi copula non
51 fuerit habita ſpe facilioris diſpenſationis, quia eccleſia non judicat de illa ſpe omninò interna, *Palag. Urtad. Leand.* qui cum *Portell.* volunt ſpem facilioris diſpenſationis unius, non alterius, non vitiare diſpenſationem, cum *Granad.Pontio*, *Leandro*, & aliis.

Copula habita poſt datam commiſſio-
52 nem, antequam Ordinarius diſpenſet, non poteſt eſſe ſpe facilioris diſpenſationis: & ſi diſpenſatio ſit commiſſa in forma ordinaria, erit valida: Nam inceſtus non eſt impedimentum dirimens: nec diſpenſatio committitur ſub conditione, ſi contrahentes ſeparentur, *Præpoſit. Perez*, & alii. Si verò diſpenſatio ſit commiſſa in forma pauperum, nulla erit, ſi copula ſuperveniat ante decretum Ordinarii, quia diſpenſatio eſt ſub conditione, ne adſit copula ante decretum, adeoque evaneſcit diſpenſatio, conditione non verificata, ut teſtatur *Corrad. lib*.8. *de diſpenſat. cap*.5.*num*.37. Si autem copula habeatur cum futura ſponſa poſt decretum diſpenſationis obtentum, non vitiatur diſpenſatio, licèt matrimonium adhuc non fuerit initum, quia, ſublato impedimento conſanguinitatis, & affinitatis per diſpenſationem, ceſſat ratio inceſtus, ut declaravit Sacra Congregatio apud *Rebell.lib*.3.*qu*.5. *ſect*.4. *cap*.27. *n*.222. *Sanch.Cajet.Barboſ. Ricc.* & *Guttier.* Præterea ſi diſpenſatio fuerit commiſſa per ſacram Pœnitentiariam pro foro conſcientiæ, tunc valida erit, etiamſi, quando adhùc confeſſarius non fuerit literas executus, copula interceſſerit, *Corrad. lib*.8. *cap*. 1.*num*.55.

In eadem ſupplicatione non ſunt ex-
53 primenda plura impedimenta matrimonii ineundi, *Suarez*, *Riccius*, *Sà*, *Villalob. Bonac.* & *Ant.à Sp.S.* dicens ea data opera poſſe ſeparatim exprimi, contra *Sanch.* & *Perez*. Ratio eſt, quia nullibi tale onus eſt injunctum: & ut poſſunt impedimenta ſucceſſivè induci, ita ſucceſſivè tolli: &, expreſſis neceſſariis, non ſunt exprimenda, quæ reddunt difficiliorem diſpenſationem: Unde petens diſpenſationem ob irregularitatem ex homicidio non tenetur exprimere occiſum fuiſſe ſacerdotem, *Riccius part*.4. *praxis reſol.*

sol. 190. vbi dicit *Sanch.* & si unum sit impedimentum publicum, & alterum occultum, pro publico poterit adire Dataria, pro occulto pœnitentiariam sacram, *Navar. Sanch. Riccius*, & *Conrad.* Præterea non est exprimenda multiplex affinitas contracta ex multiplici copula cum eadem persona, quia illæ affinitates censentur una moraliter: & excommunicatus pluries celebrans non contrahit multiplicem irregularitatem exprimendam in petitione dispensationis, *Leander*, *Pontius*, & *Sanch.* Error autem
54 gradus, si exprimatur proximior, non reddit irritam dispensationem: si verò exprimatur remotior gradus, tacito proximiori, tunc dispensatio erit nulla, quia remanet impedimentum gradus proximioris non ablatum per dispen-
55 sationem, *Sanch. Pont. Urtad. Perez.* & alii. Sed quando matrimonium jam est factum, dispensatio nunquam evanescit, quia est effectus consumatus: Matrimonio verò adhuc non contracto evanescit dispensatio per renunciationem, si renunciatio sit acceptata à superiore: non tamen sufficit sola subditi renunciatio, nec laceratio dispensationis: nam subditus non potest legem à se tollere sine voluntate legislatoris: & obligatio extincta non revivisci, nisi de novo ponatur causa. Sic nec renunciatio beneficii tenet, si non sit acceptata a superiore, *cap. accedentibus de privilegiis.* Si autem quis obtineat dispensationem contrahendi matrimonium cum una, & ducat aliam, cum qua matrimonium inire valeat absque dispensatione, non indiget postea nova dispensatione, si moriatur ista uxor, sed uti potest prima dispensatione: nam illa dispensatio non evanescit, & unusquisque præsumitur velle conservare jura, libertatem, & bona, quantum potest. Per non usum dispensationes, & privilegia non evanescunt, *Perez de matrimonio disput. 47. sect. 2. nu. 7. in fin.* idque locum præsertim sibi vindicat præcedente onerosa compensatione. Si verò dispensatio redundaret in damnum aliorum, vel ecclesiæ; tunc per non usum amitteretur, quia tunc esset odiosa, & restringenda: & ususfructus extinguitur per non usum, quia est proprietario exosus, *l. penul. de servitutibus*, & *aqua*. Præterea extinguitur dispensatio, si revocetur à dispensante restituta pecuniarum quantitate soluta in Dataria: nunquam autem ea expirat mortuo dispensante, quia est gratia, *cap. si cui 36. de præbendis*, *Ricc. part. 4. praxis resol. 531.*

Si matrimonium contractum sit inter personas prohibitas, licet quidem publi-
56 cè fuerit contractum, vel initum sit inter personas, à quibus de facili dispensatio obtineri potuisset, ignorantia impedimenti præsumitur, *de Franch. decis. 56. num. 5. & seq.* & matri-
57 monium ex defectu solæ denunciationum irritum non est, *Torriol. cons. 53.* & quòd judicium institutum in causa ma-
58 trimoniali super validitate matrimonii non impediat exercitium matrimoniale, neque causet malam fidem, etiam post factas probationes, vel latam sententiam, si ab ea pendeat appellatio, sivè judicium ab uno ex ipsis conjugibus fuerit institutum, sivè ab alio, docet *Præs. de Franch. dec. 130. per totam*: & quòd jure canonico attento hodiè per nullam
59 pœnam matrimonium dissolvatur, probat *Reg. Merlin. 1. forens. 51. n. 22. & 23.*

De dispensationibus tractant *Barbosa in decis. apost. pag. 250. & in repert. jur. pag. 92. Lorichius in thes. theol. tom. 1. pag. 841. Crespetius in sum. pag. 263. Nicolius in flos. pag. 220. Vivaldus in candel. aureo part. 2. pag. 244. Summa Sylvestri part. 1. pag. 190. Rubeus in aphoris. Epis. pag. 204. Barscus tom. 1. pag. 291. & tom. 2. pag. 219. Miranda in manual. tom. 2. pag. 396. Megalius tom. 2. prompt. pag. 314. & 361. Bonacina tom. 2. pag. 64. Summa Rodriquez par. 3. pag. 309. Pax Jordanus in elucub. tom. 2. pag. 147. Zerola in praxi Epis. pag. 131. & part. 2. pag. 46. Summa Naldi pag. 242. Corradus, Garzias tom. 2. pol. Reg. pag. 401. Novarius in lucer. regul. pag. 59. Triumphus de potest. eccl. pag. 259. Alloza in flor. summ. pag. 199. Sà in aphoris. confess. pag. 125. Vega in summa tom. 1. col. 989. Portellus in dub. regul. pag. 110. Cotonus in controvers. pag. 23. Gavant. in manual. Epis. pag. 96. Bonaspes tom. 4. pag. 293. Bongratia in quæst. regul. pag. 228. Diana ordinatus tom. 3. pag. 173. Gibalinus tom. 2. scient. can. pag. 337. Sannig. tom. 3. theol. moral. pag. 273. Velascus in summ. tom. 1. pag. 496.* De dispensatione ab Episcopo concedenda *Riccius in praxi tom. 5. pag.* 32. De dispensatione inter regulares *Summa Lezana to. 3. pag. 427.* De dispensationibus matrimonialibus *Genuensis in prax. Archiepis. pag. 142. Riccius in prax. tom. 4. pag. 356.* De dispensationibus in communi pro religiosis *Bordonus tom. 2. resol. 10.* De dispensatione secularium, idem *Bordonus tom. 2. resol. 15.* De dispensationibus in ordine *Venerus in exam. Episc. pag. 62.*

CAPUT

CAPUT LVII.

De clandestinis nuptiis.

SUMMARIUM.

Clandestinæ nuptiæ quænam sint n. 1.
Papa est ordinarius in toto Orbe 2.
Archiepiscopus non est ordinarius in tota provincia, nisi in actu visitationis 3.
Parochus assistens matrimonio debet esse proprius, scilicet loci, in quo fit matrimonium, & quando talis dicatur 4. *cum enucleatione casuum. Quid, si contrahentes habitant in duplici parochia* 5. *& quid, si duo parochi ejusdem sint parochiæ* 6.
Parochus proprius validè, & licitè potest assistere matrimonio sui subditi extra parochiam, vel diœcesim 7. *ubi quando id limitetur: & quinam sit parochus vagabundi* 8.
Parochus proprius qui dicatur 9. *quidque dicendum de parocho intruso, an validè assistat matrimonio* 10. *& quid dicendum de Vicario amovibili ad nutum, & de coadjutore parochi* 11.
Parochus non necessariò debet esse sacerdos 12. *& validè assistit, etiamsi excommunicatus sit, aut interdictus* 13.
Sacerdos quilibet potest assistere de licentia parochi, & qualis debeat esse licentia, qualis persona, quæ possit eam habere, enucleatur 14. *&* 15.
Præsentia parochi, vel sacerdotis assistentis matrimonio qualis esse debeat 16. *& qualiter parochus, & testes debeant videre contrahentes* 17.
Testes saltem duo simul cum parocho interesse debent tempore, quo contrahitur matrimonium 18. *Non debent esse rogati* 19. *nec debent esse omni exceptione majores* 20.
Quùm agitur de dissolvendo matrimonio, debent esse omni exceptione majores 21.
Denunciationes requiruntur, non ut validè, sed ut licitè matrimonium contrahatur 22. *& qualiter sint faciendæ* 23. *Possunt fieri extra parochiam, & quando* 24. *illisque peractis, usque ad quod tempus possit differri matrimonium* 25. *Omittere denunciationes quando sit lethale, & quando non* 26. *Episcopus potest dispensare in istis denunciationibus ex causa rationabili, & quando non dicatur causa rationabilis* 27.
Impedimentum quotuplex sit 28. *& sciens impedimentum infamans an teneatur denunciare* 29. *Per se parochus valet impedimentum opponere, nemine denunciante* 30. *illoque opposito prohibet nuptias, donec ab Episcopo cognoscatur de existentia impedimenti ibid.*
Sciens impedimentum ex auditu si obliviosè mandaverit, vel non cognoscat illum, à quo audivit, non tenetur denunciare 31. *& timens sibi grave damnum, vel scandalum, nec etiam tenetur denunciare* 32. *nec se infamans, vel suam familiam denunciando* 33. *nec frater tenetur propalare affinitatem ortam inter fratrem, & fœminam à se cognitam cum periculo suæ vitæ, vel alterius fratris, vel carcerum* 34. *Non tenetur quis denunciare impedimentum dirimens contrahentibus ignotum, si denunciando non speretur correctio, & timeatur fore eos copulam simul habituros cum peccato* 35.
Parens sciens impedimentum occultissimum consanguinitatis ignotum contrahentibus non tenetur denunciare 36.
Pœna contrahentium matrimonium clandestinè qualis sit 37.

CLandestinæ nuptiæ sunt, quæ ineuntur sine paroc ho, testibus, & de
1 nunciationibus. Tales nuptiæ sunt nullæ, ubi receptum est *Trid. sess.* 24. *cap.* 1. *de ref.* licèt, ubi non est receptum Tridentinum, vel promulgatum, nuptiæ sint validæ.

Papa est ordinarius in toto Orbe, &
2 Episcopus in sua diœcesi, *Buratt. dec.* 613. *num.* 10. Archiepiscopus non est or-
3 dinarius in tota provincia, nisi in actu visitationis, *Bossius de matrimonio cap.* 4. *num.* 14. Parochus assistens matrimo-
4 nio debet esse proprius, scilicet loci, in quo fit matrimonium, &, mutato domicilio, desinit esse proprius parochus. Domicilium quoad reddendum proprium parochum est, quod sufficit ad contrahendum: & matrimonium est contractus: adeoque parochus proprius contractus matrimonii est ille, in cujus parochia matrimonium initur, ut proprius forus ratione contractus est ille, ubi contractus fit, *l. si fundus ff. de evictionib.* Si contrahentes habitent in du-
5 plici parochia, requiritur parochus, in cujus parochia contrahitur, fœminæ, si contrahatur in ejus parochia, & viri, si contrahatur in parochia ipsius viri, nec debet uterque parochus adesse: Tridentinum enim exigit præsentiam unius parochi, *Sanch. lib.* 3. *de matrimonio disp.* 24. *n.* 2. *Amicus*, Perez, & alii. Si duo sint parochi ejusdem parochiæ, etsi habeant
6 distinctas hebdomadas, validè unus assistit, etiam altero invito, *Bossius disp.* 41 *nu.* 10.

Paro-

Parochus proprius potest valide, & 7 licite assistere matrimonio sui subditi extra parochiam, vel diœcesim, ut asserunt *Farinac. tom.2. dec.309. num.6. Palagus disp.2.punct.13.§.9. num.5. Ant. à S.S. Perez, Spin. Segura, Guttier. Zenola, Zipæus, Barbosa, Henriq. Comitolus, Sanch. Rebell. Possevin. Coninc. Dian. Layman, Boss. & Trullenc.* idque patet ex declaratione sacræ Congregationis apud *Bellarm. & Barbos. de officio parochi num.45.*& Tridentinum tantùm exigit, ut matrimonium fiat coram proprio parocho, nec dicit, intra fines propriæ parochiæ, vel diœcesis esse ineundum. Præterea assistere matrimonio est actus non exercentis jurisdictionem, sed præstantis auctoritatem ad evitandam clandestinitatem: &, si exerceretur jurisdictio, hæc esset voluntaria, quæ valet exerceri extra diœcesim, *Sanch. Coninc. & Ant. à Sp. S.* idque locum sibi vindicat, nisi statutis Episcopalibus fuerit inhibitum: Sed *Henriq.* dicit id esse lethale, quia est in præjudicium parochi loci: gratis tamen hoc asserit, quia jurisdictio voluntaria nemini præjudicat: & parochus proprius potest etiam dare licentiam alteri sacerdoti assistendi extra suam parochiam, *Guttier. Sanch. Barb. Rebell. Coninc. Boss. & Homob. nus:* nullibi enim id prohibetur. Id autem non procedit in benedictione nuptiali, quæ intra parochiam à parocho fieri debet in celebratione, ut infra explicabimus:

Vagabundus dicitur, qui nullibi ha- 8 bet domicilium: & parochus vagabundi est ille, in cujus parochia invenitur, & vult contrahere, cum non sit major ratio de uno, quàm de alio parocho, *Henriq. lib.11. de matrimonio cap.11. nu.2.* Debet tamen parochus diligenter considerare statum, & rem deferre Ordinario, & ab eo obtinere licentiam assistendi, *Trid. sess. 24. cap.7. de ref. Perez de matrimonio disp.40. sect.8. num.9.*

Parochus alter verus est, alter puta- 9 tivus. Verus est, qui habet verum titulum, & possessionem beneficii curati. Putativus est, qui creditur parochus, cum revera talis non sit: & hic vel titulum habet coloratum, vel, utpotè intrusus, caret titulo vero, & colorato. Habet sanè titulum coloratum, qui obtinuit beneficium a legitimo superiore, sed nulliter, puta ob occultum defectum irregularitatis, aut excommunicationis: & carere omni titulo dicitur, qui nunquam fuit institutus, sed se ipsum intrusit, & gerit se ita, ac si esset parochus, & errore communi ut parochus habetur. Parochus verus, & parochus, qui titulum habet coloratum, valide assistunt: nam ad pacem publicam, & ad evitanda majora damna, ecclesia tunc communicat jurisdictionem, nec est de novo matrimonio celebrandum, licèt detegatur defectus parochi, *l. Barbarius ff. de officio Prætoris, Sanch. Amicus, Caram. Tangred.* & alii. Parochum intrusum negant valide assistere *Sanch. & Boss.* quorum nobis arridet sententia: sed valide eum 10 assistere affirmant *Pontius, & Ant. à Sp. S.* & Vicarius etiam amovibilis ad nutum, & coadjutor parochi valide 11 assistit, dummodò sit coadjutor quoad illa, quæ respiciunt curam animarum, & administrationem totius parochiæ, *Sanch. Guttierez, Boss* & alii, qui referunt declarationes Sacræ Congregationis: & sunt, qui putant istos substitutos per breve tempus posse dare alteri licentiam assistendi. Ita *Sanch. & Pontius* contra *Sotum*.

Parochus non necessariò debet esse 12 sacerdos: sufficit enim, si sit parochus, *cap. licèt canon de election. Amicus de matrimonio disp.7 sect.9.* & validè assistit, licèt id ab ordinario ei fuerit interdictum: nam tunc poterit puniri, ut inobediens, sed matrimonium erit validum, *Sanch. Pontius, Guttier. Caram.* Imo validè assistit parochus excommunicatus, vel interdictus: nam revera est parochus, nec Tridentinum plus requirit, quam ut 13 proprius parochus assistat, nec ejus assistentia est actus jurisdictionis, aut ordinis, nec est actus testificationis: nam Tridentinum exigit parochum, & testes: undè parochus non venit nomine testis: imo etsi esset actus testificationis, adhuc ille admitteretur in causa matrimonii favorabili in qua omnes rationis compotes, & cæteroqui inhabiles, admittuntur in testes, *Sanch. Perez*, & alii.

Parochus quidem ipse debet assistere, 14 vel dare alteri sacerdoti licentiam assistendi, *Trid. sess. 24. de ref. cap.1.* & sufficit, si det licentiam ad exercendam curam animarum, *Perez de matrimonio section. 1. numer. 8. Tangred.* & alii. Non verò sufficit licentia administrandi sacramenta, *Sanch. Pontius*, & alii, quia parochus non ministrat, quando assistit matrimonio: id autem improbatur à *Bonac.* Tenet porrò licen- 15 tia concessa contrà prohibitionem Episcopi, vel Synodi, *Guttier. Bellar.* & alii ex *cap.2. de matrimon.* & valet etiam contra interdictum ecclesiæ: prohibitio

namque reddit actum illicitum, non actū nullum. Is, verò cui datur licentia, debet esse sacerdos, *Trid. loc. cit.* ibi: *Alio sacerdote*; nec exigitur à Tridentino sacerdos approbatus ab Episcopo, *Dicastil. disp.* 3. *num.* 69. Præsentia parochi, vel
16 sacerdotis assistentis matrimonio debet esse moralis, ac debet ipse advertere ea, quæ aguntur id enim est præstare auctoritatem, *Sanch.* 4. *de matrimonio disp.* 39. *num.* 1. *Pontius lib.* 5. *de matrimon. cap.* 21. *num.* 8. *Trullenc.* & alii: idque patet ex *Trid. loc. cit.* ibi: *Intellecto consensu*: & sufficit præsentia etiam parochi inviti, & claudentis oculos, & nolentis audire, si intelligat, quæ aguntur: & intelligere dicitur eo ipso, ac dicit se nolle attendere, *Boss. de matrim. cap.* 7. *num.* 3. Tridentinum enim tantùm exigit præsentiam humanam, non approbationem parochi, *Boss loc. cit. cap.* 1. *num.* 33. *in fin.* Parochus verò, & testes debent videre
17 contrahentes, ali às res exponeretur dolis, & non possent de veritate deponere, & unus posset loqui pro alio reluctante, & tacente, & ita eludere finem Tridentini exigentis præsentiam ad cognoscendum mutuum consensum contrahentium.

Ad matrimonium validè contrahen-
18 dum requiruntur saltem duo testes contestes mentis compotes, simul cum parocho moraliter præsentes tempore, quo contrahitur matrimonium, *Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 1. *Boss. Barbos. Pontius*, & alii. Testes verò non debent esse rogati, *Pe-*
19 *rez de matrim. disp.* 40. Tridentinum enim solùm exigit moralem præsentiam humanam: & testes idonei sunt, licèt incerti, & fortuitò inveniantur: nec debent esse omni exceptione majores, *Sanch. Zerola, Guttier. Barbos. Ben.* & alii contra *Molinam lib.* 1. *de ritu nuptiarum num.* 64. Nam, quando jura volunt, ex-
20 pressim requirunt testes omni exceptione majores: & in *cap. super eo de sponsalibus* admittitur fœmina ad probandum matrimonium: & in *c. in literis de testibus* domestici, & amici matrimonium probare dicuntur. Cum verò agitur de dissolvendo matrimonio, testes
21 debent esse omni exceptione majores, *Sanch. Genuensis*, *Grat.* Nam dissolutio est causa gravis, & maturiùs tractanda, ut infra latiùs enucleabimus *in titulo de divortio sub num.* 7.

Denunciationes requiruntur, non ut
22 validè, sed ut licitè matrimonium contrahatur, *Trid. sess.* 24. *cap.* 1. *de ref. Buratt. dec.* 530. *num.* 15. *Cævallos communium contra commun. qu.* 679. *num.* 12. & sunt
23 faciendæ ter in tribus diebus festivis in ecclesia a contrahentium parocho, vel ab alio sacerdote de licentia parochi: & si contrahentes sint duarum parochiarum, utrobique sunt faciendæ dunnunciationes, *Guttierez de matrim. cap.* 56. *num.* 50. & eas posse etiam fieri
24 extra parochiam, & extra ecclesiam, ubi populus confluit, etiam diebus ferialibus, asserunt *Sanch. Villalob. Guttier. Bonac.* & *Dian.* contra *Pontium*, & *Perez*, quia tunc servatur finis Tridentini, ut melius detegantur impedimenta. Factis
25 denunciationibus posse differri matrimonium usque ad quatuor mens es, ajunt ex Sacra Congregatione *Rebell.* & *Gabbassut.* alii verò dilationem ad duos menses coarctant: alii eam remittunt in arbitrium Episcopi, *Pontius lib.* 5. *cap.* 20. *nu.* 10. Omittere denunciationes
26 est lethale peccatum, *Trid. sess.* 24. *cap.* 5. *de ref.* ibi: *Salubria præcepta*; sed si nullum certè sit impedimentum, tunc venialis esset omissio ob levitatem materiæ, quia cessaret finis denunciationum, *Sotus*, *Ledesma*, & alii: & omittere unam denunciationem esse veniale probant *Sanch. Dian.* & *Urtad.*

Episcopus potest dispensare in istis de-
27 nunciationibus ex causa rationabili, *Trid. sess.* 24. *de ref. cap.* 1. Causa verò dispensandi est, ne matrimonium dolosè impediatur, *Trid. loc. cit.* & si fiat inter personas, inter quas non est impedimentum, & si ex denunciationibus sequeretur verecundia contrahentium ob inæqualitatem, vel incurreretur periculum animæ, corporis, aut rei familiaris, vel immineret tempus adventus, quadragesimæ, & quævis alia causa rationabilis, & etiam commoditas contrahentium, *Urtad. disp.* 5. *diff.* 19. *num.* 3. & 7.

Impedimentum autem vel est occul-
28 tum, vel publicum. Sciens impedimentum infamans, putà affinitatem ex incestu, vel ex alio delicto, puta ex homicidio, debet paternè præmonere, ut
29 reus se abstineat à nuptiis, vel impetret dispensationem: Si verò quis præmonitus nolit resipiscere, tunc ei non est succurrendum ex charitate: & ipse parochus valet impedimentum opponere,
30 nemine denunciante, *Guttier.* 2. *part. practicar. qu.* 3. *num.* 9. *cap. fin. de desponsat. impuber.* &, oppositio impedimento, prohibet iniri nuptias, Jones ab Episcopo cognoscatur de existentia impedimenti. Sciens verò impedimentum ex auditu,
31 si oblivioni mandaverit, vel non cognoscat illum, à quo audivit, non tenetur denunciare, *Guttier. Sanch.* & alii:

nam

nam non probat, *c. licet ex quodam de testibus*, & qui sibi timet inferre grave damnum, vel scandalum, non tenetur denunciare, *Navar. cap. 22. num. 83. Palag. tom. 5. disput. 2. punct. 12. §. 6. num. 5. Guttier. de matrimonio disput. 79. num. 4. Sà ver. matrimonium num. 23. Perez de matrimonio disput. 43. sect. 6. num. 3. Sanch. 3. de matrimonio disp. 13. num. 5. Bossius de matrim. cap. 7. num. 159.* ubi plures allegat: & quidem is, qui hujuscemodi timore detinetur, non debet nec jure divino, nec humano, denunciare: nam lex humana cum tanto onere non adstringit, *cap. erit dist. 4. l. quod favore ff. de legib.* Hinc non tenetur denunciare is, 33 qui se infamaret, vel suam familiam, denunciando crimen, aut consanguinitatem ex suo flagitio subortam, *Comitolus lib. 1. qu. 112. Pontius lib. 5. cap. 34. n. 8.* nec 34 frater teneretur propalare affinitatem ortam inter fratrem, & fœminam à se cognitam cum periculo vitæ suæ, vel alterius fratris, vel carcerum: & nemo tenetur denunciare impedimentum di- 35 rimens contrahentibus ignotum, si denunciando non speretur correctio, & timeatur eos copulam simul fore habituros cum peccato, quia tunc cessat finis denunciationis, tollendi scilicet peccatum, & denunciando pullularet timor peccati.

Parens sciens impedimentum occultis- 36 simum consanguinitatis ignotum contrahentibus non tenetur denunciare, *Perez de matrim. disp. 43. sect. 6. num. 7. Pontius l. 5. de matrim. disp. 34. num. 5.* & contrahentes non peccant ob bonam fidem, filiique nascituri sunt legitimi. Pater itaque sacrilegus duorum contrahentium non tenetur illorum consanguinitatem illis omninò occultam denunciare, ne se infamet, exponatque periculo pœnæ, & non profit.

Contrahentes matrimonium clande- 37 stinè peccant, & puniri valent: & parochus assistens nuptiis clandestinis punitur arbitrio ordinarii, *Trid. sess. 24. cap. 1. de refor.* Præterea contrahentes non præmissis denunciationibus amittunt spem obtinendi dispensationem, si fortè matrimonium sit nullum ob aliquod impedimentum clandestinum, quam spem non amittunt contrahentes cum debitis sollemnitatibus, *Trid. sess. 24. cap. 5. de refor.*

CAPUT LVIII.

De liberorum, servorumque coniugio, & assensu nuptiis præstando.

SUMMARIUM.

Filius familias de jure civili sine consensu patris, eoque invito, nullas valet contrahere nuptias 1. Aliter procedit de jure canonico 2. Nubens invito patre peccat 3. Servitus qualiter nullum reddat matrimonium 4. ubi distinguuntur casus.

Furiosus matrimonium contrahere non potest, & quare 5. Non debet pronunciari per judicem super validitate, vel invaliditate matrimonii, nisi prius exhibeatur judicialiter furiosi persona 6. Quisnam verè furiosus dicatur ad enucleationem cap. dilectus filius de sponsalibus, & matrimonio *num. 7.*

In dubio furiosus quis non præsumitur 8. & quænam requirantur pro inducenda probatione furoris, præsertim pro annullando matrimonio, ibidem.

Matrimonium cum dispensatione ab impubere contractum qualiter possit per dissensum, statim adveniente pubertate dissolvi 9.

Si agnati nolint consentire alicui matrimonio, potest puella adire judicem, qui, inspecta viri qualitate, & circumstantiis, cogat cognatos ad præstandum assensum 10.

Mutus, & surdus possunt matrimonium contrahere 11.

Statutum, vel præceptum testatoris, quòd matrimonium non valeat contrahi sine consensu aliquorum, non tenet 12.

FIlius familias sine patris consensu, eoque invito, nullas olim contrahebat 1 nuptias, *c. videtur qui matrimonium accusare possunt, l. Paulus 11. ff. de statu homin. l. dissentientis 5. C. de repudiis.* Jure verò canonico validè contrahit 2 nuptias, etiam patre invito, *Bellarm. Guttierez*, & alii contrà *Collegium juridicum Argentoratense lib. 23. pandectarum tit. 2. num. 5.* malè ajens jus pontificium fræna laxare libidini, tollere obsequium præstandum parentibus, præbere causam illudendi parentes: sed postea concludit, interim servandum esse, ubi viget: & quidem, si servandum est, ubi viget, non potest dici causa tantorum malorum, cum lex servanda non possit esse causa malorum, nec sternere viam nequitiæ: & matrimonium est sacramentum, in cujus susceptione non

consideratur patria potestas, maxime quia est electio status, in qua electione filius censetur sui juris naturalis, quo jure non consideratur patria potestas, quæ est juris civilis: idque patet ex *Trid. sess. 24. de ref. c. fin.*

Filius tamen nubens invito patre pec-
3 cat, etiamsi non sit filius familias, si pater sit rationabiliter invitus: Nam patris est munus filiis prospicere, & curam illorum habere: & filius non debet inhonorare patrem, sed ei debet obtemperare, *Deuteron. 3. cap. honorantur 23. qu. 2. c. 1. de desponsat. impuberum*: & patris est collocare filiam, *eccl. 7.* ibi: *Da filiam tuam viro prudenti*; *l. fin. C. de dotis promiss.* Sed de hac re alibi, & pluries latior sermo fuit.

Subjectio servilis, quæ hic sumitur
4 pro servitute jure humano introducta, annullat matrimonium inter liberum, & servam, si liber servitutem ignoret, *c. 1. & 2. de conjugio servorum*. Si verò liber sciat alterius servitutem, tunc tenet matrimonium, ceditque ille juri suo, *c. si quis 29. qu. 2. c. final. de conjugio servorum*: & si serva acquirat deinde libertatem, & vir illam cognoscat, tunc matrimonium reconvalescit, *cap. proposuit 2. de conjugio servorum*: idque locum obtinet, si vir eam cognoscat maritali affectu, *Coninc. disput. 2. dubio 31. num. 16.* Si servus nubat, domino invito, tenet matrimonium, *c. 1. de conjugio servorum*: & si dominus consentiat purè, ut servus contrahat cum libera, ignorante servitutem, tunc servus fit liber, & matrimonium tenet, *auth. ad hæc C. de latina libertate tollenda, auth. de nuptiis collat. 4. Sanchez 7. de matrimonio disp. 20. n. 14.* & quòd matrimonium cum servis de jure civili celebrari non possit, docet *Affict. dec. 203. num. 2.*

Matrimonii fœdus non nisi assentientibus iis, qui illud ineunt, firmum, validumque putandum: & furiosus matrimonium contrahere non potest, quia
5 consensu caret, magis errat, quàm judicat, tenebras lucem esse existimat, & in totum absentis, & quiescentis loco habetur, *l. 2. §. neque furiosus ff. de jure codicillorum, glos. in l. ea quæ C. quomodo, & quando judex, l. humanitatis C. de impuber. l. filius familias ff. de testamentis, l. sed si unius §. filius ff. de injuriis, §. nuptias collation. 4. authen. de nuptiis, l. nuptias ff. de reg. juris, tex. & glos. in c. dilectus filius extra de sponsalibus, & matrimonio, c. neque furiosus, cap. hi qui 32. quæst. 7. cap. quamvis 7. quæst. 1. & cap. judicas 3. quæst. 9. Hostiensis in cap. ex literis extra de sponsal. Abb.* communiter Canonistæ *in dict. cap. dilectus filius, & Crotus cons. 5. num. 23. Ludovicus decis. Rota* penes *Stephanum decis. 228. Thesaurus decis. 130. & Maceraten. dec. 43.* Probat autem *Episcopus Riccius in secunda parte decisionum Archiepiscopalium dec. 1.* cau-
6 telam dat judici, ut nunquam pronunciet super validitate, vel invaliditate matrimonii, nisi prius exhibeatur judicialiter furiosi persona, & facta oculari inspectione, recipiantur etiam attestationes Medicorum, quibus standum est: & ita refert pluries decisum per dictam Archiepiscopalem Curiam de mente prædictorum doctorum jam relatorum.

Habemus autem in jure amentem, de-
7 mentem, mentecaptum, fatuum, fanaticum, fascinatum, & furiosum: sed quia termini prædicti, licèt inter se aliquam connexitatem habeant, valdè differunt, & in jure verba accipienda sunt secundùm propriam, & veram significationem, *l. final. C. de his, qui veniam ætatis impetraverunt, l. prima*, ubi *glos. ver. inter fanaticos ff. de ædilitio edicto, l. congruit ver. plecteretur in glossa ff. de officio Præsidis, § furiosi institutionibus de curatore, l. Fulcinius §. adeò in fine ff. ex quibus causis majores, l. si curatorem habens C. de in integrum restitutione, Bart. in l. is cui bonis ff. de verborum obligationibus*; ideò, omissis aliis, de termino furiosi, quo utitur S. P. *in c. dilectus filius* videndum erit, & consideranda Abderidarum Senatus epistola Hippocrati scripta pro curando Democrito, quem cives Abderitæ furiosum esse non rectè existimabant, ex eo quia in solitudine vitam ducebat in mœstitia, solus ipse loquebatur, mundana omnia pro nihilo habebat, dum flendum erat, ridebat, &, ordine turbato, potu, & cibo vescebatur, & sæpe sæpius interrogatus responsa non dabat. Cum autem Hippocrates Democritum vidisset, ejusque actus, verbaque omnia perpendisset, apertissimè adseruit, quòd licet homines communem usum contemnentes apud quamplures pro insanis, & furiosis reputentur, re vera magis atrabile perciti sunt, & sic veratrum pro curanda insania assignatum non esse Democrito porrigendum, quia sanum infirmabat, & infirmum roborabat: *& in epistola ad Damagetum* idem *Hippocrates* scriptum reliquit, quòd Senatus ille ob nimium amorem, quem erga philosophorum facilè principem gerebat, ipsum furiosum esse existimavit, sed vana fuit

opinio

opinio atteſtatione peritorum, ut fuit *Hippocrates* : unde Democritus ſanus mente, & corpore habitus fuit. Furoris autem pleraque ſigna recenſentur *in d.c. dilectus filius, in cap. aliquos, cap. illud, & cap. ſi quis inſaniens* 15. *quæſt.* 1. & in *l. ſi cum dotem* §. *ſi maritus*, ubi *gloſſ. ff. ſoluto matrimonio* : Furioſi dicuntur, ut in *dict. cap. aliquos*, ſi fuſte, ferro, & morſibus noceant, vel alios occidant: & mala re vera ſunt, quæ crimine mentem implicant, *cap. illa cavenda* 15. *qu.* 1. Huic canonicæ diſpoſitioni adhæret communis DD. ſchola *in dict. l. ſi cum dotem* § *ſi maritus*, *Bald. in l. ſi furioſi C. de nuptiis*, *Alex. conſ. 54. num. 3. vol. 1. Jaſon*, & alii *in l. ob quæ vitia ff. de ædilitio edicto*, *Angel. in* §. *præterea num. 5. lit. A. quibus non eſt permiſſum facere teſtamentum* : & furioſus dicitur, qui panem, & lapides projicit, cujuſque omnes ſocietatem fugiunt, ita ut omnibus ſit horribilis, alios verberet, & in propriam perſonam ſæviat, *dict.* §. *ſi maritus*, *Romanus*, & *Angelus in l.* 2. cum ibi notatis *C. de judæis*, *gl. ſ. in c. final. de ſucceſſ. ab inteſtato*, ubi individualiter legitur, ad hoc ut matrimonium per furorem dirimatur, requiri mentionata ſigna furoris: nam aliàs, ſi ea ſigna non adſint, furor non dicitur horribilis, & proindè concludit *gloſſa in dicto* §. *ſi maritus ver. fortuitis* ferendum eſſe, ut mulier tam proſperitatis, quàm infortunii ejus viri particeps fiat.

Vitia autem furoris ſunt corporis, & animi, corporis quoad demonſtrationem, & animi quoad conceptum, *l. 4. verſ. & videamus ff. de ædilitio edicto* : & ſic quoties ſigna prædicta à jure ſtatuta pro cognoſcendo furioſo expreſsè in aliquo non cernuntur, nunquam talis furioſus exiſtimandus eſt : furor enim in actis extrinſecis conſiſtit, & ſic patet ad ſenſum oculi, qui circumduci non poteſt, *Ancharanus conſ. 299. Paviſius conſ. 53. lib. 4. nu. 63. Menoch. de arbit. caſu* 116. & alii. Summa itaque ratione ſtatutum eſt, verè furioſum per demonſtrationes jam explicatas cognoſci, & judicari, ut ait *gloſſ. in* §. *novimus collat.* 6. *authen. quibus modis natur. &c. verſ. vehementius* :

Igneus ille furor neſcit habere modum.

Juris quidem præſumptione in dubio quis furioſus non præſumitur, neque aliquo morbo laborare : ſanitas enim naturaliter omnibus ineſt, & proindè morbus, uti naturæ contrarius, ſpecifica probatione opus habet, adeò ſanè, ut magis credatur teſtibus dè ſanitate deponentibus, quàm aliis morboſum aliquem eſſe teſtantibus, *Alciat. de præſumptionibus præſumpt.* 38. *reg.* 1. *tom.* 4. *l. non codicillum C. de teſtamentis*, *l.* 2. *C. qui teſtament. facere poſſunt*, *Jaſ. in l. furioſum C. eodem*, *gloſ. in cap.* 1. §. *dict. Pariſius*, & *Anchar. dict. conſ.* 53. & *conſ.* 299. *l.* 1. §. *ſed ſciendum ff. de ædilitio edicto* ibi : *Morbum apud Sabinum ſic definitum eſſe, habitum cujusque corporis contra naturam*. Notat autem Jureconſultus valde errare, qui vitia alicujus pro morbo exiſtimat: quiſque enim, natura ipſa ad malum declinante, vitio aliquo abundat. Unde ſtatutum eſt antiquum adagium, quo exprimitur, quemlibet ſuo furore torqueri : & furor pro naturali vitio accipitur, ut ſunt propriæ paſſiones, & animi motus, *d. l.* 4. *in principio ver. & videamus ff. de ædilit. edicto*, *dict. cap. uſque adeò diſt.* 33. *c. illa cavenda* 15. *quæſt.* 1. *cap. ſanè* 15. *quæſt.* 1. & auctor ethicorum *in lib.* 5. Ad rem facit *text. in cap. dilectus filius extra de ſponſalibus*, & *matrimonio*, ubi dicitur, quòd quidam filiam ſuam in matrimonium dedit N. N. qui furore continuo laborabat, & ſic cum eo morari non poterat, & propter alienationem furoris legitimus non potuerat intervenire conſenſus. Notanda ſunt illa textus verba : *Continuò morari non poteſt, & non potuerat intervenire conſenſus*. Verbum illud *continuò* habet tractum ſubſequentem, ita ut non ſufficiant plures interpellatæ vices : illaque verba *morari non poteſt* requirunt ſigna humanam ſocietatem non tolerantia, ut ſunt ſupra expreſſa atrocitatem denotantia, ita ut abſque evidenti vitæ periculo commercium haberi nequeat: & alia verba *non potuerat intervenire conſenſus* ſpecificant coarctatam qualitatem in tempore contracti matrimonii: nam ſi ante matrimonium fuiſſet furioſus, vel poſt ipſum contractum in furorem incidiſſet, non per hoc irritatur actus, & annullatur matrimonium, *gloſſ. in dict. cap. dilectus filius*, *tex. in d. l. ſi cum dotem* §. *ſi maritus ff. ſoluto matrimonio*, ubi per extenſum habentur ſigna furoris : & concordant *l. qui fuere ff. de ſtatu hominum*, *l. furor ff. de ſponſalibus*, *l. Divus ff. de officio Præſidis*, *l. pen. C. de curatore furioſi*, *Covar. dict.* 2. *part.* à *num.* 6. *cap. final. de renunciation. in* 6. & *l. dolum C. de dolo*, *Corneus conſ.* 21. *vol.* 4. & ex his habetur, quòd furioſus de præterito non dicitur furioſus in præſenti : & concludunt in puncto DD. quòd non præſumitur quis in furore perſeverare.

Bart.

Bart. in l. 2. C. de bonorum possessione infanti delata, *Covarr.* ubi supra, *Ancharan. in clem. 1. de homicidio*, *Bertacchinus dict. cons. 48. num. 24. Crotus dict. cons. 5.* & benè ait *gloss. in dict. cap. dilectus filius* verisimilem non esse, virum furiosum fuisse tempore contracti matrimonii, & mulierem cum ipso voluisse contrahere: *Magis enim ipsa fuisset stulta* (sunt verba *glossæ*) *nam qui cum furente non furit, verè furit*. Imò si furiosus habuerit lucida intervalla, adhuc contractum matrimonium tenet, & validum est, *cap. indicas 3. qu. 9. cap. cum dilectus de successione ab intestato*, *glos. in l. Divus ff. de officio Præsidis*, & *l. pen. C. de curatore furiosi*, *Covarruv. ubi supra*, *DD. in l. 1. ff. de itinere, actuque privato, cap. hi qui matrimonium 32. quæst. 7. l. illud ff. de injuriis, l. pen. §. ult. ff. ad l. Pompejam de parricidiis*, *Menoch. de arbitrariis casu 325. Molin. de just. & jur. tom. 4. tract. 3. disput. 38. Caballus resolut. criminal. de omni genere homicidii num. 179. c. venter 35. dist. Barbos. de officio, & potestate Episcopi allegat. 28. num. 6.* & est singularis doctrina *glos. in cap. sicut primo de regularibus in verb. extra mentem*, ubi ait, quòd si furiosus tempore facti voti furore agitabatur, & monachali fuit habitu indutus, si deinde spontaneè professionem emisit, non obstat allegatus furor: & ea ratione id dicit *glos.* quia ex actu subsequenti confirmatur antecedens. Huic doctrinæ *glos.* consentanea est doctrina *Abbatis in cap. dilectus filius nu. 5.* & *Hostien. in cap. ex literis 2. de sponsalib.* qui asserunt, quòd, si mulier contrahat cum furioso, & post contractum matrimonium cum tali furioso consenserit, puta patiendo matrimonium consumari, & in ejus figura habitando more maritali, matrimonium contractum & legitimum, & solemne remanet, quia ad validitatem matrimonii non requiritur, quòd consensus sit simultaneus, sed sufficit, quòd unus consentiat per prius, & alter subsequatur in proposito consentiendo ex post facto, *glos. in l. consensus ff. de actionibus*, & *obligationibus*, & *in l. 1. ff. de contrahenda empt. Specul. in tit. de sponsalib. 1. columna*: nam licèt responsio alterius ex contrahentibus sequi debeat in continenti, & immediatè continuando actum, ex *l. 1 ff. de verbor. oblig.* & hoc de jure verissimum sit; tamen notant prædicti DD. quòd hoc magis est de subtilitate juris: & proinde in praxi, & aliquo contingenti facto, de benigna interpretatione, & æquitate, amplectenda, & recipienda est doctrina *Abb.* & *Hostiensis*, prout videre est [illegible] *in l. cum prolatis in fin. ff. de re* [illegible] apud *Jo. Andream in dict. cap. ex literis* & *in d. c. dilectus filius*: & fuit etiam rem declaratio Sacræ Congregationis ad textum Sacri Concilii Tridentini *sacramento ordinis sess. 23. c.* [illegible] nam super dubio, an furiosus rite promoveatur ad subdiaconatus ordinem, & an ipso jure valida, vel invalida sit collatio, vel potius annullanda; sacra Congregatio per hæc verba respondit: *Aut tempore suscepti ordinis agitabatur*, & *non tenere collationem*, *nisi ante furorem intentionem suscipiendi ordinem habuerit*; *aut non constat*, *si sanæ*, *vel insanæ mentis promotus tunc erat*, & *tunc in dubio tenere*, & *valere collationem*: De matrimonio autem dubio loquitur *tex. in cap. juvenis 3. extra de sponsalib.* verba cujus sunt hæc: *In his*, *quæ dubia sunt*, *quod certius existimare debemus tum propter honestatem ecclesiæ*, *quia ipsa conjux illius fuisse dicitur*, *tum propter prædictam dubitationem*.

9 Matrimonium cum dispensatione ab impubere contractum potest per dissensum ipsius statim, adveniente pubertate, dissolvi, nisi, sequuta pubertate, matrimonium per taciturnitatem ratificasset vel per oscula, amplexus, copulam, munera, aut alio modo, *Staib. 2. forens. 161. num. 3.* & *seq.* & stante juramento, impubes, qui matrimonium contraxit, servata forma Concilii Tridentini, factus pubes matrimonium denuò debet contrahere coram Parocho, & testibus, *Staib. cit. resol. 161. num. 44.*

10 Si agnati nolint consentire puellæ, ut matrimonium contrahat, ea potest adire judicem, qui, inspecta viri qualitate, & circumstantiis, cogat agnatos ad præstandum assensum, *de Luca ad Franch. dec. 455. num. 3.*

11 Mutus, & surdus possunt matrimonium contrahere, si consensum ostendant, *Didacus de Mari* ad *Gizzarell. decis. 26. num. 6.*

12 Statutum, vel præceptum testatoris, quòd matrimonium non valeat contrahi sine consensu aliquorum, non tenet, & est contra ordinationem *Trid. sess. 24. de reform. cap. 9. Gizzarel. dec. 62. num. 6.* ubi addentes: sed de hac re latior sermo fuit *tom. 6. tit. de conditionib.* & alibi.

De conjugio, & conjugibus tractant *Rodeumburg.* qui ea de re integrum tractatum composuit, *Davit. in geograph. tom. 1. pag. 465. Theatr. vit. hum. tom. 8. pag. 155. col. 2. Megalius to. 1. prompt. pag. 709. Sà in aphor. confess. pag. 95. Rubeus*

huj in aphorif. Epifc. pag. 142. Bayas in theatr. theolog. pag. 462. Crefpetius in fumma pag. 205. Urfin. de divin. offic. pag. 177. Nicolius in flofc. pag. 175. Leander tom. 3. pag. 105. Molfefius in fumm. pag. 616. Nicolius tom. 2. pag. 169. Crefpetius in fumma pag. 205. De conjugii claritate agit *Petrarc. dialog. 65.* & præcepta conjugalia tradidit *Plutarchus*.

CAPUT LVIII.

De religiosa conjugum professione.

SUMMARIUM.

Matrimonium ratum, & consumatum non solvitur per professionem factam in religione num. 1.

Filius natus ex conjugibus professis est legitimus 2.

Maritus si de licentia uxoris profiteatur, uxor tenetur religionem ingredi, vel continentiam vovere 3. & de cujus licentia id facere debeat 4.

Vir si professus sit, qualiter repetatur ab uxore manente in sæculo 5.

Matrimonium ratum, & non consumatum potest solvi per professionem 6.

Matrimonium quando sit consumatum, vel tantùm ratum 7.

Matrimonium ratum, & non consumatum non solvitur per vota simplicia Jesuitarum 8.

Sancti plures fuerunt de matrimonio vocati ad perfectiorem vitam 9.

Matrimonium non dicitur consumatum, si copula fuerit ante matrimonium 10.

Maritus professus, uxore invita, tenetur ad eam redire, &, uxore mortua, non potest aliam uxorem ducere 11.

Vir uxoratus si fiat Summus Pontifex, an possit repeti per mulierem 12.

Conjux si fiat professus absque licentia alterius conjugis, tenetur ab ipso revocatus redire: & post mortem conjugis ad religionem an ingredi teneatur 13.

Conjux non potest ad religionem ingredi, altero manente in sæculo: sed si alter sit senex, & sterilis sine suspicione incontinentiæ, potest in sæculo manere cum voto castitatis 14.

Sterilitas in muliere ad effectum remanendi in sæculo qualiter accipiatur, & qua in ætate mulieres, vel viri dicantur steriles 15.

Vir conjugatus non est promovendus ad sacros ordines, nisi uxor voveat castitatem, & quando desideretur ingressus ejus in religionem 16.

Matrimonium iuire potest, qui fuscepit ordines minores, sed si habeat beneficia, illis privatur: & an ipso iure privetur 17.

Vir uxoratus non potest fieri Episcopus, nisi mulier fiat professa alicujus monasterii, & quid, si fiat Cardinalis 18.

Matrimonium dissolvitur per ingressum religionis, si non fuerit consumatum, & debet ingressus fieri intra bimestre 19.

Matrimonium ratum an dissolvatur per ingressum in religionem S. Ioannis Hierosolymitani 20.

Matrimonium ratum non dissolvitur per votum religiosorum S. Jacobi Calatravæ, Alcantaræ &c. 21.

Matrimonium ratum non dissolvitur per vota à tertiariis, & bizochis emissa 22.

Tempus bimestre ad ingrediendum in religionem an possit à judice coarctari in matrimonio rato 23.

Matrimonio inito, & non consumato, an bimestre currat religioso de una ad aliam religionem transeunti 24.

Bimestre ad ingrediendum in religionem à quo tempore currat 25.

Bimestre tempus an possit, causa cognita, restringi 26.

Papa an possit dispensare in matrimonio rato 27.

Uxoratus quando possit in religionem recipi 28.

Uxoratus si profiteatur, non servatis requisitis, & exeat à monasterio, mortua conjuge, non tenetur iterum profiteri 29.

Vir professus quando, & qualiter revocetur ab uxore 30.

Uxoratus si profiteatur, post uxoris mortem an cogatur in religione stare 31.

Uxor si voveat perpetuam continentiam, & vir non, sed præstet consensum ad tempus, debent se invicem maritali affectione tractare 32.

Professus si sit uxoratus, non potest propria authoritate religionem deserere 33.

Sponsalia de præsenti solvuntur per professionem in religione 34.

Maritus si fiat professus ob adulterium uxoris, non potest adultera eum revocare 35.

Uxor decepta, marito consentiens, ut profiteatur, si fornicetur deinde, & post fornicationem petat virum, non est audienda 36.

Uxor potest virum professum repetere, etiamsi de sui licentia professus sit, sed ex metu gravi 37.

Uxor manens in sæculo, si viro dederit licentiam profitendi, an teneatur profiteri 38.

Uxor

Digitized by Google

Uxor ob adulterium detrusa in monasterium, emendata deinde, si maritus nolit eam recipere, tunc in claustris collocanda est 39.
Conjuges si promittant insimul continentiam, & unus eorum profiteatur, non potest eum alter repetere 40.
Calor iracundiæ quando proveniat ex justa, vel injusta causa, & quid operetur 41.
Conjux infidelis amittit per infidelitatem jus habendi conjugem fidelem, sed poterit fidelis ad monasterium transire 42.
Conjux fidelis à viro infideli divertit, causa cognita per Episcopum 43.
Licentia Episcopi in dimissione conjugis ob ingressum religionis qualiter requiratur 44.
Licentia ingrediendi monasterium monialium qualiter concedatur mulieribus nuptis 45.
Licentia qualiter fuerit in hac materia declarata in diœcesi Salamantina 46.
Licentia impediendi monasteria monialium qualiter concedatur fœminis nuptis in Italia 47.
Matrimonium ratum, & non consumatum non dissolvitur ob susceptionem sacri ordinis 48.
Matrimonium ratum, & non consumatum non dissolvitur per vota simplicia Jesuitarum 49.
Mulier an sit cogenda, ut monasterium ingrediatur, quando maritus recipit sacros ordines 50.
Cogi non potest quis præcisè ingredi religionem, sed interdum cogi potest causativè 51.
Sterilis, & non suspecta de incontinentia, quando dicatur mulier 52.
Maritus non potest ad sacros ordines promoveri sine licentia uxoris 53.
Cum licentia Episcopi tantùm an uterque conjux possit ingredi in religionem 54.
Regulares sunt exempti à potestate Episcopi, nec possunt per censuras puniri, exceptis quibusdam casibus in Tridentino expressis 55.
Regulares sunt exempti notoria exemptione ab authoritate Episcopi 56.
Licentia Episcopi jure antiquo canonico quare sufficeret ad ingressum in monasterium 57.

VIri, atque uxores, si cum debitis conditionibus religionem ingrediantur,
1 postquam emiserint solemnem professionem, remanent verè uxorati, quia cum matrimonium fuerit validè initum, & consumatum, per solemne votum religionis non dissolvitur, & verè remanet inter conjuges vinculum matrimonii, & solùm separantur quoad torum, & habitationem, & petitionem, ac solutionem debiti propter emissam solemnem professionem, ut post alios probat *Bartholomæus à Sancto Fausto lib. 5. de tribus votis quæst.* 116. &
2 hinc sequitur, quòd si ab illis contingat filium procreari, ut accidit in Italia tempore Alexandri VII. talis filius erit legitimus, & naturalis, quia adest matrimonii vinculum, sed suspensum per vota. Ita post alios probant *Tancredus de matrimonio tom. 2. lib. 7. quæst.* 32. *Fridericus de Senis conf.* 37. *in fine*, & *Basilius Pontius de impedimentis matrimonii cap.* 19.

Si autem vir de licentia uxoris in-
3 grediatur, & profiteatur religionem, uxor etiam tenetur religionem intrare, vel promittere perpetuam castitatem, & si hæc nolit facere, vir est revocandus à Monasterio per Episcopum, ut colligitur *ex cap.* 1. *de converſ. conjugatorum*, ubi communiter DD. *Faustus lib. 5. qu.* 67. idque procedit, quando is, qui facultatem tribuit alteri religionem ingrediendi ignorabat, se debere ingredi religionem, vel continentiam vovere. At si de hac scientiam habuerit, compelli poterit ad ingrediendum, *Sanch. lib. 7. disp. 33. num.* 14. *Pontius de impedimentis cap. 9. §. 1. vers. sed quid*, *Barbosa in cap. 1. num.* 20. Ex verbis autem, quæ habentur in *dict. c. 1. de converſ. conjug.* ibi: *Ignorante Episcopo*; arguitur expressè, quòd, ut sit licitus ingressus
4 unius ex conjugibus post matrimonium consumatum in religionem, est necessaria licentia Episcopi: quod etiam deduci posse videtur *ex cap. si vir*, & *uxor* 27. *quæst.* 2. ibi: *Si vir, & uxor divertere pro solo religioso interesse consenserint, nullatenus sine Episcopi conscientia fiat*: & sic requirit textus Episcopi licentiam, ut dicunt *Hostiensis in cap. cum sit num.* 3. *sub verbo permittat de converſ. conjugatorum*, & *in cap. uxoratus num.* 1. *sub verb. publicè* eodem *titulo*, ubi *Joannes Andreas num.* 1. *Ancharenus num.* 1. *notabili* 3. *Butrius num.* 4. *Zabarella in fine*, *Majolus de irregularitate lib.* 1. *cap.* 4. *num.* 50. ubi ait, ad conjugum conversiones validandas decretū Episcopi requiri. Alii verò dicunt Episcopi licentiam non esse necessariam ad professionis validitatem, sed solùm requiri, ut licitè fiat, non tamen, ut fiat validè, quia in *d. cap. si vir* requiritur

gritur talis licentia, sed non irritatur professio aliter facta: idque etiam aperte colligitur ex c. *cap.* 1. *de convers. conjugatorum*, ubi dicitur, virum, qui, ignorante Episcopo, de licentia uxoris professus est, revocandum non esse, si uxor voverit castitatem: Hinc autem infertur defectum licentiæ Episcopi nil officii profitenti: & ita docent *Glossa in d. cap. si vir in verbo conscientia*, ubi *Anchoranus num.* 1. *Bellamera num.* 2. *Turrecremata num. unico*, & *in d. cap.* 1. *de convers. conjugat.* Id ipsum dicunt *Innocentius*, *Joannes Andreas*, & alii: nec aliter sentiunt *Sanchez lib.* 7. *disput.* 32. *num.* 3. & *Basilicus d.* §. 1. Verum tamen est, quòd, si aliquis, uxore consentiente, & perpetuam continentiam promittente, religionem intraverit, ac professionem fecerit, in qua longo tempore perstiterit, præsumitur authoritate Episcopi intrasse, ad notata per *Mascardum de probat. resol.* 1316. *n.* 10. & *Fagnanum in d. cap.* 1. *de convers. conjugat.* Quid verò hodiè sit practicandum, infra dicemus.

Quia verò in *d. cap.* 1. habetur, quòd
3 vir potest, & debet de monasterio revocari, DD. dicunt, quòd non jure actionis ad petitionem alterius conjugis debet revocari, sed judicis officio, cujus est consulere periculo incontinentiæ conjugis in sæculo relicti, dum illud imminere videtur. Ita *Sanchez lib.* 7. *disput.* 33. *a num.* 18. *cum sequentibus*, *Barbosa in d. cap.* 1. *in fine*, & *Tancredus lib.* 7. *de matrimon. disp.* 34. *per totam*.

Quando matrimonium est tantùm
6 de præsenti ratum, & non consumatum, poterit unus ex conjugibus ad religionem, & alter ad secundas nuptias transire, quia nō fuerunt effecti una caro, ut habetur in *Concilio Lateranensi part.* 5. *cap.* 1. Vinculum itaque matrimonii rati dirimitur solemni professione conjugis: & conjux remanens in sæculo est omnino à vinculo solutus, & potest liberè ad alias nuptias transire, ut definitum fuit in *Concilio Tridentino sess.* 24. *de reform. cap.* 6. *Barbosa in rubrica ff. soluto matrim. part.* 2. *num.* 73. *Guttierez canon. lib.* 1. *cap.* 17. *num.* 2. & *in tract. de matrim. disput.* 18. *num.* 3. Matrimonium autem reputatur ratum, & non consu-
7 matum, ad effectum ut unus ex contrahentibus, alio contradicente, possit ingredi religionem, si post illud contractum coram parocho, & testibus, copula non intercesit, quamvis priùs non semel, etiam promissione de contrahendo, fuissent contrahentes ipsi fornicati, ut firmavit Sacra Congregatio Concilii sub die 28. Novembris 1618.

Verùm fallit conclusio in Jesuitis,
8 qui si ingrediantur religionem, initum ab eis matrimonium non dissolvitur per vota simplicia, ut declaravit Sacra Congregatio sub die 26. Aprilis 1621. & hac de re infra etiam sermo erit sub *num.* 49.

Est porrò notandus textus in *d. cap.* 2.
9 ubi habetur, quòd quidam sancti de nuptiis vocati fuerunt ad statum perfectiorem, ut S. Tecla, quam ante matrimonium consumatum convertit Sanctus Paulus, & ad vitam perfectam vocavit, testibus *S. Ambrosio in lib.* 2. *de virginibus*, & *Epiphanius hæresi* 58. & Divus Alexius, ac Diva Cecilia ex nuptiis ad statum perfectiorem transierunt, ut testantur *Metaphrastes*, & *Surius* in eorum *vit.* & alia exempla referunt *D. Gregorius lib.* 3. *dialog. cap.* 14. & *S. Augustinus lib.* 8. *confessionum cap.* 6. & aliqui dicunt Christum Dominum à nuptiis ad castitatis professionem S. Joannem Evangelistam vocasse id tribuentes DD. Augustino, & Hieronymo *in præfationibus ad Evangelium Joannis*. Ita *Covarr. part.* 2. *de sponsalibus cap.* 7. §. 4. *n.* 16. & *Paludanus in* 4. *dist.* 7. *qu.* 3. qui ait, quòd Christus Dominus vocavit Joannem de nuptiis ad apostolatum, etiam inta uxore, secundùm illos, qui dicunt, quòd ipsa erat Magdalena, quæ propter hoc indignata luxuriata est. Alii dicunt nil esse certum de nuptiis Joannis, ut videre est apud *Toletum in Joannem adnotatione* 13. *Guttier. ubi supra num.* 27 & *Sanchez disput.* 17. *num.* 3. & nuptiæ Canę Galilææ non fuerunt Divi Joannis, sed Simonis Cananæi, ut post alios probant *Baronius anno Christi* 31. & *Barbosa in cap.* 2. *num.* 5. *de convers. conjugatorum*.

Quia verò tunc per professionem sol-
10 vitur matrimonium, quando matrimonium non fuit copula consumatum; propterea, si copula fuerit ante matrimonium, non dicitur matrimonium consumatum, ut post *Ledesm. Covarr. Menoch.* & *Sanchez*, docet *Barbosa in d. cap.* 2. *num.* 6. *de convers. conjugatorum*: nam, ut dicitur in textu, non fiunt conjuges una caro, nisi per solum matrimonium consumatum: & per hoc fit, quòd tunc non est licitum religionem ingredi. Per copulam sanè fiunt una caro, etiamsi copula sit vi extorta, quia etiam consumatur matrimonium, & prorsus fit indissolubile, *Covar. cap.* 7. §. 4. *num.* 10. *Barbos. par.* 2. *in rubrica num.* 106. *ff. sol. matrim.*

trim. Sanchez lib. 2. disp. 22. n. 4. At, si fuisset sponsa cum violentia cognita intra bimestre, putant aliqui, quòd possit ingredi monasterium. Ita *Sanchez disp. 22. num. 6.* alii verò tenent, quòd non possit, eosque refert *Basilius Pontius ubi supra cap. 2. §. 2. in princ.* & infra etiam de hoc ipso differemus.

Professionem si quis faciat, invita uxo-
11 re, tenetur ad illam redire: & mortua uxore, non poterit accipere aliam uxorem; quia votum tenet quoad debiti petitionem. Sic colligitur ex *cap. quidam intravit 3. de conversione conjugatorum*, & ex Concilio Lateranensi *par. 5. cap. 2.* & quidem uxor, invito viro, & maritus, invita uxore, post matrimonium consumatum, non possunt intrare religionem, ut benè probant *Valerius Reginaldus in praxi fori pœnitential. lib. 18. num. 377. & lib. 3. num. 68. Bartholomæus à S. Fausto lib. 5. thesaur. religiosorum quæst. 74.* sed, si uterque conjux profiteatur, professio valebit: Si verò maritus, sciente, & repugnante uxore, sacris ordinibus initietur, poterit uxor eum repetere, & vir uxori restitutus debitum conjugale tenetur reddere, sed non poterit petere, quia suo juri cessit voto castitatis sese obligans, *Sanchez lib. 7. disp. 38. num. 10.* Imò si vir absque
12 licentia uxoris fieret summus Pontifex, posse eum ab uxore revocari, affirmant *glos. in cap. si quis pecunia 79. dist.* & alii apud *Sanchez d. lib. 7. disp. 38. num. 12.* & alii apud *Barbosam d. cap. 3. num. 3. de convers. conjug. Marius Cutellus de donat. contemplatione matrimonii tract. 1. discursu 2. particula 2. num. 116.* quia votum religionis emissum, invita uxore, est omninò irritum, & nullam obligandi vim sortitur, ut habetur in *d. cap. 3. de convers. conjugatorum*: & votum semel irritatum amplius non assumit vires, ut post alios docuerunt *Sanchez lib. 4. decalog. cap. 26. num. 4. Cutellus ubi supra num. 122. Barbosa num. 4.* & votum castitatis emissum post matrimonium consumatum absque alterius conjugis licentia est validum, & obligat ad non petendum debitum, ut videre est in *d. cap. 3. Faustus in thesauro religios. lib. 1. quæst. 286. Sanchez lib. 9. de matrim. disput. 35. num. 25. & 26.*

Si verò conjux absque licentia alterius
13 professus sit, tenetur ab ipso revocatus redire post mortem conjugis ad religionem, & non redeundo peccat, *glos. in cap. 3.* & alii apud *Sanchez lib. 7. disput. 34. num. 11.* Alii verò dicunt, eum non peccare, si non redeat ad religionem, quia in dicto textu ha[illegible] conjugis obitum is no[illegible] gionem regredi: & in [illegible] *vers. conjugatorum* solu[illegible] sultius, & congruentius ad [illegible] fore, si ad monasterium r[illegible] docent alii apud *Sanchez n[illegible] lom. a S. Fausto lib. 5. qu[illegible] tom. 3. de religione lib. 7. ca[illegible] Bartholomæus de Vecchis in prax. observanda in admittendis novitiis ad religiosum statum disput. 14. dubio 1. a num. 17.* & [illegible] putant DD. cum *Sanchez num. 18.* & cum *Fausto quæst. 81.* an conjux sine alterius licentia professus, nec ab altero conjuge revocatus, possit, eo defuncto, ex monasterio egredi.

Non potest unus conjugum religio-
14 nem ingredi, altero manente in sæculo: sed si uxor ita senex sit, & sterilis, quòd sine suspicione possit esse in sæculo, tunc poterit Episcopus dissimulare, ut, ea remanente in sæculo, & castitatem promittente, vir ejus transeat ad religionem, vel ambo profiteantur, *Gratian. cap. 102. num. 12. & 27. Bartholomæus de Vecchis in praxi observanda in admittendis ad religionem Novitiis disp. 3. dub. 3. per totum*: & id qualiter servandum sit, dicemus infra.

Hic autem loquimur de sterilitate,
15 quæ provenit non ratione naturæ, sed ratione ætatis, & de illa loquuntur *Glos. in dict. cap. 4. in verbo steriles de conversione conjugat. & de Vecchis dub. 3.* & fœminæ naturaliter steriles præ cæteris sunt libidinosæ: & ex *Tiraquell. ad l. nonam connubialem num. 121.* putat *Sanch. ubi supra*, fœminas quinquagenarias esse steriles: & senex ad hunc effectum est vir sexagenarius, & miraculum existimatur, si prolem susciperet mulier, quæ sit plusquam quinquagenaria, *Mantica decis. 49. num. 4.* At in quacunque ætate si sit periculum suspicionis, non satis est votum manentis in sæculo, *Faustus quæst. 61. Sanch. & Covarr. ubi supra*, *Fagnanus in c. præterea num. 14. de convers. conjugat.*

Vir conjugatus non est promovendus
16 ad sacros ordines; nisi uxor voveat castitatem, & virum absolvat, *cap. 5. de convers. conjugat.* idque habetur in Concilio Lateranensi 50. *c. 6.* Cæterùm quando vir habet ab uxore licentiam, licitè ad ordines promovetur, nec oportet, ut uxor ingrediatur monasterium, sive senex sit, sive juvenis, sed satis est in utroque eventu, ut castitatem in sæculo voveat, *glossa in c. Episcopus in verbo religiosum 28. dist. & in dict. c. 50. in verbo*

continentiam. Alii tamen meliùs distinguunt, quòd si uxor sit senex non suspecta de incontinentia, sufficit votum continentiæ ipsius in sæculo: sed si juvenis, tunc desideratur ingressus ipsius in religionem, ut colligitur ex textu *in cap. uxoratus, & c. ad apostolicam de converſ. conjugat.* & sic accipitur textus *in dict. c. 20. de converſ. conjugat.* dum fit mentio solius voti castitatis uxoris, quod sat esse reputatur, ut vir possit sacris ordinibus inaugurari, vel religionem profiteri: & ille planè textus procedit, quando uxor est senex, nec de incontinentia suspecta, ut benè probant *Butrius, Innocentius, Hostiensis, Abbas, Navarrus*, & alii apud *Covarr. part. 2. de sponsalib. c. 6. §. 31. num. 3. Caldas Pereyra de emptione, & venditione c. 30. num. 16. Guttierez de matrim. cap. 96. Sanchez de matrim. lib. 7. disput. 39. num. 6.* ubi *num.* 8. ait, virum sacris ordinibus initiatum ex legitima uxoris licentia manentis in sæculo cum voto castitatis posse simul habitare, si non cadat suspicio: sed si sint suspecti, tunc nullatenus est permittendum, ut simul habitent: & idem *Sanchez num.* 18. tenet, quòd, si uxor consensum præstet non ignara juris declarantis, quid ipsa efficere debet, ut vir legitimè promoveatur ad ordines; nullatenus revocari possit vir ejus solo consensu promotus ad ordines: secùs, si tale jus ignoravit.

Constituti in minoribus ordinibus libe-
17 rè possunt omni tempore matrimonium contrahere: sed si sint beneficiati, privari debent beneficiis, ut ait *glossa in d. cap. 5. ver. ad sacramenta*: quæstio verò est, an privari debeant ipso jure. Putant aliqui, quòd non: alii dicunt oppositum cum *gloss. in cap. 1. de clericis conjugatis in 6. in verb. clericalis*, & post alios *Carolus de Grassis de effectibus clericatus effect. 50. num. 11. cum sequentibus, Barbosa in dict. cap. 50. de conversione coniugatorum num. 50.*

Conjugatus non potest promoveri ad Episcopatum, nisi uxor priùs fiat profes-
18 sa in religione cũ sacro velamine, & sic licèt maritus, qui cõtraxit matrimonium de præsenti, efficiatur Episcopus, non per hoc solvitur matrimonium, quia Episcopus non potest dici mortuus spiritualiter, cum neque obedientiam absolutam, neque paupertatem voveat, *Petrus Barbosa in rubrica ff. sol. matrim. par. 2. num.* 88. Si verò maritus sit promovendus ad Cardinalatum, putat *Majolus in c. 34. de irregularitate num. 2.* esse necessarium ingressum uxoris in religionem: *Sanchez* verò *disp. 41. lib. 7.* meliùs tenet, non desiderari aliud, nisi quod diximus necessarium esse, quando maritus vult ad sacros ordines ascendere, cum non reperiatur textus aliud desiderans in hoc casu, ut inquit *Barbosa in d. c. 6. de converſ. conjugat. in fin.*

19 Si post matrimonium de præsenti initum ante copulam carnalem vult ingredi conjux religionem, cautionem dare debet, ut intra duos menses ingrediatur, vel redeat ad suum conjugem: & si transeat ad religionem, uterque restituere alteri debet, quod ab eo recepit, quia dictum Christi Domini *in evangel. Matthæi 5. & 19. Non licet viro dimittere uxorem, nisi ob fornicationem*; intelligitur de matrimonio consumato cum copula, sine qua consumari non potest, ut habetur in *cap. ex publico de converſ. conjugatorum*, & ex *Concilio Lateranensi par. 5. c. 1.* & sic ante consumationem matrimonii poterit conjux, etiam altero invito, ingredi religionem: & vinculum matrimonii rati omninò solvitur ob religionis professionem alterius conjugis, ut probant DD. in *d. c. 1. de converſ. conjugat.* & in *d. c. ex publico*. Quod ampliatur, ut
20 dirimatur matrimonium etiam per professionem militaris ordinis sancti Joannis Hierosolymitani, quia est vera religio: & tales milites sunt verè, & priè religiosi, *Navarrus, Rodriquez, Petrus Barbosa*, & alii apud *Cutellum de donationibus contemplatione matrimonii tract. 1. difficult. 2. particula 3. num. 127. & Basilius Pontius de sacramento matrimonii lib. 9. cap. 7. num. 2. & 3. & de impe-*
21 *dimentis matrimonii c. 19. §. 4.* ubi etiam docet, votis religiosorum militum Calatravæ, & Alcantaræ, quibus permittitur castitas conjugalis, non dirimi matrimonium ratum, licèt aliqui dicant matrimonium ratum non dirimi professione quorumcumque ordinum militarium, ut docuit *Sarmientus de reditibus ecclesiasticis par. 4. c. 1. num. 11.* Per tertiarios verò, & alias bizochas
22 non solvitur matrimonium ratum, quia non emittunt votum solemne, ut post *Sanchez, Basilium, & Rodriquez* docent *Barbosa, & Fagnanus in d. cap. ex publico*: nec dissolvitur matrimonium ratum per assumptionem ad Episcopatum.

Datur verò tempus bimestre ad deli-
23 berandum de religionis ingressu, sed ad professionem deindè faciendam datur annus integer, qui à judice coarctari non potest. Verùm si puella nupserit in anno duodecimo, non poterit servata forma Concilii *sess. 25. de regularibus cap. 15.* profiteri, nisi post annum deci-

Digitized by Google

mum sextum, & sic debet expectare per quatuor annos, ut benè ait *Barbosa in d. cap. ex publico*, ubi *Fagnanus*. Quòd
24 si conjux, non consumato matrimonio rato, vadat infra tempus bimestre ad religionem, & de una ad aliam transeat, non facta professione, poterit à judice compelli, dato termino peremptorio, ut maneat in una religione, in qua, completo novitiatus anno, profiteatur, vel ad alterum conjugem redeat, & consumet matrimonium ratum, quia aliàs cederet in magnum alterius conjugis damnum, qui diu, vel toto vitæ spatio posset manere ligatus pro matrimonio jam inito, & sic non posset sibi providere aliud contrahendo matrimonium, *Barbosa in d.cap. ex publico num.* 8. ubi *Fagnanus num.* 7. Bimestre autem
25 concessum in *d. cap. ex publico* ad deliberandum de ingressu in religionem currit à die celebrati conjugii, *Basilius Pontius cap.*19. §. 2. *& de sacram. matrimonii lib.*9. *cap.* 9. *num.* 4. *Sanchez disp.* 24. *lib.* 7. *num.* 21. & currit tempus de momento ad momentum: &, si tali tempore transacto matrimonium non sit consumatum, adhuc poterit ingredi religionem, quia licèt peccaverit negando debitum post tale bimestre; minimè tamen amisit jus ingrediendi: & animadvertenda ducimus verba, quæ in dicto textu habentur: *Secundùm interpretationem sacri eloquii*; ex quibus verbis desumitur, quòd professio religionis ex Christi privilegio, & ex solo jure divino positivo, matrimonium ratum dirimit, ut post plures DD. edocent *Basilius Pontius d.cap.*19. §. 2. *de impedimentis matrimonii, & lib.*9. *c.*50. *num.*3. *Gutierez lib.*1. *canon.quæst. cap.*17. *num.* 26. 35. & 41. *& de matrim. cap.* 14. *num.* 8. *Sanchez lib.*1. *disp.* 19. *num.* 4. *Rebellius de obligat. justitiæ par.*2. *lib.* 3. *quæst.*14. *sect.*2. *num.*12. Alii verò dicunt dissolvi matrimonium solo jure pontificio, ut videre est apud *Garziam par.*7. *de beneficiis c.*10. *num.*76. *Medin. lib.* 5. *de continentia sacrorum hominum c.* 87. *& seq. & Fagnanum in cit. loc.*

Tempus autem duorum mensium con-
26 cessum sponso in *d.cap.ex publico* ad deliberandum de ingressu religionis est arbitrarium: & ideo potest judex, causa cognita, illud restringere, vel prorogare, quia datur ministerio judicis, ut ait ibi *glossa*, quam sequuntur *Zabarella quæst.*6. *Abbas num.*11. *Navarrus in manuali cap.*16. *num.*7. *Rodriquez in summa cap.*242. *Guttierez de matrim. cap.*54. *num.* 15. *Basilius Pontius cap.* 19. §. 2. & latè *lib.*9. *cap.*9. *num.*8. *& 9. & Sanchez lib.*2. *disp.*24. *num.*10.

Papa quidem potest dispensare in ma-
27 trimonio rato, ut, soluto ejus vinculo, possint liberè conjuges aliud matrimonium contrahere: & quamvis in adversam sententiam protenderint *Covar. de sponsalibus par.*2. *cap.*7. §.4. *num.*14. *Gutierez, Matthiensis, Ledesma, Sotus, Corduba*, & alii, quos refert *Garzia par.* 7. *de beneficiis cap.* 10. *num.* 83. vera tamen opinio est illorum, qui posse Papam dispensare autumarunt. Ita *Sanchez lib.*2. *disp.*14. ubi *Tancredus, Navarrus, Bellarminus*, Gregorius Lopez, *Henriquez, Rodriquez*, & alii apud *Cævallos quæst.* 343. *Valerus in differentiis utriusque fori in verbo dispensatio differ.* 6. *num.* 4. *Cutellus par.*1. *discursu* 3. *par.*3, *num.* 119. *pag.*131. & ita censuit Sacra Congregatio Concilii, sicque Rota decidit apud *Barbosam*: & multò magis de consensu conjugum, & ex justa causa dispensare potest, ut benè probat idem *Barbosa in d.cap.* 7. *in fine de convers. conjugatorum.*

Uxoratus in religione recipi non de-
28 bet, nisi uxor sit ita senex, ut nulla suspicio sit transeundi ad secunda vota, & publicè in conspectu ecclesiæ profiteatur continentiam, si in domo propria cum suis filiis, & familia remanere velit. Quòd si talis non sit, requiritur, ut ingrediatur religionem, quod si non fiat, ejus vir non debet recipi in religione. Sic colligitur ex Concilio Lateranensi *par.*5. *c.*9. & ex *cap.* 8. *de convers. conjugatorum.* An verò professio conjugis valeat, si alter conjux suspectus de incontinentia non profiteatur, sed maneat in sæculo cum voto castitatis? Duæ sunt opiniones, quarum prima affirmat eam non valere: sed verissima sententia est, talem professionem esse validam, quia non est de essentia professionis alterius conjugis professio: sed solùm desideratur, ut professio fiat licitè, quia textus præmemorati non irritant professionem factam, ut post alios probat *Bartholomæus à S. Fausto de tribus notis lib.* 5. *quæst.*65. Imo est valida professio facta solemniter de licentia spontanea alterius, qui manens in sæculo continentiam non promisit, ut docent communiter DD. cum *glossa in dict. cap.* 8. *de convers. conjugatorum*, ubi *Barbosa num.* 3. *& glossa* ibidem dicit, quòd Episcopus virum professum solemniter de licentia spontanea uxoris, quæ manet in sæculo, & continentiam non promisit, ad ejus petitionem non potest revocare jure actionis, sed ex so-

lo

lo judicis officio, cujus est consulere periculo incontinentiæ conjugis in sæculo relictæ, dùm illud imminere videt, revocando professionem, & eum uxori restituendo, quia cum professioni consensum præstiterit, cessit juri suo, quod in eum habebat, ac proinde amplius actionem non habet: & *glossam* sequuntur communiter DD. cum *Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 33. num. 18.* & *Barbosa in d. cap. 8. num. 11. de conversione conjugatorum*. Casu verò, quo possit revocari conjux, non potest is propria auctoritate exire, si verè professus sit, & tenetur ad obedientiam: & quamvis ab initio peccaverit ingrediendo religionem, non servatis jure servandis à conjuge manente in sæculo; persistens tamen in religione non peccat, quia is non est jam sui juris: & licèt possit revocari, id non est jure actionis competentis alteri conjugi, sed ex mero judicis officio, ut post alios docuerunt *Sanchez disp. 33. n. 13.* & *Fagnanus in cap. præterea n. 50. de convers. conjugatorum.*

Præterea uxoratus, qui religionem
29 professus fuit, si à monasterio sit revocatus, eo quòd non fuerint requisita necessaria servata, mortua postmodum uxore, ad monasterium tenetur redire, ut post alios probant *Sanchez lib. 7. de matrim. disp. 33. num. 3. Guttierez de matrim. cap. 95. num. 14.* idque colligitur ex *cap. 9. de convers. conjugatorum*, ubi *Barbosa num. 2.* Quare si ejusmodi professus aliud matrimonium deinde contrahat, est irritum ratione voti solemnis cum professione valida emissi, ut ex *d. c. 9.* col-
30 ligitur, ubi ait textus talem professum, uxore mortua, debere ad monasterium redire, à quo fuerat per prioremuxorem revocatus. Ita *Abbas, Henriquez*, & alii apud *Faustum in thesauro religiosorum lib. 5. quæst. 67.* & *Sanchez loc. citato*: & communis theologorum sententia, & canonistarum docet, professionem conjugis factam de licentia alterius non voventis castitatem valere, ut inquiunt *Faustus ubi supra quæst. 66.* & *Barbosa in d. cap. 9. de convers. conjugatorum num. 3.* in quo textu notat *glossa in verb. consentiente uxore*, quòd si uxor manens in sæculo erat conscia de jure disponente, virum non posse profiteri, nisi ipsa, quæ licentiam concessit, voveat castitatem, si senex sit, vel si sit juvenis, religionem ingrediatur; tunc non potest vir professus revocari: sed si ipsa ignorabat, & inscia erat, poterit revocari, ut post alios docent *Faustus lib. 5. qu. 71.* & *Sanchez d. disp. 33. num. 13.* & dicit *Sanchez* textum loqui de uxore juris ignara: sed vir, sive esset juris conscius, sive ignarus, eo ipso quòd uxori concedit licentiam profitendi, censetur vovere, & cessat revocatio. Ita *Barbosa in dict. cap. 9. in fine*, ubi *Fagnanus*. Si verò
31 non revocetur ab uxore, & illa moriatur, tunc debet in professione perseverare, quia ex quo professus ille est, & non revocatus, efficitur professio valida, & præsertim si uxor toto vitæ tempore dissimulavit, cum posset reclamare: & sic loquitur textus in *cap. 10. de convers. conjugat.* & rata efficitur professio, quasi quòd per illam dissimulationem tacitè videatur consensisse, ut docent communiter DD. in *d. cap. 10.* Itaque professio à principio nulla non efficitur rata sola morte conjugis, nisi ejus tacita ratificatio accedat: & sic quando defuit consensus, si postea ratificata professio est, efficitur valida, ut post alios probat *Sanchez lib. 7. disp. 34. num. 4.* & *12.* & *disp. 25. num. 15.*

Uxor si voveat cõtinentiam perpetuam,
32 & vir non, sed præbeat consensũ ad tempus, debent se invicem maritali affectione tractare, *c. carissimus 11. de convers. conjugatorum*: sed conjux, qui de licentia alterius solus vovit castitatem, non posset debitum petere, ut in *d. cap. carissimus de convers. conjugat.* ubi DD. adserunt, quòd, si ille, qui licentiam concessit, debitum petat, peccat mortaliter. Ita *Abulensis in cap. 30. Numer. quæst. 81.* & sic vovens ex parte sua non potest petere, sed reddere tenetur, *Barbosa in d. cap. 11. de convers. conjugatorum*: & obligatur ad non petendum ille, qui, inscio altero conjuge, profitetur, vel vovet castitatem, *Faustus lib. 1. quæst.*
33 288. & conjux sine licentia alterius professus, non potest propria auctoritate religionem deserere, altero non repetente, *Sanchez lib. 7. disp. 34. num. 14.* & *15. glossa in d. cap. 12. in fine de convers. conjugatorum*: neque potest conjux fieri religiosus sine altero, *cap. ad Apostolicam de convers. conjugatorum.*

Sponsalia de præsenti dissolvuntur
34 per professionem in religione, & non per votum perpetuum continentiæ in sæculo: nec dissolvitur matrimonium ratum per susceptionem sacri ordinis, *cap. ex parte 14. de convers. conjugatorum*, *glossa in cap. 1. de voto in 6. verb. sacrum*: idque est contra *Barbosam in rubrica ff. solut. matrim. par. 2. num. 87.* ut docent *Covar. Sotus*, & alii. Quòd si maritus
35 fiat professus, uxore adulterante, tunc adultera non potest eum revocare, sed de-

debet relinquere adulterium, *cap. constitutus de conversione conjugatorum*: ex quo textu apparet, conjugem innocentem posse, invito adultero, ad religionem transire, ut probant *Sanchez lib.*10. *de matrim. disp.* 11. *in principio*, *Basilius Pontius de impedimentis matrimonii cap.* 20. §. 1. ubi est quæstio, an desideretur sententia divortii, vel sufficiat adulterium esse notorium: in qua quæstione triplicem sententiam refert *Sanchez disput.*11. *num.*7. 8. & 9. & tandem *num.* 20. resolvit virum ad religionem posse transire innocentem, adultera invita, quando vel præcesserit sententia divortii, vel, ea non expectata adulterium, ita effectum fuit notorium, ut possit innocens propria auctoritate deserere consortium, & habitationem adulteræ absque metu restitutionis: & licitum etiam est viro innocenti ad ordines sacros transire, invita adultera uxore, in illis casibus, in quibus ei est licitum profiteri, quia jus conjugale, quod adultera uxor amisit, æquè obstat ingressui religionis, ac susceptioni ordinis, ut probant communiter DD. cum *Barbosa in rubrica ff. soluto matrim. par.*2. *num.* 25. *Sanchez disp.* 11. *num.*16. & alter *Barbosa in d. cap.* 15. *de conversione conjugatorum in fine.*

Uxor, quæ precibus, vel dolo decepta,
36 consentit maritum profiteri, si ipsa deinde fornicetur, & post fornicationem petat virum, non est audienda, *Faustus lib.* 5. *quæst.* 89. *Sanchez lib.* 7. *disp.* 36. ubi etiam ait, conjugem religiosum in sæculo, cujus adulterium occultum est, posse in foro conscientiæ alterius conjugis professionem revocare.
37 Sic etiam potest uxor maritum professum repetere, quando professus fuit de ejus licentia metu gravi extorta, *cap. accedens* 17. *de conversione infidelium*: in quo textu ponderant aliqui DD. uxorem juvenem, de qua ibi agebatur, nullum votum emisisse, & professionem ideo viri non valuisse: alii verò dixerunt, votum fuisse metu extortum, & metu præstitam licentiam, ut ait *Sanchez lib.*7. *disp.*35. *num.*1. & 4. Mulier verò, quæ dat licentiam viro suo profitendi, & non est suspecta in sæculo, & vovet perpetuam continentiam, non est cogenda intrare monasterium, si hoc illi non fuit expressum, vel si fuisset expressum, non consensisset: è contra verò conjux manens in sæculo cum continentiæ voto, si id non servet post viri professionem, sed incontinenter vivat, erit cogenda ingredi monasterium, *Sanchez lib.* 1. *disp.* 32. ubi ait, quòd textus in *cap. significavit* 18. *de convers. conjugat.* loquitur de ingressu, & nihil dicit de professione: sed collocanda est in monasterio ob incontinentiam, & sic compellitur intrare in monasterium, quando est juvenis, aut suspecta de incontinentia, ne incontinentiæ periculum incurrat: ad professionem verò, cum textus in *d. cap.* 18. nihil dicat, cogenda non est, quia ultra proprium votum nemo profiteri cogendus est, *cap. integritas* 35. *quæst.*3. *Navarrus cons.*14. *de conversione conjugatorum*, *Faustus lib.*5. *quæst.* 63. Verùm *Sanchez lib.*7. *disp.*33. habet pro certo, uxorem votum religionis emittentem cogendam esse religionem
38 profiteri: sed quoad illam, quæ vovit solam continentiam, deditque marito licentiam profitendi, sic distinguit: Aut uxor erat ignara, quòd ipsa debebat profiteri, & tunc non cogitur profiteri, sed includi debet in monasterium, ut cesset periculum incontinentiæ; aut conscia erat juris mariti, & tunc cogitur profiteri, ex *cap. qui uxore* 33. *quæst.*7. quia sciens hoc desiderari ad legitimum ingressum viri, assensum illi videtur præbere: idque itidem probat *glossa in dict. cap.*18. *de convers. conjugatorum in fine.*

Uxores, quæ sunt damnatæ de adul-
39 terio, si mariti commoniti ab Episcopo nolint eas recipere, sunt collocandæ in claustris cum religiosis fœminis, ut ibi agant perpetuam pœnitentiam: & sunt non semel viri admonendi, sed sæpius, ut colligitur ex *cap.*19. *de convers. conjugat. Sanchez lib.* 10. *de matrim. disp.* 10. *num.*16. ubi judicis arbitrio id ipsum remittit: Cæterùm si sit lata sententia divortii, & innocens maritus nolit adulteram sibi reconciliare, potest adulter statum mutare profitendo, & semel jam professus revocari non poterit, *Basilius Pontius de impedimentis matrimonii cap.* 30. §.2. *Sanchez*, & alii supra citati: & *glossa* in d. textu notat, quòd fœminæ ob adulterium detruduntur in monasterium ad perpetuam pœnitentiam peragendam, eique inhæret *Farinac. in praxi criminali par.*5. *qu.* 140. *num.* 24. Verùm ad legitimam separationem habitationis requiritur sententia judicis, *Sanchez lib.*10. *disput.*12. *num.* 11. & notat *glossa in c. gaudemus de convers. conjugatorum*, quòd vir innocens intra biennium, postquam uxor adultera detrusa fuit in monasterium, potexit illam sibi reconciliare: nec illa poterit ante tale tempus transactum professionem emittere, quam si emiserit, poterit à viro revocari: & hoc etiam procedit latâ sententia

inclu-

Digitized by Google

inclusionis à judice, *Barbosa in d. cap. 19. de conversione conjugatorum num. 7.*

Conjuges si se invicem absolvant, & promittant continentiam, & voveant, 40 & profiteantur in religione, non potest alter alterum repetere, ut colligitur ex *cap. dudum 20. de convers. conjugatorum*, ubi *glossa in verb. calore iracundiæ* notat, quòd votum calore iracundiæ factum non obligat, ut post alios probat etiam *Molina de ritu nuptiarum lib. 1. comparatione 30. num. 4.* ubi tractat de multis, quæ calore iracundiæ facta sunt, & esse nullius valoris docet, & pro infectis haberi, dummodò iracundia procedat ex justa causa, non autem, si procederet ex injusta causa: & in eam quoque sententiam protendunt *Clarus in §. finali quæst. 60. & Farinac. quæst. 91. num. 38. & 39.* Diceretur verò ex justa causa vir ad iracundiam adductus, si gravatus fuerit verbis, vel factis, *Farinacius qu. 91. num. 6. & 7.* Diceretur contra provenire ex injusta causa calor iracundiæ, si 41 quis irasceretur dando operam rei illicitæ, putà ludendo, vel ex amissione in ludo. Ut autem contractus fiat irritus, calor iracundiæ talis esse debet, ut à contrahente consensus penitus auferatur, & quid agat, ferè non percipiat, DD. in *l. qui calore ff. de regulis juris, Farinac. ubi supra.* Verùm calore iracundiæ non dicitur factus actus, quando facit quis, quod alii facere solent, *Barbosa in dict. cap. 20. de convers. conjugatorum.*

Maritus fidelis, si fiat infidelis, & per 42 sententiam judicis sit factum divortium quoad torum, mulier, quæ remansit semper fidelis, potest fieri professa, invito viro, ut colligitur ex *cap. finali de convers. conjugatorum*: unde catholica uxor recedere posset à viro hæretico ex judicio ecclesiæ, sicut posset ob adulterium ab eo perpetratum ex *Covar. 2. par. de sponsalibus cap. 7. §. 50. num. 59. Barbosa in rubrica ff. solut. matrim. par. 2. num. 20. Sanchez lib. 10. disp. 13. num. 15.* ubi *num. 20.* quærit, quando dicatur catholica uxor separata ab hæretico ex judicio ecclesiæ, licet illum, etiamsi pœnitentia ductus ad ecclesiæ gremium redeat, minimè teneatur admittere, & an ad id specialis sententia divortii desideretur: & quòd matrimonium propter infidelitatem unius dissolvatur quoad torum, post alios probant idem *Sanchez lib. 7. disp. 76. num. 3. Ricciullus lib. 2. de jure personarum cap. 2. num. 3. & Basilius Pontius lib. 9. de matrim. cap. 32.* Uxor autem si judicio ecclesiæ damnata sit, potest vir ad ordines sacros transire, ut affirmant aliqui cum *Barbosa par. 2. rubricæ ff. sol. matrim. num. 10. Sanchez lib. 10. disp. 15. num. 21.* sed id ipsum alii in dubium revocavere. Conjux verò catholicus, qui propria auctoritate à conjuge hæretico divertit, tenetur redire ad hæreticum jam emendatum: si verò diverterit, præmisso judicio ecclesiæ, ad id non obligatur, si velit religionem ingredi, secus, si velit in sæculo manere. Ita *glossa in d. cap. fin. in verbo judicio*, *Sanchez d. disp. 15. num. 18. & Barbosa loc. cit. num. 50.*

Nunc reliquum est, ut edisseramus 43 textum in *cap. si vir, & uxor 27. quæst. 2.* ubi habetur ex Eugenio II. non licere uxori causa religionis divertere à viro sine licentia Episcopi: atque hujus sanè textus auctoritate innixus, *Majolus de irregularitate lib. 1. cap. 4. num. 50.* tenet, ad conjugum conversiones validandas decretum Episcopi requiri, & deficiente tali Episcopi licentia, nudum conjugis consensum non sufficere: *Sanchez* verò *in lib. 7. de matrim. disp. 32. num. 30.* dicit talem licentiam ad tria requiri, ut scilicet professio valeat, ut licitè, & rectè fiat, & ne possit conjux legitimè professus revocari à conjuge manente in sæculo, sicuti revocari potest, quando conjux manens in sæculo, non vovit continentiam, ac concessit licentiam. Sed putant alii Episcopi licentiam non esse necessariam ad professionis valorem, quia in *cap. si vir* non irritatur professio aliter facta: & facit textus in *cap. 1. de convers. conjugat.* ubi habetur, virum, qui, ignorante Episcopo, de licentia uxoris professus est, revocandum non esse, si uxor voveat castitatem: & ex eo textu deducitur, quòd defectus licentiæ Episcopi nihil officit professioni. Alii verò dicunt esse de honestate 44 licentiam Episcopi: & alii putant, de consuetudine receptum esse, ut ea licentia non petatur. Ita *Barbosa in cap. si vir, & uxor 27. quæst. 2. num. 3.* Præterea circa revocationem nihil operari aliqui putant Episcopi licentiam: Quare si conjux est professus ex licentia alterius non intrantis in religionem, nec ventis continentiam, poterit revocari, quamvis ex licentia Episcopi id effectum sit: si verò aut professionem faciat, aut continentiam voveat alter conjux, non poterit professus revocari, quamvis Episcopi licentia defecerit: quod post *Hostiensem* tenet *Barbosa in d. cap. si vir, & uxor 27. qu. 2.* & de consuetudine non observari, ut petatur talis licentia dicit *Fagnanus in cap. præterea num. 12. de*

con-

converſ. conjugat. ſed quia ſolvitur matrimonium quoad torum, debet ſemper fieri auctoritate eccleſiæ talis ſeparatio, cum matrimonium ſit ſacramentum in
45 eccleſia Dei: ergo nec poterit Epiſcopus concedere licentiam uxori, ut monaſterium monialium ingrediatur, & ibi perpetuò degat abſque ſolemni profeſſione, quia ſacri canones improbant talem commixtionem non profeſſarum cum profeſſis, *cap. pervenit* 18. *quæſt.* 2. *cap. ut clerici, cap. vidua de converſ. conjugat. Trid. ſeſſ.* 25. *de regularibus cap.* 16. *Fagnanus in d. cap. præterea num.* 17. *de converſ. conjugat.* & propterea cum in
46 Diœceſi Salamantina conſueviſſent Epiſcopi concedere licentiam mulieribus ingrediendi monaſteria, & in eis commorandi gratia commoditatis, non ob cauſas urgentes, ut puta litium matrimonialium, adulteriorum, ac diſſenſionum, & hujuſcemodi alias, cum alia loca non extarent, in quibus majori ſecuritate morari poſſent, & quæſiviſſet Epiſcopus, an ejuſmodi licentias ſibi concedere liceret; Sacra Congregatio die 19. Februarii 1604. reſpondit, non licere ullo modo Epiſcopis, vel permittere, vel licentiam concedere mulieribus, ut ex cauſis ſupra numeratis monialium monaſteria ingrediantur, imò ingredientes incidere in excommunicationem decreto Concilii, & ſummorum Pontificum conſtitutionibus impoſitam, & ſi aliquis caſus accideret, propter quem expedire videatur conceſsio talis licentiæ, eam obtinendam eſſe à Sede Apoſtolica. Verùm pro monaſteriis Italiæ, & Inſularum adjacentium, tales
47 licentiæ conceduntur à ſacra Congregatione Regularium: ultra Montes verò conceduntur per litteras Sanctiſsimi in forma brevis, ſed non niſi rarò, & ex gravi cauſa, & committuntur ordinario loci, ut ſi ei videbitur, ponat mulierem in aliquo monaſterio, cujus tamen conſtitutiones expreſsè non repugnent, de conſenſu Abbatiſsæ, & Monialium, & Miniſtri Provincialis, aut alterius ſuperioris earum, utque ea ſola ingrediatur ſine ullis ancillis, & non exeat, niſi cū licentia, & vitā religioſam, clauſuram obſervet eo modo, quo moniales ipſæ & tandiù ibi remaneat, quandiù cauſam allegatam durare cognoverit Epiſcopus.

Matrimonium ratum, & non conſu-
48 matum, per ſolemnem profeſſionem diſſolvi jam exploratum oſtendimus: idque probant textus in *d. cap. verum*, in *cap. ex publico de converſ. conjugat.* in *cap. ex parte il* 2. eodem *titulo*; in *cap. deſponſatam* 27. *quæſt.* 2. & in *cap. de judiciis Epiſcopis*, & conſtitutum est in *Concilio Tridentino ſeſſ.* 24. *de reform. matrimonii cap.* 6. non tamen ſuſceptum ordinis ſacri ſuſceptionem diſſolvit, ut in *extravaganti antiquæ de voto*, *Fagnanus in d. cap. verum num.* 3.

Matrimonium ratum non diſſolvitur
49 per vota ſimplicia emiſſa ab uxore intrante in ſocietatem Jeſus, ut ſupra diximus ſub *num.* 8. & hic caſus accidit Bononiæ de anno 1621. ubi quidam contraxit matrimonium per verba de præſenti, & intra bimeſtre ante conſummatum matrimonium profeſſus fuit in ſocietate Jeſus: quia verò in dicta ſocietate ex bulla Gregorii XIII. quæ incipit *Ascendente Domino*, tria vota, paupertatis, obedientiæ, & caſtitatis, quæ emittuntur poſt biennium, licèt ſubſtantialia ſint, non ſunt ſolemnia, ſed ſimplicia, per quæ non dirimitur matrimonium ratum, ſicut dirimitur per ſolemnem profeſſionem, ut docent quatuor ſocietatis Jeſu Doctores, *Vaſquez, Henriquez, Sanchez, & Ribadiniera* apud *Fagnanum in cap. votum de converſ. conjugat.* qui refert fuiſſe petitam à quodam oratore diſpenſationem faciendam à Papa pro eo, qui profeſſus fuerat votis ſimplicibus ſocietatis Jeſu: quod Papam poſſe facere dicit *Fagnanus ubi ſupra num.* 8. etiam ante tempus duorum menſium, quod extenditur ad unum annum ex *Trid. ſeſſ.* 25. *de Regularibus cap.* 15. & eſt præfixum tale tempus à ſacris canonibus, ne fiat injuria remanenti in ſeculo, ne tandiù neceſſe habeat expectare, à copula ſe abſtinere. Fuit tamen dicta ibi aſſignata ab oratore, quia ſterilitas fuit inventa per obſtetrices mulieres.

Cum vir conjugatus erit ordinan-
50 dus ad ſacros ordines, niſi uxor continentiam promiſerit, ex *c. conjugatus de converſ. conjugator.* propterea eſt videndum, an uxor ſit cogenda ad clauſuram ob ſacros ordines à marito ſuſceptos, & ad vitanda ſcandala: qua in re diſtinguimus cum *Fagnano in d. c. conjugatus* tres caſus: Primus eſt, quando uxor expreſsè conſenſit, ut vir ſuſciperet ſacros ordines: ſecundus eſt, quando expreſsè contradixit: tertius caſus eſt, quando expreſsè conſenſum non præſtitit, ſed tacuit, & diſſimulavit. In primo caſu, quia conſenſit, cenſetur ſe voto caſtitatis adſtrinxiſſe, & caret uſu conjugii, & ſi ſit ſenex, & non ſuſpecta de incontinentia, ſufficit votum ſimplex caſtitatis, ſi verò ſit juvenis, tunc, ſivè ſit ſuſpecta,

ea, sive non, cogi potest profiteri ex *Concilio Agathensi cap.* 16. & 17. *Fagnanus in cap. coniugatus num.* 10. *de conversi. coniugat.* In secundo casu, si expresse contradixit, non cogitur professionem in monasterio emittere, quia vir non potest ad ordines sacros promoveri absque licentia uxoris, etiamsi matrimonium non fuisset consumatum, ex *extravaganti antiquæ de voto*: & si ordinetur, ea contradicente, poterit ab ea ipsa revocari: & vir tenetur ei debitum reddere, licet exigere non possit, *d. extravag. antiquæ de voto.* In tertio casu, quando uxor nec expresse consensit, nec contradixit marito, sed tacuit simpliciter, subdistinguendum est: nam aut sciebat maritum velle ascendere ad sacros ordines, & tamen tacuit, & dissimulavit, aut hoc ignoravit: si sciverit, videtur dedisse licentiam pro diuortio, ac juri suo renunciasse: & sic dicunt *Sylvester*, *Tabiena*, & alii apud *Fagnanum in dict. cap. coniugatus.*

Nullus quidem potest cogi præcisè, ut
51 ordinibus inauguretur, *c. quæris de ætate, & qualitate*: sicque nullus videtur posse cogi præcisè ad profitendum, argum. textus in *cap.* 32. *qu.* 1. Sed, ut probat *Hostiensis*, hoc procedit in eo, cui non imputandum est aliquid, alioquin non solùm cogitur monasterium ingredi, sed etiam professionem emittere, *cap. fraternitatis* 32. *dist.* & *cap. gaudemus de conversi. coniugat.* Et uxor cogitur professionem emittere tantùm causativè, videlicet, ut viri ingressus sit validus: & in sua voluntate est, an velit ad hoc se adstringere: sed censetur se adstrinxisse tacitè, quando marito consensum dedit, & vovit, *Fagnanus in c. præterea de conversi. coniugat.*

Uxor, ut inquiunt *Fagnanus*, & alii
52 *in dict. cap. præterea num.* 9 *de conversi. coniugat.* in anno quinquagesimo ætatis suæ dici debet senex, & non suspecta de incontinentia, adeò ut cum voto castitatis possit in sæculo remanere.

Vir quidem non potest ad sacros ordi-
53 nes promoveri sine uxoris consensu, quia cum uxor ex matrimonio habeat jus petendi debitum, & petendi maritum sibi reconciliari, non potest maritus statum mutare absque licentia, & beneplacito uxoris, nè juri ei acquisito faciat præjudicium. Ita *S. Tho. in* 4. *dist.* 35. *qu. unica art.* 6. *ad* 3. & alii communiter apud *Fagnanum in dict. cap. coniugatus de conversi. coniugat. num.* 27.

Quæstio est, an, si maritus intra bimestre consumaverit matrimonium cum violentia, possit uxor ingredi religionem: Hac de re agit *Fagnanus in dict. cap. ex publico de conversi. coniugat. à num.* 27. & refert duas opiniones: nos autem dicimus posse eam ingredi. Item disputat *Fagnanus in cap. ex parte de conversi. coniugat. num.* 11. *& seq.* an matrimonium ratum, & non consumatum Romæ dissolvatur per professionem factam in monasterio secularium Turris Speculorum: & sanè quidem, si fiat vera professio, solvitur matrimonium: ac plura ad materiam notat *Pilaia lib.* 1. *decis.* 12. *in principio*.

Id quoque in dubium revocatum fuit,
54 an possint conjuges de communi consensu ingredi monasteria, vir monachorum, vel fratrum, uxor monialium, cum sola licentia vicarii, sine licentia Pontificis. Ratio dubii est, quia, si uxor, ut quandoque succesit, ingrediatur in unum ex monialium monasteriis, & vir ingrediatur in monasterium fratrum religiosorum, ac postea contingat, quòd uxor nolit profiteri, Episcopus, vel Vicarius, qui dedit licentiam profitendi, non posset compellere per censuras novitium, vel professum in monasterio fratrum religiosorum ad accedendum ad uxorem, & fratres cogere ad virum dimittendum, ut suam adeat uxorem, quia regulares, utpotè exempti ab au-
55 ctoritate Episcopi, non possunt hodie regulariter ab eo excommunicari, suspendi, & interdici, ut habetur in bulla Pauli III. edita de anno 1549. Cum itaque non possit Episcopus illos punire, si nolint professum restituere, esset elusoria dispositio sacrorum canonum, ut cogi possit professus exire, quia non possunt regulares censuris ab Episcopo affici, nisi in casibus à Tridentino expressis *in sess.* 25. *de regularibus c.* 16. & 20. & *sess.* 22. *de vitandis*, & *observandis in celebratione missarum*, ut benè pro conclusione generali probant *Gambarus de officio Legati lib.* 8. *cap. ult. num.* 77. *tom.* 13. *tract. Flatuum part.* 2. *Henriquez lib.* 7. *de indulgentiis cap.* 25. *num.* 7. *Hostiensis*, *Joannes Andreas*, *Soto*, & alii apud *Sanch. lib.* 7. *de impedimentis matrimonii*, & *Tancredus tom.* 2. *de impedimentis matrimonii disput.* 33. *num.* 10. & adserunt DD. exemptos citatos ab Ordinariis locorum teneri comparere, quando exemptio non est notoria, & contumaces validè posse excom-
56 municari: sed si essent exempti notoriè, non possunt nec etiam citari. Porrò id, quòd jura canonica præstituerunt, cum licentia Episcopi fieri posse ingressum, de

quo agimus, & [illegible]nem, antiquitùs locum obtinebat, quando regulares subjiciebantur Episcopis, nec habebant ab eisdem exemptionem, quam cum postea ex tot bullis, & conciliis habuerint, ut latè probat *Cespedes de exemptione regularium*; nil mirum est, si hodie non possint Episcopi procedere in separatione matrimonii consumati concedendo licentiam profitendi utrique conjugi: sed hoc à Sancta Sede est permittendum per breve, vel per literas.

CAPUT LIX.

De divortio.

SUMMARIUM.

Vir sua spoliatus uxore ante omnia redintegrari debet, quantumvis occulti ei obstet exceptio adulterii, atque istud in continenti probari valeat. 1. 3. & 5.

Adulterium conquestu notorium non redditur 2.

Probatio in continenti fieri non dicitur, si vel diuturnam liti moram interponat, vel non nisi testium examine fiat 4.

Spoliator audiri non debet, nisi rem occupatam restituat, quamvis despoliatio exceptione objiciatur 5.

An uxor, quæ à viro divertit, vel aliquam ob causam ab eo segregatur, in monasterio, vel in alio tuto loco apud probas honestasque personas collocari debeat 6. & 52.

Sævitiam, quam uxor allegat, ut possit à viro divertere, luculenter probare oportet, ac testes integræ fidei, & omni exceptione majores producere 7.

Divortii causa gravis admodum, & ardua reputatur ibid. & n. 28. & 34.

Sævitia non nisi gravis, & atrox, jus divertendi præbet uxori 8.

Vir suam jure potest uxorem leviter verberare 9.

Semel in uxorem atrociter sæviisse non sufficit, ut divertendi ea locum obtineat 10. & 20.

Vir sapiens improbos uxoris mores dietim corrigere debet 11.

Divortium non permittendum, nisi vir frequenter, graviterque in uxorem sævire consueverit 12.

Quamvis in suam vir uxorem atrociter quandoque sævierit, divortium fieri non debet, nisi futuræ quoque sævitiæ timor impendeat, ac trepidans ulla nequeat securitate muniri 13.

Testes de auditu, & viles mulierculæ, atque alii, qui vel [illegible]nem exprimunt, vel nullam scientiæ causam exponunt, ad sævitiam probandam idonei minimè reputantur 14. & 16.

Si vir semel, aut bis uxorem alapis percusserit, divortium fieri non debet 15.

Testes, qui dicunt, se uxoris conspexisse livores, & ploratum, verberumque sonitum audivisse, viri sævitiam non probant 17.

Sævitia conjecturis, & præsumptionibus probari validè nequit 18.

Pervulgata sævitiæ fama circumstantiis quibusdam exprimi à testibus debet, eaque à viro eliditur, si probet, se honore, ac benevolentia uxorem fuisse prosequutum, cumque ea prolem suscepisse 19.

Si vir aliquam ob causam, vel iracundia percitus uxorem quandoque lacessiverit, divortium fieri non debet 20.

Si ferula, vel alio simili instrumento verberata uxor à viro fuerit, divertendi facultatem non habet 21.

Sævitia, ut divertendi jus tribuat, in vitæ discrimen uxorem debet adducere 22.

Percussio, quantumvis atrox, si casu, aliave animi commotione fiat, & nullus futuri damni timor suspersit, jus nullum divertendi præbet 23.

Divortium non nisi ob futurum gravis damni timorem fieri debet, ne divertendi ansam uxores facilè arripiant 24. & 29.

Mulier, quæ à viro discessit, ad eundem redire debet, præstita futuræ incolumitatis cautione 25.

Si vir non sit crudelis, non ad sæviendum proclivis, sed humanus, & constet, honore, atque amore fuisse uxorem prosequutum, licèt eam quandoque percusserit, nullus remanet futuræ timor sævitiæ 26.

Cautio à viro oblata impendentem sævitiæ metum, suspicionemque removet, nisi uxorem capitali odio prosequatur 27. & 46.

Inter omnes ferè conjuges aliqua oboriuntur dissidia 30.

Uxores rarò adulteros viros incusant, quia ultricibus latentia crimina pœnis non expiantur 31.

Vir, qui, dum uxorem habet, aliam turpiter mulierem cognoscit, an adulterii se se crimine obstringat 32.

Domestica dissidia prudenter à judice compescenda 33.

Mulieris defloratæ confessio, & conquestus, an alteri officiant 34.

Pauperis mulierculæ testimonium omninò re-

-iciendum

Digitized by Google

ficiendum 35.
Earum de divortio agitur, non facilè mulierum assertioni credendum, quia pleraque adserunt, & suspicantur à veritate admodum aliena 36.
Zelotypiæ traditur diffinitio 37.
Uxores ob pellicatum excandescentes, furoreque ductæ, atrocia sæpè crimina moliuntur 38.
Uxor, quæ sua in domo virum habitantem videt, sese altius extollit, & insolescit 39.
Si vir cum uxore simul vitam agere nolit, dotem ei restituere debet, atque antefatum persolvere 40.
Ob viri savitiam uxor à viro discedens dotem, ac propter nuptias donationem lucratur 41. & auctores, qui in contrariam vere sententiam, indicantur 62.
An divertere uxor jure possit, si ad victum necessaria sibi minimè suppetant, abortum ideo perpetiatur, jurgia sæpe instruantur, molestaque nimium cohabitatio fiat 42.
Si de majori bonorum parte lis inter conjuges oboriatur, adeo infensum gerere animum existimantur, ut divertendi locus præberi valeat 43.
Non solùm præteritam savitiam, sed quid in posterum timendum sit, animadvertere judices debent 44.
Judicis est munus decernere, ac dijudicare, an eò usque progressa fuerit viri savitia, ut justam divertendi præbeat occasionem 45.
Cautionis fragilitati sese nobilis uxor committere non debet 47.
Quisnam alere filios debeat, si mater divertat, postquam illos cum viro suscepit 48. 51. & 54.
Divortio communi utriusque conjugis consensu facto, nec dos, nec jura dotalia pertinent ad virum 49.
Vir, qui matrimonii onus non sustinet, dotis fructus restituere debet 50.
Si fructibus dotis, & antefato sibi uxor comparare non possit, quæ vivendi necessitas postulat, vir ea debet supplere 51.
Uxor adultera in monasterium detrudenda 52.
Honestati adprimè consulitur, si uxor a viro divertens in monasterium ingrediatur 53.
Filiorum educatio, si divortium fiat, cuinam ex parentibus committenda 54.
Uxor si à viro atrociter verberata discesserit, alimenta, & litis expensas ab eo petere potest 55.
Si uxor ob viri culpam diverterit, is dotis, bonorumque paraphernalium fructus, divortio facto, perceptos restituere debet 56.
Viro in uxorem sævienti equitas opitulari non potest 57.
Dotis fructus quonam sint modo taxandi 58.
An possit de dotis restitutione cognoscere judex ecclesiasticus, qui divortium decernit 59.
Adulterium æquè ac sævitia justam divertendi causam præbent 60.
Lata in ecclesiastico foro sententia super divortio, potest S. R. C. de dotis restitutione cognoscere 61.

MAritus spoliatus sua uxore ante omnia debet redintegrari, *cap. ex transmissa, & cap. litteras in fine, de restit. spoliatorum, cap. accedens il 2. de lite non contestata, Riccius decis. 1. Curiæ Archiep. Neapolitanæ p. 3. num. 1.* quod verum est, etiamsi conjugi spoliato petenti restitutionem obstet exceptio adulterii occulti, *Sanchez de matrim. lib. 10. tit. de divortio disp. 12. qu. 2. num. 14.* ubi sic ait: *Si adulterium sit occultum, non permittitur in foro externo, ut innocens propria authoritate, non expectata Ecclesiæ sententia, divertat ab habitatione. Quare, si adulter conjux restitutionem petat, ad habitationem, qua spoliatus est, restituetur, nec admittetur exceptio innocentis opponentis adulterium occultum, donec ad pristinum statum restituatur conjux dimissus: qua restitutione facta, agetur de illa exceptione, & probato adulterio, divortium celebrabitur: quòd si in probatione defecerit innocens, cogetur in matrimonio perseverare:* atque ita hanc restitutionem ante omnia faciendam deciditur expresè in *cap. 2. cap. in literis, cap. ex conquestione, & cap. cum quis de restitutione spoliatorum:* idque comprobant *Surd. de alimentis tit. 7. qu. 16. num. 16. & seq. Farinac. de delictis carn. qu. 143. §. notorium, & occultum num. 66. Ventrigl. p. 1. praxis ecclesiasticæ de separatione conjugum ex causa adulterii adnot. 10. §. 1. num. 27. vers. hinc deducitur conclusio,* & alii *DD. in cap. significasti de divortiis.*

1

Conquestus autem non reddit adulterium notorium ex vulgatis juribus: & notorium dicitur, quando nulla tergiversatione celari potest, & conjux est convictus per sententiam de adulterio, sivè quando conjux sponte in judicio confessus est adulterium, sive quando conjux fuisset repertus in fragranti, vel quando sobolem ex alio viro uxor procreavit, ut deducitur ex verbis *c. significasti*

2

Digitized by Google

sti de divortiis ibi: *Verum mulier non continuit, sed sobolem de alio viro suscepit*; ubi *Innoc. in vers. sed ubicumque*, *Hostiensis nu. 1. verbo sobolem*, *Jo. Andr. n. 3. Abbas num. 4. Sanchez loc. cit. num. 25.* Præterea non obstat exceptio probationum in continenti adulterii, licèt occulti: Nam non esse retardandam alterius conjugis spoliati restitutionem prætextu exceptionis adulterii non notorii, etiamsi offeratur probatio in continenti, probat *Sanch. loc. cit. n. 22. & seq.*

6 Ulteriùs probatio in continenti oblata non potest dici, quando longa dilatio danda esset, & ad exceptionis discussionem necesse foret testes examinare: Ita *Menoch. de arbitrar. judicum lib. 2. cent. 1. cas. 12. num. 4. in fine*: & sine cunctatione esse faciendam restitutionem constitutum fuit in *l. 5. C. si per vim*, & *in l. si quis ad l. Juliam de vi*: nec potest audiri spoliator circa proprietatem, nisi restituat, *cap. frequens de restitutione spoliatorum* in 6. & causa spolii est priùs tractanda, ut tradunt *gloss. in cap. 1. in verbo restituat 2. qu. 2. & Felinus in fallentia 7. de exceptionibus ad cap. exceptionum num. 27.* quod etiam procedit, si despoliatio per viam exceptionis objiceretur, *cap. 2. §. sed quoniam de ordine cognitionum*.

8 Si verò aliqua ex causa segregatam à viro uxorem esse oporteat, reponenda est in aliquo loco religioso, ut probatur expresè in *c. ex transmissa de restitut. spoliatorum*, ubi DD. omnes: idque fuit decisum in *Hiporeg. matrimonii* coram *Comitulo* die tertia Martii 1589. & est sancitum in *bulla Sixti V. §. quod si pendentibus*, cujus verba sunt hæc: *Quòd si pendentibus hujusce modi litibus, & controversiis super separatione, vel divortio, aut subsequuta, ut præmittitur, tori separatione, uxor ipsa arbitrio judicis, ad quem spectavit, in monasterio aliquo monialium, aut certè in aliquo tuto, vel honesto loco, sive apud aliquas probas, honestas, & non suspectas personas depositata, & collocata fuerit.* Quod inconcussè observari in hac Civitate Neapolitana dixit *Sperellus decis. 138. num. 91. in fine*, & id ait vidisse practicari etiam quoad nobilissimas mulieres, quæ honestissimè penes parentes potuissent commorari: & ita etiam *Campanilis in diversorio juris canonici rubrica 6. c. 3. sub num. 44. vers. nunc vanum in principio* refert judicasse Curiam Archiepiscopalem Neapolitanam: & in facti contingentia uxor, quia vir dissentiebat, non fuit reposita in domibus suorum consanguineorum, nec etiam filiarum, quamvis alias essent personæ omni exceptione majores: sed fuit reposita in loco magis tuto, idest in monasterio, seu puellarum conservatorio, & ante electionem loci curia citavit ambas partes ad dandam listam locorum suspectorum, ut eligi posset locus non suspectus partibus: nec obstat *decisio Ricci 21. p. 2.* ubi ait, posse permanere uxorem in domo patris, vel matris, eamque domum esse præferendam monasterio: nam dicta decisio refellitur à relato *Sperello loco cit. num. 98.* ea potissimùm ratione, quia nititur auctoritate *Rotæ in una separationis tori 18. Junii 1594.* coram *Seraphino*, ubi agebatur de muliere jam per sententiam à viro separata: unde non debebat cogi permanere perpetuò in monasterio, ut est *decisio* apud *Cæsarem de Grassis 183.* aliàs *unica sub tit. de divortiis*, in qua lata sententia separationis, fuit dictum posse permanere uxorem in domo patris, in qua simul cum matre, fratre, & alia sorore jam nubili honestè poterat habitare: & ad rem adprimè faciunt, quæ scripsit *Genuensis in praxi c. 15. in adnotationibus n. 3.* Domum verò matris esse suspectam, si eadem mater jurgia excitaverit inter conjuges, & eorum aliquem expulerit, fuit decisum in una *Romana matrimonii 29. Aprilis 1579.* coram *Blanchetto*. Si verò uxor in adulterii crimen delabatur, adeoque divertendi vir potestatem habuerit, ea omnino debet in monasterium detrudi, ut infra dicemus sub *num. 52.*

7 Ad effectum separationis tori onus probandi sævitiam viri incumbit mulieri allegant. sævitiam, *Paris. cons. 54. num. 13. in fin. lib. 4. Nat. cons. 616. in princ. Rol. cons. 27. num. 2. lib. 3.* cum aliis latè congestis *per Farin. in tract. de delict. carn. quæst. 143. §. probatio sævitiæ nu. 163.* & requiritur ad dictum effectum plena, & concludens probatio, *Paris. d. cons. 54. num. 15. Rol. d. cons. 27. num. 10. Natt. d. cons. 616. sub. num. 1. vers. & in ea requiruntur, Bertaz. cons. 228. num. 1.* & testes de ea deponentes debent esse omni exceptione majores, *Fel. in rubr. de sponsa. num. 5. Socin. jun. cons. 86. num. 6. & seqq. lib. 2. Hip. Rimin. cons. 174. num. 17. Nat. d. cons. 616. sub num. 1.* quia causa separationis est causa gravis, & ardua, *Hip. Rim. d. cons. 174. num. 16.* & reputatur causa status, *Farinac. loco citato num. 164. Rot. decis. 441. num. 2. part. 1. in recent.*

& in

Digitized by Google

& *in Romana separationis tori* 28. *Januarii* 1612. coram *Cardinali Sacrato*: ideoque etiam sævitia ad inducendam separationem debet esse magna, *Abb. in c. ex transmissa in princ. & num.* 4. *de restit. spol. Aldobr. cons.* 71. *num.* 1. *lib.* 1. *Farin. cons.* 157. *num.* 4. *lib.* 2. & fuit dictum *in Spoletana separationis tori* 15. *Aprilis* 1616. coram *Card. Sacrato*, & *in Neapolitana separationis tori* 28 *Junii ann.* 1624. coram *Burat.* levis namque verberatio est
9 permissa viro, præsertim ex causa, *Bald. cons.* 176. *num.* 7. *lib.* 1. *Rol. d. cons.* 27. *num.* 13. & 17. *lib.* 3. *Hip. Rim. d. cons.* 174. *n.* 31. *Aldob. d. cons.* 71. *num.* 4. *Farin. d. cons.* 157. *num.* 5. & *in tract. de delict. carn. d. q.* 143. *num.* 194. *Sanch. de matr. lib.* 10. *disp.* 18. *sub num.* 16. cum aliis latè adductis per *Tiraq. de legib. connub. glos.* 1. *par.* 1. *nu.* 22. Sed hac de re vide, quæ exscripsimus in *tom.* 6. *sub tit. de nullit. renunciat. fol.* 403. Neque dicta sævitia inducitur ex
10 unico actu, *Rol. d. cons.* 27. *num.* 12. *Aldobr. d. cons.* 71. *num.* 8. *lib.* 1. *Bald. d. cons.* 176 *sub num.* 3. *vers. & si mulier*, ubi ait, quòd si mulier dicat, quòd fuit verberata semel in decem annis, ista non debet existimari sævitia, sed correctio, quòdque vir sapiens debet dietim ma-
11 los mores corrigere, ne transeant in consuetudinem, ut cum aliis inquit *Sanchez d. disput.* 18. *sub num.* 16. *vers. adde ex unica verberatione*: & debet constare, ut divertendi locus fiat, quòd vir sit
12 solitus frequenter sævire ultra modum in uxorem, *Farin. d. qu.* 143. *num.* 203. idque fuit firmatum *in d. Neapolitana separationis tori* coram *Burato*. Quini-
13 mò nec sufficit sævitia præterita, & sic quòd præterito tempore vir sævierit atrociter in uxorem, sed necesse est, quòd adsit probabilis timor, quòd etiam in posterum sæviat, *Abb. in d. cap. ex transmissa num.* 2. *de restit. spol. Sanchez d. disput.* 18. *sub num.* 16. *vers. secundò existimo*: & denique requiritur, quòd mulieri trepidanti non possit sufficienti securitate provideri, *cap. in literas* 13. *in fin.* & *cap. ex transmissa*, & utrobique DD. *de restit. spol. Aldobr. d. cons.* 71. *nu.* 3. *lib.* 1.

Testes verò de auditu, & mulierculas
14 viles, quæ patiuntur exceptiones, non esse idoneos ad probandam sævitiam declaravit *Rota in Januensi separationis* die 31. Januarii 1625. coram *R. P. D. Remboldo*: & pro vero habuit, mulierem deponentem tantummodo de duabus alapis semel tantùm inflictis, & aliam mulierem deponentem de duabus aliis alapis alia vice inflictis, non esse ad probandum idoneas ex *cap. licet*, *cap. veniens*, & *c. jusjuran. de testib.* & ex *l. jurisjurandi C. eod. tit.* & ex *Jas. in l. si quando num.* 11. *Cod. unde vi*: eamque
15 verberationem non esse atrocem, nec ad viri sævitiam probandam sat esse autumavit eadem *Rota* coram *Remboldo*: neque ex eo, quòd vir semel, aut bis cæciderit alapis, resultat, quòd sit solitus uxorem sine causa alapis cædere, quodque subsit timor, quòd in posterum etiam eandem alapis cædat, aut quòd saltem non possit securitati uxoris mediante cautione provideri: sicque deficere omnia requisita necessaria ad probandam sævitiam, dixit *Rota* nuper citata: neque ad eandem sævitiam probandam idonei censentur testes deponentes de eorum tantùm judicio, qui propterea nullum faciunt gradum pro-
16 bationis, *Bald. in l. de quibus num.* 17. *ff. de leg. Dec. cons.* 256. *num.* 5. *Decian. respons.* 27. *num.* 6. *lib.* 4. *Paris. cons.* 104. *num.* 37. *lib.* 1. *Alex. cons.* 74. *num.* 6. *lib.* 1. *Curt. jun. cons.* 165. *num.* 17. nec testes, qui se ab ipsamet uxore audivisse fatentur, sive ab ejus consanguineis, *Aym. cons.* 41. *nu.* 2. & *cons.* 112. *num.* 13. *Farin. d. cons.* 157. *num.* 6. *lib.* 2. & *in tract. de testib. quæst.* 69. *num.* 55. *Bertaz. d. cons.* 228. *num.* 1. *in fin. Paris. d. cons.* 54. *num.* 17. & 24. *lib.* 4. *Rot.* coram *Card. Mantica decis.* 162. *num.* 8. & *decis.* 170. *num.* 2. coram *Gregor. XV.* & *decis.* 762. *num.* 6. *p.* 2. *in recent.* nec ii, qui non reddunt sufficientem causam scientiæ, possunt deservire ad effectum plenæ, & concludentis probationis, prout requiritur, *glos. in l. solam C. de testibus*, *Felin. in c. cum causam num.* 3. eodem *tit. Bald. cons.* 219. *n.* 2. *lib.* 4. *Aym. cons.* 2. *num.* 4. & *cons.* 115. *num.* 9. nec obstat, quòd iidemmet testes,
17 vel saltem aliqui eorum dicant se vidisse livores, & audivisse ploratum uxoris, & sonitum verberum, cum potuerint provenire ex aliis causis, quàm ex percussionibus mariti: nec præsumi debet, quòd livores provenerint ex percussionibus, & sævitia viri, sed imo adscribendi sunt causis, quæ a viro deducuntur: nec probatio sævitiæ
18 præsumptiva relevaret, cum ad probandam sævitiam non sufficiant aliqua indicia sævitiæ, nec præsumptiones, *Paris. d. cons.* 54. *num.* 13. *in fin.* & *seq. lib.* 4. *Rot. decis.* 371. *num.* 3. post *secundum vol. cons. Farin.* cum aliis per eundem *Farin.* adductis *in d. tract. de delict. carn. d. quæst.* 143. *num.* 164.

Nec

Digitized by Google

Nec aliquid facit asserta fama, quòd
19 uxor fuerit malè tractata à viro, si vel testes de ea deponentes non sint quales ad affectum probandi famam requiruntur juxta tradita per *Jas.* & alios, quos congerunt *Surd. cons.* 151. *num.*77. *Honded. cons.* 102. *num.*70. *lib.* 1. & *Menoch. cons.*149.*num.*40. & *seq.*vel elidatur aliis probationibus a viro factis, ex quibus appareat eum semper benè suam uxorem tractasse,eique amorem exhibuisse: quod etiam verum esse demonstraret soboles, si qua esset cum uxore suscepta,nec non aspectus viri, morumque ipsius suavitas, de quibus etiam rationem habendam scripsit oportere dicta *Rota* coram *Remboldo* sub *num.*23. Nec obstat, quòd saltem probetur sævitia ex nimia, &
20 immoderata quadam percussione, si vir semel aliquam ob causam, vel iracundia percitus uxorem lacessiverit, ut eadem *Rota* inquit in *cit.decisione* coram *Remboldo*, additque ex percussione non resultare talem sævitiam, quæ possit præbere justam causam separatio-
21 nis, si ferula uxor verberata sit, vel alio simili instrumento, deciditque non posse dictam percussionem censeri atrocem, & sic non posse ex ea ad sævitiam inferri, quæ ad effectum separationis debet esse magna, ut supra probatum est, &, ut plures sentiunt, talis
22 esse debet, ex qua possit probabiliter mortis periculum timeri: Ita *Rota* post *Ferrett.* & *Barbos. in rubr. ff. solut.matr.* 2.*part. num.*3. & *seq.* quo certè periculo nemo dixerit subesse uxorem, eo quòd semel fuerit dicta ferula percussa: nec
23 percussio mulieris,quantumvis sit atrox, attenditur, quando illa contigit casu, vel ex ira, aut alia insolita animi commotione, nec subest timor similis percussionis in posterum: divortium enim,
24 seu tori separatio, fit propter timorem futuri damni, ac propterea etiam tenetur uxor, quæ divertit à viro, ad eundem redire, data sibi sufficienti futuræ incolumitatis cautione, *d. cap. per literas*, & *c. ex transmissa de rest. spol.*
25 latè *Sanchez d. disput.*18.*sub num.*16.*post med.vers. secundò existimo.*

Nec ex unica percussione potest pro-
26 babilis conjectura desumi,fore ut etiam in posterum sæviat vir in uxorem, si non probetur, quòd vir sit crudelis, & pronus ad sævitiam, neque id colligi valeat ex percussione: quinimò, si vir sit naturæ placidæ, & constet eum aliàs semper in honore, & amore habuisse uxorem,cessat penitus causa timoris sævitiæ in posterum, qui possit in constantem virum cadere, ut *Rot. d. dec.* coram *Remboldo* animadvertit.

Præterea, si vir sponte sua offerat
27 cautionem de benè tractando uxorem, nullus certè superesse potest timor, ne levis quidem mali: cum tamen ad effectum separationis requiratur, quòd adsit timor mali maligni, quodque sit
28 talis timor, qui cadat in constantem virum, *Sanchez d. disput.* 18. *num.* 10. ubi ait, quòd divertere est res gravissi-
29 ma: ac propterea non est concedendum divortium ob cujuscumque mali timorem, quia daretur ansa passim diver-
30 tendi, cum rari sint conjuges, inter quos aliquæ discordiæ non oriantur: & timoris rei levis nulla habetur consideratio in jure, *l.metus ff. de eo quod met. caus.*cum similibus: & hæc omnia, quæ ad probationem sævitiæ pertinentia exaravimus, eisdem ferè verbis adnotavit *Rota* in decisione pluries indicata, atque edita coram *Remboldo*. Si autem vir capitali odio uxorem prosequatur, idque liquidò constet, divertendi locum concedendum putamus, tametsi à viro cautio fuerit oblata, ut infra ostendemus sub *num.*46.

Nunquam, aut rarò, viros suos
31 mulieres, & præcipuè nobiles, de adulterio in solutam, vel meretricem occultè commisso accusant, quia non habent latentia peccata vindictam, juxtà dictum *Papæ Innoc. in* 32. *quæst.*5. quem refert, & sequitur *Vrsell. in tom.*1. *conclusion.legal.concl.*59.*num.*74.*vers.*& *propterea in proposito* ibi: *Nota illud dictum Papæ Innocentii: nam aliàs perdifficilè reperirentur viri sic casti, ut ab uxoribus divortium assequendi studio in tribunalibus ecclesiasticis minùs accusarentur, totumque sic non conservaretur connubium*: & licèt, jure civili inspecto, vir uxoratus, solutam carnaliter co-
32 gnoscendo, adulterium minimè committat, *Soccin.cons.* 148. *lib.*1.*Scapp.de jure non script. cap.* 50. *num.* 4. *Clar.in §. adulterium num.* 2. *vers. cæterùm*, *Farinac.qu.*141.*nu.*75. *Caball.cas.*32. *Berlich. part.*4. *concl.* 27. à *num.* 47. usque ad *nu.* 49. secus tamen est de jure canonico, *cap.nemo* 4.& *cap.dicat* 32. *qu.*4.*cap. fin.d.c.*24. *qu.*5. & *cap. transmissa de eo, qui cogn. consang. Menoch. cons.* 249. *num.*9.*vol.* 3. *Farinac. d.quæst.* 141. *num.* 81. *Berlich. d.concl.*27. *par.*4. *n.*43. *vers. tertio modo.* At ejusmodi in judicio cau-
33 tè à judice est procedendum, prudentia magis, quàm scientia utendo: Etonim

tim domestica dissidia, quæ facili negotio componi possunt, si prudentia non auferantur, aut saltim non mitigentur, vires indè exasperata majores suscipiunt, quàmplurima peccata admittuntur, exitiales inter affines inimicitiæ oriuntur, soboles malè educatur, & per sæpe familiæ ad summam egestatem reducuntur: & hinc est, quòd causa separationis tori, ut diximus sub *num.* 5. inter graves, & arduas connumeratur:
34 idque etiam probant *Abb. & Anton. de Butrio in cap. si prò debilitate, & in cap. causam matrimonii de offic. deleg. Paris. cons.* 54. *num.* 14. *vol.* 4. *Rimin. jun. cons.* 174. *num.* 16. *vol.* 2. *Natt. cons.* 616. *Farinac. qu.* 164. *Genuens. in prax. d. cap.* 21. *num.* 21. *Rota* apud *Gregor. XV. decis.* 294. *num.* 12. & post *secundum volum. consilior. Farinac. decis.* 371. *num.* 1. & *seq.* & *decis.* 411. *num.* 2. *part.* 1. *recent.* & *decis.* 324. *num.* 4. *par.* 6. imo inter gravissimas recensetur, *Rota decis.* 239. *num.* 18. eadem *par.* 6. & reputatur causa status, *glos. in cap. mulieri de jurejur. Jacobus Leonissa* inter *cons. matrimonialia divers. lib.* 1. *cons.* 49. *num.* 25. & 92. *Riminald. jun. d. cons.* 174. *num.* 17. *Rota in d. decis.* 324. *num.* 5. *par.* 6. *recent.*

Si autem deponeret mulier, quæ stuprata, carnaliterque cognita prætenditur, nullum omninò ejus depositio probationis gradum constitueret, cum illi, tamquam confitenti suam turpitudinem, se scilicet carnaliter cognitam fuisse, non credatur, ut habetur *in l.* 2. *C. de condict. ob turp. caus.* & *in cap. non sanè* 13. *qu.* 5. & *in cap. inter dilectos extr. de fid. instr.* & ex pluribus id probant *Cravet. cons.* 41. *num.* 2. *Grat. cons.* 52. *num.* 28. *Bajard. ad Clar.* §. *stuprum num.* 40. *Caball. cas.* 200. *num.* 112. *in fin. Giurb. cons.* 37. *num.* 40. & *Bertazzol. cons.* 3. præsertim *num.* 2. *vers. hoc præsupposito*, & *num.* 3. ubi plures congerit, & *cons.* 235. *num.* 4. *circa fin.* ibi: *Et tanto magis, cum ipsa accusando, vel prætendendo saltem ab eo fuisse vitiatam, in eadem causa sit accusatrix, & testis, cui non est credendum, cum sit inimica:* & ibi *Additionat. lit.* B. dicit *in his terminis non esse credendum mulieri, quæ conqueritur de injuria sibi illata, & de stupro*, & alios adducit, & præsertim *Bursat. cons.* 230. *num.* 33. qui in quadam causa se obtinuisse scribit. Præterea mulieris defloratæ conquestus, & testes de eo deponentes nihil admodum officiunt, quia testes non probant, quorum repelluntur auctores, *Bertazzol. d. cons.* 3. *num.* 2. *vers. nam testes non probant*, *Cravett. cons.* 102. *num.* 58. *lib.* 1. & *Seraphin. decis.* 1075. *num.* 3. & mulier pauper, & vilis, in totum à testi-
35 ficando repellitur, *l.* 3. *in princ. ff. de testib. cap. in literis extr.* eodem *tit. Grammat. cons.* 58. *nu.* 11. *Joann. de Amicis cons.* 87. *nu.* 8. & 9. *Paris. cons.* 152. *num.* 17. *vol.* 4. & alii adducti per *Bertazz. d. cons.* 3. *num.* 6. & si mulier per diversas vagavit partes, etiam per mare iter faciendo in societatem plurimorum hominum, in eadem cymba insimul pernoctando, & dormiendo, de ejus honestate liquere non potest, ut advertunt *Caccialup. in leg. si qua illustris num.* 22. & *num.* 23. *in fin. C. ad orfician. Bald. cons.* 206. post *num.* 2. *lib.* 3. *Gozzadin. cons.* 31. *vers. propterea non potest*, *Soccin. cons.* 148. *num.* 4.

Porrò quum de divortio agitur,
36 non facilè mulierum assertioni credendum, quia multa asserere, ac suspicari solent, quæ non sunt, ut inquit *Rota decis.* 238. *num.* 19. *part.* 1. *divers.* & præcipuè, ubi zelotypia intercedit, quæ se-
37 cundùm *Tull. lib.* 4. *tusculan. quæst.* est ægritudo, ex eo quòd alter quoque po-
38 tiatur eo, quod ipse concupiveris: Hinc uxores ex pellicatu excandescunt, irascuntur, ac vindictam parant, furoreque ductæ atrocia, diraque facinora perpetrant, nec viris ipsis parcentes, ut adnotavit *Tiraquell. in tract. de legib. connub. l.* 13. 28. *fol. num.* 206. *col.* 2. *vers. impatientes sanè sunt*: Ad superbiam verò,
39 dominationemque uxoris in virum, multum videtur habere ponderis, & momenti, habitatio viri in domo uxoris, ut apertè insinuat *Divus Hieronymus in Jovinianum lib.* 1. exponens illud *Proverb.* 21. & 25. *Melius est habitare in angulo tecti, quàm cum uxore litigiosa in domo communi*; inquit enim: *Si domus communis mariti, & uxoris erigit uxorem in superbiam, & contumeliam viro facit; quanto magis, si in domo ejus vir manserit? Incipit enim non uxor, sed domina esse: & viro si offenderit, migrandum est. Tiraquell. ubi supra glos.* 2. *in particula textus en pouvuir de sen Marii num.* 47. *fol. mihi* 254. *col.* 2. *vers. quæ sententia:* & virum quandoque ab uxore de domo expelli pro certo habetur *in l. Marcellus* 11. *ff. rer. amotar.* ibi: *Sive vir uxorem, sive uxor virum domo expulerit*: & ibi *Angel. num.* 2. dicit: *Ut fortè, quia domus erat uxoris, & ideò expulit virum, asserens, Reginam Joannam carcerare fecisse virum, quia Regnum erat suum.*

Tira-

Tiraquell. ubi supra num. 47. versic. sciendum.

Si vir simul non vivat cum uxore,
40 vel ad eam non flectatur, tunc dotem ab eo uxor repetere potest insimul cum antefato, cum vir eo in casu pœnam diffidii patiatur, ut dixit in puncto individualiter *Napod. in consuet. ubi dos in ver. rest. faciendæ lit. B. num. 32. in tit. de jur. dot.* esse enim debent una anima, & una caro, sicque inter eos communicari debent divina, & humana jura, *leg. 1. ff. de rit. nup. l. adversus C. de crim. expil. hæred.* & idem *Napod.* ibidem *num.* 24. expresse dicit, quòd & dos, & antefatum repeti possunt: & ibi addentes id ipsum affirmant.

Ex capite sævitiæ divortium fieri
41 posse, & dotem, ac donationem propter nuptias per uxorem lucrari, ex singulari *cons. Dec.* 539. probavit *Thes. dec.* 130. *in fin. num.* 4. & ex *Bal. Lup.* & aliis docuit *Sanchez de matrim. lib.* 10. *disp.* 18. *num.* 20. Præterea quòd sit multùm considerabilis, ut inde fiat separatio, culpa viri in non præstando
42 uxori alimenta condigna, & necessaria, quæ intelliguntur juxta qualitatem, & dignitatem ipsius uxoris, ex *Bar. Bal. Alex. Surd. Jas. Cast. Rip.* & aliis docuit *Reg. Valenzuela in d. cons. 41. num. 46.* quod eò durius est judicandum, si ex dicta culpa abortum fuerit sequutum cum maximo vitæ periculo uxoris; quod expresse consideravit *Sanchez de matr. d. disp.* 10. *num.* 12. ubi ex *Palud.* & *Cajet.* hanc gravissimam tyrannidem esse censuit: & si ex his, & aliis orta fuerint jurgia gravia, & frequentia inter conjuges, & ex culpa ipsius viri molesta fuerit cohabitatio, adeo quòd induxerit uxorem ad se in monasterio claudendam; hinc deducitur, justam hujus sævitiæ genus divortii causam esse, ut docet *Henriquez lib.* 11. *de matrim. cap.* 17. *num.* 7. & eum sequitur *Sanchez dict. disp.* 18. *num.* 11. Metus enim tanti mali in virum constantem cadit, ut ipsemet *Sanchez* probavit *lib.* 3. *disput.* 4. *num.* 14.

Immò ex sola lite mota per uxorem
43 super majori parte bonorum suorum præsumitur maritus effectus ejus inimicus, *l. propter litem*, ubi *glos.* & DD. *ff. de excus. tutor. auth. si sextis C. de testib.* & hoc punctualiter admisit, ut ad tori separationem, dotis, & antefati restitutionem sufficiat, *Aym. Crav. cons.* 31. *num.* 2. & 3. & eum sequutus fuit, ac idem etiam fundavit *Reg. Valenzuela in d. cons.* 40. qui *num.* 43. illud in casu suo voluit procedere, ex quo aderat lis super restitutione dotis, & harrarum, ac [illegible] separationis quoad torum. Non solùm autem sævitia præterita ipectanda est,
44 sed quid in futurum timeri debeat, prudentissimi judices judicabunt: & in terminis litis motæ inter conjuges id accurate docuerunt *Covar. 4. decret. 2. par. c. 7. §. 5. num. 2. Guttier. can. quæst. lib.* 1. *c. 24. num. 9. Barbos. in d. 2. par. rub. num.* 32. & ex *Graff. Lopez*, & aliis *Sanchez* in prædicto *lib.* 10. *de divor. disput.* 18. *n.* 19. & DD. opinio est, quòd in judicis
45 arbitrio sit decernere, ac dijudicare, an sævitiæ sufficiant ad uxorem à viro separandam. Si odio capitali vir mulie-
46 rem prosequatur; tunc cautionis remedium adhiberi nequit: non enim satisdatio propositum malevolum mutat ad tex. in *§. final. inst. de suspec. tutor.* & ita ex multis fundat *Guttier. d. c. 24. can. qu. lib.* 1. *num.* 4. & in puncto, stante lite, non esse cautioni fidandum censuit *Sanchez in d. disp.* 18. *num.* 33. & nobilis uxor non
47 debet facilè se fidare cautionis fragilitati. Ita singulariter docuit *Reg. Valenzuela in d. suo consilio* 41. *num.* 39. Quantum verò proficiat, eandem obtulisse cautionem, enucleavimus supra sub *num.* 27.

Nec eo in casu, si adsit filius, dotis
48 fructus debent remanere pro filii alimentis: tunc enim filios à marito esse alendos, nedum majores, sed etiam minores triennio, & uxori esse filiorum educationem tradendam, ac à patre alimenta in domo uxoris esse præstanda ex *Navar. Cov. Molin. Cujac. Lara*, *Guttier.* & *Molses.* censuit *Reg. Valenz. in d. cons.* à *num.* 62. usque ad *num.* 66. & hoc locum omnino obtinet, si pater justam divertendi causam præbeat, ut infra dicemus sub *num.* 53.

Matrimonio quoad torum communi
49 utriusque consensu derupto, non amplius dotem viro competere, nec jura dotalia ad tex. in *leg. 1. §. 1. ff. de jur. dot.* voluere *glos. Petr. Cyn. Bal. Joann. Fab. Castren. Corn. Alex. Jas.* & *Dec. in leg. 1. C. de jur. dot.* quos sequitur *Tiraquell. de retract. lignag. §. 10. glos. unic. num.* 17. & notabiliter id dixit *Bal. in rub. C. de privileg. dot.* & ibi formaliter docuit, quòd
50 si maritus non sustinet onera matrimonii, tenetur restituere fructus dotis: &
51 quamvis uxor nullam viro culpam adscribere possit, filios patris tantùm expensis alendos fore, in terminis dixit *Henricus in c. fin. num.* 7. *de conver. infid.* quod confirmat *Sanchez* ea ratione, quia in eo eventu jus codicis in nihilo immutatum reperitur, quo ante triennium

Digitized by Google

filium à matre non nobili, post triennium a patre alimentari filium debere sancitum est in *l. nec filium C. de patr. potest.* Ita *Sanch. lib.* 10. *de divort. disp.*20.*num.* 10. Sed vide, quæ paulò infra latiùs enucleabimus sub *num.* 53.

Præterea debet suppleri ex viri patrimonio, quod uxori deest, quando fructus dotis, & antefati secundùm ejus decentiam non sufficiunt ad eam ipsam alendam, *Bar. in l. si constante num.* 102. & 103. *ff. sol. matr.* qui allegat *Cin. Specul.* & alios, & ibi *Alex.* post *num.*38.qui allegat tex. juncta *glos. in l. creditor* §. *si inter ver. negetur ff. mand. Roman. cons.* 517.*num.*2. *Bald. in l. quod in uxorem*,& ibi *Salyc. C. de neg. gest. Guid.Pap.quæst.* 439. *in c. an vir teneatur*, *Cuman.cons.*75. *num.*3. & relatis *Ludovic.Marsil. Ferret.* & *Tiraquell.* id ipsum censuit *Add. ad d.cons. Romani* 517.*lit.F.ver.culpa.*

In monasterium detrudere oportet
52 uxorem, si commisit adulterium: & hoc fieri debet in pœnam, *Grammat. in dec.* 31.*Tasson.de antef. obser.*2. *ver.*8.*num.*29. *fol.*487.*Gaballin.* & alii, quos refert, & sequitur *Danza in addit. ad Grammat. in d. decis.*31. *num.*3. Si autem ex parte viri illud fuit commissum, vir, & non uxor castigari, & puniri debet, eaque in summum viri odium adducta alicui probæ, & honestæ mulieri, quousque causa ad exitum protrahatur, custodienda studiosiùs committi debet in loco, ubi vir, vel parentes ejus nullam eidem uxori possint violentiam afferre, ut inquit textus in *cap. ex transmissa* 8. *de restit spoliat.* idque itidem probat *Guttier. lib.*1.*canonic.quæst. c.*24. & signanter *num.*6.& *in tract. de matrim. c.*129. *nu* 28.
53 Melius tamen tum viri, tum uxoris honestati consulitur, si monasterium ipsa ingrediatur: quod consonum praxi esse ostendimus supra sub *num.*6.

Quando mulier propter viri sævitiam
54 ab ipso recedit, tunc de jure codicis filiorum educatio remittitur ad arbitrium judicis, quod regulatur, ut, si soboles sit minor triennio, tunc matri tradi debeat, per *text. in l. unic. C. divortio facto apud quem liberi morari, vel educari debeant:* Sed de jure novissimo authenticorum fuit dispositum, quòd quando pater causam divortio præstitit, tunc filii apud matrem patris expensis educari debeant, per *text. in* §. *illud quoq. auth. ut liceat matri & aviæ*, & *in auth. si pater C. divortio facto*: idque probant communiter DD. quos refert, & sequitur *Sanchez de matrim. in lit. de divortio disput.*20. *tom.*3.

Dum autem jura disponunt, educationem filiorum debere fieri penes matrem, ea non debet cum filiis in monasterium ingredi, & sat est, si penes honestam matronam remaneat, prout inquiunt communiter Canonistæ relati per *Guttier. in loc. cit.* & ei debentur alimenta, & litis expensæ extra domum, *Afflict. in decis.*10. & 152. *Surdus de alimentis tit.*7. *quæst.*16.*num.*5. *Sanchez de matrim. tit. de dispensation. lib.*9.*num.*22. *fol.*1184. *tom.*2. *Molfes. ad consuetud. Neap. par.*7.*tit. de jure quartæ quæst.*7.*num.*3. *fol.*517. & uxor se-
55 verè à marito verberata non solùm potest petere alimenta extra domum, sed etiam litis expensas, & alia necessaria, *Bald. in l.*1. *C. communia de leg. Rebuff.* Covarr. & alii relati *per Guttier. in dict. lib.*1. *canon. quæst. cap.* 4.*num.*7.*Thes. Barbosa*, & alii, quos refert, & sequitur *Præs. de Franchis in dec.*244.*num.*3.

Lata sententia super tori separatione ob viri culpam, ac super dotis, & paraphernalium bonorum restitutione, cum condemnatione ipsius mariti in quibuscumque fructibus de jure debitis, quandoque contingit dubitari, an, & ad quam rationem debeantur, & sint taxandi fructus dotis, & paraphernalium bonorum. Quòd fructus dotis de jure debeantur, in
56 dubium revocari non potest: nam cum separatio tori contigerit ob mariti culpam, is ad restitutionem dotis tenetur, *Abbas in c.*1.*de donat. inter virum*, & *uxorem*, *Bald. in cap.*1.*num.*2. *ut lite non contestata*, *Menoch. consil.*1024.*n.*3.*de Franch. decis.*244.*num.*1. & 2. *Seraph. decis.*1315. *n.* 1. cum aliis in consimili causa allegatis in *Januen. fructuum* 15. *Martii* 1634. coram Auditore decano: & mulier tunc vindicat dotem, tamquam domina, contra incumbentem rei alienæ, qui tenetur nedum rem ipsam, sed & fructus ex ipsa re perceptos restituere ex eo tempore, ex quo, re in judicium deducta, scientiam malæ fidei possessionis accepit, *Litigator C. de fruct. & lit. expen. l. certum C. de rei vindic.* & semper mala illa fides per litis contestationem contracta impedit acquisitionem dominii fructuum, quia incipit scire, rem ad alium pertinere, *l. sed & si pater in fin. ff. ad Macedon. c. si diligenti, c. fin. de præscription. Bartol. in l. illud ff. de petit. hæredit. Cravet. consil.*116.*n.*60. *Ofasc. decis.*160.*num.*2. *Surdus consil.* 4. *num.*43.
57 & 45. *vol.*1. Nec juvari potest maritus aliqua æquitate, cum semper in virum contra uxorem sævientem urgeat culpa in legem matrimonii patrata, & inde lucrum consequi leges non permittunt, ut

dicitur in *l. cum patre §. libertis ff. de legat. secundo*: idque itidem probant *Surd. de alim. quæst. 25. num. 2. & seq. Osasch. dec. 124. num. 12.*

De fructibus pariter bonorum paraphernalium, vel eorum, quæ data fuere in dotis augmentum, idem dicendum est, & eodem modo debentur, prout de dote dictum fuit, cum à pari procedant in restitutione dos, & illius augmentum, *§. 1. auth. de æqualit. dotis, Nevizzanus consil. 76. n. 14. Negusan. de pignoribus quarto membro secundæ partis princip. num. 46. Decianus consil. 52. num. 51. volum. 2. Rota decis. 513. num. 3. part. 4. recent.* & in fortiori bus terminis, nedum contra maritum, sed etiam contra hæredes mariti, contra *Afflict. dec. 291.* fructus de augmento deberi uxori testatur *Thes.* decisum in sua *dec. 45.* & in Rota Romana idem fuit determinatum in *Romana donationis propter nuptias* 31. Januarii 1601. coram *Cardinali Pamphilio*.

Quæ autem ratio sit ponenda in taxan-
58 dis fructibus, non omnino certum, exploratumque videtur: & quidem Romana Rota in *Januensi fructuum* 15. Martii 1633. in *Firmana*, seu *Maceratensi fructuum* die 24. Januarii 1618. coram *Pirovano* 1633. & in alia *Januensi separationis tori* die 3. Julii 1634. coram eodem *Pirovano* eos taxavit ad rationem sex pro centenario, sequendo consuetudinem regionis, & civitatis, in qua non est particulare statutum, prout in urbe Romana: & fructus dotis, qui ex mora debentur, aliquando taxati fuerunt ad rationem quinque, ut in *Perusina dotis* 17. Martii, & 12. Maji 1630. coram *Dunozetto*, & quandoque ad rationem sex, & sex cum dimidio, & aliquando ad rationem octo, ut in casu, de quo agit *Thes. dec. 45. num. 3.*

Hodie verò in hoc Regno dotis fructus ad rationem quinque pro centenario indiscriminatim taxantur, nisi aliter conventum fuerit, vel consuetudine receptum.

Ecclesiasticus judex super separa-
59 tione tori conjugalis judicat, *cap. 3. extr. de donat. inter virum, & uxorem*: idque præsertim comprobarunt *Innoc. Hostiens. Zabar. Joan. Andr. Butr. Abb. & Ancharan. Carol. Cavalc. decis. 18. num. 30. par. 1. Barb. in l. 1. part. 1. num. 46. ff. soluto matrim. Molina de primogen. lib. 2. cap. 18. n. 66. Sanch. de matr. lib. 10. disput. 8. num. 15. tom. 2. Cancer. variar. resolut. part. 3. tit. 11. de sponsal. n. 169. Fontanella de pact. nupt. claus. 2. par. 4. glos. 10. num. 35. Bobadil. lib. 5. c. 17. num. 102.* ad scritque Ce[illegible] hoc constare apud omnes in *tract. de [illegible]nit. per viam violentiæ part. 2. quæst. [illegible] num. 1. vers. ex quibus*, ubi pluris refert auctores: & de jure civili, facto divortio, matrimonium solvitur, sine quo dos non datur, *l. dotis 3.* ibi: *Neque enim dos sine matrimonio esse potest, ubicumque igitur matrimonii nomen nō est, nec dos est*: & quod solvatur matrimonium, probatur *ex l. consensu 8. C. de repud.* ubi restringuntur ex utroque latere viri, & uxoris, causæ repudii, ac inter sufficien-
60 tes causas adulterium, ac sævitiæ enumerantur: & licèt hæc per legem evangelicam respectu vinculi omninò cessent, concessa tantùm tori separatione, manente quoad vinculum matrimonio; attamen dos, quæ ex jure civili procedit mulieri restitui debet, *cap. 1. de donat. inter vir. & uxor.* ibi: *Mulieres, cum pro aliqua licita causa à propriis viris fuerint separatæ, totam dotem præcipimus sibi reddi*. Quæ videntur mutuata à *Justiniano in §. cæterè verò auth. de nupt.* ibi: *Dotemque percipere totam*.

Optimè verò docuit *Præs. de Franchis*
61 *in decis. 244.* dotis restitutionem agitari in Sacro Consilio, determinato per Ecclesiasticum divortio: & in *dec. 312.* agit de judicio principaliter intentato vel eodem tempore, vel ante in S.C. super dotis restitutione ob divortium.

Nec dubitamus, Sacrum Consilium cognoscere de restitutione dotis: quod benè fundatur in dictis decisionibus: & quoad alimenta id ipsum firmatur apud *Matth. de Afflict. dec. 152. ex num. 4.*

Aliqui authores, quos adducit, & se-
62 quitur *Fontanel. de pact. nup. claus. 7. glos. 2. part. 10. ex num. 52.* affirmarunt non debere restitui dotem, ubi ob sævitiam fit separatio quoad torum. Sed tex. præmissus in *cap. 1. de donat. inter vir. & uxor.* expressissimè dotem ait restitui debere, dummodo separatio licitè facta sit: licitam verò esse, quæ ob sævitiam fit, res ipsa ostendit, dum ob hoc in dies matrimonia separantur, & leges etiam sævientem virum repudiari posse admittunt, ut in *l. consensu 8.* ibi: *Si se verberibus (quæ ingenuis aliena sunt) efficientem probaverit*; C. *de repud.* addito *d. §. cæterè verò auth. de nupt.* & agnovit sæpius S.C. ut in *dec. Præs. de Franch. 244.* canonizata per *Rotam* apud *Farinac. dec. 706. num. 3.* Sed vide quæ hac de re latiori calamo exscripta fuerunt *in tom. 6. fol. 403.* ubi præmemoratum textum in *lege consensu* probè emendatum habes. Si verò non ob

sævi-

ſævitiam tantùm, verùm etiam ob adulterium factum fuerit divortium, dotem apud virum remanere non poſſe fatetur idem *Fontanella* ibidem *n.*60.

Furor ſuperveniens eſt juſta cauſa ſeparationis quoad torum: verùm debet eſſe furor magnus, & intolerabilis, *Præſ.de Franch.dec.*312.*num.*7.

FINIS TOMI ULTIMI.

ADDITIONES.

JAM pleraque ſcripſimus in *tomo* 6. noſtræ juriſprudentiæ *a capite vigeſimo nono uſque ad trigeſimum ſecundum*, ut compertum exploratumque oſtenderemus manutenendum eſſe Ill. Principem Curſi D. Jo: Baptiſtam Cicinelli in poſſeſſione, quam ipſe ſibi comparaverat feudalium, aliorumque bonorum, quæ pater, avus, aliique ejuſdem familiæ Principes obnoxia voluerant fideicommiſſis, ex quibus idoneum illi validumque poſsidendi titulum obveniſſe probavimus, rejectis objectionibus, quæ pro D. Julia Maria Cicinelli filia Principis D. Johannis Andreæ, qui filius fuit & hæres Principis D. Antonii germani primogeniti fratris præmemorati D. Johannis Baptiſtæ Cicinelli, objectabant adverſarii cauſſæ patroni, exiſtimantes eam uti hæredem eſſe in poſſeſsionem immittendam ex præſcripto *legis ultimæ C.de edicto divi Adriani tollendo*, & poſtea jure certandum, an aliquem ſibi locum fideicommiſſa vindicare poſſent. Nunc autem addendum putamus eam cauſsam fuiſse amicabili tranſactione ſopitam: quandoquidem ipſe Princeps D. Johannes Baptiſta jam provectus ætate ſine uxore eſſe conſtituit, conceſsitque lubenter, ut D. Julia Maria cum D. Jacobo Caracciolo filio Ducis Martinæ, Marchione S. Johannis in Flore, matrimonii fœdus iniret, ac ſatis habuit nonnulla ex prædictis bonis, nonnullaſque ex reditibus quantitates ſibi reſervare, ea inſuper lege adjecta, ut Principis ipſe titulo perfrueretur; illa verò eſset Gryptaliarum Duciſsa, illuſque filii ſive ex præfato, ſive ex alio matrimonio procreaturi ultra paternum cognomen, aliud ſecundo loco ex Cicinellis aſsumerent.

Ad *t.*9.*c.*54.*de crim.ſtupr.in fin.*

Quum extremam hiſce noſtris lucubrationibus manum admoveremus, deciſio edita fuit in S. C. quam hic, ceu operis additamentum, adnectendam, & facti circumſtantias, & jura, quibus innititur, percenſenda putavimus. Julius Cæſar Florentius civis Parmenſis matrimonii ſpe ac pollicitatione Carminam de Simeonibus irretitam defloraſse criminatus in M. Curia, ex juſsu q. Marchionis Villæ planæ Judicis Commiſsarj carceribus addictus fuit, delictumque in genere, ſtuprum ſcilicet obſtetricum iudicio recenter illatum, ſubſecutaque copula conſtitit, mulieris honeſtas, mutuæque amationes teſtium examine inſtante Fiſco probatæ. Poſt inde Julius ipſe Cæſar legitimè interrogatus, amore ſe Carminæ deperiiſſe, atque ab ea rogatum, ut cubitum condormiturus abiret, primùm, ne quid ſibi accideret adverſum, extimuiſſe, mox autem obſecundaſſe a muliere concitum, & bis illi noctu cohæſiſſe, illamque ab aliis inveniſſe cognitam, & corruptam, ac duobus carolenis & ſericis tibialibus muneraſſe ultro reſpondit. Termino, quo ſe inquiſitus defenderet, præſtituto, quum rerum omnium inopia laborare dignoſceretur, eum D. Franciſcus Pannotius ex decreto M. C. patrocinandum aggreſſus non in ſtupro, ſed in fornicatione delatum verſari crimen autumavit. Et quidem, quum Fiſcus tacite præmemoratam confeſſionem ratam habuerit, litemque ſuper ea fuerit conteſtatus, e carcere Julius Cæſar dimittendus videbatur: quandoquidem, ut Ulpianus ait in *leg.* 11. §. 9. *ff.de interrogat. in jur.facien.* & *interrog. action. qui interrogatus reſp.onderit, ſic tenetur, quaſi ex contractu obligatus, pro quo pulſabitur, dum ab adverſario interrogatur*: & quoniam in cauſſis peragendis æquabilitatem ſervare oportet, jus fasque erat ſuum inquiſito reſponſum opitulari, quemadmodum ipſi aliàs maximè adverſabatur, ut in *leg.*4.*ſub cit. tit.* conſtitutum a Prætore dicitur in hanc ferme ſententiam: *Voluit Prætor adſtringere eum, qui convenitur, ex ſua in judicio reſponſione, ut vel confitendo, vel mentiendo ſeſe oneret ſimul etiam portionis, pro qua quiſque heres extitit, ex interrogatione certioretur.* Hinc

mos inolevit *scindendarum in judiciis criminalibus confessionum, rejiciendarumque criminum excusationum*, quas Fiscus validis *probationibus* ire possit inficias: quumque adversus inquisitum manifesta in actis habentur *testimonia*, de his monitus interrogatur, ut fideliter ingenuequè respondeat, seque valeat objectis relevare. Quum itaque Fiscus adversus Julium Cæsarem & stupri signa, quæ obstetrices reperiisse dixerant, quæque fallacia semper optimis quibusque visa fuerunt, & mulieris honestatem, & amationes, ex quibus matrimonii pollicitatio elicitur, objectare posset, certiorem de hisce omnibus illum reddere, monereque debebat. In interrogationibus autem, & responsionibus litis contestatio consistit, qua reus fit, quisquis de crimine arguitur, ut *Cujacius* edocet in *leg.* 13. *Cod. de judic.* hujuscemodi verbis: *Sequitur litis contestatio, qua propriè reus fieri dicitur, cum scilicet legibus interrogatur: &, ut Asconius Pedianus ait, in litis contestatione sunt tantùm interrogationes, & responsiones.* Quoniam verò Julius Cæsar Florentius se cum Carmina rogatum concubuisse, illamque ab aliis agnovisse defloratam, & corruptam, ac perceptæ mercedem voluptatis persolvisse interrogatus respondit, non de stupro, sed de simplici fornicatione impunè reus existimandus videbatur: & ne mulieri quidem arguendi jus erat ex lege Julia. Cæterùm, si Fiscus inquisiti responsiones à veritate abhorrere opinabatur, eas rejicere debebat. Sed quum M. C. terminum ei *ad se defendendum adversus confessionem* præfiniverit; eadem ipsa confessio, quæ litem contestata fuerat, decidendi normam præbebat: & quamvis Julius Cæsar, dum aliàs de alio stupro interrogabatur, Carminam stuprasse incidenter adfirmavisset; id tamen parvipendendum censebatur: confessio etenim per id temporis, quo aliud exercebatur judicium, incidenter facta, objectari, adversarique minime poterat, ut in S. C. decisum refert *Afflictus in dec.* 176. ubi absoluta dicitur mulier, quæ de furto inquisita, & interrogata, se adulterii turpitudine inquinasse fuerat incidenter confessa. Contra verò idem S. C. apud *Præsidem de Franchis dec.* 290. confirmavit latam in M. C. sententiam, qua reus de veneficio incestuque principaliter inquisitus, adulteriumque confessus ideo damnatus fuerat, quia, dum quæstio in eum suppliciis exercebatur, de adulterio quoque interrogatus *confessionem ratam* habuerat, neque se adversus illam defenderet, jam terminus fuerat constitutus. Præterea tam veneficii atque incestus, quam adulterii accusatus, incidenter neutiquam confessus dici, existimarique posse videbatur. Sepositâ igitur confessione ab Julio Cæsare Florentio, quum de alio stupro interrogabatur, ut diximus, incidenter facta, reliquum erat, ut de illo tantùm cognosceretur crimine, quod cum Carmina de Simeonibus patrasse adfirmaverat: sed M. C. *idibus* Februarii anno 1743. eum per *quinquennium in* præsidio ad serviendum damnavit. Appellatione verò proposita in S. C. commissaque causa Regio Consiliario D. Tiberio de Flore, iisdem probationibus, iisdem actis, iisdem præmemoratis juribus perpensis, die quartadecima kalendas Octobris in aula integerrimi probissimique viri D. Antonii Maggioccho, nemine porsus dissentiente, decisum fuit: *Benè appellatum per Julium Cæsarem Fiorenza, & male judicatum per nostram M. C. V. ac proinde excarceretur*; ut videre est in banca Emanuelis Lamberti actuarii criminalis penes scribam fiscalem Dominicum Algarium.

Ad cætera, quæ hic addidimus, compluscula accedunt animadversiones, queis pleraque hoc in volumine sparsim exarata breviter enucleantur. Quod in *primo de beneficiis ecclesiasticis titulo Jus num.* 9. diximus, beneficiis insitum esse onus persolvendi horas canonicas; id planè secundùm recentiorum Pontificum sanctiones verum existimamus, quanquam ab ipsis Apostolorum temporibus horarum canonicarum cepit initium, earumque luculenter, expressimque meminerunt *Sanctus Clemens in lib.* 8. *constitutionum cap.* 40. *Divus Cyprianus in lib.* 1. *de oratione dominica*, *Divus Athanasius in lib. de virginibus*, *Divus Chrysostomus in homilia ad Populum*, *Divus Basilius* tùm *in institutionibus moralibus*, tùm *in regulis fusis*, pluribusque in epistolis *Divus Hieronymus*. Et licèt *Polydorus Virgilius lib.* 6. *de inventione rerum* ecclesiasticam legem de horis canonicis persolvendis a Pelagio I. seù II. latam fuisse putaverit fretus authoritate *cap. Eleutherius distinct.* 91. verius tamen credimus Pelagium, quod antea consuetudine antiqua observabatur, lege deinde lata observari jussisse, ut *Coriolanus* docuit *in breviario*.

In eodem quoque *titulo de beneficiis ecclesiasticis* eum diximus non semper possi-

dere

dere, qui est in possessione: quod Sanctum planè fuit *in lege si quis* 10. §. *idem Pomponius de adquirenda, vel amittenda possessione*. Creditor autem missus in possessionem bonorum debitoris fraudationis caussa latitantis, & vicinus domus vicini occupans ob non præstitam cautionem de damno infecto, non possident, neque sunt in possessione, *leg.* 3. §. *creditores ff. uti possidetis*, *leg. cum legatorum* 12. *quibus ex caussis in possessionem eatur*, sed custodiunt, *leg.* 3. §. *ultimo de adquiren. vel amittenda possessione* Possessio autem diffinitur *detentio rei cum animo sibi habendi*, ut est apud *Viccium in tract. de possess. duorum qu.* 3. *num.* 1. & possessiones etiam aliquando dicimus res, quas in patrimonio nostro habemus, sicque possessiones *Cicero* usurpavit *in epistola ad Trebatium*, quæ est *in septimo familiarium libro*, & in *lib. de divinatione*, ubi ait, *antiquiorem Dejotaro fuisse laudem, & gloriam, quàm Regnum, & possessiones suas*: eamque verbi significationem novit *Paulus in leg. interdum ff. de verb. significat. Interdum proprietatem quoque verbum possessionis significat, sicut in eo, qui possessiones suas legasset, responsum est*. Et eadem verbo subjecta notio fuit *in cap.* 23. *Geneseos*. *Quod cum audisset Abraham, appendit pecuniam, quam Ephron postulaverat, audientibus filiis Heth, quadringentos siclos argenti probatæ monetæ publicæ, confirmatusque est ager quondam Ephronis, in quo erat spelunca duplex, respiciens Mambre, tàm ipse, quàm spelunca, & omnes arbores ejus in cunctis terminis ejus per circuitum Abrahæ in possessionem*.

Ad ea, quæ de filiis naturalibus, & spuriis exaravimus *in titulo de jure patron. sub num.* 42. addimus, spuriorum respectu patris nullam rationem haberi posse, secùs respectu matris, dummodò non sit illustris, quæ legitimos etiam habeat filios, *leg. si qua illustris Cod. ad Senatus Consultum Orficinum*. Spurii autem propriè nuncupantur nati ex muliere, quæ se omnibus pervulgat, suamque omnium libidini domum patefacit, ut quo patre concepti sint, ignoretur: & apud Romanos hisce duabus literis notabantur *S. P.* id est sine patre: ideoque *Cajus in primi institutionum libri cap.* 4. spurios adpellitari ait sine patre filios: quod ornatissimè literis, memoriæque mandarunt *Plutarchus in problem. & Alex. ab Alexandro in lib.* 5. *dierum genialium*.

Pensionis diffinitionem tradidimus in principio *tit. de pensionibus*, eamque inibi sub *num.* 12. spirituale jus esse adfirmavimus *Garziæ* potissimùm auctoritate innixi. Is etenim *in tract. de beneficiis part.* 1. *cap.* 5. pensionem ad hanc sententiam diffinivit: *Pensio est jus spirituale, aut illi annexum, instar beneficii percipiendi certam pensionem fructuum mensæ, vel beneficii ad tempus ob justam caussam*; eique inhærentes *Azorium*, & *Lotherium* retulit *Emanuel Gonzalez in commentario ad cap. nisi essent* 21. *de præbendis sub num.* 5. At verò pensionem, qua œconomi, qua æditui, alteriusve officium temporale rependitur, temporalem, non autem spiritualem esse altro fatemur, fateturque idem præmemoratus *Gonzalez in* 6. *num. ejusdem commentarii*: deque pensionum origine, & caussa, consulenda est *actio x. Synodi Calcedonensis* apud *Labb. v.* 4. *p.* 599. editionis Venetæ. Justas verò, non simulatas esse caussas oportet, quamobrem pensiones constituantur, *cap. vacante* 26. *in fine, cap. exstirpante* 30. §. *quia verò de præbendis*, & *dignitatibus*, *cap.* 3. *de officio Vicarii*, *cap. constitutos vers. cum autem de religiosis domibus*, *cap. per tuas de donation. cap. penult. de verb. significat, clementina* 1. *vers. eadem de supplenda negligentia*: idque præter alios, qui de pensionibus libros edidere, luculenter edocent *Flaminius de resign. lib.* 2. *qu.* 2. *Azorius institution. moralium part.* 2. *lib.* 8. *cap.* 6. *qu.* 1. & *Gonzalez in commentario ad cap. nisi essent* 21. *sub num.* 8. *de præbendis*, & *dignitatibus*.

Divini memoriam officii usurpavimus *in tit. de pensionibus sub num.* 9. Officium autem est munus, & eo fungi munere est injunctæ obligationi satisfacere. Sic Episcopus suo munere fungi dicitur, si secundùm Apostolicum mandatum, quod est *in epist.* 2. *ad Timotheum sub cap.* 4. verbum Dei prædicet, vigilet, in omnibus laboret. Sed aliam *Plautus*, aliam *Terentius*, aliam *Cæsar*, *Tullius Cicero* aliam, aliam *Junius Columella*, *Juvenalis* aliam, aliam *Plinius*, aliam quoque *Svetonius*, aliam alii huic notionem verbo subjecere. Offiicii quoque nomine adpellitantur preces, de quibus egit *Divus Clemens in* 8. *lib. constitution. cap.* 40. *Preces vestras facite diluculò, tertia hora, sexta, nona, vespere, & in galli cantu*: *Diluculò gratias agentes, quoniam illuminavit nos Dominus expulsa nocte, & inducto die. Tertia, quoniam illa hora Dominus sententiam Pilati accepit*: *Sexta, quoniam tunc crucifixus est*: *Nona quoniam omnia commota sunt, crucifixo Domino perascentia impiorum horre audaciam*,

Digitized by Google

daciū, & nō ferentia ignominiæ Dñi. Vespere gratias agentes, quòd dedit nobis noctem diurnorum requiem: In galli cantu, quoniam eo tempore nunciatur adventus Domini ad exercenda opera lucis: easq; alii preces, quia definitis horis funduntur, horas canonicas nuncuparunt, de quibus in Concilio Cabilonensi sub Carolo ita scriptum invenimus: *Horas canonicas, matutinum videlicet, primam, tertiam, sextam, nonam, vespertinam, completorium pariter celebrent.* A Græcis autem ejusmodi officium dicitur κανὼν, de quo Antiochenus *in homil.* 105. *Psalmodia nostra canon adpellatur, & quemadmodum colonus, nisi dederit plenam, & bonam mensuram suam, in vincula conjicitur, & cruciatur, sic monachus, qui negligit suum canonem, seù mensuram, cui adstrictus est, Deo quotidiè persolvere, à Dei gratia excidit, & traditur inimicis suis.*

Dicitur etiam in Concilio Narbonensi ordo psallentium, *Hoc quoque definitum est, ut in psallendis ordinibus per quemque psalmum gratia dicatur omnipotenti Deo.* Dicitur item collecta, dicitur σύναξις & aliis quoque illud nominibus indicatur, de quibus *Hæphtenus*, deque officiis divinis *Isidorus* ornatissimè scripsit: atque officii nomen usurpavit Leo X. ideoque dicitur officium, quia, ut est in regula divi Benedicti, matutino, primæ, tertiæ, sextæ, nonæ, vesperæ, completoriique tempore Deo servitutis officium persolvitur: idque in Agathensi Concilio declaratum dicitur *in cap.* 1. *de celebratione missarum.* Sed *Carnotensis, Burchardus,* & *Gratianus* id ipsum Nannettensi Concilio tribuendum putarunt: huc que pertinent, quæ scripsit *Fortunat. epigrammate* 10.

Carmine Davidico divina poëmata pangens
Cursibus assiduis dulce revolvit opus.

Decimas, quæ græcè δεκάτας nuncupantur, ut probè ait *Divus Hieronymus in commentario* ad verba illa: *Et hæ sunt primitiæ*, quæ habentur *in cap.* 45. *Ezechielis sub num.* 13. inter spiritualia connumeranda existimavimus in principio *tituli de decimis:* & sic etiam usurpantur *in cap. cum olim de præscript.* & *in c. ultimo de rerum permutatione,* sicq; usurpatas invenimus cum apud alios, tum maximè apud *Petrum Blesensem in epist.* quam Richardus Cantaurienſis Archiepiscopus *ad Abbatem,* & *Conventum Cistercienſium* scripsit ad hanc fermè sententiam: *Quid interest, equos rapiatis, an decimas? nisi quia decima res spiritualis est, & ideò enormius sacrilegium in decimis committitur, quàm in equis.* Spirituales autem adpellantur, quia clericis præbentur pro opera, quam in spiritualia pendunt, conferuntque. Cæterùm temporales utique dici valent. Ius autem decimarum nequeunt habere laici, quia nullam habent, nec habere possunt potestatem spiritualium ministrandorum, quorum causſa, ut diximus, præbentur clericis: *Nam* (ut Apostolus inquit *in epist.* quam scripsit *ad Romanos, cap.* 15. *sub num.* 17.) *si spiritualibus eorū participes facti sunt, debent & in carnalibus ministrare illis:* & idem ipse Apostolus *in epistola prima ad Corinthios cap.* 9. *num.* 11. *si nos vobis,* ait, *spiritualia seminavimus, magnum est, si nos carnalia metamus?*

Quod autem pluribus in locis diximus Deum præstari decimas jussisse, ut signum essent universalis dominii, quod ipse habet, ut *in psalmo: Domini est terra, & plenitudo ejus, orbis terrarum, & universi, qui habitant in eo;* id planè veteri scripturæ consonum videtur: quandoquidem Deus ipse suas esse decimas dixit *in libr. Levitici capite* 27. *sub num.* 30. & 32. *Omnes decimæ terræ, sivè de frugibus, sivè de pomis arborum, Domini sunt, & illi sanctificantur. Omnium decimarum bovis, & ovis, & capræ, quæ sub pastoris virga transeunt, quidquid decimum venerit, sanctificabitur Domino:* eaque Levitis pro ministerio concesſit, ut eorum, quæ vivendi necessitas postularet, commodum, utilitatemque perciperent, quemadmodum legimus *in libri Numeri capite duodevicesimo sub n.* 21. 23. & 24. *Filiis autem Levi dedi omnes decimas Israelis in possessionem prò ministerio, quo serviunt mihi in tabernaculo fœderis. Nihil aliud possidebunt decimarum oblatione contenti, quas in usus eorum & necessaria separavi:* idque cùm alii propemodum innumeri luculentissimè comprobarunt, tùm maximè Innocentius III. *in cap. si tua nobis de decimis* hujuscemodi verbis: *Nimis profectò videtur iniquum, si decimæ, quas Deus in signum universalis dominii sibi reddi præcepit, suas esse decimas, & primitias asseverans, occasione præmissa, vel excogitata magis fraude diminui fortè valerent: cumque Deo debita sit solutio decimarum, clericis eas ipse pro suo cultu concesſit:* cui porrò sententiæ peroptimè congruunt, quæ auctor tractatus *de rest. catholic.* scripsit: *Unusquisque de quali ingenio, vel artificio vivit, de ipso decimam Deo in pauperibus, vel Ecclesiis donet. Consideret, quia omnia Dei sunt, per quæ vivit, sivè terra,*

sivè

sive fœmina, vel omnia, quæ sub cœlo sunt, vel super cœlos, & si ipse non dedisset, nihil utique haberet: Nam Deus, qui dignatur totum dare, decimam de suo dignatur a nobis repetere.

Quo verò jure decimæ pendantur, *Cardinalem Baronium* tradidisse indicavimus *ad ann.* 57. idque ipse inibi tradidit sub *num.*77. *& seq.* non autem sub *num.*23. ut per amanuensium oscitationem hoc in volumine scriptum fuit sub *num.*13. ejusdem citati *tituli de decimis*: & naturali jure conferendæ videntur, quia illis clericorum pensantur labores: eoque itidem jure stipendia militibus, salaria magistris, aut magistratibus, demensa familiaribus debentur, eo merita cuique merces persolvitur: quod in *Levitico*, in *Deuteronomio*, in *Ecclesiastico*, apud *Tobiam*, apud *Matthæum*, apud *Lucam* commendatum, demandatumque legimus. Nondum profecto institutis, nondumque legibus confirmatæ res erant, sed jus naturæ vigebat, innataque vis, quæ, ut Cicero ait, religionem, pietatem, gratiam adferebat, quum decimæ præstari ceperunt. Per id fermè temporis Abraham Sacerdoti Melchisedech decimas persolvisse dicitur tum *in libri geneseos quartodecimo capite*, tum *in septimo epistolæ*, quam Divus Paullus scripsit *ad Hebræos* huiuscemodi verbis: *Hic enim Melchisedech Rex Salem Sacerdos Dei Summi, qui obviavit Abrahæ regresso a cæde Regum, & benedixit ei: cui & decimas omnium divisit Abraham: primùm quidem qui interpretatur Rex justitiæ: deindè autem & Rex Salem, quod est Rex pacis, sine patre, sine matre, sine genealogia, neque initium dierum, neque finem vitæ habens, assimilatus autem Filio Dei manet Sacerdos in perpetuum. Intuemini autem, quantus sit hic, cui & decimas dedit de præcipuis Abraham Patriarcha.* Jacob etiam in Mesopotamiam profecturus decumas Deo vovit, ut est *in Geneseos cap.*28. eæque non tantùm ex terræ fructibus, sed ex aliis quoque rebus, non ex præcepto, sed ex voto, seu pro libito pendebantur: quod & eadem scriptura indicat, & *Abulensis* optimè tradidit. Exinde verò sancitæ leges, quæ in *Exodo*, in *Levitico*, in *Deuteronomio* lectitantur, eisque a Deo Optimo Maximo decumarum solutio præstituta, quas *Herodotus*, *Xenophon*, *Plutarchus*, *Diogenes*, *Diodorus Siculus*, aliique permulti apud alias quoque gentes nationesque libatas olim fuisse tradiderunt. Sed & Christus Dominus apud *Lucam*: *Væ vobis*, inquit, *Scribæ, & Pharisæi, qui decimatis mentham, & anethum, & cyminum, & reliquistis quæ graviora sunt legis, judicium, & misericordiam: hæc oportuit facere, & illa non omittere*: & apud *Matthæum*: *Reddite*, ait, *quæ sunt Cæsaris, Cæsari, & quæ sunt Dei, Deo*: quod ita *Divus Hieronymus* edisserit: *Porrò quod ait*: *Reddite, quæ sunt Cæsaris, Cæsari; idest nummum tributum, & pecuniam*: *& quæ sunt Dei, Deo; idest decimas, primitias, & oblationes. Tunc autem Cæsar Tiberius tyrannus erat, Sacerdotes infideles, avari, & in malo pertinaces, in mortem Domini jugiter meditantes, & tamen illis Dominus jubet decimas dare*: ideoque decimas à Deo institutas, divinoque jure persolvendas putarunt antiquiores, quibus & sanctorum Patrum testimonia, & conciliorum canones, & Pontificiæ constitutiones adstipulantur, & præsertim *Divus Clemens*, *Divus Ambrosius*, *Divus Augustinus*, *Urbanus II. Gregorius VII. Alexander III. Innocentius III. Honorius III. Concilium Matisconense 2. Concilium Moguntinum 1. Concilium Tribur iense*, *Lateranense*, *ac Tridentinum*. Alii verò, tametsi non eunt inficias, naturali ac divino jure decimas deberi; earum tamen quantitatem clericis tribuendam ecclesiastico præfinitam jure autumarunt, ut *Suarez*, ut *Fagundez*, ut *Hunnius in encyclop. tract. de decimis cap.* 1. Alii prædiales inter & personales decumas discrimen constituentes ex divino illas jure, has verò ex præscripto Ecclesiæ deberi adfirmarunt, ut *Hostiensis*, ut *Henricus Boich.* ut *Nicolaus Lemnistre in tract. de decimis cap.* 2. & 3. Sed enim decimas ecclesiastico indiscriminatim iure pendendas meritò existimarunt *Divus Thomas* 2.2.*q.*87.*art.*1. & *quodlibet.* 2. *art.* 8. *Sotus in lib.* 9. *de justitia qu.* 4. *art.* 1. *Castr. adversus hæreses sub verbo decimæ*, *Tostatus ad cap.* 23. *Matthæi*, *Covarruvias*, *Guttierez*, *Moneta*, *Menchaca*, *Duarenus*, *Solorzanus*, aliique plurimi recentiores canonistæ, ac omnes ferè theologi ea ducti ratione, quia Christus Dominus nunquam persolvi decimas jussit: & apud *Lucam* non dixit id fieri oportere, sed facere Judæos oportuisse, qui sub lege veteri vivebant, sedulique erant in minimis, indiligentes in maximis. Divinarum autem constitutionum, quas in *Exodo*, in *Levitico*, in *Deuteronomio* lectitari scripsimus, nullam habendam rationem putarunt, quia, translato

Sacer-

Sacerdotio, ut Apostolus scripsit ad *Hebræos*, necesse fuit, ut translatio quoque legis fieret: nec sanctorum Patrum, nec Pontificum, & ne Conciliorum quidem authoritate decimas jure debitas divino perspectum inquiunt ostendi: quandoquidem vel de prima institutione, qua Judæi obstringebantur, locuti fuere, vel ideò eas jure divino præbendas adseruere, quia olim ipso debebantur jure, quod Ecclesia imitandum proposuit, vel quia penduntur pro labore, quo in divinis clerici exercentur: qua de re *Sanctus Thom. in quodlibet 2. art. 8. in quodlibet. 6. art. 10. & in citat. qu. 87. art. 1. Tostatus ad cap. 23. Matthæi sub q. 149. & Solorzanus in tom. 2. lib. 1. cap. 21.* perquam optime, scitissimeque scripserunt. Præterea si clerici divino sibi jure decimas vindicarent, eas nec privilegio, nec usu, nec præscriptione tolli, aut minui posse fateri oporteret, ut habetur in *cap. litteras tuas 13. de restitutione spoliatorum*, in *cap. aucta*, in *cap. memor*, & in *cap. habeat 24. qu. 1.* idque cum alii theologi unanimiter probarunt, tùm maximè *Divus Thom. in 2. 2. q. 88. art. 10. ad 3. & in 1. 2. q. 97. art. 4. ad 3. & quodlibet. 4. art 13.* Sed reapsè decimæ tolluntur, & minuuntur, ut complures Pontificum sanctiones perspectum, exploratumque demonstrant in *cap. suggestum 9.* in *cap. ex parte 10.* in *cap. licet 11.* in *cap. ad audientiam 12.* de *decimis*, & in *cap. cum ordinem de rescriptis*. Monachos profectò, qui sacramenta vetustiori ævo a propriis Parochis recipiebant, pendebantque decimas, ab earum postmodum solutione immunes legimus effectos. Hujusmodi verò immunitatis initium alii ab Summo Pontifice Paschali repetunt, alii ab Gregorio VII. nos tamen a Concilio Moguntino sub Paschali celebrato, & a *cap. decimas, a cap. quæsti 16. qu. 1.* repetendum illud existimamus. Gregorius inde VII. privilegium edidit exscriptum post Lateranense Concilium hujusmodi verbis: *Statuimus, ut Monasteria ex suis prædiis nullo modo decimas solvere cogantur, quia, si legitimè dandæ sunt, orphanis, & peregrinis dandæ sunt. Indignum est enim, ut a clericis exigantur, qui propter eum, cujus sunt decimæ, pauperes efficiuntur: nam pauperes Domini sunt: pauperum hereditas pauperibus ejus eroganda est, illis videlicet, qui propter amorem illius, quæ poterant possidere, dimittunt. Magna ratione nititur dictum privilegium: nam Monachi quidquid lucrantur, non sibi, sed communitati adquirunt pro fratrum sustentatione, & residuum in pauperes expendunt: unde injuste ab eis decimæ exiguntur.* & Cœlestino III. immunitatem tributam legimus Congregationi Montis Virginis in bulla *religiosam vitam*. Fratres etiam ordinis redemptionis captivorum a decimarum solutione Innocentius III. exemit, ut constat ex bulla *operante Patre*. Eam itidem exemptionem Hospitali Fratrum ordinis Cruciferorum in civitate Bononiæ degentium concessit Urbanus III. in bulla *cum antecessor tuus*; eam Casinensibus indulsit Joannes XV. ut liquet ex chronica Casinensium *lib. 2. c. 1.* ea Innocentius III. Camaldulenses æque ac Cistercienses donavit, ut liquet ex *lib. 2. epist. 12. & ex cap. ad audientiam 12. de decimis*: hucque pertinet Richardi Cantauriensis Archiepiscopi querimonia, quam cum Abbate, & Conventu Cisterciensium habuit ad hanc plane sententiam apud *Petrum Blesensem* exscripta: *Non ponimus in cœlum os nostrum, nec de facto Summi Pontificis disputamus, sed si dominus Papa indulgentia speciali quandoque privilegiavit vos, dum ordo vester in paupertate gaudebat, dum in usus egentium suæ tenuitatis viscera liberaliter effundebat, potuit tolerari ad tempus, licèt in communem redundaret injuriam, quod causa necessitatis fuerat introductum: Nunc autem, quando vestræ possessiones multiplicatæ sunt etiam in immensum, privilegia hæc potius ambitionis, quàm religionis instrumenta censentur. Quidquid indulgeant privilegia Ecclesiæ Romanæ, vobis expedire non credo contra conscientiam vestram, quod alienum est, usurpare. Quid si a Sede illa publicum emanasset edictum, quòd ubicumque inveneritis clericos, aut alterius habitus monachos equitantes, vobis liceret eos de suis vectionibus dejicere, & equos in usus proprios retinere? Quid interest equos raptatis, an decimas?* (quod supra etiam scripsimus) *nisi quia decima res spiritualis est, & ideo enormius sacrilegium in decimis committitur, quàm in equis. Cum Dominus præcipiat decimas solvi, quis contra ejus præceptum potuit dispensare? Ubi divina, & humana jussio sibi invicem contradicunt, obediendum est Deo magis, quàm hominibus*: ac ubi seria illos adhortatione ad eam immunitatem aut ejurandam, aut temperandam impellere studuit, has tandem jactare minas non dubitavit: *Quòd si pertinaces vos, & inflexibiles exhibetis, vinculo anathematis innodabimus universos, qui aliquid vobis de-*

dederint, aut vendiderint, unde jus decimationis obveniat, atque in cœlum clamabimus, & ad thronum ſummi Judicis appellabimus, ne quis hujus vinculum excommunicationis abſolvat. Principum etiam favorem in hoc pleniſſimè obtinebimus, ut gladio ſpirituali manus ciulis aſſiſtat, ut quidquid contra Principale oraculum venditum, aut donatum vobis fuerit, confiſcetur: & eam ipſam immunitatem ex præſcripto Pontificis Honorii III. Fratres etiam prædicatores S. Dominici habuiſſe invenimus in bulla *religioſam vitam*: eam Fratres Divi Franciſci a Clemente IV. eam alii ab Summis aliis Pontificibus obtinuere.

Quod autem diximus in *titulo de decimis ſub numero* 24. & 31. eas nec præſcribi admodum, & ne tolli quidem omnino poſſe; id quidem verum eſt, ſi neceſſaria ſuppetant Eccleſiæ Miniſtris: idque præter alios docuit *Emanuel Gonzalez in commentario ad caput ad Apoſtolicę* 20. *de decimis*, ubi ait, *conſuetudine induci non poſſe, ut decimę tàm prędiales, quàm perſonales omnino non ſolvantur*: *conſuetudine tamen legitimè præſcripta effici poſſe, ut laici eximantur a ſolutione decimarum, ubi decimę neceſſariæ non ſunt ad ſuſtentationem Miniſtrorum Eccleſię, vel ut minor portio, quàm decima ſolvatur.* Quapropter decimæ contra quemcunque præſcribi queunt, quia humano, non divino jure debentur.

Ad *numerum* 27. ejuſdem *tituli*: Actio hypothecaria datur ſuper fructibus, non ſuper prædiis, cum ex fructibus, decimæ debeantur.

Ad *num.* 34. Cum decimæ ex fructibus dependeant, qui fructus percepit, decimas præſtare tenetur, non ſucceſſor ſingularis prædii.

Ad *num.* 44. *pag.* 64. Cauſa introductionis decimarum fuit ſuſtentatio miniſtrorum Eccleſiæ: hæcque eſt vera ratio, & conſonans tum naturali, tum divino juri: & decimæ prædiales ſunt illi Parocho ſolvendæ, quia: ſi qui ſint in eo prædio, ſunt ſub illius cura, atque tenetur iis ſacramenta, cæteraque divina officia miniſtrare.

Ad *num.* 51. Decima tolli poteſt, dummodo Parochus habeat alimenta, & cætera neceſſaria ad munus ſuum explendum.

Ad *num.* 52. Decimæ valde differunt à tributis: nam hæc penduntur à ſubditis Regi, aut alteri ſummæ poteſtati, quia Domini ſunt, *l. de precario ad leg. Rhod. de jact.* illæ ſucuſſerunt oblationibus, quæ a fidelibus ultro fiebant.

Ad *cap.* 10. *de Concil. & Synod. num.* 4. & 5. Concilium vel eſt generale, ſive œcumenicum, vel nationale, diœceſanum, Patriarchale, ſive Archiepiſcopale, vel provinciale, vel Epiſcopale civile parœcianum: & præter hæc ſunt quædam inferiora œcumenicis, ſuperiora Patriarchalibus, veluti Sardicenſe, quod ob cauſam Athanaſii Pauli Aſclepæ, & Marcelli convocatum fuit ab Impp. Conſtante, & Conſtantio, Francfordienſe à Carolo Magno convocatum ob cauſam Iconoloſtarum, & Synodus Nicæne ſecunda, ad quæ Concilia convenerunt Epiſcopi plurium diœceſeon, non unius tantùm, nec totius orbis chriſtiani.

Ibidem *eodem num.* 4. loquitur ſecundùm præſentem diſciplinam, qua Archiepiſcopi ſunt iidem, ac Metropolites, non ſecundùm antiquam, qua illi diœceſi præſunt, iſti provinciæ: & ideo illi majores erant iſtis.

Ad *Caput XI. de Summo Pontifice num.* 1. Papæ dicebantur omnes Epiſcopi, ut ex epiſtola Beati Cypriani, & aliis.

Ad *num.* 9. Marcellini hiſtoria eſt potiùs ſabella. Bonifacius duorum principiorum ſectatores, ideoque Manichæos eos eſſe dixit.

Ad *Caput XII. de Cardinalibus num.* 2. Illo ævo non erat dignitas. Epiſcopiorum Cardinalium origo eſt valde recens.

Ad *num.* 6. Decreto Synodi Baſileenſis plures 27. eſſe nequeunt. Decretum hoc primus violavit Xyſtus IV. quem ſequuti fuere Alexander VI. Leo X. Paulus IV. & Xyſtus V.

Ad *num.* 12. Hæc violatio eſſet contra jus gentium. Nullus ignorat, quæ dicta, ſcriptaque hac ratione contra Synodum Conſtantienſem, & quos effectus illa violatio produxit.

Ad *cap. XIV. de juribus Epiſcoporum num.* 1. Idem eſt ac inſpector: dicitur etiam Papa. Caput diœceſis in antiquis canonibus eſt Patriarcha, Exarchus, Archiepiſcopus, & id conſonat proprietati vocis.

Ad *num.* 8. De hoc baculo, deque illius, & anuli traditione, atque ſignificatione conſulendi ſunt ſcriptores medii ævi: & notæ ſunt controverſiæ pro ea re habitæ inter Summos Pontifices, Epiſcopoſque, & Principes.

Ad *num.* 13. adde, praxim conſecrationis Epiſcopi eſſe interventum trium Epiſcoporum: & notæ ſunt controverſiæ pro ordinatione Cornelii Stenhorcl. in Epiſcopum facta a ſolo Epiſcopo Babilonenſi.

Ad *num.* 15. Videndi ſunt canones Synodorum

Digitized by Google

rum Antiochenſis, Sardicenſis, Carthaginenſis &c. contra translationes: & requirendus verus uſus translationum, & cum non vera juſtaque cauſſa facta ſint conſcientiæ onerantur.

Ad *num.* 17. Qui infirmitate, vel ætate ſuum nequit exercere munus, renunciat, vel ei datur coadjutor, cujus uſus eſt antiquiſſimus in Eccleſia.

Ad *num.* 18. adde diſtinguendum inter temporalem, & ſpiritualem juriſdictionem.

Ad *num.* 30. *colum.* 2. *verſ.* 33. ubi refertur Concilium Orleanſienſe corrige, & adde Aurelianenſe anno 511. ſed verba relata *ex can.* 19. non leguntur, ſed ſolùm ibi præſcribitur Monachos ſubjici Abbatibus, & Abbates Epiſcopis: in *can.* 17. ejuſdem Synodi legitur: *Omnes autem Baſilicæ, quæ per diverſa loca conſtructæ ſunt, vel quotidiè conſtruuntur, placuit ſecundùm priorum canonum regulam, ut in ejus Epiſcopi, in cujus territorio ſitæ ſunt poteſtate conſiſtant*; ſed canon hic, ſicut & plurimi alii ex novis conſtitutionibus attendi non poſſunt.

Ad *num.* 32. Eccleſia S. Ægidii Altavillæ eſt regiæ fundationis, atque collationis. Cum agitur de regalibus, ſufficit aliquo monumento probare, quid ſemel poſſeſſum, quia regalia non præſcribuntur.

Ibidem *pag.* 109. *in* 2. *col.* quantum ad cauſas matrimoniales conſulendus eſt *Laganoius col.* 1. *p.* 2. Quantum ad cauſas criminales ſumma adcuratione diſtinguendum, ne renoventur abuſus medio ævo introducti, quibus laicali poteſtati maximè officiebatur. Quantum ad beneficiales diſtinguendum inter loca, & loca, & inter beneficia, & beneficia, cum cauſæ beneficiorum Regii patronatus, vel quæ ſunt feudis adnexa, vel quæ ſub immediata regis protectione fundata fuere, cognoſcantur ab ipſius Regis Magiſtratibus, non per Epiſcopos.

Ibidem *verſ.* 28. quæ dicta ſunt non tam liberè procedunt, ne jura lædantur Epiſcoporum, qui a Chriſto illis ejus ovium paſcendarum curam fuiſſe mandatam divino verbo tum ſcripto, tum tradito probare curant.

Ibidem *p.* 110. *col.* 1. Non ſuffragatur poſſeſſio pro poteſtate, quam juriſdictionem ſpiritualem appellant, nimirum ordines conferendi, confeſſarios deſtinandi &c. & *col.* 2. Pro impedienda viſitatione non eſt neceſſaria Bulla Pontificis, cum ſufficiat eſſe Regiæ collationis: & in fine dictæ *columnæ*: Collationes Eccleſiarum Regni non uſurpavit Fridericus, ut apud plures hiſtoricos habetur.

Ad *num.* 44. Poteſt, imò debet Epiſcopus fructus omnes ſuperfluos pauperibus dare.

Ibidem *pag.* 120. *col.* 1. Hæc non eſt donatio, ſed fructuum bonorum Eccleſiæ neceſſarii per Epiſcopum ſub periculo ſuæ animæ facienda diſpenſatio.

Ibidem *col.* 2. *circa medium*: Sententia prædicta non plenè fundatur: nam plures interpretes ſic exiſtimaverunt malè producendo ſententiam *l. ult. C. de bon. quæ liber.* contra regulam, diſpoſitionem hominis legis diſpoſitioni præferendam: & non benè convenit argumentum à patre familias, & filiis familias, ad Monaſterium, Monachum: cum alia ſit poteſtas patris familias in filios familias, alia Monaſterii in Monachos.

Ad *nu.* 45. *pag.* 123. *col.* 2. *in fin.* Cur vaſallus ſi intra annum non petierit inveſtituram, relevium ſolvendo, privabitur feudo, non ſic emphyteuta? Prima ratio, quam tradit *Jaſon in l. fin. Cod. de jur. emphyteut. num.* 41. diſtinquendo inter jus reale, & perſonale, non procedit: altera poſt eam tradita eſt vera.

Ad *cap.* 16. *de viſitatione per Epiſcopum facienda num.* 13. Eccleſia Caſtri novi eſt etiam exempta quoad parochianos.

Ad *num.* 20. Archiepiſcopus Capuanus eſt in quaſi poſſeſſione viſitandi Eccleſiam Sanctiſſimæ Annunciationis Capuæ.

Ad *fin. dict. tituli*. Computa hodiè reddunturlaicis, præſente Clerico, aliove ab Epiſcopo delegato.

Ad *cap.* 21. *de Regularibus num.* 18. Jus utendi fruendi retineri nequit per Monachum, nec poteſt ad alium transferri, ideoque neque ad Monaſterium: & ſi transferatur ad alium, huic non acquiritur, ſed proprietati conſolidabitur, *l. ſi uſus fructus* 66. *ff. de jur. dotium.*

Ad *cap.* 22. *de nullitate, aut validitate profeſſionis Regular. num.* 21. *pag.* 177. *poſt med.* Ratio ibi adducta non eſt firma; damnoſam enim hæreditatem appellamus, & de illa Pater familias, qui nihil in bonis habet, teſtari poteſt. Servus non eſt Civis Romanus. Servus eſt res, eſt pecus jure, non homo, *l.* 2. *ad l. aquil. l.* 1. *de rer. diviſ.* & pro nullo habetur, *l. quod attinet de regul. jur.*

Ibidem *pag.* 178. *col.* 1. Monachus eſt a patre inſtituendus, vel nominatim exhæredandus, ſicut ſunt cæteri filii familias, *l. de eo nobis* 56. *Cod. de Epiſc. & Cleric.* iſque nullam, ne minimam quidem patitur capitis diminutionem. Præterquamquod nullo capite legum civilium præſcribitur, poſſeſſione monaſtica ſolvi

nexum

nexum patriæ potestatis.

Ad *cap.* 23. *de clausur. monial. num.* 25. *versic.* 42. post verba *sicut Evangelium* adde: Hæc decreta pertinent ad disciplinam, non ad religionem, ideò non rectè dicitur ea servanda, sicut evangelium.

Ad *titulum de juribus Ecclesiar. pag.* 201. *col.* 2. *circa fin.* Sententia prædicta est contra opinionem S. Hieronymi in epistola ad Evagrium, imo omnium sanctorum Patrum, præsertim Beati Cypriani.

Ibidem: Translationes istæ sunt illicitæ, & expressè damnatæ in Synodo Sardicensi.

Ibidem *pag.* 203. *col.* 2. Translatione non contingit mors civilis, cum id nullo juris capite præscribatur. Moritur aliquis civiliter magna capitis diminutione, atque translatus nullam prorsus patitur capitis diminutionem, nullum statum amittit, quem ne Senatu quidem moti amittebant, *l.* 3. *de Senatorib.* quibus æquari possunt exauctorati, degradati.

Ad *cap.* 26. *de monasterior. construct. nu.* 46. adde: Dummodo id non sit contra voluntatem testatoris: & *num.* 49. adde post verba *licentiæ Summi Pontificis*: Et etiam Principis.

Ad *cap.* 28. *de xenodoch. num.* 7. Non tam facilè mutandæ defunctorum voluntates: Ibidem post verba *poterit erogare* adde: Sed ut consulat necessitati.

Ad *cap.* 31. *de ordinib. sacr. nu.* 11. Peccat, & fur est: nec Episcopus aliquem tonsurare potest, nisi certus eum ad sacros ordines ascensurum. Antea sæpissimè fiebant ordinationes istæ fraudationis causa, secùs hodiè post conventionem, & concordiam, qua immunitate minimè gaudent, nisi ad sacros ordines promoti.

Ad *num.* 34. Dictæ fuere vigiliæ, quia christiani noctibus celebrationum sanctorum mysteriorum vigilabant, & noctes impendebantur in prædicatione verbi Dei, in psalmodia, in celebrandis mysteriis, conficiebantur Corpus, & Sanguis Christi, quæ tradebantur præsentibus, & mittebantur justè absentibus.

Ad *num.* 41. Nullus actus extraneus intercedere potest argum. *l. continuus* 137. *de verbor. obligat.*

Ad *n.* 88. *pag.* 328. *col.* 2. *circa fin.* Quidam existimat Syricium electum a populo Romano in mense Decembris anni 384. statim post Damasi mortem, atque vita functum anno 398. & 14. annos Romanam Ecclesiam rexisse secundùm *Prosperum*, & *Isidorum*. Ejusdem sententiæ est *Fleurius*.

Ad *cap.* 32. *de sacrificio missæ num.* 4. Constitutiones istæ sunt pseudo epigraphç, unde pseudo Clemens.

Ad *num.* 41. *pag.* 343. *col.* 1. *circa med.* Primis Ecclesiç temporibus accumbentes in triclinüis lithurgiam celebrabant. Ibidem *circ. fin.* Aliud est accumbere, aliud sedere.

Ad *cap.* 33. *de jur. personar. num.* 25. *pag.* 359. *post med.* adnotandum jus naturale esse immutabile.

Ad ea, quæ scripsimus *in dict. cap.* 33. *de jur. personar. num.* ult. pro materia juris venationis in Regno Neapolis, & ordinibus datis ad favorem Ill. Principis S. Laurentii Monterii majoris, lubet addere sequentem consultationem Regiæ Cameræ Summariæ, & præscriptum per S. R. M. in mense Decembris anni 1743. pro dirimenda controversia in eadem relatione expressa ibi: *S. R. M. Signore. Si è degnata la M. V. con Regal suo dispaccio per la Secreteria di Stato, e Guerra in data de' 3. del corrente Novembre, con rimetterci il memoriale a' suoi Regali piedi porretto da D. Alvaro della Quadra Curasa Regio Montiero maggiore del Regno unitamente colla relazione fin' dalli 12. Gennajo dell' anno 1736. formata da D. Francesco Orlando allora Razionale, oggi Presidente, e Fiscale di questo Tribunale, comandarci, che in vista di quelli, e dell' informo umiliatoli dal Presidente D. Giuseppe Odoardi Delegato dell'officio di d. Montiero maggiore, circa l'esposto nel pred. memoriale l' avessimo con parere informata. In ubidienza de' Regali suoi ordini siamo colla dovuta umiliazione a far presente alla M.V. che la supplica porrettali dal Montiero Maggiore circa il fatto successo à Berardino Mango Affittatore della Caccia del Casale di Fratta Maggiore, e suo Patentato maltrattato, e ferito dalla Famiglia armata della Terra di Cardito nel mentre che per la Campagna portavasi diligenziando contro i trasgressori di Banni di detto officio, e 'l doversi riconoscere i delinquenti da questo Tribunale, e Presidente Delegato privativamente ad ogni altro Tribunale, e Giudice, sta appoggiata a privilegio speciale concessoli, e patto espresso convenuto nella compera dell' officio sudetto fatta col patto di ricomprare a beneficio della Regia Corte; quali benchè notissimi alla M. V. e da questo Tribunale in molte somiglievoli dipendenze fattili presenti; ad ogni modo per la presente controversia, e per ogn' altra, che in avvenire potesse la G. C. della Vicaria intraprendere, siamo in obligo di rac-*

raccordarle con distinzione, che comprò nell' anno 1732. l' odierno Montiero il detto officio dalla Regia Corte per il prezzo di docati 85. mila col patto di ricomprare quandocumque a beneficio di questa. Nell' offerta si disse, che intendea comprarlo con tutti li Gaggi, Lucri, Emolumenti, Prerogative, e Giurisdizioni, colli quali aveanlo posseduto i Predecessori Montieri, e specialmente il Duca di Limatola per compra fattane nell' anno 1675. dal fù Principe di Macchia: Non v' hà dubio, che fra le Giurisdizioni, e Prerogative concesse al detto officio nella vendita fatta al detto Principe di Macchia nell' anno 1675. vi fu quella delle cause civili, criminali, e miste, non solamente attive, dove i Rei sono sudditi del Montiero, ma ancora passive, dove vengono inquisite Persone non suddite per delitti, ed eccessi commessi contro de' sudditi di quello, colla facoltà al Presidente Delegato di avocare le sudette cause da qualsisia Tribunale, Corte, Foro, e Giudice così Regio, come Baronale, specialmente dalla G. C. della Vicaria, anche per le cause criminali non solamente concernentino l' Officio, ma altresì per qualsisia delitto, ed eccesso, benchè sottoposto a pena di morte tanto del Montiero Maggiore, quanto de' suoi Officiali, Famiglia, e Creati di Casa: tanto vero, che nella consulta formata à 11. Decembre 1731. da questo Tribunale al Vicerè di quel tempo per l' approvazione di tal compra fu posto espressamente tra li patti convenuti l' anzinotato. In sequela di che ne fù da quel Vicerè stipolato l' istromento, ed indi interposto il Regio Assenso. Costando dunque dal riferito di sopra l' espresso privilegio, e 'l patto chiaro circa la presente dipendenza convenuto nella compera di detto officio, a segno che in tutte l' occorrenze si è sempre la M. V. degnata ordinare l' osservanza di quelli, e che nulla contro la di loro forma innovato si fosse in pregiudicio dell' officio, e del Regio Fisco, a cui sta riservato il patto di ricomprarlo, e di tale Giurisdizione privativa è stato sempre nel possesso l' officio sudetto; in modo che questo Tribunale, seù il Presidente Delegato ha indifferentemente proceduto tanto nelle cause attive, quanto passive, e prima, e dopo la compera fattane dal presente Possessore; siamo di parere, seppure altrimenti all' alta, e sovrana Mente della M. V. non sembrarà, che potrà servirsi di ordinare alla detta G. C. della Vicaria, che così nella causa sudetta, come in altre simili, che per l' avvenire accader potessero, non s' intrometta, nè proceda, e nel caso si trovasse aver proceduto, immediatamente al ricevere l' inibitoria del Presidente Delegato si astenghi di più procedere, trasmetta gl' atti a questo Tribunale, e detto Presidente Delegato; affinchè resti per sempre determinato questo punto, onde non abbiano più a sentirsi trà questi Tribunali tali controversie di Giurisdizioni. Ed il Signor Iddio sempre feliciti la Real Persona di V. M. come Noi suoi fedelissimi Vassalli desideramo. Dalla Summaria li 29. Novembre 1743. Di V. M. Creati, e Fedelissimi Vassalli il Luogotenente, e Presidenti della Camera. Qua relatione perpensa, diploma editum fuit hujuscemodi verbis: Enterado el Rey del contenido della Consulta, que de su Regal Orden le ha hecho el Tribunal de la Camera en 29. del passado sobre la instanza del Montero Mayor del Reyno, paraque en la Causa contra los Familios de la Corte de Cardito por los insultos horrides, y carcerazion, que han ezecutado en persona de Bernardino de Mango Affittador del Jus prohibendi de la Casa del Casal de Frata Mayor, proceda el referido Tribunal de la Camera, y no se ingiere en ella il de la Vicaria, en virtud de los Privilegios concedidos al Officio de Montero Mayor; se ha dignado S. Majestad ordinar, que la G. C. de la Vicaria no se intromita, ni proceda assi en la enunciada Causa, como en otras consimiles, que pueden ofrecerse, dando pronta esecucion a las inhibitorias del Presidente Delegado del referito officio afinque al mismo se mantengan a quellas prerogativas, y Jurisdiciones, que siempre ha gozado, y està gozando en observancia de los Privilegios, que se le tienen concedidos, y accordados en la vendeta del officio, y que han sido confirmados con reiterados Despachos de S. Majestad, a tento tambien al interes que en ello tiene el Regio Fisco, respetto al derecho que le compete de la recompra del mismo officio. Toto lo qual participo a V. S. de Orden de S. M. paraque el Tribunal de la Camera en tal intelligencia proceda en la mencionada causa. Dios guarde a V. S. muchos annos, como desseo. Palacio 27. de Deciembre 1743. Sign. D. Luis Paternò. El Marques de Salas.

Ad cap. 34. de vot. num. 17. in fin. colum. 2. adde, quòd in l. in negotiis ff. de regul. jur. agitur de negotiis pupillorum, & furiosorum, & in l. fin. ff. de manumiss. vindict. dicitur, quòd infirmum pupillorum judicium regitur a tutoribus; non sic tamen est judicium filiorum familias, præsertim majorum annis.

Ad

Ad *cap.39.de recept.& authorit.pall. nu.2.* Tempore beati Gregorii magni pallium aliud significabat.

Ad *cap.41. de censur. num.* 15.Elegans hæc controversia fuit sexto sæculo pro excommunicatione Theodori Monstvestani:sed hæc propriè non est excommunicatio,sed potiùs interdicuntur mortuis divina Ecclesiæ suffragia . Consulenda sunt acta Synodi secundæ Constantinopolitanæ .

Ad *nu.44.in fin.colum.1.pag.* 412. Secùs primis Ecclesiæ temporibus .

Ad *nu.56.* Est contra antiquam Ecclesiæ disciplinam, qua cum excommunicato ab uno Episcopo nullus communicare poterat . Cum. Marciano excommunicato nullus Romæ communicavit: & nemo ignorat controversiam inter Africanos, & Romanos, quoniam hi ad communionem admiserant eum, qui fuerat ab illis excommunicatus. Consule *conon.*12. eorum, qui dicuntur Apostolorum .

Ad *num.59.pag.416.col.2.vers.*34. seiungenda est communio civilis a spirituali .

Ad *c.* 42. *de irregularit. n.*9. Jurisconsultorum sententia fœtus in utero est spes hominis, non homo, *l.in lege* 9.*ad l. falcid. l.*2.*de mort.inferend.*& mulieris portio est & viscerum, *l.* 1. §. *ex hoc rescripto ff. de ventr. inspiciend.*

Ad *num.* 37. Textus *in l. Judex postquam ff.de judic.* agit de Judice pedaneo, qui pronunciata sententia functus est officio suo, & sententiam exequitur magistratus, qui dederat illum, *l.a Div. Pio* 15. *Cod. de judic.* non ille , quia notionem solùm habet, non jurisdictionem, non mixtum imperium .

Ad *cap.*44. *de interdict. num.*2.Locale potius afficit personas respectu loci , cum locus, velut inanimatus, incapax sit pœnæ .

Ad *cap.* 45. *de sponsalib. num.* 13. *pag.* 441. *col.*1. *vers.*14.Hæc epistola est pseudo epigrapha, unde pseudo Evaristus.

Ad *cap.*46. *de matrim. num.*18. *circa fin.col.* 2. *pag.*451. Consulendus *Laugnoius vol.* 1. *part.* 2. *& tit.*10. *lib.* 1. *institut.Justin. l.* 18. *cum seqq. Cod. de nuptiis.*

Ad *num.* 43. secundùm *Baldi* sententiam in terris, quæ non sunt Papæ , solo matrimonio filii non legitimantur,cum jure civili dotalibus instrumentis legitimatio fiat, non matrimonio .

Decisionem universi S. R. C. die 23. Decembris 1738. editam , & a S. R. M.anno 1742. adprobatam exscripsimus *in octavo tomo* sub *num. undevicesimo tituli de cæteris Regni tribunalibus*, ibique non præscriptionis ope , sed vi præsumtæ solutionis constitutum præstitutumque fuit, caussidicos , sive advocatos , & procuratores litium , ex quo vel patrocinium reliquere , vel mandato sunt defecti,pro honorario, aut palmario , sive laboribus , intra biennium agere posse; post id tempus repellendos : notariis verò a die confectarum scripturarum , quousque earum exemplum , sive copiam non tradiderint, meritarum mercedum caussa non ultra biennium agere licere: & pharmacopolis ob vendita medicamenta, si adversus eum, qui ea acceperit, acturi sint , biennium concedi ; si verò post ipsius obitum ab herede repetere instituant , intra duos menses agendum, post ab judicio removendos : aliaque ad alios pertinentia sancita fuerunt , ea insuper adjecta lege , ut omnia robur ac firmitatem caperent in posterum a die promulgationis ; & propterea tum caussidici , tum notarii , tum pharmacopolæ, tum alii , quorum inibi mentio usurpatur , si infra tempora constituta vel pro honorario , quod antea consequi debebant , vel pro scripturis antea confectis, vel pro pharmacis ante ipsius decisionis promulgationem venditis non egerint, suosve in judicium arcessere debitores neglexerint ; non ideo vi præsumtæ solutionis ab judicio removeri debent , sed illis quoque temporibus effluxis de suis poterunt juribus experiri , quum leges etiam & constitutiones futuris certum sit dare formam negotiis , non ad præterita facta trahi , ut ab Summo Pontifice Gregorio IX. declaratum invenimus in decretali epistola , quam scripsit Archipresbytero S. Mariæ majoris : idque itidem *in cap.*2.*de constitutionibus*,in *leg.* 3. & in *leg.leges Cod. de legibus* vetustiori ævo statutum definitumque legimus.Probè itaque *Cicero in actione secunda* Cajum Verrem graviter objurgavit , quia improbo quodam edicto præterita hisce voluit comprehendere verbis: *Fecit, fecerit*; probeque idem ipse *Cicero* addidit : *Videmus ita sancta esse legibus , ut ante facta in judicium non vocentur* . Minus verò minusque vi præsumtæ solutionis ab judicio repelli potest , qui decisionis ante promulgationem agere cepit , vel actionem quoquo modo , tametsi minus legitimè , præfinito tempore instituit: non enim ob solum temporis lapsum solvisse præsumi debet , qui ad solutionem tempestivè adigitur : omnesque actiones,quæ tempore pereunt , semel in judicium deductæ salvæ permanent , ut habetur in *leg. omnes ff. de regul.jur.* & apud *Gonzalez*

zalez in commentario ad caput illud autem 8. de præscript. num. 6. imo etiam extrajudiciali actu ea tollitur præsumtio: idque optimè comprobant *Connanus in libro 5. commentariorum iuris civilis*, & *Cujacius* in *leg. 2. ff. pro emto*: & ne is quidem præsumptæ vi solutionis repelli debet, qui plurimos debitores variis degentes in locis eo tempore non convenit: legitimo nanque dicitur impedimento irretitus, quod efficit, ut solutionis præsumtio, & actionis præscriptio neutiquam refragentur, *l. 1. C. de annal. except. l. 1. C. de diverſ & tempor. leg. in rebus. §. omnis C. de jur. dot. Gonzalez in comment. ad cap. ex tranſmiſſa 10. num. 5. de præſcript.*

In calce tomi IX. quo loco mentem noſtram planius pateſecimus circa nonnullas quæſtiones juriſdictionales, caput illud, ubi Ritum 235. M. C. V. ejuſque vigentem obſervantiam aſſeruimus, ſic clauſimus: *Atque hodie controverſiæ prædictæ circa immunitatem Eccleſiaſticam ceſſant vigore præfatæ concordiæ, qua præſcripta fuit forma probationis clericatus, ut ex verbis conſtat a nobis relatis.* Verba hæc non in eam partem accipi volumus, ut recenti concordia aliquid derogatum credamus de laudato Ritu: manet enim ille eodem, quo antea, vigore, niſi quòd recens concordia non tantùm momenta addiderit, quibus clericatus probaretur: ea tamen probatio penes Judicem Regium, coram quo exceptio illa opponitur, ſemper ſubeunda eſt. Atque ita etiam poſt concordiæ publicationem paſſim obtinet.

FINIS ADDITIONUM.

Digitized by Google

QUemadmodum juriſprudentiam noſtram noſtro inclyto indulgentiſſimoque Regi dicatam inſcriptamque voluimus; ita nihil optatius, penſiuſque habere profitemur, quàm Regiam illius jurisdictionem, juſque Regium, quantum decet, quantumque plurimum poſſumus, tueri ſemper & fovere. At verò quoniam nonnulla hoc ad opus obrepſiſſe viſa fuerunt eidem jùri quodammodo adverſa, paullò ad eccleſiaſticum propenſiora; petitum, impetratumq; volumus, ut quiſquis ea offenderit, non ex animi noſtri ſententia edita, nec eis authoritatem additam putet.

Beneficium ab Eccleſiaſtico Præſule conferri ſcripſimus oportere in *primo de beneficiis eccleſiaſticis titulo ſub num. 9.* quod quidem regulariter verum eſt, niſi ab Summo Pontifice conferendi poteſtas laicis conceſſa fuerit: Reges autem hanc ipſam conferendorum beneficiorum poteſtatem proprio ſibi jure vindicant: qua ratione Rex noſter plurima confert beneficia etiam majora: & jure quidem regaliæ, jure itidem patronatus præbendas, & beneficia, de quibus agitur *in capite dilectus filius de clerico ægrotante* conferri ab Rege potuiſſe probat *Emanuel Gonzalez in notis ſub num. 2.* deque illo jure meminit in extremis tabulis Philippus Auguſtus apud *Rigordium* ad hanc fermè ſententiam: *Prætereà præcipimus, quòd, ſi præbenda, vel beneficium aliquod eccleſiaſticum vacaverit, quando regalia in manu noſtra venient, ſecundùm quòd melius & honeſtius poterunt Regina, & Archiepiſcopus, viris honeſtis, & litteratis, conſilio fratris Bernardi conferant: ſalvis tamen donationibus noſtris, quas per litteras noſtras patentes quibusdam fecimus*: hucque pertinet, quod Vvillelmus Nangis *de geſtis S. Ludovici* poſterorum memoriæ prodidit hujuſcemodi verbis: *Sanè in beneficiis eccleſiaſticis conferendis, quæ ad patronatum, ſivè donationem ipſius pertinebant, Deum ſemper præ oculis habebat, & electis & probatis perſonis ea, quantum poterat, conferebat, præcipuè autem in Eccleſiis cathedralibus, ubi ſede vacante ratione cuſtodiæ Regalium ex conſuetudine pertinebat ad eum collatio præbendarum: quas perſonas inquiri & eligi faciebat per Cancellarium Pariſienſem & alios viros bonos*: idemque jus conſuetudine partum novit *Innocentius III.* ut videre eſt & animadvertere in reſcripto ad Philippum Auguſtum *to. 2. libert. Gall. tit. 16. num. 5.* ubi jus collationis præbendarum vacante Laudunenſi Eccleſia dicitur ad Regem pertinere ſecundùm antiquam & adprobatam conſuetudinem. His etiam accedit Philippi Auguſti diploma apud Gamuzatium: *Prætereà de donatione præbendarum, quæ vacarunt in Eccleſia Beati Petri Trecenſis, vacante ſede illa, quià non inveniebamus aliquem qui vidiſſet, quòd nos eas dediſſemus, aut quòd genitor noſter piæ recordationis Rex Ludovicus ipſas tempore vacantis ſedis vacantes dediſſet, & etiam ex aſſertione plurium audivimus, quòd præbendæ, Archidiaconatus, & alia beneficia tempore illo vacantia futuro reſervarentur Epiſcopo Trecenſi ad conferendum quibus vellet; concedimus dilecto noſtro Herveo, Trecenſi Epiſcopo, ut ea conferat, & donationem illorum habeant jàm ipſe quàm ſucceſſores ejus Epiſcopi Trecenſes.* Sed jure patronatus plerumque ad ſeculares Principes pertinet poteſtas conferendi dignitates, præbendas, & alia beneficia, *cap. cum inter de conſuetudine, cap. dilecto de teſtibus, cap. finali de conceſſione præbendarum.* Probè itaque Ferrerius *de jure patronatus par. 2. cap. 1. num. 27. & num. 30.* diſtinguendo inter privatos, & Reges, ait: *Rex in Eccleſiis Regiæ fundationis non ſolùm eſt patronus, verùm etiam collator, & conferre poteſt, licèt in fundatione jus hoc minimè ſibi reſervaverit*: ac de jure præſentandi ad alios quoque Duces, & Comites pertinente agit *Alleſſerra in tract. de Ducibus & Comitibus cap. 8.*

His verò, quæ inibi ſcripſimus *ſub num. 44.* de penſionibus concedendis, ea quoque addenda putamus, quæ in concordia inita inter Summum Pontificem Benedictum XIV. & Regem noſtrum declarata legimus hujuſcemodi verbis: *Concederà ſua Santità indulto, che tutti i benefizj tanto ſemplici, che reſidenziali, Canonicati, Dignità, Parrocchie, Badie, e Veſcovati del Regno di Napoli, che ſono di ſua libera collazione, ſi debbano conferire dalla Sede Apoſtolica a' ſoli Regnicoli, a riſerba però ſolamente di ducati venti mila di penſioni, che la Santità Sua ſi riſerberà, e fiſſarà ſopra alcuni de' Veſcovati, e delle Badie, che alla medeſima piacerà traſcegliere, & determinare trà tutti i benefizj del Regno di Napoli, che non ſi proveggono a Regia nominazione per poter-*

poterne disporre, come più piacerà alla stessa Santità Sua in benefizio de' suoi sudditi dello Stato ecclesiastico. Vgual quantità di annue pensioni, o pure l' equivalente somma in altra più comoda maniera, con gradimento di Sua Maestà, la medesima Santità Sua riserberà sopra l'istessi benefizi, che non sono di nomina Regia, a disposizione di S. M. Napolitana da conferirsi a suoi sudditi del Regno di Napoli, che saranno nominati dalla stessa M.S. Non ostante il sudetto indulto tutti l' esteri, che si trovano essere stati provisti nel Regno di Napoli di Vescovati, benefizi, ò pensioni, debbano durante la lor vita goder di tali benefizi, o pensioni, de' quali si trovano già provisti, quantunque non siano sudditi dello stato ecclesiastico: de' quali provisti bensì, sino al giorno della sottoscrizione del presente trattato, dovrà darsi nota al Cardinale Acquaviva dentro lo spazio di due mesi. E tutto ciò oltre a benefizj, e badie situate in Regno di Napoli (delle quali si darà nota al si detto Cardinal Ministro) uniti, o unite, o pure i di cui frutti, o in parte, o in tutto si trovano applicati a varie Chiese, Collegj, Monisteri, e Case pie di Roma, o in altri paesi dello stato ecclesiastico, che dovranno continuare ad essere uniti, o unite, o applicati in perpetuo per lo stesso uso.

Validæ, invalidævè collationis beneficiorum notionem ad secularem Judicem pertinere adseruimus in præmemorato *titulo sub num.* 45. & id quidem compertum est, licèt in Galliis interponatur adpellatio, tanquam ab abusu, ad Curias Regni.

Assensum Episcopi ad instituendum, irroborandumque jus patronatus necessarium esse, deque illo ex diuturnitate temporis conjecturam quandoque fieri scripsimus *in titulo de jure patronatus sub num.* 3. Nunc addimus assensum probandum esse, & denegari executionem bullis Summi Pontificis, nisi probetur beneficium Episcopi authoritate constitutum, ut postrema consultatione Regiæ Cameræ Sanctæ Claræ declaratum fuit.

Cui possessionem patronatus non habet (ut verbis utamur textus *in cap. consultationib. de jur. patron.*) eam præsentandi jure uti non posse diximus in eodem titulo sub *num.* 39. idque prò certo habendum, licèt eas ipse habere qualitates profiteretur secundum breves sacræ pœnitentiariæ, quæ hoc in Regno neutiquam administerentur. Qui ex secularis Principis rescripto indulgentiaque legitimi efficiuntur, eos patronatus jus adsequi non posse adseruimus *in cit. tit. sub num.* 43. nisi patronatum cum hereditate nanciscerentur. Hoc autem difficultate admodum non carere visum fuit: *Si enim* (ut inquit *Emanuel Gonzalez in commentario ad cap. quanto de judiciis*) *donationem, aut Ecclesiæ constructionem adtendamus, ipsæ temporales res sunt: Si jus ipsum, quod patronus consequitur, videlicet jus honoris in processione, alimentorum, & præsentandi, etiam temporalia esse quis ambigit?* Jus quidem patronatus spirituale esse autumarunt *Butrius, Johann. Andreas, & Abbas Siculus in commentariis* ad ipsum *cap. 3. de judiciis*: sed hujuscemodi opinionem jure optimo cum alii quamplures, improbarunt, tùm maximè *Divus Thomas in* 2.2. *qu.* 100. *art.* 4. *Panormitan. & Felin. ad citatum cap. quanto*, *Archidiacon. & Turriscremata in c. piæ mentis* 16. *qu.* 7. *Binsfeldius de simonia in rubr. notabili* 7. qui jus patronatus nec admodum ecclesiasticum, nec merè spirituale, sed ecclesiasticis, & spiritualibus adnexum esse infirmarunt: eisque adstipulantur textus in eodem *c. quanto de judiciis*, & in *c. de jure de jur. patronat.* & spiritualibus quidem adnexum dicitur, quia præparat ad actiones spirituales, non ideò tamen ab illis pendet, atq; illis minimè continetur, ut probe explicant *Lotherius de re benefic. lib.* 2. *cap.* 9. *Ansaldus de jurisdictione part.* 2. *tit.* 5. *cap.* 2. *& Turriscremata in lib.* 1. *summæ quæst.* 1. *num.* 6. & ità sanè intelligenda sunt, quæ *Ramos* dixit spirituale esse jus patronatus, & præsentationis, quæque nos exaravimus *in tit. de regiis patronatib. sub num.* 2.

Spirituale adpellavimus beneficium *in titulo de regiis patronatibus sub num.* 12. ubi allegavimus *clementinam dispendiosam de judiciis*: & spirituale itidem illud nominatim adpellavit Summus Pontifex *Alexander III. in cap. cum inter* 2. *de renuntiatione*, illa forsitan innixus regula: *Quæ spiritualibus hærent, spiritualia sunt.* Cæterùm beneficia, & præbendas inter temporalia numerari posse auctores rerum peritissimi unanimes docuerunt. Quod ut facilius intelligatur, animadvertendum putamus moris fuisse apud veteres, militibus, qui pro vario ac diverso bellorum, & hostium genere perspicuum quoddam specimen fortitudinis præ se gesserant, prædia quædam, & possessiones, concedere, ut ea largitione animosiores effecti ministerium sibi commissum rectius obirent. Id factum fuisse ab Alexandro Severo testis est *Lampridius*: & ea quidem

dem prædia beneficia dicebantur: qui verò illa possidebant, nuncupabantur beneficiarii, quorum meminerunt *Vegetius in lib. 3. de re militari*, & *Cæsar in lib. 1. de bello gallico*: Hunc autem secuti morem Ecclesiæ Patres possessiones Ecclesiasticis Ministris assignatas beneficia nuncuparunt, ut præter *Fabritium*, & alios, qui de beneficiis scripserunt, optimè docuit *Quintana duennas in primi ecclesiasticon libri capite* 1. Diaria verò, & annonæ, quæ modò militibus, modò Præsidibus Provinciarum præstabantur; præbenda neutro genere nuncupata legimus apud *Plautum in Persa*, & apud *Aulum Gellium in decimi quinti libri noctium atticarum capite quarto*: *Nihil adeò tamen de quoquam tantæ admirationi fuit, quantæ fuerunt, quæ de Ventidio Basso scripta sunt. Eum Picentem fuisse genere, & loco humili: & matrem ejus à Pompeio Strabone, Pompeii magni patre, bello sociali, quo Asculanos subegit, captam eum ipso esse: mox triumphante Pompejo Strabone, eum quoque puerum inter cæteros ante currum Imperatoris sinu matris vectum esse: post cum adolevisset, victum sibi agre quæsivisse: eumque sordide invenisse, comparandis mulis, & vehiculis Magistratibus, qui sortiti provincias forent, præbenda publicè conduxisse*: & præbendas eo, quo nunc usurpantur, genere à *Cassiodoro in quinto variar. epistolarum libro* vocatas fuisse comperimus: *Præbendarum tenor adscriptus, quem nostra diversis largitur humanitas Provincialibus, suggeritur intolerabilis esse causa damnorum, quando & in specie exigitur, & impudenter ejus pretium postulatur*. Annonæ itidem, quas virgines seorsum à sanctimonialibus in monasteriis degentes consequebantur, prædendas vocavit Eugenius III. in Concilio Rhemensi: *Sanctimoniales, & mulieres, quæ canonicæ vocantur, in claustro assiduè permanentes communi refectorio, & dormitorio sint contentæ, & relictis præbendis, & aliis propriis earum necessitatibus, de communi provideantur*: & eas ipsas virgines queis annonæ præstabantur, præbendarias dixit *Engelhardus Abbas in vita Sanctæ Methildis virginis*: *Filia cujusdam carnalis erat dæmonium habens, cui locum pater impetraverat in monasterio præbendariæ, non sororis, sed a sororibus sequestratum, & hoc prece, non pretio factum*. Hisce autem vestigiis ecclesiastici legum latores inhærentes ecclesiasticos reditus, quia sacris ministris præbentur, præbendas dixerunt: & sic dictos inveni-

mus *in cap. cum M. Ferrariensis de constitut.* sicque eos dictos putavit *Fulbertus Carnot. in epist.* 38. quia pro modo & mensura præbebantur: nec abs re admodum opinamur, quod *Ivo Carnotensis* scriptum aptè reliquit *in epist.* 219. *Deliberavi, ut darem illis dimidiam præposituram, ut fieret inde quotidianus panis, quamvis eorum annua præbenda eis sufficiens esse deberet*: & præbendas pro fructibus beneficii usurpatas legimus *in cap. inter cætera de præbendis, & dignitatibus*. Qui verò præbendam accipiunt, præbendarii dicuntur apud *Petrum Damianum*, quē refert *Johan Vossius in tract. de vitiis sermon. lib. 3. cap* 37. præbendasque item temporibus Caroli usurpatas reperimus *in additione capitul. lib. 3. cap.* 77. Hujuscemodi autem præbendas, & prædia, quorum supra meminimus, beneficia nuncupata, spiritualia non esse jure quemque optimo adserere posse non ambigimus. Laicas etiam præbendas, queis pauperum inopiæ consulebatur, quamplures memorant Auctores: atque hujuscemodi præbendam canonicam appellavit Gregorius VII. *in epist.* quam scripsit *ad Raynerium Aurelianensem Episcopum* ad hanc fermè sententiam: *Præcipimus etiam, ut canonicam concessam alimoniæ pauperum, quam ab eo usu subtractam diceris vendidisse, ad eundem usum restituas*: idque genus beneficii, quod concedi etiam laicis consuevit, familiaritas dicitur ab Innocentio III. *in lib. 2. epist. 373*. In ecclesia item Sancti Martini Carnotensis præbendas nobilibus quibusdam viris vel in præmium meritorum, vel in solatium egestatis addictas refert *Panormitanus in cap. cum M. Ferrariensis de constitutionibus*: earumque usum præbendarum apud Germanos viguisse conjectari facilè potest ex iis, quæ scripsit *Helmondus in lib. 1. hist. Sclav. cap. 16.* & apud Græcos invaluisse constat *ex novella Alexii*, quæ est apud *Balsamonem in synodo Nicæna* 2. Laici quoque Principes præbendas habent honorarias, ut Hispaniarum Rex in Ecclesia Legionensi, testa *Lobera in historia Legion. fol.* 112. Reges autem Galliæ Canonicos esse honorarios in Ecclesiis Pictavensi & Cenomanensi præter alios testantur *Panormitanus in c. extirpandæ §. qui verò de prebendis, & Chopinus lib. 2. de sacr. polit.* & Romanorum Rex Canonicus est Ecclesiæ Aquisgranensis: atque inter Maximiliani gesta, quæ *M. Frecher.* posteritati mandavit, hæc etiam legimus exarata: *Item venerunt Capitulares Ecclesiæ Aquisgra-*

nensis recipientes Regem Romanorum in Canonicum, qui ipsis præstitit juramentum quoad præbendam hanc in eadem Ecclesia, & dederunt sibi locum in choro: ipse etiam dedit statuta, & vinum admissionis juxta consuetudinem Ecclesiæ, & habet duos Vicarios in loco, qui capiunt integram præbendam, & supplent locum suum in Ecclesia: factaque Romæ Imperiali consecratione, in canonicum Sancti Petri adsciscitur, sollemnique immolante ritu Pontifice Subdiaconi munus ministeriumque præstat, ut *Durantus* ait in *ration. lib. 2. tit.* 8. Alias denique honorarias præbendas, quas cum alii, tùm præcipuè Dux Normannorum, Comes Nivernensis, Delphinus Vienensis, & Dux Aurelianensis variis habent in Ecclesiis, videre est apud *Alteserram in tract. de Ducibus cap.* 12.

Vacantium fructus beneficiorum à piissimo nostro Principe haudquaquam exigi consueviſſe scripsimus *in tit. de regiis patronatibus sub num.* 15. & hoc sanè in Regno Neapolis in dubium non revocatur. Quid autem in Regno Siciliæ ultra pharum observari consueverit, apud alios auctores perquirendum est, & animadvertere sub titulo *de juribus Episcoporum a numero* 29. usque ad *numerum* 32. pleraque in medium prolata, quæ in olim Regio Collaterali Consilio pro Episcopo Caputaquensi allegavimus, ut causæ inservirent, non verò, ut suffragaremur iis, quæ videntur Jurisdictioni adversari, obsistere Regiæ Jurisdictioni adversari, obsistere Regiæ Majestatis. Nicolai Rai. a Friderico 11. Imperatore anno 1232. confirmatam, nec Altamuræ Ecclesiæ Archipresbyteratum, nec eidem Ecclesiæ Archipresbyteratum, nec eidem Ecclesiæ aliasque beneficia, quæ ad Regiæ Majestatis instituendi, nec dignitates aliasque ecclesiasticas, quæ ad Regiæ Majestatis collationem pertinent, quoquo pacto legitimo titulo, nec per electionis, quibus abbatiæ, nec per electionis, quibus abbatiæ, nec per electionis, quibus abbatiæ

dentium, *legitimis* tamen hæredibus non existentibus, excluso etiam Fisco, & *ibid. n.43.* quòd Princeps non possit de plenitudine potestatis tollere testamentum, nec voluntati testatoris derogare, & *n.88.* quòd si deroget aliquid in præjudicium tertii, peccat mortaliter, & teneatur ad excambium; in *c.25. de Cappell. & sepult. pag. 241. col. 1.* quòd si contingat laicos contendere super jure sedendi in primo, vel alio Ecclesiæ loco, Episcopus sit Judex competens etiam inter laicos; in *cap.26. de monast. construct. num. 32.* quòd si quid reliquerit testator pro ædificando hospitali, poterit ædificari monasterium; in *cap. 27. de proces.* quòd consuetudini tantum in prægressionis negotio tribuitur, ut cuilibet privato liceat eam armis tueri; in *cap.28. de xenodoch. nu. 8.* ex *Trid. Sess. 25. pag. 273. col. 2.* circa medium, quòd ad Ordinarium spectet cognoscere de adimplementis legatorum piorum; in *cap. 29. de bullis num. 6.* quòd solet Cappellanus major cum suo consultore suspendere bullarum executionem interposita supplicatione ad Summum Pontificem; in *cap. 30. de brachii imploratione*, quòd Judex laicus non semper teneatur concedere brachium Curiæ Ecclesiasticæ, & ibidem *num. 25. pag. 302. 1. col. in princip.* quòd laici ab Ecclesiastico cogi possint; in *cap. 41. de censur. num. 2.* quod non sunt censuræ pœnæ omnes, quæ imponi valent a laico de jure, vel de facto, ut damnare ad carceres, ad triremes, ad torturam, quæ si a laico imponantur contra clericum, licèt non afficerent de jure, afficiunt tamen de facto, & ibidem *nu. 7. & 8.* quòd Papa possit delegare etiam laicum, cum prohibitio sit de jure positivo, quo jure Papa non ligatur, & *num. 9.* quòd nemo possit ferre censuras in causa propria, nisi forte cum moderamine inculpatæ tutelæ invasori violento resisteretur censuris, & *ibid. nu. 45.* quòd Episcopus recepta denunciatione contra debitorem laicum, si is compareat, & instet, ut desistatur à monitoriis, nequit ad censuras cogi a Judice Ecclesiastico ad restituendum, sed debet remitti ad Judicem competentem, coram quo debet jura sua proferre, & *n.59.* quòd indultum impetratum ab excommunicato sit nullum, & *n.60.* quod concessio feudi novi facta excommunicato sit nulla, & *ibid.* quòd Legatus Principis non possit etiam faciendo mentionem excommunicationis, habilitare excommunicatum ad impetrandum indultum, & *n.61.* quòd regulariter feudatarii vassali licèt excommunicati teneantur dominum suum *in bello* adjuvare; in *cap.46. de matrim. nu.4.* quòd non sufficiunt signa externa *sine interno* consensu, & *num. 46.* quòd *si in extremis laborans* ingrediatur religionem, præsumatur fraudulenter ingredi, ut substitutum excludat, & *num. 67.* quòd clericus, qui fuit Notarius *in* Curia Episcopi, si postea efficiatur bigamus, & conveniatur de gestis, tempore Notariatus, debeat coram Episcopo conveniri, etiamsi desinat suum officium exercere, etiamsi adsit consuetudo immemorabilis in contrarium, & *num. 67.* quòd si quis habitum clericalem, vel regularem assumat in fraudem Judicis secularis licèt non possit a Judice sæculari puniri corporaliter, possit tamen plecti pœna pecuniaria, vel confiscationis bonorum, & *num. 74.* quòd laici sunt prorsus incapaces ad cognoscendum de causis matrimonialibus, etiam quòd tractaretur super legitimatione matrimonii, & *nu. 76.* de quocumque articulo emergente, & dependente posse Judicem Ecclesiasticum judicare etiam super restitutione dotis in consequentiam causæ validitatis, vel invaliditatis matrimonii; in *cap. 47. de impedimentis matrimonii in genere num. 1.* quòd contractus matrimonii sit exemptus a potestate laica, quando est matrimonium ratum, & quòd Summus Pontifex possit constituere impedimenta, non potestas laica; in *c.58. de religiosa conjugum professione num. 25.* quod professio religionis ex Christi privilegio, & ex solo jure divino positivo matrimonium ratum dirimit; prædicta omnia non ex animi nostri sententia, sed Authorum, qui ea scripserunt, edita profitemur: nec eis nostram authoritatem additam quis putet, neque ideo scripta opinetur ut suffragaremur iis, quæ Regiæ jurisdictioni adversari obsistereque videntur.

Ad ea, quæ scripsimus *citato tit. de jurib. Episcoporum num. 33. & 34.* adde Principes exemptionis privilegia non indigere, & quòd beneficia minora sunt omnia Regiæ collationis & quod jus hoc sit regale, nec unquam præscribi possit, & Regii patronatus, & collationis, & quòd Reges non indigeant ullo privilegio Summi Pontificis ob conferenda beneficia minora.

Ad ea, quæ scripsimus *cap. 23. de clausura Monialium. 14.* adde quod Bullæ ibi memoratæ placito Regio non fuerunt roboratæ.

Ad ea quæ, scripsimus *cap. 25. de cappellis, & sepultur. num. 89.* adde, quòd jus

sedendi non est spi rituale.

Ad c. 26. *de monast. constr. n.*10.*v.*11.adde:Et etiam Principis ; & *ibid. n.*53.adde , quod monasterium , nequit sine consensu Principis transferri , & *ibidem num.* 66. adde, quod Pro monasterio ædificando requiritur beneplacitum Regium *num.*72. adde, quòd recurrunt etiam implorando Regis protectionem .

Ad c.28. *de Xenodochiis n.*21. adde:Conclusio hæc non seruatur,& hoc um.concionator est ordinis clericorum regularium minorum .

Ad *cap.* 28. *de bullis n.* 1. adde quod beneplacitumRegium præcedere debet,& *ibid. n.* 5. adde denegari placitum Regium.

Ad *c.*31. *de ordin.fac.*adde quod clericus et ad beneficii titulum ordinandus:& illo deficiente ob Ecclesiæ necessitatem ordinari queit ad titulum patrimonii .

Digitized by Google

TOMI PRIMI.

	ERRATA	CORRIGE
Fol.2.col.1.verſ.48.	cum ſuper	cum ſemper
Fol.28.col.2.v.44.	poteſt	poſsit
Fol.34.col.1.verſ.40.	ſubſtinuit	ſuſtinuit

TOMI SECUNDI.

	ERRATA	CORRIGE
Fol.1.col.1.verſ.16.	amictit	amittit
Fol.28.col.1.v.60.	ſubſtinentes	ſuſtinentes
Fol.29.col.2.verſ.50.	ſubſtinuit	ſuſtinuit
Ibid.verſ.1.antep.	ſubſtinuit	ſuſtinuit
Fol.31.col.1.verſ.34.	hæres	hæredes
Fol.35.col.1.verſ.34.	ſubſtinetur	ſuſtinetur
Ibid.col.2.verſ.17.	revocatur	revocetur
Fol.37.col.1.verſ.31.	pro ſuo libitu	pro ſua lubentia
Fol.39.col.1.verſ.3.	tederet	tæderet
Fol.40.col.1.verſ.13.	ſubſtineri	ſuſtineri
Ibid.verſ.47.	forſam	forſan
Fol.42.col.2.verſ.60.	ſubſtineri	ſuſtineri
Fol.43.col.1.verſ.43.	ſubſtineat	ſuſtineatur
Ibid.verſ.57.	ſubſtineri	ſuſtineri
Ibid.col.2.verſ.21.	ſubſtineriur	ſuſtineri
Ibid.verſ.27.	ſuſpitio	ſuſpicio
Fol.44.col.1.num.44.	*donationibus*	*donationis*
Fol.45.col.1.verſ.58.	*pregatione*	*pregationem*
Ibid.col.2.verſ.43.	fieri poſt	fieri poteſt
Fol.46.col.1.verſ.1.	*præſumonibus*	*præſumptionibus*
Ibid.verſ.10.	pruta	puta
Ibid.col.2.verſ.27.	acquirit	acquirat
Ibid.verſ.40.	acceptat	acceptet
Fol.48.col.1.verſ.22.	ſubſtinere	ſuſtitnere
Ibid.verſ.58.	ſubſtinuit	ſuſtinuit
Fol.49.col.1.verſ.24.	ſubſtineri	ſuſtineri
Fol.50.col.2.verſ.48.	ſubſtineatur	ſuſtineatur
Fol.51.col.2.verſ.2.	poteſt	poſsit
Fol.52.col.1.verſ.5.	*agituri*	*agitur*
Fol.53.col.1.verſ.8.	quando	quod quando
Ibid.col.2.verſ.23.	ſtabilitum	ſtatutum
Fol.53.col.2.verſ.19.	commiſſo	commiſsi
Fol.58.col.1.verſ.6.	cunctum donationarum	cunctarum donationum
Fol.59.col.2.verſ.38.	illam	illa
Fol.60.col.2.verſ.9.	inſolidium	inſolidum
Fol.498.col.1.verſ.50.	rem	re
Fol.597.col.1.v.42.	videtur	videatur

TOMI TERTII.

	ERRATA	CORRIGE
Fol.1.col.1.verſ.3.	ubicumque procedit	procedit ubicumque
Ibid.col.2.verſ.16.	Regali	Regalis
Fol.10.col.1.verſ.25.	conſiderandi	conſiderandis
Fol.115.col.1.verſ.45.	abducere	adducere
Fol.309.col.1.verſ.43.	& quendam	& per quendam
Ibid.verſ.47.	dicebatu	dicebat

Digitized by Google

TOM. QUINT.

	ERRATA	CORRIGE
Fol.79.& seq. in tit.	de feuda inveſtitura	de feudali inveſtitura

TOM. VIII.

	ERRATA	CORRIGE
Fol.211.col.2.verſ.15.	Clemente XII.	Benedicto XIV.

TOM. NON.

	ERRRTA	CORRIGE
Fol.1.col.1.verſ.9.	vetuſtum inquirendi modum	vetuſtus inquirendi modus
Fol.142.2.col.1.v.56.	Clemente XII.	Benedicto XIV.

TOMI DECIMI.

	ERRATA	CORRIGE
Fol.6.col.1.verſ.50.	intra	citra
Fol.8.col.1.verſ.8.	præ ſi	præſit
Fol.9.col.2.verſ.24. & verſ.26.	acquiſitam	acquiſita
	præſentatione	præſentationem
Fol.10.col.1.verſ.38.	Abis	Ab his
Fol.12.col.1.verſ.35.	propoſitom	propoſitum
Fol.15.col.1.verſ.22.	clericus	clericum
Fol.16.col.2.verſ.22.	impetrantes	impetrantibus
Fol.19.col.1.verſ.9.	parochiæ	paræciæ
Fol.23.col.1.verſ.28.	parochia	paræcia
Fol.25.col.2.verſ.6. & verſ.13.	aſcendentibus	deſcendentibus
Fol.34.col.1.verſ.36. & verſ.37.	parochiali	paræciali
Fol.39.col.1.verſ.27. & col.2.v.36.& verſ.37.	parochianis	paræcianis
Fol.48.col.2.verſ.39.	talice	italicè
Fol.52.col.2.verſ.37.	qua-vis	quam-vis
Fol.54.col.1.in marg.	ſequitur	ſequuntur
Fol.113.col.2.verſ.14.	curra	currat
Fol.119.col.2.verſ.17.	beneficio futuri Abbatis	beneficii futuro Abbati
Fol.126.col.1.verſ.6.	propte	propter
Fol.127.col.1.verſ.14.	per	pro
Fol.128.col.1.verſ.17.	in quibus	propterea
Fol.129.col.1.verſ.6.	ſiſe	ubique
Fol.130.col.1.verſ.14.	ſi ſe	propterea
Fol.131.col.1.verſ.17.	ſi ſe	propterea
Fol.132.col.1.verſ.6.	ſi ſe	propterea
Fol.133.col.1.verſ.14.	ſi ſe	propterea
Fol.134.col.1.verſ.17.	ſi ſe	propterea
Fol.135.col.1.verſ.6.	ſi ſe	propterea
Fol.136.col.1.verſ.14.	ſi ſe	propterea
Fol.137.col.1.verſ.17.	ſi ſe	propterea
Fol.138.col.1.verſ.6.	ſi ſe	propterea

Fol.337.col.1.verſ.51.	*l.& hæredi plures*	*l.ſi hæredi plures*
Fol.343.col.1.verſ.1.	inter pollimcecem	inter pollicem, & indicem naturali
Fol.359.col.1.verſ.37.	à natura	naturali
Fol.401col.2 verſ.25.	*Panelius*	*Pamelius*
Fol.402.aol.1.verſ.47.	quodlibet	quemlibet
Fol.450.col.2.verſ.36.	volentibus	valentibus
Fol.457.col.1.verſ.28.	*conditiones*	*conditionale*
Ibid.verſ.25.de	U. O.	U. ſign.
Fol.479.col.2.verſ.3.	*de gradibus affuiaatis*	*de gradibus & affinibus*
Fol.473.col.1.verſ.ult.	Moguntinum	Maguntinnum
Fol.492.col.1.verſ.24.	potentia	impotentia
Fol.514.col.2.verſ.54.	Lateranenſi 50.*cap.6*	Lateranenſi *cap.6.*
Fol.542.col.2.verſ.13.	non tantùm	nova tantùm

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google